Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
K LIX
B
6
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A

XLIX

B.

6

Digitized by Google

FLORIACENSIS VETVS BIBLIOTHECA, BENEDICTINA, SANCTA, APOSTOLICA, PONTIFICIA, CÆSAREA, REGIA, FRANCO-GALLICA

Ad Henricum iiij Christianissimum Franciæ et Navarræ Regem, ac Mariam Mediceam Reginam. Cum utroque Xysto ad diversos.

Opera Joannis A Bosco Parisiensis, Cœlestini Lugdunensis: nunc primum è latebris emersa, ac antiquariorum usui exposita.

CUM PRIVILEGIO

LVGDVNI,
APVD HORATIVM CARDON
1605

Digitized by Google

CHRISTIANISSIMO PRINCIPI HENRICO IIII. FRANCIÆ, NAVARRÆQVE REGI: ET MARIÆ MEDICEÆ ipsius Coniugi Galliarum Augustæ.

IOANNES A BOSCO *Cœlestinus: Coronam Gloriæ, & Diadema Decoris.*

MIHI semper à vero omninò aberrare Authores sacri visi sunt (Christianissime Princeps atque Augusta) qui relicta Christiana masculáque veterum Christianissimæ omnium Gentis Franco-gallicæ Heroüm, ac penè Diuinorum Regum gloria, à nescio quibusdam Alexandris, Iuliis Cæsaribus, atque aliis gloriolæ humanæ, quæ iam apud inferos ardet, mancipiis: inanes vmbras, atque tenuia futilis honoris

nostratum Regum viuentium tabellis ac imaginibus,obducunt turpiter lineamenta. Quasi non æquè vitio verti debeat, degeneribus istis scriptoribus, extra fertilissimam Franco-gallicam nostrorum antiquorum Principum tellurem, conquirere gloriæ suorum Regum alimenta: ac Romanis olim, Republica florente, piaculare erat: aut Romæ non Romanè loqui: aut externos sibi Duces asciscere. Ego, qui & Franco-gallus sum, atque è Christianissimo Nobilissimóque corde Christianissimi ac Nobilissimi Regni Lutætia Parisiorum, de Christianis maximè omnium progenitoribus ortus atque procreatus, qui ante ephebos me sacrato Cœlestíque vitæ generi spontè addixi, qui sub Christianissimo atque Religiosissimo Principe iam aërem spiro, iam quiete, iam otio perfruor, qui Monarchiam Franco-gallicam, Religione florentissimam,pace tranquillissimam, eruditione clarissimam,optimis moribus ornatissimam,suis conterminis vt terribilem, ita admirabilem, feliciter intueor. Ego, inquam, non possum committere, vt limpidissimis relictis nostratum Monarcharum fontibus, ad externos, & maximè omnium auios riuulos recurram. Fontibus. Ex quo-

rum

Digitized by Google

rum hauſtu, ô Chriſtianiſſime Princeps, & Auguſta, per vos, ac ſub vobis, DEVS Opt. Max. Genti ſuæ electæ, filiæ primogenitæ, Iſraëlíque cordis ſui, nationi Franco-gallicæ, hæc otia fecit.

Tàm argutè, quàm ſcitè, ac verè, Auenio clariſſima Franco-gallici, atque adeò Borbonici, & Medicæi nominis (ſi vſquam alia totò terrarum orbe) cultrix ciuitas, dùm fauſto veſtro connubio adlætaretur, atque adblandiretur, in ipſo portarum ſuarum frontiſpicio, nauem mediis vndis fluctuantem, ac ſæua tempeſtate iactatam: ſydereo tamen radiantis è cœlo Lilij Borbonici aſpectu erectam, omnium oculis pro tabella expoſuit, cum hoc certiſſimo, veriſſimo, Nobiliſſimo, ac verè Franco-galliæ genuino Eulogio: *Hoc ſydere tuta ero.* Nos etiam ipſi vidimus, Prudentiſſimum ac Illuſtriſſimum Cardinalem Petrum Aldobrandinum, ex Fratre Nepotem, atque Legatum bonæ memoriæ Clementis VIII. vt dignitatis apice, ita integerrimæ vitę ſplendore, rerúmq; mirabiliter actarum gloria, verè Summi Pontificis, ſacris & Apoſtolico viro dignis muneribus, vobis, ô Chriſtianiſſime Princeps, ac Auguſta, gratias agentem, de pace Italiæ per vos (dum Regias

inuictas acies Alpium ianuis ſubduxiſtis) reddita : hoc eſt de Eccleſia conſeruata. Ipſiq; audiuimus Pontificium Oratorem in Beati Ioannis Baſilica, apud Ampliſſimum ac Nobiliſſimum totius Galliæ Emporium veſtrum Lugdunæum, eruditè & ingeniosè admodùm, Chriſtiano ligone fontem Franco-gallicarum, Henricęarum, Borboniarúmque virtutum apperientem: dum inter dicendum, tuam, ô Rex Chriſtianiſſime, deliciæ & decor Gentis Franco-gallicæ, Orbis terror, monſtrorúmque domitor, in Sanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis obſeruantiam, tuum in ipſius incomparabilem, inimitabilem, ac cunctis ſeculis deſiderabilem Pontificem Clementem VIII. (qui te vt filium ſuum duplici iure primogenitum, paternis, dum luce hac frueretur, demulcebat officiis) cultum ac venerationem. Vocabulo vtar Chriſtianiſſimo ad Chriſtianiſſimum Principem, atque in Chriſtianiſſimo ſcribens Regno, tuam obedientiam Karoli ſanctitate fortitudinéque verè Magni in Romanam Eccleſiam Religioni, ſtudio, atque propenſioni meritò comparauit. Sed alios etiam ego ipſe fontes tibi effodio. Si Clodouæi pietas ſpectetur, iure Merouingianæ ſtirpis illi fulci

Is Marquiſetus vocabatur.

Digitized by Google

fulcimentum attribuemus. Si Karoli Magni Religio per se consideretur, Karolouingorum Regni, ipsam basim fuisse conspiciemus. Si Roberti Capetij Sanctitas in memoriam reuocetur, firmam illam extitisse petram, in qua tot annos durans, atque inter tot tempestates perdurans domus Regiæ Franco-gallicæ, ædificium perstat, cuncti fatebimur. Scimus etiam, alios fuisse Piissimos, Sanctissimósque Franco-galliæ Reges. *Hoc quippe nostræ proprium est Franco-galliæ, vt quomodo omnium quæ extant Regnorum ætatem sua vetustate, claritatem suo splendore, firmitatem sua stabilitate: sic etiam Piorum, Sanctorum Fortium, & Clarorum aliarum gentium Regum numerum, sua numerositate, longo admodùm, & vix ac ne vix quidem assequendo, interuallo superet.* Sed hos tantùm data opera, ac ex industria commemoro, vtpotè qui primi, vel propè primi, suarum stirpium fuerint: qui ipsis de cœlo attributum sceptrum, Pietate, atque in Deum Religione fulcierint, in longásque posteà generationes suæ proli transmiserint, electis certis quibusdam cœlitibus Patronis, quorum fidei atque tutelæ se suáque omnia crederent. Notior est, quàm vt ampliorem narrationem deposcat. Clodouæi erga

De huius Roberti Sanctitate, omninò miranda recitat Baronius, tom. Annal. Eccles. ann. 11.

Digitized by Google

Apostolis parem Martinum fiducia, & ex consequenti, largitas. Karoli Magni erga Eparchium, Rotberti erga Annianum, quem & Seniorem suum veteri Francico idiomate vocitabat. Cuius studium, Constantia ipsius vxor & Regina æmulata, nec dum absoluto vitæ termino, cunctum ipsius Anniani Aurelianensi Basilicæ, mundum atque ornatum suum muliebrem, magnificè assignauit, & consignauit.

Constantia vxor Rotberti Regis.

Ac licèt tu, ô Rex, *Sapiens sis, velútque Angelus Dei.* Cùm tamen ex eodem Capetio stipite, iam aliis vetustate sterilitatéve vel consumptis, vel vietis termitibus, ramum alterum stipiti propemodùm æqualem (ne dicam maiorem) Regio culmine frondere, ac miris virtutibus efflorescere facias. Non (quæ tua est benignitas) iniquo scio animo accipies: si tibi Aduocatum indicauero apud Deum efficacissimum acceptissimúmque, qui te, Reginam, atque liberos vestros efficaciter tueatur, ac protegat. Ipse licèt solo sit Italus, est tamen veteri Galliæ incolatu Franco-gallus. Qui antiquis collatis beneficiis, & suam in Franco-gallos Reges fidem, & in istius Christianissimæ Coronæ hostes odium & indignationem non semel exeruit. Ac tan-

1. *Reg.* 29.

dem

dem, florente tua, ô Rex, in areis planis Gallicis oliua fortissimæ tuæ palmæ inoculata, sanguinem suum per Nympham Austro Medicæam, tuo sanguini commiscuit. Is ipse, ne vos, ô Christianissime Princeps, & Augusta, diutiùs suspensos habeam: est Sanctissimus Pater Benedictus Nursinus, vir Patritius, ac Augustalis, Monachorum Legislator, Franco-gallię à nongentis quinquaginta iam & ampliùs annis ciuis, vel saltem incola. Hostium Franco-gallici nominis fulgur, Delphini vestri immò Franco-gallici ex Proauis vnus, Regúmque Capetiorum columen & tutamentum. At prę-stat, vos quem amatis, Historiæ sacræ ac Ecclesiasticæ Patrem, loquentem audire: *Bases* (ait ille) *inspiciendæ sunt, super quas tantam Regni Francorum molem, ista nona successio, Hugo auus cognomento Magnus, eiusq; filius Hugo, primus huius stirpis Rex Francorum, Robertus pater, & ipse Robertus filius collocarunt: super quas innitens hactenùs permaneat inconcussum & stabile.* Et postea ex Helgaldo syncero Historico, subjicit: *Erant huic generationi* (nempe Capetiæ) *speciales amici. Sancta videlicet Maria, & Pater & Dux Monachorum Sanctus Benedictus.* Et infrà: *In cuius honorem plura erexerant Monasteria. Fertur*

Cardinalis Baronius tomo 11. Ann. Ecclesiast. ad annum Christi 1029.

autem dixiſſe moriens bonus pater (Rex videlicet Hugo Capetius) *O optime fili*,(Roberte quippe) *per Sanctam & indiuiduam Trinitatem te obteſtor, ne quando animus ſubrepat acquieſcere conſiliis adulantium, vel muneribus doniſq; venenatis te ad vota ſua maligna adducere cupientium:ex iis Abbatiis, quas tibi poſt Deum perpetualiter delego.Néve animi leuitate ductus,quolibet modo diſtrahas,diripias,aut ira excitante diſſipes. Specialiter verò tibi inculco, nullo pacto Ducem omnium, Patrem dico Benedictum, à te patiaris diuelli. Illum apud communem Iudicem,ſalutis aditum, tranquillitatis portum,poſtq; carnis obitum, ſecuritatis habiturus aſilum.* In hunc modum diſſerit Polyhiſtor Cardinalis.Stetitque:nam ipſiuſmet verbis immorari delectat, ô Rex Inuictiſſime,Caſtiſsimáque Regina,contra diuerſos impetus ventorum & fluminum Capetia domus,ſupra Benedicti Patris petram:permanſura ſemper, ſi benè collocata fundamenta pérſiſtant,caſura tunc certò, (omen infauſtum Deus auertat) ſi baſes ſanctæ (quod Superi abnuant) à fundamentis negligenter reuellantur.

O Francia Palladium!

Huius tanti Capetiæ ſtirpis protectoris corpus, Floriacenſe Cœnobium in Aurelianenſi agro conſeruat, indigno tanto

Prin

Digitized by Googl

Principe, támque fido Patrono, locello reconditum. Qui à vobis duo expoſtulat atque depoſcit, ſi & vetera à prædeceſſoribus veſtris accepta ab eo beneficia rependere, nouáque vobis ac liberis veſtris comparare vultis auxilia. Primum eſt; vt de cætero publica ac Regiorum miniſtrorum vigilantia, ſolitò ſtudioſiùs tantus theſaurus cuſtodiatur. Quem vt à multis, vſque ad hanc diem creditum eſt, à Caſinenſibus poſsideri; ſic poſſent ipſi Caſinates, rei iam detecta veritate, prece pretióque: minimo negotio, ni maturè occurreretur ſurripere.

Alterum, vt cùm vos ipſi in ſtratis eburneis, lectis aureis, cubilibúſve argenteis accubetis, non ſinatis diutiùs Franco-galliæ tutelarem Benedictum, illuſtriori totius orbis proſapia editum, omni ſuo ornatu à Caluiniſtis ſpoliatum: in lignea theca conſiſtere. Recordati, quòd cultus Sancto Richario à Capetio Hugone impenſus, ipſi vt Gallici ferunt Annales, Regnum adſtruxit, & firmiter ſtabiliuit.

Vobis equidem iam à Deo naturáque, Regnum aſſertum eſt. Nec illud vobis nouo iure tanti Patris cultus acquiret. At audeo (tanquam futura proſpiciens) dicere, veſtris illud liberis (vtpotè non tantùm Capetio

petio germine oriundis, verùm etiam ſibi affinibus & propinquis) ſtabile firmúmque, contra omnes omnium omninò inimicorum inſidias, efficiet. Machinamenta magna, multa, varia, domi foríſque reteget. Vos, & cunctam veſtram familiam in circuitu vallabit, in tantum, vt ſi malum immineat, ad vos tamen, & ad tabernacula veſtra, non appropinquet.

Aliud inſinuarem, ſuggererémque lubenti animo Dominis meis, huic Diuo acceptiùs. Sed ne ſit præſentis temporis hæc Parabola, plurimũ vereor. Suggerã nihilominùs pro mea erga Regiam domum fide, ac ſinceritate?, Vis, ô Borbonia ſtirps, hunc totum tibi deuincire Sanctum, totum tibi addicere? Vel vnico ac ſingulari ſuo Mauſoleo, Palladij Franco-gallici Sacrario. Abbatem Regularem, dona, ſtatue, inſtitue. Regularem, inquam, non Cuculi tantùm geſtatione, ſed Regulæ Benedictinæ ſollicitæ obſeruationis perfunctione. Et iam tibi polliceor, quòd breui intuebitur Gallia, vnguentum è capite in barbam profluere, ínque oram veſtimenti deſcendere.

Sed te maximè omnium, Maria Auguſta, officium iſtud pietatis ac Religionis mouere ac promouere decet. Quæ & gente Ita

te Itala es & Auſtriaca matre Ioanna progenita: ob quam iure propinquitatis, Sanctum hunc Clariſsimum Benedictum contingis, & Italum & Auſtrium. Auſtriacum quippe genus, à Beati Benedicti progenitoribus oriri notiſsimum eſt. Si adſit voluntas, non deerit (Regina) facultas.

Intereà verò vobis, ô Rex atque Auguſta, quid è re veſtra ſit: vt fideliter, ſic humiliter vel mihi indicaſſe ſat eſt.

Ego verò, Floriacenſem hanc veterem Bibliothecam, quia maxima ex parte vetuſtiſsimis coaleſcit & coagmentatur, aut Floriacenſibus Cœnobitis, aut è Floriaco acceptis Authoribus.

Benedictinam, quia ſacro Patri Benedicto Franco-galliæ Palladio, eſt clariſsimi inſtar Mauſolei, ac ſacratiſsimi vice Sanctuarij.

Sanctam, quia Sanctorum plurium, nuſquam antea cognitæ in ea res geſtæ narrantur.

Apoſtolicam, Quia de Summis atque Apoſtolicis Romanis Pontificibus, pluribus locis agit.

Pontificiam quia diuerſorum aliquot Præſulum, acta complectitur.

Cæſaream, quia Romanorum multo-

rum

rum Imperatorum, breuiter seriem facta constitutáque indicat.

Regiam, Quia plurima est in describendis Regum variorum, nostratum vero maximè, genealogiis & operibus.

Franco-gallicam denique, quia multa est in ritibus negotiis & vtraque fortuna gentis Francicæ explicandis. Videlicet vt quomodo membra protectióque Patris Eximij Benedicti Franco-Gallicam adornant fulciúntque Coronam: ita eius illustres virtutes & res Franco-gallicæ, se occulto quodam & abdito nexu permeent ac decussent.

Hanc inquam Floriacensem Bibliothecam, vestro Regio nomini inscribo, vestræ gloriæ dono, vestræ felicitati dedico, vestro culmini appendo. Quia vos si quispiam alius, ex corde & si submisso, candido tamen atque sincero colo & suspitio. Quia nostra Cælestina Gallica Congregatio specialis Regum filia est. Sola etenim inter omnes Gallicanos Regularis vitæ cuneos, Regum explicito ac expresso rogatu inuitata & aduocata fuit. Sola Legatorum Regiorum honorata comitatu atque euectione. Sola Regiis pecuniis ab Italia in Galliam adducta, & Regia cura atque prouidentia.

Digitized by Google

dentia in Gallicano ſolo plantata. Cùm omnes alij ordines, aut ſuapte propenſione aut quorumdam tantum Optimatum ac Aulicorum fauore in Gallias demigrarint, vel vnus aut aliquis ſolũ eorum, ad horam, ſint à Regibus acciti, qui poſtea Regum animos demulcẽtes, ſuo ordini apud Gallias ſedẽ fixerint & domicilium ſtabilierint. Quo nomine, inconcuſſa & ſtabili ſemper fide, Regum genitorum ſuorum ſeruiuit honori, dedita fuit incolumitati: atque etiamnum in dies, incredibilis in ſuos Patres Reges obſeruantiæ ignem, in alumnorum ſuorum animis accendere ſatagit. Viciſſim vt illam ipſi, perpetuò in pretio & æſtimatione habuerunt, fauoribus Regiis immo & Conſiliariæ Regiæ titulis adornauerunt, protectionéque intra & extra Franco-Gallicum Imperium, potenter, ardenter, tuiti ſunt & defenderunt. Regia Lilia pro inſignibus geſtare iuſſerunt. Et nouiſſimè tu Rex Chriſtianiſſime, nec latum vnguem à tuorum Anteceſſorum veſtigiis deflectendo, illi immunitates ac honores lubens & volens ſuos aſſeruiſti. Ius ſalis annui è Regiæ ſalariæ horreis abſque vectigali contributione conſequendi, iam vſu obſoletum atque antiquatum, ipſi affectuo

affectuosè liberaliter. Regiè innouaſti nec-non ab oppreſſionibus quando ad tuam clementiam appellatum eſt, ſollicitè liberaſti, aſſeres liberabiſque ſemper. Nec iniuria. Nam Regia præterquam quod generatim Filia eſt, plurima ipſius Cœnobia aut à Regibus, aut ab Regum propinquis ſunt ædificata. Regúmque ac Principum priorum plurimorum ſplendidè honorificéque, maximo Regni decore, ſeruat præclara buſta. Et vt paucis multa & miranda dicam, ſicut lucem nocti Luna ſuppeditat: ita illa inter opaca excidij Monaſtici temporum iniuria prognati, primigenium ſplendorem & fulgorem ne dicam retinet, ſed propugnat, ſed reſtaurat, ſed erigit, ſed emicat. Quia tandem tu Rex omnium qui ſoliis inſident Sapientiſſimè, rerum veterum, Franco-Gallicarum præcipuè, ſcitu & notitia, mirum in modum, vt ex Regio aliquando tuo percepi ore, oblectaris. Túque Auguſta Ornatiſſima ac Piiſſima, ſanctarum lectioni hiſtoriarum cum effectu & affectu ſtrenuam operam nauas.

At Latina iſthæc Bibliotheca eſt, Dominúſque meus & Domina Gallicè loquuntur ac intelligunt?

Regem meum Henricum I V. quando-

que

Digitized by Google

que recitantem audiui, Iulij Cæsaris Commentarios è Latino se quondam in idioma Gallicum vertisse. Reginam verò, inter plurimos vir spectata probitate, eruditione ac generis claritudine insignis Ioannes Bonsius Episcopus Biterrensis assequitur: per quem Bibliothecam non iam Floriacensem nostrámve; at Regiam, quia suam Regisque: ipsa læta & gaudens, mira cum animi & vtilitate ac voluptate possit ingredi, possit penetrare; & in ipsius Xystis, cum oblectamento varias multorum, aut Coronæ Franco-Gallicæ beneuolorum, aut addictorum, aut ministrorũ tabulas, ornatus gratia conspicere, ac contemplari. Adde quod insuetum minimè est, sacros Authores, opera sua Latina Regibus, etiam linguę Latinæ inexpertis inscribere. Solo Regiæ Maiestatis fulgore homines alliciente, Vnicum quidem, at Maximum à Christianissimo meo Rege & Domino, eiúsque eximia consorte Regina supplex efflagito beneficium, vt tam vtile, tam honestum, támque in eos propensum meum munus, placido vultu excipiant: oculis fauoris ac benignitatis despiciant, ac Regia clementia amplectantur & foueant: animum voluntatemque meam spectantes, qua nllus to-

Digitized by Google

to ipsorum Regno, erga ipsos ipsorúmque gloriam & famam, me ditior est, erit vnquam, aut etiam esse potest.

Potés tandemq; sit in terra, ô Rex, semẽ tuum, & vt gloria ac diuitiæ permaneant in domo tua: Iustia resplendeat thronus tuus, Religione ac Pietate floréat Diadema, Clementia ac misericordia firmetur Solium. Túque, Castissima Augusta, esto sicut vitis abundans in lateribus Francogallicæ domus, Filij tui sint sicut nouellæ oliuarum in circuitu Regiæ mensæ. Sic enim benedicentur Principes, qui timuerint Deum. Deus verò Opt. Max. per serui sui Benedicti preces & merita, Patrem, Matrem, & liberos, foueat, protegat, amplificet, multiplicet, ad Ecclesiæ fulcimentum, Regni tutamentum, bonorum fauorem, malorum terrorem, cunctorum pacem, atque tranquillitatem. Valete.

Lugduni Galliarum Idib. Septemb. 1605.

Digitized by Google

DE VERA TRANSLATIONE CORPORIS SANCTISSIMI Patris BENEDICTI, PALLADII GALLIARVM. Et de eiusdem ad hæc vsque tempora, apud FLORIACENSES in Agro Aurelianensi ASSERVATIONE,

opera, & diligentia IOANNIS A BOSCO *Cœlestini auctentic è probata.*

AD GALLIAM.

Ode Tricolos Tetrastrophos.

ERepta *Bello Gallia Civico*
Lætare tandem, Pignora PRÆSVLIS
Sacrata NVRSINI, *recondunt*
FLORIACI *tumulo Penates.*
Athleta Christi, Numine Cælico,
AIGVLPHVS *olim Prædia Casini*
Deserta prævidit, virûmque
Belligeris populata dextris;

Celérque quærens HESPERIÆ *Lares,*
Dum Luna noctis dirigit essedum
Scrutatur Abbatis Sepulchrum,
Funereo spoliat trophæo:
Dein' relictis ocyùs Italis
Festinus Ædem FLORACAM *petit,*
Bustóque sacrato recondit
Ossa Patris, Cineresq; sanctos.
Statim per urbes filia Gallicas
Titanis, alis dissecat aërem,
Et corpus HEROIS *colonos*
Aurelios recitat beare.
Scuto DYNASTES LILIA *præferens*
Aras honestat munere, GALLIÆ
Donasse, prostratus, perenne
PALLADIVM *Superos fatetur.*
NORTMANA *quondam gens fera proprios*
Egressa fines, Oppida Celtica
Vastabat armis, & cruentæ
Cuncta dabat furibunda morti.
Sed DIVVS ABBAS *Schema Monasticum*
Gerens, Phalanges per medias furit,
Sæuósque NORTMANOS *relegat*
Tartareæ baculo paludi.
Plebes cæca nuper FVLMINE *territa,*
Quod fraude fecit filius ÆOLI,
Delubra temnebat veteri
FLORIACIS *fabricata sanctis.*

Ast ì

Aſt è profundo littore prodiens
Attracta Cæli munere VERITAS,
Vt Templa deuotè reuiſant,
Chriſtiadûm docet hîc cateruas.
Quare ſolutis PARTHENOPE *cõmis,*
Stat lachrymoſis imbribus obruta,
Luctúque teſtatur dolorem,
Quod MONAXΩN *careat Parente.*
In Montis alto Murice CASINI,
Fratres anhelo pectore clamitant,
Vmbroſa per Tempe vagantes
Fletibus OREADES *ſequuntur.*
BEATA TANTO NVMINE GALLIA,
ABBATIS ALTO STEMMATE NOBILIS,
DELPHINVS ALCIDES *Beatus,*
Vera ſui Soboles Parentis.
Nam ſtante tali SYDERE, FRANCIAE,
Puppis per altum Remige proſpero
Procedet æquor, nec timebit
HAERETICIS *agitata ventis.*

C. C. A. P. C. L. F.

Digitized by Google

IOANNIS A BOSCO
AD BENIGNVM LECTOREM.
PRÆFATIO,

In qua ex propoſito, de Seruitutibus, ac Monomachia, fusè diſſeritur: lucis quorumdam operis obſcurorum loco- rum gratia.

QVANTA fide, atque integritate veteres Authores euulgare deceat (Benigne Lector) nemo ſapiens eſt, qui ignoret. Siquidem, aliud eſt Authorum ſenſum, ſed alienis verbis, depromere: aliud verò, ipſos Authores proprio quodammodo idiomate loquentes proferre. Ego, ſi noſtræ ætatis quorumdam hominum delicatulos oculos ſpectaſſem, multa in veteribus Floriacenſibus Authoribus, aut commutaſſem, aut penitùs obliteraſſem. Verùm veritatis apud me potior exiſtit gratia. Equidem enim ſtilum nec mutare debui, nec etiamſi debuiſſem, in melius potui. Audeo quippe adſtruere, nullos vſquam facundiores ac puriores, nullos ſermone nitidiores ex antiquo noſtrorum Franco-gallicorum ſcriptorum prodiiſſe Muſæo. Tanto ſiquidem illorum plerique pollent lepore, tam vberè

affluuno

affluunt verborum copia, tam diuite descriptionum vbertate pinguescunt: vt prophanæ historiæ parentum fulgorem, præeximio eloquentiæ nitore genuinæq; Soles propemodùm tenebrescere atque calligare, nos fateri compellant. In tantum, vt viri eloquentiæ studio admodùm florentes, antequàm ipsa Authorum Autographa intuiti essent: in eam sententiam nullo pacto adduci possent, tam barbarorum seculorum Authores, tantæ scribendi venustate micare. Quod tamen exploratis solerter membranis ipsis primitiuis, vt vehementer mirati: ita etiam palam liberaliter & ingenuè sunt professi.

Res verò materiámque, aut inuertere, aut omnino reticere, nefas duxi. Tria maximè erant, quæ amici vel lenire, vel omninò præterire suadebant. At nusquam & si suaserint, persuaserunt. Primum apud Adrevaldum, Stephani nempe Pontificis Romani iussu, Pipinum Francorum Regem fuisse institutum.

Si ego ipse historiam hanc, meopte ingenio hac tempestate scriberem, moribus in Gallia receptis, ac meliori Theologorum sententiæ, de qua Bellarminus egregiè Tom. 1. Controuersiarum, lib. 5. Tit. de Romano Pontifice disputauit, stilum accommodarem adaptarémque. At veterem tantùm Authorem exscribo, cuius authoritas vt omnium penè coætanorum suorum fulcitur consensione, sic explicari lenirive potest, Principum ac populariũ obsecratione. Qui postquàm Pipinum vt idoneum Regem designarunt atque elegerunt: à Romano Pontifice Zacharia se solui iuramento, quod Hildrico inerti Regi præstiterant, postularunt. Quæ actio Pontificem decebat. Quámque sacramenti dispensationem, Stephanus Papa posteà in Gallias veniens, comprobauit: atque ad maius stabilimentum, Pipinum in Regem vnxit. Vel etiam, quia tanta erat illorum priscorum seculorum Religio, vt nequaquam crederent homines, felicem fore nouæ stirpis in

Regno quantumuis necessariam inaugurationem, quæ Vicarij Christi approbatione, benedictione, & authoritate, consignata ac stabilita minimè extitisset.

Igitur vt hac sententia plurimum decoris accedit Francorum in Summos Pontifices æternæ Pietati; ita nihil eorum demitur, aut detrahitur libertati, ingenuitati, aut Regiæ præiudicat independenti potestati.

Secundum: quòd cùm hodie seruitutes personarum ab omnibus vel à primariis saltem Galliæ prouinciis, videantur vsu eliminatæ. Durum admodùm atque extra rem videbatur, veteres in medium emergere Authores, qui eas repetitis adseuerarent exemplis. At non iam disputandam pertractandámve ex instituto suscepi, seruitutum æquitatem vel iniustitiam. At tantùm antiquorum Floriacensium Historicorum fidem moralem ac historicam, tueri & stabilire, mihi scopus est. Quod sic paucis aggredior.

Monasterium Sandionysianum olim mancipia ac seruos habuisse, à Dagoberto atque Carolo Caluo Regibus sibi attributos, diserte & explicite testatur Belsorestius Cosmographiæ Gallicæ parte prima: dum recitat, Sandionysianos ciues, veteri consuetudine, mancipia extitisse Ecclesiæ: eo quòd ipsorum personæ, res, atque familiæ, in Abbatum erant potestate: qui eis vt propriis bonis poterant vti, prout quondam suis mancipiis Romani vtebantur antiqui. Additque, Ludouicum Crassum Regem, huiusmodi seruitutes approbasse ac confirmasse. Et Suggerium famosissimum illum Abbatem Cœnobij istius Regij, ipsiusmet Ludouici permissu, quosdam ipsorum, non vero cunctos, manumisisse. Dein infert, libertatem Francicam mancipiorum, è comitate ac lenitate magis Gallorum veterum oriri, quàm ex priscorum Francorum in Galliam aduentantium institutione edictóve.

Atque alio loco ismet Belsorestius, in descriptione oppidi

« oppidi Vindocini, sic scribit: Mitto mancipia atque li-
« bertos, quos Comes Abbatiæ Vindocinensi concessit: uti
« quondam Ecclesiæ omnes, similibus ditabantur merci-
« moniis, ex quibus immania percipiebant emolumenta.
Quicquid enim sibi dicta comparabant mancipia, Eccle-
siarum, quibus inseruiebant, utilitati accedebat. Dúm-
que Aurelianorum meminit, recenset Basilica Sancru-
ciana seruum, manumissum fuisse. Atque Clodoueum
Magnum Protochristianum Regem, in primo Aure-
lianensi Concilio, suam Patribus fidem oppignorasse:
quòd non Ecclesiæ auferret libertos, non fisco Regio attri-
bueret seruos, non Ecclesiasticas imminueret libertates.

Renatus porrò ille Choppinus, qui scriptis luculentis, Apothecæ ac Promptuarij rerum Gallicarum, immò totius orbis, nomen, apud suos gentiles iustissimè promeruit: ita de seruitutibus, quarum hîc fit mentio, narrationem
« lib. 1. de Domanio Franciæ instituit: Etsi, inquit, Christia-
« nissimum Franciæ Regnum, è medio sustulerit Ethnicam
« seruitutem iuris gentium: huius certè vestigia quædam
« ac Reliquiæ, in hanc vsque productæ sunt ætatem. Ita vt
« seruis originariis, seu seruilis conditionis hominibus, nec
« sua liceat abalienare, nec de iis testari iniussu Patroni,
« qui libertis huiusmodi sine prole vel bonorum socio mo-
« rientibus, foret successurus. Atque plenas esse & hodie
« talium seruorum prouincias, fidem faciunt Burgundia,
« Marchia superior, Borbonia, Campania, Aruernia,
« Biturigia. Quarum moribus altera in personam est con-
« cepta seruitus, altera in res seu bona subditorum.
« Ludouicus verò Hutinus Rex, lege lata seruos liber-
« tate donauit: emptitia quidem, solosque qui liberari ac
« manumitti voluerunt. Et Erricus II. Rex, Borbonios
« municipes, qui serui nati essent, restituit primæua homi-
« num ingenuitati, vectigali imposito in annuam census
« pensitationem. Nec solus olim Rex, sed etiam Dynasta

complusculi , suis præstabant libertatem plenissimam. 13.
Quomodo obnoxiæ conditionis lege , suos omnes soluit »
Delphinates , Humbertus Delphinus Viennensis. Et »
Emanuël Sabaudiæ Dux, seruos Ducatus sui, ingenuos »
dimisit : condicto auri pondere. Theobaldus etiam Cam- »
paniæ Briequè Comes, manu emisit incolas Feritatis op- »
pidi , ad Albam fluuium : liberúmque iis permisit gen- »
tile ius successionum , inter ipsos. Ac paria plura ipse »
Choppinus refert. Qui etiam asseuerat nostrates Domi- »
nos, seruos manus mortuæ, solitos esse manumittere censu:
id est, lege Salariæ pensionis. Fallique docet eos, qui scri-
pserunt, Francorum vsu, nullum iam in Galliis seruitu-
tis personalis ius existere. Nam variis iudiciis decissum
fuisse ostendit : serui persecutorium Domino ius esse,
quamlibet extraneo , & ab extera regione fugientem ad
Francos seruum repetenti. Ac vltimò concludit , huius-
modi nostrates seruos , propriè eos esse , qui Cæsareo iure
coloni dicebantur.

Quæ omnia , & historicam nostrorum Floriacensium Authorum fidem ab omni calumnia eximunt , súntque responsionis vice: his qui mihi suadebant, seruitutum ve-torum penitùs expungere relationem.

Tertium atque vltimum, erat de duello siue de mono-machia, de qua bis tèrve mentio apud nostros Floriacen-ses occurrit scriptores.

Ridiculum est, aiebant, pessimique exempli, non so-lùm duella veteri comprobare relatu : at multo ampliùs ob Ecclesiasticas res , monomachiam decretam vel as-signatam fuisse narrare.

Sed quis , oro amici , nostratum Authorum , duelli æquitatem tuetur? quis approbat? quis commendat? diffe-runt acta fuisse duella nudè pandere , & duella compro-bare.

Scio ego, duellum existere tyranni Stygij mundo inue-
here

Digitized by Google

here bella meditantis, rudimentum. Vſum nihilominùs digladiationis vetuſtiſſimum, atque apud Francos vſitatiſſimum, mecum omnes politioris literaturæ ſtudiis ornati nouerunt. Nec clàm me eſt, ſanctiones Pontificias monomachiam omnem vetare; quòd ea ratione Diuinum explorari videatur iudicium. Adeò vt quamplurimi, quorum cauſa iure & æquitate optima erat. Stolidiſſimi dæmonum omnium Martis arbitrio, pugnantes occubuerint. Quæ etiam cauſa fuit, vt Ius Ciuile hæc certamina reprobaret.

De Purgat. vulg. de Clericis duello certantibus. & 2. qu. 5. C. Cõſul. & C. Monomachia cum Gloſſ. Felicis, de Torneam. C. Significantibus. de Purgat. vulg. C. Tit. de Gladiator. Iuſtinian. §. 1. Authent.

Quidquid tamen de rei iure ſit, inuenio duellum quibuſdam gentium moribus vſu receptum fuiſſe. Ex quibus vetuſtiſſimi Longobardi, quoties coram Iudice, integra probatione, defectus quiſquam eſſet, aliquidque ad plenam intentionis fidem Prætori faciendam deeſſet: duellum multis cauſis concedebant. Dum tamen qui rem pugna decidi petebat, iureiurando ſanxiſſet, non dolo malo, nec calumniæ cauſa ſe eò confugere. Sed quia aliter quàm Diuino iudicio, rei geſtæ veritas erui non poſſet. Inter verò diuerſos caſus, hi noſtro admodùm propoſito quadrantes, adnumerabantur. Contra ſeruum, qui in libertatem prouocabat, aſſertionis iudicium arbitratu Domini per duellum definiebatur. Licebat etiam ei, qui quinquennio poſſediſſet, vel ſacramento ſuam cauſam tueri, vel duello.

Quòd ſi de dominio poſſeſſioniſque acquiſitione ambigebatur, & vterque priora iura prætenderet, tùm quoquè ſingulari certamini locus erat. Et cùm vtrinque teſtes in iudicio producti, contraria confuſáque aſſeuerabant.

Quæ conſtituta, non omninò barbara irrationabiliáque vir liberalium doctrinarum, cognitione inſigniter ornatus Franciſcus Modius I. C. Burgenſis apud ſuas Triumphales Pandectas, poſtremo libro reputat. Cùm enim, ait ille, Longobardorum duello, ſcutis ſolùm &

fuſti

fustibus res gereretur, raróque accideret quemquam occidi: non multùm à Pancratio vel colluctatione, certamen id abfuisse æstimandum est. »

Cæterùm, neque à Longobardorum legibus, Francogallorum consuetudo admodùm dissidet. Apud quos hæc extat Philippi Pulchri Constitutio, Philippi, inquam, illius, qui priùs duellis finem indixerat: quæ tamen posteà coactus, hac restituit Cõstitutione: Si quis occulti criminis » *capitalisque reus sit, atque ita de eo constet, ut quæstioni* » *subiici possit, condemnari non possit: is arbitratu accusatoris, duello experiatur.* »

Ex quo aduertas, Concilium illud Valentinum à Cardinali Baronio, Tom. 10. Annal. Ecclesiast. ad annum 854. adductum, quod vetuit tàm grauibus pœnis, tantáque cohibuit Canonica censura atque seueritate, eum qui creuerat graui animarum damno, in populo Francorum abusum: quo inolito scelere, causæ sæpius duello dirimebantur: nunquam moribus Gallofrancis approbatum fuisse. Nam ut præfatus Choppinus lib. 1. de Iuris. Andium latè ostendit. Duellum olim litis decisorium indici consueuit. At à solo Domino sublimis iurisdictionis. Ob quam rem Canonici S. Mederici Parisiensis, in suo Prætorio. Duos Campiones collato pede certantes, etiamnum pictos retinent: ut hoc symbolo, indicent sibi ius Altæ Iurisdictionis, intra suos limites adesse. Sed & Francorum leges lib. 5. nominant Campionem, eum qui pro alio certator in singulari pugna datur. Recitat etiam de Sacra Politia, lib. 3. Literas Emologationis Regis Philippi, certæ Trãsactionis inter Richardum Andium Comitem, & Turonensem Archiepiscopum: in quibus eiusmodi verba reperiuntur: Duella tam de Mar- »
chayo, quàm de Caynone sunt Archiepiscopi: si »
Chinen Gallicè. fuerint inter homines suos, & solent fieri in Es- »
paulo apud Caynonem. Et Præsentia & Campus »
sunt

« ſunt Archiepiſcopi, & poteſt eos ducere Archie-
« piſcopus quò voluerit. Et ſi duellum fuerit inter
« hominem Comitis, & hominem Archiepiſcopi,
« duellum fiet apud Caynonem. Vterque autem de
« propriis hominibus duellum faciet fieri, vbi vo-
« luerit. *Ex quibus quidem, mirum in modum Autho-
rum noſtrorum Floriacenſium fides illuſtratur. Nam ex
ipſis conſtat, duella pro bonis Eccleſiarum, facto indicta
fuiſſe: & his, quandoque Eccleſiaſticos Prælatos præſen-
tiam ſuam exibuiſſe. Vnde non à veritate abhorret, quod
Adrenaldus, & alij ſcribunt, duella pro rebus Floria-
cenſis Cœnobij fuiſſe indicta. Quandoquidem id illa ætate
vſu receptum eſſet. Adiicit etiam Choppinus, noſtræ
Galliæ decus & ornamentum, lib. 3. de Domanio, anno
adhuc 1307. licuiſſe, quamuis capitis quæſtionem, furto
excepto, Bellone iudicio committere. Refertque duellum
fuiſſe indictum in Curia Abbatis Quotumbetenſis, inter
ſuos homines. Ac veteri iudicio Senatus Parlamenta-
ris, anno 1256. eidem Abbati adiudicata fuiſſe bona de-
victi in terra ipſius. Et Emendas de hoſpitibus ſuis, in
duellis pacificatis. Tandémque concludit, paulatim feri-
num hunc digladiandi morem, temperatum in noſtra
Gallia fuiſſe, acciſum poſteà, dein ad extremum aboli-
tum. Sed & apud Francos iam duelli litigantibus impe-
ratum à Karolo Magno, adnotat idem Choppinus, Di-*
« uum Ludouicum *Regem prohibuiſſe, his verbis:* Inter-
« dicimus pugnas per totum noſtrum domanium
« in omnibus litibus: & pugnarum loco, probatio-
« nes per teſtes aut ſcripta conſtituimus. *Exin duel-
lum ipſum, vnius tandem Principis ſummi arbitrio &
authoritati, relictum fuit. Vnde eſt Stilus Parlamenti de
duello indicendo ac concedendo, parte 1. cap. 16. Atque
hæc de duello ſatis ſunto. Velim nihilominùs, benigne
Lector, te monitum eſſe, Sanctum Benedictum non ani-*

maduer

maduertisse in Patronum, qui duellum inter testes fieri prohibuerat, de quo Adrenaldus lib. 1. de Miraculis Sancti Benedicti, cap. 25. mentionem agit, eo quòd duellum prohibuisset: sed, quia mancipia, quæ verè & ex integro ad Sanctum Benedictum pertinebant, sua diuisione ex parte ei subriperet. Nec etiam eumdem Patrem Benedictum, quòd duellum comprobaret inter seruum suum atque Isemberti Campionem, seruo suo victoriam è cœlo obtinuisse. Quam rem Anonymus lib. 4. cap. 11. de Miraculis Beati Benedicti recitat. At quia è serui sui parte, ius adesse manifestum erat. Etenim absque legitima causa, Prælato rei Ecclesiæ, inter quas & mancipia adnumerantur, nefas est abalienare: quod tamen Hugo Abbas egerat. Adde, quòd ille seruus Rotbertus, inuitus atque coactus Iudicum sententia, coactus fuit duello experiri: ob quod in angustiis constitutus, nullóque alio remedio se tueri valens, ad anchoram auxilij Diui Benedicti Patroni sui confugit: qui clienti suo, malo dolo vel animo causam duello minimè danti, auxilium mirè impendit.

Cniatius ex Nouell. 7. Cõstit. Iustin. docet, mancipia rustica Ecclesiam habuisse & inalienabilia fuisse.

Hæc sunt, Candide Lector, quæ te priùs scire cupiebam, vt inoffenso pede, Floriacensem veterem Bibliothecam percurreres. Quantum verò lucis sacris seu Ecclesiasticis, aut prophanis historiis, atque etiam ritibus Regni Francogallici illa adferat: malim te post eius lectionem ingenuè fateri, quàm à me, antequàm legeris, audire.

Interim ne mirêre, secundæ ac tertiæ partium istius Regiæ Bibliothecæ, diuersas, diuersis fieri adiudicationes: cùm tamen ipsa, in limine Regium solum nomen præferat. Nam consentaneum est rationi, me Bibliothecarum insignium dispositionem imitari. Quarum parietibus vel etiam xistis multæ statuæ, tabulæ, ac Cosmographicæ chartæ ad ornatum appenduntur & inseruntur: eorum maximè, qui vel dignitate & sanctitate præcelluerunt:

vel

vel Domino Bibliothecæ, amicitia, fœdere, aut obſequio coniuncti, deditique ſunt, vel inſignium ſtatus ipſius, Regionum. Quo exemplo & plures authoritate ac ſanctimonia conſpicuos benevolentiáque aut miniſterio in Regiam Francogallicam domum claros. atque ſpectabilium huius Regni quarundam Eccleſiarum, vrbium, & Regionum, Prouinciarum mores, muris huius Regiæ Bibliothecæ ac xiſtis, cum bona Regis Reginaque venia ad decorem & gratiam affixi, & intuli, diuerſo tamen, à iam per alios Authores depictis, penicillo, vel ſculpro: ita vt me actum agere, nullus meritò queat cauſari. Fœlicitatis autem inconparabilis, qua fruimur, bonis Regis noſtri Henrici IIII. auſpiciis, haud immemor. Palladij Francogallici Numen, vniuerſo terrarum orbi expoſui. Vt quaque nationes, nutantem, vacillantem, titubantem: amplius deſinant ſuſpicari Franco-gallicæ ſtabilitatem, qua tot deſuper ſtabilitur promiſſis, támque manifeſto refulget patrocinio Benedicti ſui Protectoris, cuius vera poſſidet oſſa, vt inanem tantùm retinet ipſorum preſentiæ opinionem Italia. Si autem ardentius aliquibus locis, in deformatos Monachorum mores inuectus fuerim: ignoſce de diſſolutis loquenti, & applaude, bonos (qui plurimi in pleriſque ſunt Cœnobiis) collaudanti. Hoc enim eſt quod enixis ad Deum perpetim precibus deprecor, & continuis poſtulo gemitibus, vt reſloreat veterum Benedictinorum decor & gloria: vniuerſa autem quæ puritati ac ſinceritati præſtantiſſimi Monaſtici ſtatus officiunt, ab omnibus Gallicanis Cœnobiis eliminentur. Nam vt nihil diſſoluto Cœnobio contemptibilius eſt populariorum æſtimatione, ita vix aliquid perfecto Regulari nobilius ac præſtantius inter Chriſtianos reperitur.

Non te etiam moueat, quòd Eccleſiæ hoſtes ſcandalo paſſimo ex relatu defectuum, qui in quibuſdam Cœnobitis reperiuntur, affici poſſunt: ſine illos, cæci ſunt, & duces

cæcorum

Digitized by Google

cœcorum. Quid asperius, quid manifestius, quàm quod ante Christi aduentum, de Principum & Sacerdotum Israelitici populi sceleribus, & dixerunt, & scripserunt Diuini Vates? & tamen, eos à dicendo aut scribendo, Gentilium, qui scandalizari inde poterant, respectus, non absterruit. Vtinec me Hæreticorum consideratio, à deplorandis perditis quibusdam Monachis abduxit. Quibus, & mollibus aliis Christianis, qui refugium manum Chyrurgi, ego dico: Ecclesia vt ager est permixtus tritico & zizaniis: sic & stadium Cœnobiticum bonis malisue permiscetur. Qui boni sunt, in eo laudibus efferuntur: qui uiscoli, acrimonia verborum punguntur, vt ad rectitudinis semitam reuertantur. Sed & in hoc ab Hæreticis differimus; quòd illi puluinar consuunt sub omni cubito manus: nos verò etiam virtutes an vere virtutes sint examinamus, nec veremur prauis credentium moribus, Fidei Catholicæ firmamentũ concuti, quod est supra fundamentum Apostolorũ Prophetarúmque in Christo Iesu firmiter locatum, non verò super mores hominum.

Denique vt scias (chare Lector) quibus ob consequutum lectionis Bibliothecæ huius beneficium, denunciris. En tibi indico clarissimum pietate & doctrina virum, Antonium Foubertum Præabbatem Floracensem ac Præfectum Monachum solertissimum, efficacibus me admodum in decurrenda hac aspera & hactenus inaccessa via, adiumisse auxilijs. Nam eius opera, benevolentiam sum Regione atque humanitate Florentium Floracensium Patrum assequutus; qui se suáque omnia, vt ad perfectum opus istud deducerem, promptissimo ac lætissimo animo, mihi communicarunt. Quorum conatus; plerique inclyti alij viri emulati sunt: quos suis locis collocabo. Maxime verò oculis ipsis mihi carior Carolus Campigneus Cœlestinorum Lugdunensium eximius Cœnobiarcha, qui cunctanti mihi, & rem prætelami, ac in-

alind

aliud tempus rejicienti : animos adiecit, omnémque eam ad exitum deducendi opportunitatem, ſumma dexteritate paulatim conquiſiuit. Cuius ardorem, proximè inſequutus eſt Gallicus ille Plantinus Horatius Cardonius Lugdunenſis primarius Bibliopola. Cui, ob liberaliter & magnificè mihi in hac palæstra deſudanti, collatam manum, & Gallia vniuerſa, cum Hiſpania, obnoxia eſt: (nam quippiam viſitur in hac Bibliotheca, quod Hiſpanos mirè adornat) & cuncti præcipuè Benedictini iuſtè debent eſſe gratiſſimi.

Fruere: & ſi mea in tam periculoſa alea, candidè, ſuſcipias interpreteriſque primordia, otio in poſterum ne torpeam haud time, vel inertia. Credeq́, me ex animo cuncta mea ſcripta Eccleſiæ Romanæ æquo examini ſubjicere, atque cenſuræ.

Explicit Præfatio.

IAM excuſſa Præfatione, ſæpe petita, ſæpiùs repetita, diù concupita, & expectata, lætéque accepta, aduenit, Clari ampliſſimis Præfecturis viri Sidonij Scholiaſtis admirandi, at clarioris literarum claritudine (quæ ipſum vbique terrarum clarificant, dum ipſe ignorantiæ clarigat) Ioannis Sauaronis ad me Epiſtola: quæ cùm ſit plurimis antiquitatis inflorata floribus, promeruit Floriacenſi Regiæ Bibliothecæ, non tantùm vnionis Nobiliſſimi inſtar vniri; ſed Caducei loco præire, ac Cylindri vice, vt aſpera complanaret, ſuperduci. Ne eam, Lector, ablegito, lege, & ſelige in ea aurum, gemmas, & quidquid reconditæ pulchritudinis, vetuſtas colligauit. Si colligas, non caligabis, crede.

Digitized by Google

IOANNIS SAVARONIS AD IOANNEM A BOSCO COELESTINVM, EPISTOLA

Gallicè data, Gergouiæ, 16. Kalend. Iulij, 1605. & ab eo, qui ſuſcepit, Latinè reddita.

EXORATVS *ſis, oro: ob ea, quæ me ita premunt; vt omninò comprimant perimántve frè, ne manus ad codices extendere poſſim, negotia: atque ſcribendi tarditatem dum incuſo, tu ipſe excuſa. Auebam tuæ primæ quærenti, pulſanti denique & interpellanti Epiſtolæ reſpondere, aperire: qualémque tu auebas, Epiſtolam reddere. Verum furem me pro te eſſe neceſſum fuit, ac publicis curis, priuatiſque neceſſitatibus, quæ me obruunt, præiudicare, hoc eſt, furari oportuit. Ordiar tandem, quæſita tua, ordine à me quæſito, requiſito à te, exquiſito autem cunctis diluere. Certum eſt, primos noſtros Gallos, audacia & fortitudine animatos: fortiter audacter, vitam aleæ duelli exponere auſos fuiſſe: cùm ad id impetu vocati, tùm animarum immortalitatis fiducia fidentes, prouocati. Hoc tu ipſe meliùs noſti. Furoris hunc æſtrum poſterûm ſuorum aruis, cum ſemine ſeminarunt: qui nihilominùs Chriſtianæ Fidei, nonnihil, repagulis coërciti ſunt. Vti te docent antiqui ſcriptores Sydonius, Gregorius Turonenſis, Fredegarius, ac coæui. Verùm Rex Gundebaldus lata Lege, quæ Gumberte vocatur, extinctum penè duellorum reanimauit morem, adeóque euexit: vt exinde ita vixerit, quòd apud antiquitatem Francam, nihil eis frequentius frequentatum occurſet. Do exemplum fortis illius Claramontenſis Auiti, dein Auguſti ac Imperatoris: quod in*

Syda

Sydonio apud Panegyricum Auiti, Carmine ſeptimo, verſu ducenteſimo quinquageſimo quinto liceat contemplari. Ipſe quippe ad ſingularem pugnam, Hunum familiaris ac contubernalis ſui interfectorem, prouocauit, cum eo bellauit, & debellauit. Cui adſtipulantur inſignia gemina alia exempla noſtratium Regum in prima linea, apud Gregorium Turonenſem, lib. 7. cap. 17. & lib. 10. cap. 10. Primi hiſtoriam longam, præcindam, tui otij habens rationem: verbaq; tantùm ipſa, quæ rem vrgent, attexam. At ſi eſt aliquis, ait Campio, ſimilis mihi, qui hoc crimen impingat occultè: veniat nunc palàm, & loquatur. Tu Rex Piiſſime, pones hoc in Dei iudicio, vt ille diſcernat, cùm nos in vnius campi planitie viderit dimicare. Poſterius porrò exemplum melioris ac notabilioris eſt notæ, quod ipſe notæ precor, & annotæ, ac amborum collatione, videbis, Reges vetuſtos, duella acceptaſſe. Quod Hiſtoricorum phraſes nobis inculcant: Campo dimicare, Campo diſcernere, Campiones, &c. noſtrorumque vulgare idioma conteſtatur, quod vallentem vocat Campionem, eum qui collato pede in duello pugnat audaciter animosè. Quámque loquendi rationem ſæpe Capitularia Regum vſurpant: necnon Salica, Burgundica, Saxonica, Longobardica, & conſimiles Leges. At ſecunda Regum linea, hoc conſuetum, docebunt tui Authores: cupidè ab his, qui authoritatem inter eruditos ſibi comparauerunt, capiti: quos expectatione propinqua ipſorum editionis quotidiè lacto, tu ipſe citò ablacta. Quibus ſuppetias ferent Capitularia Leges. lib. 3. cap. 46. & lib. 4. cap. 23. Cum Nitardo Aymonio, & aliis Syncronis: at ſingillatim eximius Agobardus Lugdunenſis, & Sacrorum & Muſarum Antiſtes, qui ex compoſito Legem Gumberte impugnauit, oppugnauit: dato ad Ludouicum Imperatorem de duello Commentario, quem legas, & relegas oro, obteſtor. Stirps ergo nouiſſima accedat, quæ duellum fouit,

approbauit: atque illud inter vulgares, abduas tamen & abstrusas, probationes reposuit. Extat Diploma Roberti Regis Lege Duelli, quod vulgò dicitur. Campus, &c. Aymoïnúsque lib. 5. cap. 13. testatur inoleuisse Francis, armis impacta diluere. At maxima applicata cautela, necante causam cognitam, ac à Rege, eiúsve consilio probatam: vti allata indicant exempla, & à Pythœo Francofurti euulgati tertiâ stirpis Authores manifestant. Quod etiam Stilus priscus Parlamenti annuit, qui lucem plurimam tuis Authoribus commodare potest: si Ioannis Galli in principe Curia Aduocati, quæstionum 80. & 90. necnon Guidonis Papæ Quæstorum, candelabris in altum eleuetur. Hunc morem durasse ad tempora Francisci I. & Henrici II. Regum, fidem faciunt Froyssardus, Monstreletus, & alij, qui de Gallicis scripsêre rebus. Quòd si nec ista sufficiant obsonia, vt famem expleas: varios Tractatus in Doctorum Tractatibus coacernatos, deuora, & Cæsarium lib. 7. cap. 18. de Confessione, ebibe.

At ad tertiam tuæ Epistolæ partem migrandum mihi est, sermóque contrahendus. Liberti Ecclesiæ hi sunt, qui sub ea lege libertate donati sunt, vt Ecclesiæ seruiant. Ius Canonicum, Concilia, Capitularia Regum, veterésque Ecclesiarum Chartæ, myriades exemplorum depromunt: ac cum his, si lubet, Commentaria mea in Epist. 10. lib. 9. Sidonij, Domino Papæ Apruneulo inuestigare, vnde tua exsatietur cupido, forsan assequêris, ob quam causam præcido. Vltimum mihi incumbit, de Vuantis disserere. Anceps sum. Quærisne, quid Vuanti denotent? an quis fuerit senex tradendi cum Vuantis super altare ritus? vtrumque dissoluam, ne meo officio, tuóque videar defuisse desiderio. Apud veteres, Vuanti sæpe nominantur: sat sit omnium loco, prælibasse locum Capitularium, Addit 1. cap. 22. Vuantos in æstate, Muffulas in hyeme ver neginas. Quo loco Monachis gestamen chyrothecarum ac

bra

brachialium, conceditur, At ſi te, ipſa res, non vox diſcruciet, ſcito actus omnes ſignatos, apud Altare primarium fieri conſueſſe. Veteri Charta referente, quòd donum authoriſationis de his omnibus ſuper Altare poſuerunt, &c. Ipséque ego vidi quaſdam ſimiles donationes Eccleſiæ Sancti Iuliani Briuatenſis Aruerniæ Soſpitatoris. Quod etiam apud vetuſtas chartas reperiri, vel tuorum Authorum magna eruditorum expectatione expectatorum teſtimonio, comprobari notum erit. Prodeant, oro, citò: cuncti odore Floriacenſis nominis, tuique illecti, ipſos propediem excipere iucundè ſumus parati. Cæterùm in literarum bonarum, tuorúmque meritorum gratiam, cuncta à tergo deſeram quantumuis vrgentia negotia, ſi mea egeas opera. Tibique adſtruo, quod ex animo tuus ſum, ac ero perpetuò.

IOANNES SAVARO.

Digitized by Google

AD REGEM CHRISTIANISSIMVM, REGINAM, DELPHINVM, ET Galliam : de veritate præſentiæ corporis Beatiſſimi Benedicti Abbatis, apud Floriacenſe Cœnobium, in Agro Aurelianenſi, hac adſtructa Regia Bibliotheca

CARMEN.

RAcigenûm decus æternũ, quo Principe nuſquam
Clarior effulſit, pacatis Gallia rebus.
Rex ſæcli lætus ſola tui, cui quidquid ouantûm eſt
Cedit: cui ſeſe ſoli Capitolia pandunt,
Virtutis non æqua tuæ, nec præmia digna.
Cui palmæ, laurique vigent, quem Aſtræa, ſuorum
Et Mauors comitem geſtit, paritérque requirit.
Rex poli amor, telluris honos, cœlique fauentis
Delicia, & dulces curæ, & cuſtodia fœlix.
Æquandum cuius fama non vltima Thule,
Non Geta, non Indus, non regno pulſus Iberus
Agnouit! cui ſæcla parem non vlla dedêre.
Vt Galle aſſector gentis, quæ priſtina per te
Lumina, quæ per te reduces fruitura triumphos,
Antiquos iam ſpirat auos, & pace beata
Bellorum furias, & mitior exuit arma:
Vera Capetiadum ſoboles dicare, parique
Te cultu, & fama celebrem, tua Gallia laudet.
Scilicet ingenti ſuper æthera nomine vecti,
Quæ pietate olim fulſerunt, quoque potenti
Robore, magnanimas animas vouêre, tuendæ

Seruan

Digitized by Google

Seruandaque olim patriæ: ſeu dextera ferro
Horrenda, in victos victrici ſæuiit hoſtes:
Siue toga mutanda chlamys, poſitóque furore
Exutiſque minis, pacato regna ſuêre
Conſilio, tutanda diù: tu ſingula adæquas,
Et ſuperas (Nam æquare parum Borbonidi alumno)
At iactent quèis vena tumet fœcundior, arma
Illa tua æternùm victricia, & ære perenni
Commendent validis attritos viribus hoſtes.
Annectam capiti lauros, famæque trophæa
Nunquam delenda. Limes mihi Carminis eſto.
Illa tua inſignis pietas, dulciſque tuenda
Religionis amor; quo pridèm effluxit Olympo,
Influxîtque tibi geminis cÆſtræa futura
Auxilium ſceptris, & quæ fautricia dudum
Numina conciliet, cæliſque potenter amicet.
Nec dubita, en pignus tibi fœderis offero, diuîm
Interpres magni Benedicti nomine, quo non
Illuſtres Capetiadæ præſentius vſquam
Experti. Io, Rex, Io, lætare fauore
Inſolito, benedic Superis, gratiúſque fauori
Annue ſydereo, & ſecuro munere fœlix.
cMagnum equidem ſtrauiſſe acies, totiéſque fugatis
Hoſtibus, aſſiduo rutilantem ſanguine dextram,
Et ferro horribilem, edomitis oſtendere Iberis.
cMagnum ſedatis tot tantiſque æſtibus, alto
Regnare Imperio: & longum per ſæcula pacem
Quæſiuiſſe pia, Regno, virtute quieto.
At maius, quòd te Francorum frena regente
Orbi innoteſcit Benedictus, & illa repertus
Lumina, fulgoréſque pios ſibi vendicat, olim
Ereptos: tunc cùm tenebras effudit euanti
Sepia, & indocti malè credita charta Leonis
Hiſtoriæ, impoſuit mendaci ficta libello

Magnum hoc, magnũ, inquã, eſt, ô Rex: nec certior vſquam
Teſſera ſydereæ fidei, ſacrique fauoris.
Sic Galli cœlo ſunt cura, adeóque Dynaſtas
Protexiſſe lubet Francos, ita Lilia ſurſum
Demiſſa, & falſis prælata antylibus, Alti
Auxilium teſtata Dei, ſic illa priori
Karolidum vexilla micant, metuenda feroci
Hiſpano, tunc cùm latè victricia ſigna
Heſperiis magnus præferret Carolus agris.
Sic tibi virtutis tantæ, inuictiſſime Princeps,
Hæredi, & verè magno pia numina ſeſe
Nunc referant dono non inferiore, nonóque
Palladio te nobilitant, cuius pia nunquam
Subſidia Æolides verſutis artibus alter,
Aut furtis Tydides interuertere poſſint.
Excita ſtygiis furiæ fornacibus, vltrò
Bella fremant, agiténtque dolos, diríſque colubros
Immittant animis, exoſáque pectora tantum,
Quantum cara polo, quibus vſque vrgere licebit,
Fraudibus, inſultúque petant. Cuncta irrita, cuncta
In cuſtodium Benedicto ſpicula Regem
Addiſcent, fugiéntque procul: Námque æquore qualis
Quæ ſe protendit, rupes, ſonitúmque, minaſque,
Vimque freti, latrantêſque vndas immota repellit.
Magne HERÒS, *iaculo ſic impenetrabilis omni,*
Vimque fati aduerſi elides, vigilánſque ſupernè
Excubiis numen gratis tutabitur vſque.
Nam quidni meritò aſſiſtat? quem ſæcula priſca
Fautorémque Capetigenûm, Regnique parentem
Agnoſcunt, & quo toties ductore fugatos
Normannos fuſóſque liquet, tuique ipſe Capetus
Et ſceptrum acceptum, & ſolutus Diademate referre.
Quinimò inuitat Numen, cognatio fœlix
Et ſpes ſubſidij ſecurior, hoſpite ſolum

Non,

Non Diuo, ſed & agnato (placet addere verè)
Et conſanguineo, lætarè, ô Gallia, geſti
Et feſtas agita luces, quæ numina Regi
Reginam, quæque Heroï iunxêre potenti
Auſonidum Diuam, qua non præſtantior alter
Iunxêre hæc Regem Benedicto, & ſacra propago
Commiſta, æthereos ſibi vendicat orbe Patronos:
Italiæ ora quidem tantum ſuſcepit alumnum,
At licèt haud Franco eſt, verùm patre Auſone natus,
Non minùs idcircò Regno ſit fautor utrique,
Quod Iuſto, tuus HENRICVS *moderamine frænat.*
At tu PARVE PVER, *per lauros, pérque coronas*
Edite, cui ſperat, cui ſpirat, Gallia quidquid
Sperarique poteſt, ſpirarique Ominis alti.
Parue, at mægne puer, cui fata & ſydera pridem
Terrarum Imperium, & quidquid regnabile mundo
Optant, promiſſum ut virtus tua compleat orbem.
Eïa puer, quò fata vocant, ſequere vſque, nec alta.
Accipe mente metum, agnato tibi Præſide Diuo.
Is tuelari cura, ſic iuſſit Olympus,
Creſcenti dabit aſpectus formare paternos,
Magnanimóſque animos indet, patriúmque vigorem.
At tu quando vacat ſedato turbine belli
Agnatum per me oblatum, raptúmque tenebris
Agnoſce, ô Pace, ô Armis Clariſſime Regum.
Suſcipe quod donant cœli, rediuináque rurſum
Lumina, non ſolùm Benedicto in ſæcula multa
Victuro: ſed & innumeris quos nocte pudenda
Oppreſſos iterum cœleſti veſcier aura.
Dant charta. Hæc concede Pius. Potuiſſe relictum
Hippolitum morti, rurſum ſpirare negatum
Aera, & infernis emergere ſedibus, aiunt.
Quidni etiam longæ potos oblinia Lethes
Sydus, reſtituam luci? quos Gallia ſenſu

Digitized by Google

Atque ſuos olim nouit, queîsque illa priorę
Lumina, queîs micuit, queîs ſplendet, ſingula debet.
Magnum opus, & fœlix, ſpiræns antiqua parentum
Stemmata, quódque rapi vobis ſæclóque futuro
Sacrilegum fuerat, longúmque nepotibus omen
Opprobrij, & Regni ingrati haud iniuſta querela.
Ergo adeſ, ô huius clamata Diana, parénſque
Virbij, & ereptum tenebris, etiam eripe probris.
Non poterat Benedictinus maiorę parare,
Aut offerre actis Benedicti, & ſydera tanta
Antipodum producta polis inſculpere noſtris
Non fuit alterius cœlis tantum decus in me
Dilectæ patriæ potuit, Regiſque potentis
Gloria, quam æternam non incerto Omine ſacro.

FINIS.

ELEN

Digitized by Google

ELENCHVS EORVM,

QVÆ FLORIACENSIS HÆC *Bibliotheca complectitur.*

EPistola Dedicatoria ad Regem, ac Reginam: in qua tituli Operis ratio redditur.
Ode Tricolos, &c. De existentia Corporis S. Benedicti, in Galliis.
Præfatio Ioannis à Boſco, quæ de Seruitutibus, & Monomachia pertractat.
Epistola erudita Clarissimi viri Ioannis Sauaronis.
Carmen ad Regem, Reginam, Delphinum, & Galliam.
Catalogi varij de spectabilioribus Bibliothecæ huius personis, rebus, & locis.
Adrevaldi Floriacensis Monachi Historia Translationis SS. Benedicti, & Scholasticæ.
Quatuor libri de Miraculis S. Benedicti: quorum primi, Authores sunt Adrevaldus, & Adelerius. Secundi, & tertij, Aymoinus. Quarti verò, Anonimus. Omnes Cœnobitæ Floriacenses.
Diedericus Monachus de Illatione S. Benedicti.
Conseruatio Corporis S. Benedicti, Authore Ioanne à Boſco.
Inuentarium Auctēticorum Rescriptorum, Authore eodem.
Sermo S. Odonis, de S. Benedicto.
Sermo Aymoini, de eodem.
Vita S. Abbonis Martyris, per Aymoinum.
Tortarius Floriacensis, de Translatione S. Mauri Martyris.
Variorum Authorum fragmenta.
Epistola D. Capelleti.
Relatio trium Authorum.
Breuis Apologiſmus Ioannis à Boſco.
Veteres consuetudines Floriacenses.
Antiqua Monumenta Britannica, ad Cæsarem Vindocinensem Ducem. Id est, Vitæ SS. Pauli Leonensis, Gildæ Sapientis, Samsonis, & Machutis.

CATA

Digitized by Google

CATALOGVS ROMANORVM PONTIFICVM, QVORVM FIT mentio in hac Floriacenſi veteri Bibliotheca Regia.

Ordine Alphabetico.

A Deodatus.
Adrianus.
Agapitus.
Alexander II.
Alexander III.
Benedictus I.
Benedictus VIII.
Bonifacius.
Clemens III.
Clemens IIII.
Clemens VI.
Clemens VIII.
Eugenius III.
Eugenius IIII.
Fœlix.
S. Gregorius I.
Gregorius II.
Gregorius III.
Gregorius IIII.
Honorius III.
Hormiſda.
Innocentius III.
Ioannes.
Ioannes dictus Martyrius.
Ioannes alter.
Leo II.
Leo alter.
Martinus.
Paſchalis II.
Pelagius.
Siluerius.
Stephanus.
Stephanus.
Stephanus.
Vigilius.
Vrbanus III.
Vrbanus V.

Catalogus SS. Martyrum.

Abbo Abbas Floriacenſis.
Aigulfus Floriacenſ.
Antolianus.
Boëtius.
Dionyſius.
Eadmundus.
Eleutherius.
Frongentius.
Ioannes Papa.
Maurus.
Monachi ſexaginta Floriacenſes cum famulis.
Ruſticus.
Sebaſtianus.
Symmachus.
Symphorianus.

Cata

Catalogus SS. Pontificum.

Adhelmus Saleſburienſis.
Arnulfus Metenſ.
Auguſtinus Hipponenſ.
Bertigrannus Cœnoman.
Bonifacius Phriſiæ.
Brictius Turonenſ,
Dunſtanus Cantuarienſ.
Eligius Nouiomenſ.
Eucherius Aurelianenſ.
Euvurtius Aurelianenſ.
Germanus Pariſienſ.
Germanus Capuan.
Germanus alter.
Gildardus.
Hebren Britann.
Hilarius Pictauienſ.
Leontius Xantonenſis.
Mabbo Leonenſis.
Machutes Aletenſis.
Maglorius.
Martinus Turonenſ.
Medardus Nouiom.
Oldericus Aurelianenſ.
Oſuvaldus Angliæ.
Paulus Leonenſis.
Remigius Rhemenſis.

Catalogus Abbatum Sanctorum.

Abbo Floriacenſis.
Adhelmus Maleſburienſis,
Antonius Ægyptius.
Auitus Mixiacenſis.
Aygulfus Lyrinenſis.
Benedictus Caſibenſis.
Bonitus Caſinenſis.
Brendanus Britannus.
Fœlix Britannus.
Gildas Britanniæ.
Hildutus Britann.
Leodeboldus S. Aniani Aurel.
Maurus Glanofolienſ.
Maximinus Mixiac.
Mummolus Floriac.
Oderiſius Caſinenſ.
Odo Cluniac. & Floriac.
Petronax Caſinenſ.
Petrus Cluniac.
Romanus Fontis Rogi
Robertus Caſæ Dei.
Sigiranus.
Triecius Mixiac.
Trudo Haſbanenſ.

Catalogus Sanctorum ſimplicium, & Sanctarum.

Ægreas.
Aldecus.
Arron.
Conſtantinus Monachus Caſinenſis.
Demetrius.

Ehoarn.

S. Brigida.
Peteona.
Scholastica.
Vitalina.

Ehoarn.
Eparchius.
Faustus Monachus Casinens.
Gingurianus.
Gradus.
Gustanus.
Herardus.
Ieronymus.
Karlomanus.
Macharius.
Mailocus.
Possennius.
Paulus Eremita.
Satyrus.
Simplicius Monachus Casin.
Symeon.
Trechinorus.
Viator Monach. Mixiac.

Catalogus Pontificum, non Sanctorum.

Agio Aurelianensis.
Archembaldus Turonensis.
Arnulfus Aurelianensis.
Arnulfus Rhemensis.
Artaldus Rhemensis.
Berarius Cœnoman.
Bernardus Cadurcensis.
Castorius.
Cetomerinus Leonensis.
Gaufredus Antisiodorensis.
Gerlanus Senonensis.
Geruens Byturic.
Goslinus Byturic.
Gualterus Aurelianens.
Guido Lugdunensis.
Guilielmus Antisiodorens.
Guilielmus Byturic.
Guilielmus Niuernensis.
Gumboldus.
Helias Aurelianensis.
Heruens Aurelianensis.
Hugo Treecnsis.
Ioannes Bonsius Byterrensis.
Ioannes Vrbeuetanus.
Iohennius Leonensis.
Ionas Aurelianensis.
Iudicaël Venet.
Mannaserus Aurelianensis.
Maximianus Rauennas.
Odo Carnot.
Odo Parisiensis.
Petrus Narbonensis.
Petrus Senonensis.
Rainerius Aurelianensis.
Ranco Aruernensis.
Remigius Rothomag.
Richardus Byturic.
Richerius.
Robertus Carnot.
Rodulfus.
Seguinus Senonensis.
Thiernomagilus Leonensis.
Tutolo Turonensis.
Vvulfaldus Carnot.

Catalogus Abbatum, non Sanctorum.

Adaealdus Floriacensis.
Adalgaudus Floriacensis.
Agapetus S. Georgij.
Amalbertus Floriacensis.
Araldus Floriac.
Archembaldus Floriac.

Betnar

Digitized by Google

Bernardus Bellilocenſis.
Bernardus Floriac.
Boſo I. Floriac.
Boſo II. Floriac.
Claudius Sublæſius Floriac.
Gauſbertus.
Germanus Rameſenſis.
Giſlebertus Pictauienſis.
Goſlinus Floriac.
Guarinus Floriac.
Guarnerius Floriac.
Guarnerius Maciacenſis.
Guilielmus I. Floriac.
Guilielmus II. Floriac.
Guilielmus III. Floriac.
Guilielmus IIII. Floriac.
Hilduinus S. Dionyſij Pariſ.
Hugo Antiſiodorenſ.
Hugo I. Floriac.
Hugo II. Floriac.
Ioannes Caſinenſis.
Ioannes Floriac.
Ioſcerandus Floriac.
Lambertus Floriac.
Macharius Floriac.
Macharius II. Floriac.
Medo Floriac.
Odetus Floriac.
Oylboldus Floriac.
Petrus Floriac.
Radulfus Floriac.
Rainerius Floriac.
Rainardus.
Richardus Floriac.
Richardus Marbacenſis.
Rodulfus Floriac.
Teodebertus Floriac.
Teuto S. Martini Turonenſ.
Verannus Floriac.
Vvlfaldus Floriac.

Catalogus Cœnobiorum.

S.Albini Andegauenſis.
S.Aniani Aurel.
Athanarenſe Lugdun.
De Barduno.
Belilocenſe.
S.Benedicti de Mantua.
Caroliloli.
Cabilonenſe.
Carrofenſe.
Caſæ Dei.
Caſinenſe.
Cluniacenſe.
Coërlahen.
S. Cypriani Pictau.
Dyenſe.
S. Dionyſij Pariſ.
S.Fidis de Conchis.
S.Florentij ad Samurcum.
Floriacenſe.
S. Georgij Maioris Venetiarum.
S. Geraldi Aureliacenſis.
S.Germani à Pratis Pariſienſ.
S.Gundulfi.
S.Illidij in Aruernis.
Ioſaphat Carnuti.
Lochmenech.
Lyrinenſe.
Maciacenſe.
Malexbutienſe.
Marbacenſe.
S.Martini Eduenſis.
S.Medardi Sueſſion.
S.Michaëlis in Tumbelina.
Mixiacenſe in territorio Aurelianenſi.

Mon

Montis Peſſulani.
Morimundi.
Nantoliacenſe.
Patriciacenſe.
Penetale.
S. Petri Carnotenſis.
Prumienſe.
Quotumbenſe.
Rameſenſe,
Regulæ.
Salenſe.
S. Scholaſticæ Cœnom.
Solemniacenſe.
Sublacenſe.
Terracinenſe.
Tyronenſe Carnoti.
S. Victoris Maſſilienſis.
Vindocinenſe.

Catalogus Imperatorum Romanorum.

Imperatricũ.
Sophia.
Martina.

Anaſtaſius.
Karolus Caluus.
Carolus Magnus.
Conſtantinus aliàs Conſtans
Conſtantinus Magnus.
Henricus Sanctus.
Heraclius.
Heraclonas.
Iulius Cæſar.
Iuſtinianus.
Iuſtinianus minor.
Iuſtinus ſenior.
Iuſtinus minor.
Leo.
Ludouicus Pius.
Martianus.
Mauritius.
Otto.
Phocas.
Tyberius.
Tyberius Conſtantinus,
qui habuit filios { Theodoſium. Tyberium. Conſtantium.

Catalogus Franciæ Regum, ac Reginarum, ac Principum.

Regina.
Anna.
S. Batildis.
Berta.
Brunechildis.
Conſtantia.
Gerberga.
Headtgina.
Maria Medicæa.
Matildis.
S. Radegundis.

Aritpertus.
Karlomanus.
Karolus Caluus.
Karolus Magnus.
Charolus minor.
Charolus VI.
Childebertus.
Childericus.
Chilpericus.
Clodoueus I.
Clodoueus II.
Clodoueus III.
Clotharius I.
Clotharius II.
Clotharius III.
Dagobertus I.
Guntramnus.
Henricus I.
Henricus II.
Henricus III.
Hildricus.
Hlotharius I.

Hlotha

itized by Googl

Hlotharius II.
Hugo Capetius.
Ludouicus.
Ludouicus.
S. Ludouicus.
Ludouicus.
Ludouicus.
Ludouicus.
Ludouicus.
Ludouicus.
Ludouicus.
Ludouicus.

Meroueus.
Philippus.
Philippus.
Philippus.
Pipinus.
Robertus I.
Robertus Capetius.
Rodolfus.
Sigebertus.
Teodebertus.
Theodericus.

Regum filij legitimi.

N. filius Ludouici Pij, obiit infans.
Karolus Dux Lotharingiæ.
cuius filij fuêre { Ludouicus, vel Lotharius & Karolus.

Hugo. } filij Henrici I.
Odo. }
Robertus. }
Karolus & Pipinus. } filij Pipini Regis Aquitaniæ.

Nothi.

Grifo, frater Pipini Regis.
Pipinus, filius Karoli Magni
Remigius frater Pipini, Episcopus Rothomag. fuit.

Ducum in Francia Catalogus.

Ailoch.
Amon.
Antearius.
Bolpolenus Vindocinenſis.
Cæſar Borbonius.
Carolus Martellus.
Karolus Lotharingus.
Condæus.
Ebracarius.
Eudo.
Frotgerius.
Guaiferius Aquitanorum.
Guainaldus.
Guillelmus Pater. } Vaſconiæ.
Guillelmus filius. }
Hugo Magnus.
Indualis Domnenſis.
Ioannes Bituricenſis.

†††† Lam

Digitized by Google

Lambertus.
Odo Burgundiæ.
Pipinus I.
Rainulfus.
Rotbertus.
Vmbrafel.

Catalogus Comitum in Francia.

Alanus Venet.
Balduinus Flandrenſis, Regis tutor.
Bernardus Sancio Burdegalenſis.
Bertmundus Aruernenſis.
Boſo Petragoricenſis.
Conanus Redon.
Donatus Miledunenſis.
Eliſiardus.
Erchardus Burgundiæ.
Fulco Andegauenſis.
Gaufredus Redon.
Girboldus Antiſiodorenſis.
Giſlolphus.
Guido Cœnomanenſis.
Guilielmus Bleſenſis.
Guilielmus Niuernenſis.
Guilielmus Pictauienſis.
Hebertus Vveromenduenſis proditor.
Hildebertus Petragoricenſis
Hugo Vveromenduenſis.
Incaël Redon.
Lantſbertus.
Matfridus Aurelianenſis.
Odo Andegauenſis.
Odo Aurelianenſis.
Paſquetanus Venet.
Raho Aurelianenſis.
Richardus Andegauenſis.
Rotbertus Andegauenſis.
Rotgerius Lemouicenſis.
Stephanus Campaniæ.
Stephanus alter.
Sturminius Bituricenſis.
Theobaldus Campaniæ, & Briæ.
Therbaldus Carnotenſis.
Vverocus Venet.
Vvillelmus Burdegalenſis.
Vvillelmus Tholoſæ.

Reges Gothorum.

Atalaricus.
Odoacer.
Theodatus.
Theodoricus.
Totila.

Reges Longobardorum.

Adalgiſus.
Agilulfus.
Alboinus.
Aripertus.
Deſiderius.
Grimoaldus.

Reges

d by Google

Reges Britanniæ vel maioris, vel minoris.

Cannus.
Comniorus.
Conomerus.
Cuillus.
Induvallus.
Ionas.
Riadam.
Salomon.

Hybernia.

Ammericus.

Catalogus Ecclesiarum.

Eccle-
siæ S.
Bene-
dicti.
- Cluniaci.
- super Sequanam.
- Floriac.
- Alia super Ligerim.
- prope Bonnodium.
- Aureliis.
- in Curte Heruini.
- Nantoliaci.
- Montispessulani.

S.Crucis, Aureliis.
Sancti Dionysij
- prope Lutætiam.
- & olim
- apud Floriacum.

S.Ioānis, Romæ in Laterano.
S.Mariæ Virginis, Floriaci.
S.Martialis, Lemouicensis.
S.Mauri Marr. apud Pontons.
S.Medardi, apud Sueſſion.
S. Mederici, Parisiis.
Sancti Petri Apostoli
- Floriaci.
- Cluniaci.
- Romæ.
- Cœnomanis.

S.Philiberti, Turnuci.
S.Possennij, apud Castellionem.
S.Remigij, Rhemis.
S.Saluatoris, Germiniaci.
S.Satyri, apud Gordonicum.
S. Scholasticæ, apud Cœnomanos.
S.Sebastiani, Floriaci.
S.Siluestri, in monte Soracte.
S.Stephani, apud Lemouicos.

Catalogus Conciliorum.

Aurelianense I.
Cabilonense.
Sandionysianum.
Valentinum I.

Vicedomini, vel Vicecomites in Francia.

Ademarus Lemouicensis.
Aderardus Cœnomanensis.
Genesius.
Giraldus Lemouicensis.
Malguinus Burdegalensis.
Raculfus Tornodorensis.
Theodoinus Mauriacensis.
Vvido Lemouicensis.

Prouinciæ maiores, & minores, seu territoria.

Aluernia.
Andegauensis.
Apulia.
Aquitania.
Arecluta.
Armoricana.
Asia.
Augustodunensis.
Aurelianensis.
Austrasia.
Biturigia.
Borbonia.
Burgundia.
Campania.
Capadocia.
Caruanna.
Cornugallia.
Europa.
Germania.
Magna Græcia.
Hasbania.
Hetruria.
Hispania.
Hybernia.
Istria.
Italia.
Letania.
Libya.
Marchia superior.
Nannetica.
Neustria.
Niuernensis.
Nursia.
Pannonia.
Picenum.
Pictauensis.
Portiana.
Remensis.
Samnium.
Saxonia.
Senogalonia.
Spoletana.
Tornodorensis.
Tricassinensis.
Valeria.
Venetia.
Vmbria.
Vvanro.
Vvasconia.
Vvastinensis.

Ciuitates, & Oppida.

Abrincensis.
Aleta.
Andegauensis.
Antisiodorensis.
Aptensis.
Aquensis.
Arelatensis.
Aruern.
Auaricum.
Auenio.
Aurelianensis.
Auxiensis.
Bellouacensis.
Bituricensis.
Brea.
Brixia.
Capua.
Cœnomanensis.
Cayno.
Compendium.
Constantinopolis.
Corduba.
Curia.
Dolensis.
Elmail.
Engolisma.
Farentum.
Feritas.
Genabum.
Ilfintinc.
Iren.
Laudunum.
Lemouix.
Leonensis.
Luca.
Lugdunum.
Lutætia.
Lyuhes.
Marcayum.
Mediolanum.
Meldæ.
Met.
Monspessulana.
Nannetensis.
Narbona.
Neapolis Italiæ.
Noniomagus.
Nursia.
Papia, quę Ticinũ.
Pictauiensis.
Petragoricensis.
Rauenna.
Roma.
Reinuuisium.
Suttrium. Suessio.
Trecæ.
Turonensis.
Vienna.
Viterbium.
Xantonum.

In D. Benedictum Monachorum Principem ac Ducem.

QVi volet egregiè Benedicti dicere laudes
Innumeras numeret gutt as maris, atque patentem
Metiri, longè, fruſtrà conetur Olympum.
Haud quisquis tantum celebrare Poeta parentem
Audeat, ingenio diſconvenit illud inerti
Magnum opus, inſignes quis gentis ab hoſte triumphos
Terrigenæ, quis compoſitos deſcribere mores,
Quis ſtudium valeat pietatis & ignis amorem
Divini, & toti miracula cognita mundo?
Hic primùm tenera cùm necdum exceſſerat annos
Ætatis, Patre diuitijs Patriáque relictis
In terras ſteriles vaſtámque receſſit Eremum.
Carne per eſuriem tenuata, dæmonis artes
Eluſit, puramque agitans ſine crimine vitam,
Angelicas potuit ſectari in corpore mentes.
Cúmque diù ſolus vixiſſet & abditus antro
Totus amore Dei fervens, & pectora plenus
Numine, diſperſos Patres in clauſtra coegit.
Hos docuit motus animi frenare ſuperbos,
Vincere ſurgentes iras, contemnere honores,
Aſſiduè laudare Deum, ſacriſque vacare,
Sumere pauperiem, mundi que relinquere ſordes.
Sæpè famem paſſis orando pabula clemens
Obtinuit: plures quos vicerat improbus hoſtis
Servavit, cautè commiſcens aſpera blandis:
Vt diverſa hominum iam tunc natura ferebat.
Nonnullos etiam quos fluminis unda necarat,
Vel quos lanifica, crudeli morte, ſorores
Suſtulerant, ſuperas precibus revocavit ad auras.
Occultas animi ſedes ſecretáque vidit
Corda virûm, ſervúmque habitu ſplendente potentem
Mentitum Regem ſed falsò, repulit, atque
Prædixit ventura ſuis: ſibi ſoriè venenum
Immiſtum vino quidam porrexerat oſor
Virtutis: Pater at Sanctus cum ſigna ſalubris
Formaſſet ligni dextra, cratera reſolvit
Lethiferum, nihilac læſus velut antè remanſit.

Rectorem Capua poſt funera vidit in altum
Scandentem, quem caſta cohors ad tecta ferebat
Aurea, clari ſonis modulando vocibus hymnos.
Denique mortalis velut artus ſemine, carnis
Ipſemet interitum ſenſit, victurus in aunum
Magnáque cœleſtis capturus præmia vitæ.
Tàm celebrem genuiſſe virum, modò Romula tellus
Gaudeat, eximios ſemper quæ protulit orbi:
Gaudeat excelſis decoratáque Gallia templis
Conſervat tanti quæ Principis amula corpus:
Donec Phœbus agros luſtrabit lampade fulgens,
Blandiloqua volucres & findent æthera pennis
Gloria Floriaci nomen laudéſque canebunt.

Carolus du Boys Cæleſt. Ambert. F.

In tumulum Floriacenſem B. Benedicti epigramma.

ME quoque muneribus patrem decorare ſupremis
Antiquâ ductum religione decet:
Hic, ubi buſta nouo diui comitantur honore,
Quos opifex finxit de meliore luto.
Dant alij violas, texit ſed grande pheretrum
Floriacum, medio quò fluit amne Liger.
Olim quod Latium bellorum turbine clauſit,
Nunc in Floriacâ Gallia pandit humo.
Fœlix ante alias: primi quæ conſcia moris,
Oſſa tenet, cineres non, (Benedicte) tuos.

Fratris Laurentij Thoyer Ambertini Cæleſt.

by Google

IVRIDICÆ APPROBATIONES.

FRater Claudius de Marſeilles, Prior Prouincialis Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cæleſtinorum Prouinciæ Franciæ vnitarumque partium: venerando Patri Carolo Campigny Monaſterij noſtri Lugdunenſis Priori Sal. Patri Ioanni à Boſco noſtræ Congregationis, & Prouincię Monacho, ac Presbytero liberum ſit, prelo ſubiicere Typographico quæ volet opera omnia, ſi priùs à te, Doctoribúſque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſię fuerint comprobata. Datum Ambianis. 13. Februarij, 1605.

CLAVD. DE MARSEILLES,
humilis Prouincialis.

NOs infraſcripti Magiſtri in Theologia Prædicatorij, Ordinis, præfatam Floriacenſem veterem Bibliothecam Benedictinam opera Reuerendi admodùm Patris Ioannis à Boſco Cæleſtini ſummo cum labore & diligentia contextam, teſtamur dignam quæ typis mandetur in piorũ, prę ſertim verò Monachorum commodum, cùm nihil non conſonum fidei & religioni Chriſtianæ, complectatur.

Datum Lugduni. 16. Auguſti, 1605.

FR. STEPHANVS CARTA,
Magiſter.

FR. P. DESDVICTS, *Magiſter ac Prior Conuentus PP. Predicatorum Lugdunenſium.*

Digitized by Google

FRater Carolus Campigny Prior Monaſterij Cæleſtinorum Lugdunenſium. Poſtquàm vt pareré Reuerendo noſtro Patri Prouinciali, Floriacenſem hanc Veterem Bibliothecam, ac vtrumque ipſius Xyſton ſtudiosè perlegi: aduerti eximiam in Deum atque Cælites pietatem, in Regem atque patriam fidem, in vniuerſum Benedictinum ordinem, ipſam ſpirate fragrantiam, & publicam literarum complecti vtilitatem. Ob id, eamdem, iam anteà à duobus inſignibus Dominicani Inſtituti Theologis collaudatam, & approbatam, ipſe ego pariter collaudo ac approbo: ac nedum poſſe verum & debere, ob communebonum, imprimi, & publicè venundari cenſeo. Erudito Patri Ioanni à Boſco Cæleſtino Sacerdoti Contubernali noſtro, cuius ſudore & labore emerſit, omnem ad id neceſſariam, & opportunam libenter impertiens, facultatem. Lugduni. 16. Auguſti, 1605.

CAMPIGNY *Prior.*

NOs Antonius Emanuel Chalomus in Lugdunenſi Regia præfectura Conſiliarius Primitialis Iudex, ac Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi D. Claudij de Bellieure Archiepiſcopi, Comitis Lugdunēſis, Galliarum Primatis Vicarius Generalis, Floriacenſem hanc veterem Bibliothecam cum ipſius vtroque Xyſto opera Ioannis à Boſco pereruditi Sacerdotis Cæleſtini prodeuntem, typis mandari atque diuulgari concedimus: quia nobis ex Archimandritarum eius tabulis conſignata relatione, atque præſtantium ſacræ Theologiæ Doctorum atteſtatione, conſtat, nihil apud eam reperiri, quod candori Fidei Orthodoxæ boniſve moribus repugnet, è contra verò, ipſam eſſe rerum priſcarum varia cognitione refertam, atque literariæ Reipublicæ proficuam. Lugduni 16. Auguſti, 1605.

CHALOM.

Digitized

ADREVALDI FLORIACENSIS, HISTORIA TRANSLATIONIS SANCTORVM Benedicti & Scholasticæ.

Euertitur à Langobardis Casinense Cœnobium.

CAPVT PRIMVM.

VM diu gens [1] Langobardorum infidelitatis suæ tenebris carere noluisset, & iugum Domini ferre detrectans, eos qui ferebant, impugnare decreuisset. Italiam [2] venit, nominis Christiani impugnādi gratia, & suo eam Dominio subiungandi. [3] Cuius incolas occulto Deus iudicio, eius mucroni tradidit feriendos. Quæ gens longè latèque suæ cædis extendens crudelitatem, Beneuentanam [4] aggressa est expugnare prouinciam. Cuius vrbes terræ cœquās, Monasteria villásque populans, non minimas Christianorum strages dedit, oues dominicas ab ouilibus excluſas, diuersa cędę lacerans, ouilia Domini euertebat: itavt in heremi vastitatem, loca prius desiderabilia conuersa viderentur. Vnde inter cætera facinora sua, Monasterium [5] eximij Patris Benedicti depopulans, rebus omnibus inhabile reddidit. Quod quomodo acciderit, legenti Beati [6] Gregorij secundum Dialogorum librum, clarum est.

1 *Langobardi Pagani.*

2 *Italia.*

3 *Langobardi venerunt in Italiam.*

4 *Beneuentana prouincia, à Langobardis destructa.*

5 *Casini Monasterium, à Langobardis destructum.*

6 *S. Gregorius Papa 1.*

Digitized by Google

7 *S. Benedictus Casini destructionē prænidit. Greg. 2. Dialog. c. 17.*

Qui sicut ipse in eodem libro dicit, pauca huius [7] Sanctissimi viri opera, claro stilo prosecutus, inter cætera narrat, eum prophetiæ spiritu [8] cognouisse, atque prænunciasse, ablatis rebus omnibus, idem Monasterium euersum iri.

8 *Benedictus Propheta.*

Leodebodus Abbas S. Aniani Aurelianensis, quando proposuit construere Floriacense Cœnobium.

CAPVT II.

1 *Casinū habitatio ferarum.*

2 *Clodoueus Rex, filius Dagoberti: laudatur.*

3 *Leodebod⁹ Abbas S. Aniani, extra muros Aureliarum, Floriaci fundator.*

4 *Leodebod⁹ agros paternos, cū agris Regijs commutat.*

HAc itaque patrata euersione, & multis effluentibus annorum curriculis: idem locus ad heremum redactus, cœpit esse ferarum, [1] qui priùs fuerat habitatio hominum. Vsquequo Regni francorum gubernacula adeptus est [2] Clodoueus filius Dagoberti. Quique vt erat vir nobilissimus, rerum administratione publicarum, miro callebat ingenio. Isdem etiam Rex, cùm egregiis polleret moribus, petitionibúsq; iustis, & seruitio Dei aptis, assensum præberet: interpellatus est à bonæ memoriæ [3] Leodebodo, patre Monasterij Sancti Aniani, quod est situm prope mœnia vrbis Aurelianæ, vt Monasterium ordini Monastico congruens, sibi liceret construere in agro Floriacensi: datis pro eodem agro in mutua vicissitudine, prædiis, quæ [4] sibi à parentibus iure hereditario relictis possidebat. Quibus auditis, Rex libentissimè eius precibus annuit, & desiderium illius, quod diu dilatione creuerat, compleri iudicauit.

Visione diuina, Floriacenses ad Casinum ire, pro corpore S. Benedicti suadentur.

CAPVT III.

IGitur ab vtriúsque partibus, mutuæ commutationes factæ sunt, memorato Abbate dante quod à genitoribus ei relictum erat prędiū: & Rege supradicto reciproca vicissitudine, pro eo, agellum quendam, Floriacum cognominatum, cum appenditiis suis haud longè

gè à litore[1] Ligeris. Quod Testamentum mutuæ vicis-
situdinis , vsque hodie in archiuis publicis nostri re-
seruatur Monasterij. Prædictus autem Leodebodus
hoc negotio peracto, nequaquam oblitus sui destina-
tionem desiderij, in supradicto agello cœpit edificare
habitationes vtiles Monachis : quod opus sagaci insis-
tens industria , mirifico consummauit effectu. Ædifi-
cásque[2] ibi Basilicam in honore Sancti Petri, itemque
aliam in honore Sanctæ Mariæ, Domino dedicari vo-
luit. Mox etiam, vt præparata habitatio non inanis es-
set, atque sine habitatoribus : collegit ibidem quam-
plures, ad seruiendum Domino sub norma regulæ vi-
uere paratos. Patrémque, & Abbatem his præfecit, no-
mine[3] Mummolum. Qui quandiu rebus humanis in-
terfuit, vt idoneus Pastor gregis[4] sibi commissi, solli-
citè curam exibuit. Igitur cú processu temporis , euol-
uentibus annis, supradictus Leodebodus corpore exé-
ptus, sicut credimus , cælicas recessisset ad sedes. Iam-
dictus. Mummolus,[5] gregis sibi commissi custodias op-
timè seruans, & lectioni assiduæ studium dans : inter
cætera, reperit in libris Beati[6] ac præcellentissimi viri
Gregorij, Romani Antistitis, quomodo sanctus, ac Deo
dilectus Benedictus , agonis sui cursum in Beneuenta-
na prouincia cósummauerit. Recordánsque quia isdem
Venerabilis Pater oraculo Diuino admonitus , præui-
dens futuros casus, prædixerit illud Monasterium fun-
ditus euertendum: & quod ille spiritalibus oculis , iste
oculis patratum carneis conspiciebat. misit[7] ad præ-
dictam prouinciam vnum ex commilitonibus suis, no-
mine Aigulfum monachum. Hic namque sibi fuisse di-
uinitùs reuelatum dicebat , vt prædictus vir illuc per-
gens, corpus iam dicti transferret Benedicti. Fuit nam-
que idé Aigulfus Venerabilis vir, & Deo omni-modo
placere gestiens. Qui quantæ sanctitatis fuerit, cuiusve
virtutis finis probauit, in quo[8] omnis laus securè cani-
tur. Namque cùm bonis poileret moribus, & in Mona-
sterio[9] Lirinensi ob bonorum studium operum, pete-
retur aliquantisper exempli gratia remorari: à contra-

1 *Floriacus prope Ligerim.*

2 *Basilicæ duæ Floriaci. vna S. Petri altera S. Mariæ.*

3 *Mummolus primus Floriacēsis Abbas. Is est sanctus, eiúsque festum Floriaci celebratur.*

4 *Mummolus bonus Pastor.*

5 *Mummolus lectioni vacat assiduæ.*

6 *Gregor. 2. Dial. c. 17.*

7 *Mummolus Abbas, mittit Aigulfū Sanctū virū & Floriacēsem Monachū ad Casinum per reuelationē: pro corpore S. Benedicti trāsferendo.*

8 *In fine laus cuiusque secura.*

9 *Lirinense cœnobium.*

riis religioni Diuinæ, insidias perpessus, ad palmam vsque [10] Martyrij peruenit. Cuius etiam Passio penes [11] nos habetur.

10 *Aigulfus martyr fuit.*
11 *Est apud Surium tom. 5. 3. Septemb.*

Aigulfus Floriacensis, Casinum aduenit.

CAPVT IIII.

NOn dispar interea huic, in Cænomanica [1] vrbe apparuit visio, vt scilicet pergentes & ipsi in eandem prouinciam: corpus transferrent Sororis Sancti Benedicti, [2] Scholasticæ nomine. vt quos vnius vrnæ habebat spatium, sumul transferendi ostenderentur. Dum igitur vtrimque laborarét, quatenus visionis manifestatæ, non segnes executores inuenirentur; paucis admodum diebus transactis, à supradicta Cęnomanica vrbe egressi, oraculi diuini auditores, carpebant iter Italiam ducens. Diuertentésque in Monasterium Floriacum [3] hospitandi gratia, compererunt præfatum venerabilem virum Aigulfum, præceptis Abbatis sui obsequentem. idem velle iter arripere. Igitur communi decreto, cœptum opus simul statuunt peragere: Iunctíque simul, [4] tandiù indiuisibiliter sibi adhæsêre. Quousque Romam venientes, Beati Petri Basilicam oraturi intrarent. At cùm in eadem vrbe sub obtentu visendorum locorum sanctorum, à [5] se inuicem diuiderentur, vt rei autem habet veritas, negotium quod cœperant perfecturi. Memoratus Aigulfus intermissis interim his, quæ palàm ostentauerat velle, locorum scilicet sanctorum circumitionibus, expeditioni operam dedit. certans ociùs perficere, quod sibi iniũctum fuerat sanctum mandatum. Tandem itaque peruenit ad locum castri [6] quod vocatur Casinum, ibidemque pauliſper itineri finem imponens: expectabat euentum rei, orans illum, qui visionem superiùs prolatam reuelare dignatus fuerat, quique se ad hoc opus destinauerat, vt non in vacuum tantum iter consummi vellet, sed sicut promiserat, thecam thesauri sui ei reuelare dignaretur. Cum itaque alicuius signi causa capiendi, loca peragraret: & huc illucque conspiciens, oculorum orbes volueret

1 *Canomanica vrbs.*
2 *Canomanẽses proficiscũtur ad Italiã per reuelatio nem, pro corpore S. Scholastica habendo.*
3 *Hospitalitas in Monasterio Floriacensi.*
4 *Floriacenses & Canomanenses simul Romam pergunt.*
5 *A se inuicẽ quare diuiduntur.*
6 *Aigulfus in Casino.*

Digitized by Google

volueret ſedulus explorator. Conſpiciens eum homo quidam multorum annorum, [7] crebro id agentem, ſic prior eum affatur. Heus tu inquit, quibus ab oris noſtras adiiſti ſedes, cuiuſve negotij gratia? Ad hęc ille nō indagini illius auſus eſt propalare commiſſum ſibi ſecretum. Sed cum iterato ſuper ipſa re interrogaretur, ipſe tamen negotium diuulgare metueret: hæc ab eodem Sene audiuit. Cur inquit ſecreti tui me non efficis conſcium? Nam ſi delatoris ſcandalum caues, ſecurus eſto, in me tutam repperies fidem. Et ſi dictis [8] meis fidem accommodaueris, fortaſſis etiam negotio tuo profuturum erit.

[7] *Senex Aigulfo apparet.*

[8] *Senex in opere ſuſcepto, Aigulfum confortat.*

Aignlfus, corpus S. Benedicti inuenit: & aſportat.

CAPVT V.

ISta vero cùm prædictus Dei famulus auribus audiiſſet, cogitans quia [1] *In antiquis eſt ſapientia, & rerum præteritarum cognitio*: Reputans etiam ſicut poſteà rei probauit euentus, propter hoc Dominum eum præmiſiſſe: Compellanti, ex ordine rei geſtæ texuit hiſtorias, qua cauſa veniſſet, quæve viſio propter hanc rem ſibi fuerat demonſtrata. Ad hæc Senex paululum terræ defigens aſpectus, vocémque intra fauces comprimens, ſic demùm ora reſoluit. Si mihi quæ pro tali munere debentur, præmia digna rependis: Deo fauente, puto me otiùs negotio tuo finem imponere: quatinùs his, pro quibus laborem tanti itineris aſſumpſiſti peractis, ouãs repedare ad propria queas. Cuius verba cùm vir Domini perorantis audiiſſet, Nulla inquã erit in munere dando difficultas, quin omnia, quæ à me poſcis dem. Tantum eſt vt promiſſionis tuæ memor, dicta factis recompenſes. Ad hæc ille [2]. Cùm inquit lucifugæ noctis tempora, cõticiniíque metas propinquare proſpexeris: tu ne ad modicũ indulge quieti, ſed tecti abdita linquens, nudo ſub aëris axe, indefeſſus ſpeculator adeſto. Cumque ſolitudinis huius locũ lumine clariſſimo radiare conſpexeris, niuei montis ad inſtar: notato certiſsimè locũ: namque ibi inueniendum eſt, vndè tuæ

[1] *Senes ſapientes Iob. 12. 12.*

[2] *Signum diuinum reuelationis corporis S. Benedicti.*

curæ finis imponatur. Igitur prædictus Venerabilis vir, verbis quidem fidem dans, ardẽs autẽ desiderio: primo quietis somno percepto, stratu sese excutiens, præceptorum senis haud segnis obtemperator exstitit. Namque prædictæ solitudinis plagam respiciens, conspicit eminùs locum, lumine claro micantem, ceu cùm luminaribus facibúsque densis, locus aliquis perfusus, illustratur. Quibus visis, Reuerendus heros, gaudio amplissimo repletus: mundi gubernatori & seculorum rectori benedicens, in hisdem laudibus, noctis terminum expectabat. Qui cùm diù præstolatus affuisset: Solísque globus nec dum iubare suo, mundi spatia ampla compleret[3]. ad locum intrepidus properat, cuius notator extiterat: ibique sicut longè antè optauerat, cuncta inueniens, prosperatori itineris sui, grates innumeras rependit. Namque locum; adiens, loculum ibidem inuenit, exteriùs quidem vilem, interiùs autem retinentem magni prætij margaritas. Pro foribus autem, petræ scilicet suprapositæ: præfixa erant notamina, quorum interius busta iacebant. His sicut diu optauerat inuentis, patefacto à latere, euacuatóque locello, thesaurum inuentum [4] vnius sportellæ concluſit sinu: quæ sporta hactenus penes nos quasi noua habetur. Quibus patratis omnibus[5] improuise adsũt socij, (quos supra sermo retulit, à Cænomanica vrbe profectos,) qui & ipsi; non à quæsita diu benedictione, sunt frustrati. Tuncque sibimet mutuò patefecêre sui itineris causam; quia scilicet & ipsi: reuelatione Diuina admoniti: ad corpus Beatæ Scholasticæ ierant deferendum. Moxque cùm festinatione retrogradum iter arripientes, [6] festinatò simul regredi curabant: portantes quas inuenerant dono Diuino, prætiosissimas margaritas.

3 *S. Aigulfus summo mane corpus S. Benedicti reperit.*

4 *Aigulfus sacra ossa, in sporta ponit.*

5 *Cænomanẽses adsunt improuisi.*

6 *Celeriter cum reliquiis S. Aigulfus & socij, in Gallias reuertuntur.*

Aigulfus diuina protectus virtute celeriter cum corpore S. Benedicti Gallias repetit.

CAPVT VI.

1 *Vox admonet pergẽtes.*

INterea illis celeriter repedantibus, iamque oras finium suorum attingentibus: [1] vox alta, diuinitùs per profunda

profunda silentia noctis, prohibuit eos, moras innectere in eundo. Eademque hora [2] Papam Romanum per visionem quidam assistens, talia compellare visus est. " Cur te piger somnus timporibus pressis, negat stratibus relictis, custodiam tuæ habere prouinciæ? & quare dimissis publicis vtilitatibus, propriis implicaris? " namque vt quid dico palam sit; noueris te magnorum " virorum [3] patrociniis carere, Benedicti scilicet atque " Scholasticæ sororis eius, quorum corpora, quidam à " Galliæ oris huc aduentantes, illuc ferunt humanda. His auditis. Romanus [4] Antistes protinus thoro relicto, arma comitésque inquirit: ac persequi conatur recedentes, iunctis sibi Langobardorum auxiliis. Hac itaque famuli Dei iussione accepta, formidantes alicuius incommoditatis tristem accessum: respiciunt retro, videntes se subsequi ab hostibus. Tuncque timoris pleni, terrçque consternati, rogabant eum, qui suorum famulorum corpora, eis reuelare dignatus est: vt ea, illis ad locum destinatum deferre permitteret. Quorum precibus, Diuinæ pietati annuere libuit. Nam Omnipotentis Dei potentia, tenebrarum densitate ita eos occuluit: vt [5] sibi quidem nihil obesset, persecutoribus vero omnem facultatem inueniendi eos aufferret: sicque famuli Dei, malorum timore sublato, otiùs redirent. Tandem igitur, quamquam laboriosè, salubriter tamen tanto confecto itinere, in prædiolum quoddam diuerterunt Bonnodium [6] nomine, situm in pago Aurelianensi, lassitudine cogéte. In quo loco cùm paulisper indulgerent quieti. Ecce quidam sine oculis materno ab vtero aduenit: magnísque vocibus oris, ac fidei Sanctum interpellat, vti quæ natura negauerat sibi, lumina præstaret. Paruo interuallo, atque vix vna hora effluente, discussa caligine cæcitatis, lumen diù sibi negatum cœpit [7] aspicere: & datorem illius, simulque Beatum Benedictum, magnis laudum vocibus extollere. Placuit etiam Diuinitati, huic miraculo, aliud in eodem loco coniungere: vt quantæ sanctitatis esset cuius cinis portabatur, ostenderet. Namque debilis quidam,

2 *Visio Papæ terret.*

3 *Absentia reliquiarum, tollit Sanctorum patrocinia.*

4 *Papa cum Langobardis, S. Aigulfum sequitur.*

5 *Deus S. Aigulfum nube operit, & ita ab insequentibus liberat.*

6 *Bonnodium Gallicè Bony. ibi est hodiè Monasterium ord. S. Benedicti.*

7 *Cæcus ad reliquias SS. Benedicti & Scholasticæ, illuminatur.*

qui erectus ire nequibat, per terram rependo se trahens, vt potè qui omnium membrorum officio destitutus erat, aduenit; implorans auxilium ab Omnipotente Deo, per famulum illius Benedictum. Itaque miro modo, cœperunt se nerui diu contracti extendere, & aridi diu meatus venarum, sanguinis innundatione humectari. Atque ita Deo volente, accepto robore, lætus super pedes constitit:[8] & curatori suo magnis vocibus benedixit. Qui locus hactenùs Basilicam [9] retinet, Domine in honore beati Benedicti dicatam. Cumque ab eodem loco moueri placuisset, aliud prædiolum adeũt, mille quingétis fermè passibus, à Monasterio ad quod tendebant distans, [10] Noua-villa cognomine. In eo etiam cum aliquantulum eis requiescere placuisset, obuiam eis quidam Cæcus [11] factus est, qui magno impetu ferociter facto, sportamqua beati viri cinis portabatur, apprehendit. quem vir Domini Aigulfus, moderata studuit correptione castigare, atque ab illicita præsumptione reuocare. Sed ille, quem lumen amissum contristabat, respondit, nullo modo se ab ea diuelli, nisi quamprimùm lumen reciperet: pronũciauitque se tãtę fidei esse, vt quicquid peteret sanctus Benedictus, Domino sibi annuente, tribuere posset: factumque est. Non quippe abfuerunt huius ponderosæ fidei, gloriola merita præcelsi viri.

8 *Claudus curatur, & ideo basilica adificatur.*

9 *Ecclesia S. Benedicti prima in Gallia.*

10 *Noua-villa.*

11 *Cæcus videt.*

S. Aigulfus postquam Floriacum rediit, tandem permittit vt Cænomanenses, corpus B. Scholasticæ, quod cum corpore S. Benedicti à Casino abstulerat, sibi vendicarent.

CAPVT VII.

POst hæc vero, cum in eundo nulla mora fieret: agmina Monachorum, cum plebe territorij Aurelianensis obuiam processerunt, milliario à Monasterio, in vico qui dicitur Vetus [1] Floriacus. Ibique cũ gaudio & lætitia atque honore magno, exceperunt [2] corpora sanctorum supradictorum, sub die quinto Iduum Iuliarum;

1 *Vetus Floriacus.*

2 *Corpora sã ctorum à floriacẽsibus excipiuntur.*

Digitized by Google

rum:& in eodem loco,die illo, eamdem solemnitatem cum ingenti lætitia, in Dei laudibus peregerunt. Cùm igitur ibi moræ fierent.Plebs[3] Cænomanicę vrbis,(cuius supradiximus fuisse ciues, qui pro afferendo corpore beatæ Scholasticæ ierunt) adfuit; obuiam procedens ciuibus suis, quos pro deportando cæleſti thesauro se misisse gaudebat. Sed cùm ad prædictum locum veniens,cognouisset rei veritatem;& actus omnes Venerabilis Aigulfi:postulabãt eum,vt sibi munus promissum,atque à Deo demonstratum, concedere deberet.Sed isdem Venerabilis vir,respondit se nequaquam velle Sanctorum germanorum corpora, ab inuicem separare; sed sicut eos in priori monumẽto fuisse[4] cõditos, ita in secundo, indiuisibiliter componere velle testabatur.Tunc verò Nobiles quique ac Sapientes,his contradixêre verbis:Iustum non esse dicentes, vt quos Diuina voluntas participes fecerat oraculi cæleſtis, & qui simul locum Sanctorum thecę corpørum adiissent, quique in subeundo labore pares fuissent : non etiam fructus laboris,equè partirentur.Maximè verò non esse dignũ ducebant,vt duo magna luminaria, loci vnius angustia coarctaręt;cum sufficerent singulis locis, singula. Tandem igitur sæpedictus venerabilis vir Aigulfus,[5] consiliis venerandorum virorum assensum dedit; decreuítque, vt ipse cum suis,retento corpore Sancti Benedicti, illos cùm corpore venerandæ sororis eius, dimitteret.Sed quia certum non erat, qualiter discerni ossa potuissent,quæ confusè vnius sportellæ sinus retinebat:difficultate discernendi, ad hoc consilium ventũ est,vt ea[6] quę minora quęque viderẽtur ossa,separatim ponerentur,maiora verò altrinsecùs cõgregarẽtur.

3 Canomanẽses adsunt.

4 Sanctus Benedictus & S.Scholastica ipsius soror. ambo in eodẽ monumento tumulati apud Casinũ.

5 Aigulfus consentit, vt Canomanenses habeant corpus S.Scholastica.

6 Ossium viri & fœminæ discretio,quo modo facta.

S.Benedicti ossa,resuscitatione pueri defuncti, ab ossibus S. Scholasticæ discernuntur.quæ Cænomanis illata,in Basilica locantur.

CAPVT VIII.

DVm igitur diu de his hæsitaretur, & certum quid iudicari non posset.Diuinitati, adhuc anci-

Digitized by Google

piti ſententiæ, taliter finem imponere placuit. Nam cùm continuis Diuinitatem precibus, per totum noctis ſpatium, vtrique populi, pro tanto ſibi manifeſtando negotio, pulſauiſſent : facto mane conſpiciuntur eminùs, duorum paruulorum cadauerum exſequiæ, quorum vnum erat maſculini ſexus, alterum fœminei. Igitur ſalubri accepto conſilio, ad ſe exanimata corpora, deferri iubent. Quod cùm factum eſſet, maſculi corpus propè oſſa poni fecerunt, quæ magnitudine præſtare videbantur; Miroque modo, mox vt mortui inortua tetigêre oſſa iacentis, per mortuum, mortuo vita reddita eſt. [1] Similiter autem eis placuit, vt penes minora, mortuæ puellæ corpus poni deberet. Deus autem, vt demonſtraret germanos eſſe qui ferebantur merito, quemadmodum vna carnis procreatione: vno, eodemque tempore pares merito, pares voluit eſſe miraculo : ita vt puella eadem hora ab officio funeris ſurgeret, & quæ [2] à flentibus amicis portabatur ad tumulum: iiſdem gaudentibus rediret domum. Antiquum namque, inuſitatúmque, poſt Heliſæi actum, renouatum hîc conſtat miraculum. Quia Omnipotentis Dei manus, vt demonſtraret Beatum Benedictum, nec nouis nec antiquis Patribus imparem merito, palàm illum extulit [3] Prophetarum operibus. Completúrque veridica vox veritatis promittentis, *Qui crediderit in me, opera quæ ego facio, faciet.* Omnes igitur lætis animis, magnifque vocibus, benedicebant Dominum; qui quæ ſibi occulta fuerant, luce clarius propalare dignatus eſt. Igitur ſublata omni ancipiti ſententia, quæ ſuper corporibus diſcernendis, diu animos eorum occupauerat. plebes Cœnomanicæ, ad corpus ſanctæ Scholaſticæ ſe ſalubriter verterunt; quod ſumma celeritate leuatum, imponentes ſcapulis, cùm gaudio ad proprium locum deportarunt. Ibique magnis ſumptibus, [4] ædificata Baſilica, & ordinatis quæque erant neceſſaria fœminis Deo ſeruientibus : infra breue ſpatium temporis, plurimæ Nobilium [5] fœminarum, in eodem Monaſterio aggregatæ ſunt: quæ ſe relicto ſæculo, Domini

1 *S. Benedicti oſſa, pueri maſculi oſſibus vitam reddunt.*

2 *Fœmina tactu oſſium S. Scholaſticæ, ſurgit à morte.*

4. *Reg.* 13. 21

3 *S. Benedictus, meritò par prophetis. Joan.* 10. 12.

4 *Baſilica in honore Scholaſticæ, in vrbe Cenomanenſi, cum monaſterio ſanctimonialiũ.*

5 *Nobiles fœmina ſanctimoniales fiũt.*

Digitized by Google

mini seruitio manciparunt. Sed & ipsum Monasterium vsque nunc, [6] magnis miraculorum illustrationibus, à Domino honoratur.

6 Hodie id est anno 1605. est ecclesia collegiata Canonicorum secularium. sub vocabulo S. Petri.

Mummolus Floriacensis Abbas, Diuinitùs locum in quo corpus quiesceret S. Benedicti, reperit.

CAPVT IX.

AT vero Mummolus Abbas, & venerandus Aigulfus, illis recedentibus, leuauerunt corpus Sancti Benedicti, quod à Deo sibi collatum, certis indiciis apparentibus tenebant: & in Basilica Beati. [1] Petri, ad custodiendum deposuerunt. Quod cùm eximia cura seruantes, conferebant inter se, quo in loco eiusdem Monasterij, id Diuinæ voluntati concordantes humarent. Super qua re, non minima eorum animos dubietas occupauerat. Sed Deus, qui benigna pietate sua, Sancti viri corpus de loco priori transferendum decreuit: in sequenti, ei locum sepulturæ aptum prouidit. Nam cùm diu sicut iam dictum est, beatæ memoriæ Mummolus [2] super hac re, cogitaret, consiliumque requireret, intempesta nocte, consueta orationis furta requirens; stratis, sicuti consueuerat dormitorium egressus, sub nudo cœlo, cæpit inter alia precari, vt diuina pietas, ei salubre consilium suggereret; quonam in loco Sanctissima membra locaret. Affuit his precibus clemens auris Omnipotentis, quæ seruos [3] suos iusta petentes audire consueuit. Nam lux subito cælitùs emissa, ante Basilicæ frontem Beatæ Dei genitricis Mariæ, in modum facis ardens, in [4] eundem locum vbi nunc est conditũ corpus, protendi visa est: quod visum vir Domini Mummolus vt vidit, omni dubietate postposita, credidit quòd hic locus aptus esset Sancti viri membris locandis. Igitur posthabitis mordacibus curis, & visioni omnimodò fidem dans, in eodem loco, quo sibi demonstratum fuerat, cum magno studio, in melius ornata Basilica, [5] sub die Pridie Nonarum Decembriũ cum ingenti honore, & laudibus Diuinis, terræ humili, terram multi prætij [6] reddere statuit: vilíque

1 Corpus S. Benedicti primò in basilica S. Petri ponitur. Flor.

2 Mummolus nocturnus orator.

3 Deus seruorũ iustas preces audit suorum.

4 Lux cælica.

5 Repositio corporis beati Benedicti.

6 Vbi cõditũ fuit corpus S. Benedicti.

Digitized by Google

que vrna contexit cæleſtem theſaurum. Nam quantum dilectus Deo, amabiliſque ipſe theſaurus ſit, teſtantur innumeræ debilium ſanitates corporum, maximæque animarum medelæ, quæ vſque hodie mortalibus, pro tanti viri honore, tribuuntur à Domino. Sed & locus iſdem, cuius ſit nobilitatis, ex actibus Beati viri comprehendi poteſt. Nam cum eidem viro, Deus machinam totius mundi, in ſpheræ modum oſtendiſſet; præ omnibus locis, [8] plus eum locum creditur dilexiſſe, quo præſciuit propria oſſa, prioribus relictis ſedibus, transferenda. In quo hactenùs tanta conſtant monſtrata miracula, vt ſi ſcriberentur, indigerent libro. Præſtante Omnipotentia Diuinitatis Domini Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri: cuius Regnum & Imperium, cum Patre & Spiritu ſancto, in Trinitate & Vnitate, æqualiter viget ſemper, ac permanet in ſæcula ſæculorum. Amen.

7 Miracula ad corpus S. Benedicti innumera. Greg. 2. dialog. c. 35.

8 S. Benedictus in Spiritu dum viueret, Floriacū præuidit, ac dilexit.

Explicit Translationis Corporum SS. Benedicti & Scholaſticæ eius ſororis, Hiſtoria. Authore Adrevaldo Floriacenſi. Ex vetuſtiſſimis membranis Floriacenſis Cœnobij, ſincerè ad verbum deſcripta [9]. *quæque etiamnum paſſim in nobiliſſimis Viennenſi, Narbonenſi, aliiſque plurimis Eccleſiis Galliarum, in ſacris vigiliis nocturnis recitatur.*

9 Hiſtoria Translationis S. Benedicti quanta ſit fides.

SEQV

SEQVVNTVR LIBRI QVATVOR MIRACVLORVM SANCTISSIMI PATRIS *Benedicti Abbatis.*

ADREVALDI MONACHI FLORIACENSIS LIBER VNICVS de Miraculis Sancti Benedicti Abbatis, qui est primus quatuor Sequentium Librorum.

PRÆFATIO, CVI ALIQVID IN veteri deest exemplari, sub principio.

LAVS ET DIVISIO ITALIÆ.

SCRIPTORIBVS [1] namque præstantissimis suppetere plurimùm videbatur, ipsius laudabilis terræ excellens materia: cœli scilicet temperie, locorum salubritate, fertilitate soli, collium apricitate, olearum, vitiúmque profluis prouentibus, nouarum vrbium amœnitate, veterumquoque oppidorum decore, amnium nobilium fælici prolapsu, vnàque cunctarum rerum opulentissima gloria. At cùm tantæ copiæ

1 *Italici soli descriptio.*

Digitized by Google

copiæ potentia, vigórque decentiſſimus, veterum ſtudio, Italiæ fuerit attributus: tractus tamen totius patriç in diuerſa porrectus, diligenti ſeſe conſideratione aduerti expoſcit. Neque enim vnius ſolummodò regionis beneficia complecti tanta laude videntur; quin potiùs patriæ omnis decor, regníque fœlicitas, breui memoratu, ac ſi quodã collectaneo, aſtricta perſpicitur. Cũque magnitudo ipſa Italici regni, quod olim magna Græcia [2] nuncupabatur; eò quòd vrbes eius atque caſtella, vel maxima ex parte authoribus Græcis conſtiterint; in longitudinem latitudinémque, æquo libramine æſtimata, lõgitudine [3] haud modicè ſuperet latitudinem, aſſimilis vtique querno folio, quod proceritate, ſui, latitudinem excedit. Plurimarum tamen prouinciarum mater effecta, prædulci cunctas amplectitur gremio. At vero Romani [4] Imperij inſignis potentia, dum edomitum orbem, iure perduellionis [5] abſtinere vellet, ampliſſima Regnorum ſpatia, quæ per [6] Aſiam, Europam, & Libiam, haud parum diſtenduntur: in prouincias coloniáſque diſcindere ratum habuit. Sicque ſtipendiarias, legionibus [7] interpoſitis conſtituêre. Interque Italia quoque maxima regnorum Occidentalis climatis, diuiſionem paſſa: duodeuiginti [8] prouincias ex ſeſe protulit, quarum omnium præclarior Valeria, [9] eique adiuncta Nurſia, inter Vmbriam & Campaniam Picenúmque, conſiſtit, Samnitum Orientem verſus, proſpectans limitem, Hætruria vero ſemetipſam determinans. Cùm itaque vt prælibauimus, nobilitate ſingulari, & bonorum omnium prouentibus, affluentiſſimè extuberaſcat: prçcelſorúmque altrix virorum, priſca reperiatur [10] ætate, Vno tamen ſemetipſa editiſſimo potuit vincere germine, dum Beatiſſimi Patris Benedicti, [11] optandam cunctis mortalibus, protulit geniturã.

2 *Italia cur olim magna Gracia dicta.*

3 *Italia longior quã latior.*

4 *Romanum Imperium.*

5 *Ius perduellionis.*

6 *Tres mũdi partes tantũ, antiquis nota.*

7 *Legiones.*

8 *Duodeuiginti Italiæ prouincia.*

9 *Valeria Italiæ prouinciarũ præclarioris, ſitus.*

10 *Italia inclitos protulit viros.*

11 *Italia felix ortu S. Benedicti. Greg. 2. dial. cap. 1.*

Patria

Patria S. Benedicti, eius generis nobilitas, & Imperij Romani casus.

CAPVT I.

HIc nempe dilectus Domini Benedictus, teste eximio præsule Gregorio [1] Nursia exortus, quæ vt iam præfatus sum, coniuncta Valeriæ Hæturiæque, vnam efficit prouinciam: non solùm eam suo illustrauit exortu, verùm omnem Italiam (cuius fœlicitas alto repetita principio, hac de causa breui edissertata est), inclitam suo munere præstitit. Denique quantæ dignitatis parentibus [2] progenitus fuerit, testantur ruinæ palatij eorum, cùm ædicula prope mœnia Nursinæ vrbis sita. Tantæ quippe magnitudinis, perplexique operis, ex fundamentis constitisse conuincitur; vt quælibet palatia potentissimorum superauerit Regum, nec modicis queat reparari impensis. Agebat eo tempore curam Augustalis maiestatis [3] Iustinus senior, qui octo [4] annis Imperiali honore functus, successorem accepit Iustinianum ex sorore nepotem, strenuissimum [5] virum, atque in rebus bellicis experientissimum. ciuilibus denique causis conuenientissimum. Pontificatum verò Romanæ Ecclesiæ Hormisda [6] per nouem vigilantissimè regebat annos. At Italia iam dudùm Gothorum [7] tyrannide oppressa, Dominationi eorum grauissimè succubuit. Romanum enim Imperium à sui soliditate, hoc est ferrea [8] duritie, in testaceam fragilitatem deiectum, non solùm vltimam Reipublicę cladem, verùm subiectis Regnorum populis, validissimum intulit detrimentum.

1 *Nursia patria est S. Benedicti.*

2 *Parentes S. Benedicti magni secundum carnem.*

3 *Sub Iustino seniore S. Benedictus nascitur.*

4 *Annis 8. Imperauit Iustinus senior.*

5 *Iustinianus Imp. laudatur.*

6 *Hormisda Papa.*

7 *Gothi in Italia.*

8 *Visio explicata Danielis c. 2. 34.*

Principes qui orbem regebant, dum B. Benedictus pueriles ageret annos, & in solitudinem scederet.

CAPVT II.

ITaque Theodoricus, [1] post Odoacrem [2] Gothorum principatum cum Regio nomine suscipiens: sessionem propriam Rauennæ statuit, homo pestilens, Ariæ-

1 *Theodoricus malus ac Arianus.*

2 *Odoacer. Rauenna.*

Digitized by Google

næ ſectæ, quique nulli bonorum mala irrogando parceret: omnibus malis fauorabiliter aſſentaretur. Denique inter facinora,[3] Sanctiſſimum Ioãnem Papam Romanum, carcerali inedia maceratum necauit; Duóſque Senatorij ordinis viros & Excóſules. Simmachum videlicet atque Bœtiũ, in carcere gladio traſuerberauit. Porro regni Francorum principatum, Chlodoueus ex Merohingorum Regali proſapia originem ducens, mirabiliter rexit. Namque Chriſti gratia diſponente, abolitis Idolorum cultibus, credens[4] Domino Ieſu Chriſto, primus ex gente Francorum gratiam ſacri baptiſmatis, prædicante Beatiſſimo Remigio[5] Remorum Epiſcopo indeptus eſt. Quem ſecuti quique Francorum[6] Proceres, baptiſmate ſacro, credentes in Chriſtum tingui meruerunt. His igitur diuerſis orbis in partibus variè Imperitantibus, pueriles Beatiſſimus Benedictus attingens ætatis annos, more veteri[7] Nobilium Romanorum, ſcholis liberalium deputatur artium, ne præclarum pueri torpeſceret ingenium. Enimuerò primordia litterarum acri concipiens animo, ſpiritu tactus Diuino, quo cuncta in reliquum actitare ſtuduit: heremum concupiſcens, vitiorum Carybdim, quæ quibuſdam ſcholaribus inhærere ſolet, fugæ præſidio euitauit. Poſtremò quid heremum petens, quid in ipſa ſolitudine dum moraretur egerit; qualiter vixerit, quomodo aduerſum antiqui hoſtis inſtigamenta, ſcuto fidei armatus depugnauerit: legenti Beati Gregorij[8] ſecundum Dialogorum librum, perſpicuum habetur.

3 Ioannes Papa Bœtius & Simmachus necari à Theodorico.

4 Clodoueus primus Rex Francorum Chriſtianus.

5 Remiguis Clodoueũ Regem baptiſauit.

6 Proceres francorum, in Chriſtum credunt.

7 Veteres Romani, liberos ſuos ſcholis tradebant.

8 S. Gregorius ſcripſit vitam S. Benedicti 2. Dialog.

Principes qui vtramque arcem principatus tenebant, dum B. Benedictus cœpit Monaſteria conſtruere.

CAPVT III.

INterea Iuſtiniano[1] per annos triginta & nouem Imperium gubernãte, defuncto Hormiſda Papa, Ioannes mirę sãctitatis[2] vir, qui à Theodorico vt prælibauimus interemptus eſt; in Epiſcopatu ſubrogatur. Cui ex ordine, per præfata annorum curricula, certis ſpatiis temporum

1 Iuſtinianus Imperat annis 39.

2 S. Ioannes 1 Papa.

Digitized by Google

temporum, ſucceſſionem ſortiuntur regiminis, Sanctæ atque Apoſtolicæ ſedis,[3] Fælix, Bonifacius, Ioannes cognomento Martyrius, Agapitus, Siluerius, Vigilius, Pelagius, itemque Ioannes. Igitur iis ſanctæ ſedi Romanæ præſidentibus: Italiam omnem Gothorum Reges[4] Athalaricus ac Theodatus, deprædationibus inſectantur. Galliarum autem regnum, Chlodoueo vt credimus ad ſupera tranſeunte, filij eius ſorte ſibi diſtribuunt. Quorũ maior natu Chlotarius[5] per annos quinquaginta fermè & vnum, reliquis decedentibus, fortiſſimè rexit. Quo tempore beatiſſimus Benedictus heremiticam degens vitam, in loco cui[6] Sublacus vocabulum eſt, clariſsimis vitæ meritis floruit: bonorúmque actuũ odorem, longè latéque reſperſit. Qua de re actũ eſt, vt fama tanti viri, amatores quique ſacræ religionis ad eum confluerent: ſeque inſtitutis illius deuotiſſimè ſubderent. Adeo vt confluentis ad ſe multitudinis iuuamine, duodecim[7] inibi Monaſteria, haud longè à ſe diſparata cõſtrueret: ſinguliſque in locis, Duodenos Monachos delegaret. Qui prælatis ſibi Patribus obediendo, ſanctæ Regulæ præceptis mitia ſubderent colla. Quibus in locis plurima diuinæ Maieſtati virtutum ſigna[8], per eundem Venerabilem Patrem placuit oſtendere.

3 *ſucceſſores Ioannis Papæ Felix. Bonifacius Ioannes Mercurius, Agapitus &c.*

4 *Athalaricus ac Theodatus Gothi reges Italiã diripiunt.*

5 *Clotharius 51. annos regnauit in Galliis.*

6 *Sublacus.*

7 *S. Benedictus duodecim Monaſteria conſtruit.*

8 *S. Benedictus patrator ſignorum.*

B. Benedictus diuino auxilio fretus, Caſinum petit.

CAPVT IIII.

DVm igitur antiquus humani generis hoſtis cerneret, ſub tali tantóque Patre, gregem ouium Chriſti, multipliciter augmentari: ac reputaret quia quod cæleſti accreſcit patriæ, ſuis eſſet inferis detrimentum. Inuidiæ facibus, quemdam accendere ſtuduit præsbyterum, cuius machinamentis, aut vitam hanc temporalem præfatus Pater amitteret, aut damna perſentiſceret animarum ſibi creditarum. Sed cum vi veneni eum necare nequiuiſſet, quod in pane mixtum, charitatis veluti gratia illi tranſmiſerat, quò libentiùs

Greg. 2. dial. cap. 8.

eo veſceretur:aliud attemptare auſus eſt nefandi generis argumentum, quòd ſaluti animarum ſibi commiſſarũ,immaniſsimè officere poſſet. Quod quia cæ-
2. *Dialog. S. Gregorij c. 8.* berrima lectione cunctis ferè innotuit, omittendum à nobis eſt, vt ad minus nota celeriùs veniatur.Cernens proinde Beatus vir acriter presbyterum inſanire, nec à propoſito velle ceſſare, quo ad peſsimi incæpti votũ expleret: ſatiùs iudicauit loco ſecedere, reuocans
Rom.12.19 ad memoriam illud Apoſtoli, *Non voſmetipſos defendentes Chariſſimi, ſed date locum iræ.* Præficiens itaque Monaſteriis Patres, fratréſque deligens, qui ibidem Deo militarent: receſsit ab eodem loco, paucis ſecum Monachis abductis: atque caſtrum, quod Caſinum [1] nominatur, expetit, quinquaginta fermè millibus à Sublacu diſtans. Nec fortuitu cuilibet credibile debet eſſe, quod Sanctus vir demutans habitationem, illicò celſa Caſini petiit iuga, in cuius receſſu ſinuato,caſtrum olim conditum à veteribus incolis [2] Harum vocabatur. immò magis certiſsimum eſt, quia oraculo Diuino admonitus, ad illud deproperauit,vt Paulus [3] eiuſdem Cænobij Monachus teſtatur in hiſtoria gentis ſuæ, in qua memoriam quoque huius Egregij Patris interſerens; talia quædam ex hoc eius itinere refert, ita, propriis inquiens verbis. Denique » cum diuina admonitione à Sublacu in hunc vbi re- » quieuit locum, per quinquaginta fermè millia aduẽta- » ret,tres [4] eum corui quibus ſolari ſolitus erat:ſunt cir- » cumuolantes ſecuti. Cui ad omne biuium vſque dum » hûc veniret,duo Angeli [5] in figura iuuenum apparen- » tes,oſtenderunt ei,quam viam arripere deberet. In lo- » co autem iſto quidam dei ſeruus tunc habitaculum » habebat,ad quem diuinitùs ita dictum eſt.[6]His tu par- » ce locis, alter amicus adeſt. Hic autem Beatiſsimus » Benedictus, in Caſini arcem perueniens, in magna ſe » ſemper abſtinentia coarctauit, ſed præcipuè Quadra- » geſimæ [7] tempore incluſus, & remotus à mundi ſtre- » pitu manſit. Hæc autẽ omnia,ex Marci pœtæ [8] carmine » ſumpſi, qui ad eundem Patrem hûc veniens. Aliquos »

verſus

1 *A Sublacu S. Benedictus Caſinum petit.*
2 *Harum vetus caſtrum montis Caſini.*
3 *Paulus hiſtoricus Langobardus.*
4 *Tres corui S. Benedictũ comitantur.*
5 *Duo angeli, S. Benedictodemõſtrãt iter.*
6 *Ante S. Benedictum, heremita quidã Caſinum incolebat.*
7 *Quadrageſimæ tempus, quàm religioſè à S. Benedicto cultum.*
8 *Marcus poeta, S. Benedicti diſcipulus.*

Digitized by Google

» uersus in eius laude composuit, quos in his libellis,ca-
» uens nimiam longitudinem, minimè descripsi. Cer-
» tum tamen est hunc Egregium Patrem, vocatum cæli-
» tus, ob hoc ad hunc fertilem [9] locum, & cui opima
» vallis subiacet,adueniſſe; vt hîc multorum Monacho-
» rum, sicut & nunc Deo Præsule factum est, congrega-
tio fieret. Hæc verba Venerabilis viri Pauli,nostræ as-
sertioni adeò adstipulari videntur, quod nullus huic
valeat refragari.

9 *Casini locus fertili,sà Deo Monachis destinatus.*

Narses, primus Langobardos in Italiam vocat; quibus causis. sub quibus Principibus. status Regni Francorum & rerum Occidentalium.

CAPVT V.

IVstiniano, post peracti Imperij triginta & nouem annorum curricula,hominem exeunte; Iustinus [1] iunior, laborioſum iam tunc Romani Imperij excipit fastigium Benedictus Papa [2], Romanam eo tempore regebat Eccesiam. Præterea [3] Totila Gothorum Rege deprædationibus vrgente Italiam; Narses [4] Patritius aduersus eum in Italiam dirigitur. Veritùs tamen ne tantę multitudini bellum illaturus nequicquam occurreret:quamquam bellis viuidam gestaret dexteram,satisque sufficiens huiusmodi crederetur negotiis. missa legatione,Langobardos [5] Pannoniis residentes, in auxilium euocat. Qui delectam armatorum manum è suis,Narseti Romanisque suffragium laturam dirigunt. Perinde Langobardi sociati Romanis, Gothos inito certamine vsque ad internecionem cum Totila Rege suo [6] cædendo prosternunt, penitùsque delent. Hoc denique pacto, Italia ab oppressione Gothorum liberata, aliquandiu respirare visa est. Sed non adeo hac libertate exultare valuit. Idem quippe Narses Patritius,cùm à Romanis apud Iustinum Augustum,eiúsque coniungem Sophiam [7], insimularetur oppressionis prouincialium,depredationisque præcupidæ: atque in locum eius Longinus [8] subrogaretur Præfectus. Ter-

1 *Iustinus Iunior Iustiniano succedit Imperatori.*
2 *Papa Benedictus* 1.
3 *Totila rex Gothor.*
4 *Narses Eunuchus Patritius.*
5 *Narses Lãgobardos in Italiam vocat.*
6 *Gothicũ nomẽ in Italia à Narsete & Langobardis extinctus.*
7 *Sophia Imperatrix.*
8 *Longinus Narsetis cursfectus.*

Digitized by Google

ritus nimium Eunucus Narſes , Conſtantinopolim haud quaquam regredi auſus; Neapolim ſe contulit, legatóſque Lãgobardis direxit:[9]ſuadés quatenus Pannonias pauperrima ſcilicet arua relinquerent; atque Italiam vbertate ruris lætantem , opibúſque refertam, toto conamine peruaderent. Qua legatione Guinili [10] qui & Langobardi alacriores effecti,Alboino [11] duce Italiam à parte Venetiarum peruadunt:vacuam nempe defenſoribus inuenientes prouinciam , partem eius rapinis cædibúſque vaſtando depopulantur. Dum hæc in Italia geruntur apud, Gallias Chlotario Francorum Rege mortuo , Regnum eius æqua lance quadrifariàm inter ſe,quatuor illius filij [12]diuidunt.Primus ergo Aripertus ſedem ſibi Pariſius ſtatuit. Secundus Guntrannus Aurelianis.Tertius Chilpericus Sueſsionis , Quartus Sigibertus Mediomatricum quæ & Metis. Horum itaque Fratrum iunior Sigibertus , Brunichildem[13] ab Hiſpaniis deductam in matrimonium ſibi copulauit: quæ ei [14]Childebertũ filium genuit.Qui Regnum puerulus adhuc cum matre gubernandum excepit , interfecto patre fraude [15]Chilperici fratris ſui, aduerſum quem bellum inierat. Quod cum per vigintiquinque annos ſtrenuè gubernaret,vi(vt fertur)veneni [16],cum vxore propria extinguitur : relinquens filios duos, Theodebertum ac [17] Theodericum cum auia ipſorum Brunichilde, quæ Regni quoque gubernacula cum nepotibus ſuſcepit.[18]Guntrannus etiam patruus Childeberti Regis , terminum ſuſcipiens vitæ regnum quod tenebat , Brunichildi Reginæ reliquit : quod poſtea in ſortem Theodeberti filij Childeberti Regis , deuenit.

9 *Narſes Lãgobardos ad inuadendam Italiam adnocat.*

10 *Guinili qui & Langobardi.*

11 *Alboinus dux Langobardorum.*

12 *Filij Chlotharij.*

13 *Brunichildis Hiſpana vxor Sigeberti.*

14 *Childebertus puer, cum matre Regnũ adminiſtrat.*

15 *Chilpericus.*

16 *Childebertus veneno necatus.*

17 *Theodebertus & Theodericus cum auia Regnũ Regunt.*

18 *Guntrãnus moritur.*

B. Benedictus Caſini præuidet euerſionem , Sanctúmque Maurum in Gallias mittit.

CAPVT VI.

HIs Europæ Occiduum regentibus limitem:egregius Pater Benedictus , in Cœnobio quod ab eo conſtructum in caſtro Caſini fuerat : ſanctæ inſtitutionis

nis normam,verbis operibúſque, diſcipulis præmonſtrare curabat. Dúmque ſanctarum virtutum etiam in hoc loco floreret miraculis:inter cætera quæ ei diuina Maieſtas reuelare dignata eſt, [1] Monaſterium quoque quod ipſe ibidem conſtruxerat, oſtendit Paganorum incurſu penitùs ſubruendum : orationum ſuarum duntaxat obtentu,animarum ſibi conceſſa ſalute.At Reuerendus Pater cum id egrè ferret, atque inconſolabiliter affligeretur, fletúque nullo modo temperaret : placuit Diuinitati, huiuſmodi eum releuare ac conſolari oraculo. Noli inquiens probatiſsimè ac dilectiſsimè « Deo Benedicte, pro his quæ huic euentura didiciſti « loco, mæſtum vllo modo gerere animum : quoniam « quod ſemel præfixum atque decretum inſcrutabili « ſummæ Deitatis conſilio eſt, intranſibile atque inre- « uocabile ſine dubio patrabitur ſolis tibi tuo me- « rito cunctorum conceſsis habitantium animabus. « Sed aderit [2] Omnipotentis quamnuperrimè pro- « picia conſolatio, quæ & locum hunc in priſtinum, « immò ampliorem quàm nunc videtur, tuis nihilo- « minùs meritis reſtituet gradum : & aliis perindè na- « tionibus, huius lumen religioſitatis de hoc eodem ir- « radiabit loco. Pro quo vt interpellatus, vel potiùs ef- « flagitatus fueris : extemplò quos probabiliores in hu- « ius grege ſanctæ Congregationis habes, quo depoſcêris mittere curato. Sciens procul dubiò, quoniam « laboris eorum vberrimus fructus, & tibi ad cumulum « recipiendorum augmentabitur præmiorum : & illos « ad habitationem perennis introducet beatitudinis. Hoc reſponſo Chariſsimus Domino Pater Benedictus accepto,mæſticia pro loci deſtructione reiecta : legationis imminentis præſtolabatur aduentum. Móxque ac veluti è veſtigio, eadem tempeſtate [3] Bertigranus venerabilis vitæ vir, ac Pontifex Cænomanicæ vrbis, fama percitus probatiſsimi Patris, legatos ad eum direxit:Flodegarium Archidiaconum [4], & Arderadum Vicedóminum ſuum : omni genere ſupplicans precum, vt ei perfectiſsimos in ſacra religione dirigeret

1 *S. Benedicti Caſinũ præuidet deſtruendum. Grego. Lib. 2. dial. c. 17.*

2 *Reſtitutio Caſini, & propagatio vitæ monaſticæ per aliàs regiones, S. Benedicto dimissis reuelantur.*

3 *Bertigranus Epiſcopus Cænomanenſis, legatos ad S. Benedictum mittit.*

4 *Archidiaconus atque Vicedominus Epiſcopi Cænomanenſis.*

Digitized by Google

fratres qui Monaſterium ſecundum regularem ordinem, in Eccleſiæ quam regebat fundo, conſtruere deberent. Cuius piæ petitioni Sacratiſsimus Pater, ne oraculo ſibi diuinitus dato, contraire videretur, fauorabiliter aſſenſum dedit: quamquam ſciret Sancto reuelante Spiritu, diem ſui obitus imminere. Legatis itaque directis ab Antiſtite, abſque quolibet refragio, Beatiſsimum [5] Maurum cum aliis quatuor fratribus, hoc eſt Simplicio, Antonio, Conſtantiniano, atque Fausto aſsignauit. Qui Fauſtus poſt obitum Beatiſsimi Mauri, ſolum repetens paternum, vna cum Simplicio altero fratre, petentibus fratribus proprij Monaſterij: vitam Beati [6] Mauri compoſuit. Ex quo opere, nos quoque, hæc quæ ſcribimus mutuauimus.

5 S. Maurus in Gallias. à S. Benedicto miſſus.

6 Fauſtus ſocius S. Mauri eius vitã cõpoſuit. Extat apud Surium Tomò primo.

B. Benedictus. S. Maurum Abbatem inſtituens, ei vltimum vale, dicit.

CAPVT VII.

[1] MIttens igitur eximius Pater dilectiſsimum ſibi in Chriſto filium, locum Abbatis eum retinere iuſsit: plurimum religioni illius fidens, vt potè quem ipſe in diſciplina Chriſti pleniſsimè enutrierat: moribuſque ſuis decentiſsimè conuenientem inuenerat: ac per omnia deuotiſsimum ſibi pediſſequam coaptauerat. Reliquis verò fratribus, quos cum illo pariter dixerit, præcepit vt nequaquam illi minus parerent, quem Patrem eis præfecerat, quam ſibi, ſi in præſenti adeſſet. Luctus autem qualis quantúſque extiterit, quiſve mœror totam corripuerit congregationem, plenius ipſius Fauſti verbis agnoſci valet. Iam enim egregius Pater ſanctæ ſuæ Congregationi apperuerat, diem ſibi imminere ſupremum, ideóque maiori afficiebantur triſtitia, quoniam illum in quem omnium animi pendere videbantur, ſpéſque conſolationis in eum ſola reſtabat: cernebant procùl à propriis tranſmitti ſedibus. Quorum mœſtitiæ pio occurens dulciſſimus Pater affectu: huiuſmodi oratione, animos eorum

1 S. Maurus cur à S. Benedicto fuit Abbas inſtitutus.

Digitized by Google

« rum ſolari curauit. Si [2] triſtandum dilectiſsimi Patres « ac filij,pro tali eſſet negotio : mihi magis quàm vobis « in hoc eſſet mœrendum : qui quantum ad preſens,ma- « gnis videor deſtitui ſolatiis.Sed quia dicente Apoſto- « lo,charitas benigna eſt. benignitatem charitatis no- « ſtræ , omnimodis impendere debemus , his quos ali- « quomodo ea indigere cognoſcimus : nec noſtra tan- « tum , quantum aliena quærere. Qua propter vos amo- « ris paterni ſolicitudine, flætibus & mærore tempera- « re depoſcimus:quia potés eſt Deus,meliores nobis poſt « huius depoſitionem corporis , huic ſanctæ immittere « congrægationi : quorum meritis & exemplis , longè « præſtantius quam noſtris ædificemini.Sed & illud ſum- « mopere nobis procurandum eſt : ne verſutia antiqui « hoſtis , vnde aliis ſalus acquiritur, inde nobis triſtitiæ « malo detrimentum in aliquo ingeratur Nos etenim « quos vnitatis ſemel in ſancta charitate iunxit concor- « dia , nunquam vel longiſsima terrarum diuident ſpa- « tia : quoniam ſemper interioris hominis aſpectu , qui « renouatur ſecundum imaginem eius qui creauit eum, « nos quoaduixerimus tempore , inuicem intuebimur.

2 *Oratio S. Benedicti habita ad Caſinenſes Monachos in diſceſſu Beati Mauri.*

1.*Cor.* 13. 14

Hæc in conſolationem Sanctiſsimæ Congrægationis prælocutus,conuerſus ad eos quos in Dei opere peragendo,longius dirigebat. Hoc modo profecutus [3] eſt. « Vos autem fratres chariſsimi , quos ad opus Domini « conſtruendum , ad illas dirigimus partes, viriliter agi- « te & confortetur cor veſtrum in ſancto propoſito & « religione : proculdubio ſcientes , quia quanto auſte- « riora cauſa ſalutis aliorum , in huius via ſæculi pertu- « leritis , tanto maiora à Deo recipietis cæleſtium gau- « dia præmiorum. Nec vos vllo modo reſolutio huius « noſtri mœſtificet corpuſculi, quoniam præſentior vo- « bis,carnis depoſito [4] ero onere, veſtríque per Dei gra- « tiam, cooperator exiſtam adſiduus.Talia ſuaui depro- mens eloquio,dans eis oſculum pacis , deduxit eos vſque ad oſtium Monaſterij.Rurſúſque illos deoſculans, ac benedictione roborans , dedit dulciſsimo ſuo diſcipulo Mauro librum Regulæ,quem manu ſua ſcripſe-

3 *Oratio S. Benedicti ad S. Maurũ & ipſius ſocios.*

4 *Sancti nobis ſunt poſt corporis depoſitionem præſentiores.*

Digitized by Google

rat, pondus quoque libræ panis, vasculúmque ereum eminam vini capiens, atque eos iter acturos, in pace dimittit.

5 Epiphaniorum dies.

Profecti itaque à Cœnobio Casini [5] Epiphaniorum diebus, quinta Sabbathi, haud procul in prædio eiusdem Cœnobij ea deueniũt die: susceptíque sunt à duobus fratribus, quos pridiè illuc hac de causa, Reuerentissimus Pater præmiserat. Dúmque illic quietis gratia pernoctarent, superueniunt eis nocturnam Synaxim [6] agentibus, duo fratres missi à sanctissimo Patre, cum piis muneribus, [7] capsula scilicet Sanctarum Reliquiarum, ac breui Epistola. Etenim capsula ipsa eburnea erat, retinebátque in se tres portiunculas ligui salutiferæ [8] Crucis, & Reliquias [9] sanctæ Dei genitricis Mariæ, sanctíque Michaelis, ex pallio scilicet eius sanctæ Memoriæ. Stephani quoque Prothomartyris, ac Beati Confessoris Christi Martini.

6 Matutinæ preces.

7 Qualia munera, Sancti mittere solebant.

8 Lignum S. Crucis.

9 Reliquiæ Sanctorum.

Beatus Maurus accepta Sancti Benedicti Epistola, tandem Antisiodorum ad S. Romanum venit.

CAPVT VIII.

TExtus verò Epistolæ hęc continebat. Accipe Dilectissime, extrema institutoris tui dona, quæ & longum nostrum testentur amorem: & tibi ac commilitonibus tuis, [1] contra omnium perpetim munimen præbeant impedimenta malorum. Post expletam [2] enim totam trinam vicenorum annorum decursionem, ex quo Monasterialem adisti perfectionem, in gaudium Domini tui es introducendus: vt nobis hesterno die, postquam à nobis digressus es, Dominus ostendere est dignatus. Prædico etiam tibi, moram vos in eundo esse passuros, ac cum difficultate habilem locum inuenturos: pro his quæ & Deo ordinante perficientur, & quæ inimicus humani generis, mollimine calliditatis suæ in vos concitabit. Nusquam tamen benignitas misericodis Dei vobis deerit, sed potiùs differendo licet, ac desiderium animi vestri in longum

1 Reliquiæ sit Sanctorum sunt contra mala munimen.

2 S. Benedictus prophetat.

expe

experiendo:aliorsùs quàm ſperauimus,aptiſſimam largiri dignabitur metationem. Iámque valeas fœlix in profectione, fœlicior futurus in peruentione. Beatus autè Maurus relectis Pij Patris apicibus, pignoribúſque receptis, alacrior effectus; fratres ad præſentiam præſtantiſſimi viri, cum gratiarum remittit actione, itérque incœptum,ſocios accelerare iubet. Tranſmiſſa igitur omni Italia,Alpibúſque ſuperatis; tandem propinquante Paſchalis feſti tempore,ea [3] ſcilicet die,qua Dominica celebratur Cœna. Pagum deueniunt Antiſiodorenſem, quo in pago Beatus [4] Romanus, iam dudum per reuelationem,relicta Italia,peruenerat;atque Cœnobium in loco, qui Fons-Rogi dicitur [5], ædificabat. Hic certè Sanctiſſimus Romanus [6], in initio conuerſationis ſanctæ, Beatiſſimo Patri Benedicto adiutor,ac cooperator extitit.

3 *Paſcha & Cœna Dominica.*

4 *S. Romanus Abbas.*

5 *Fõtis-Rogi Cœnobium.*

6 *Huius vitam nunc primùm in ſecunda huius operis parte, Orbis videt.*

Beatus Maurus S. Benedicti tranſitum mirabilem in ſpiritu videt, ac aliis indicat.

CAPVT IX.

HVius ergo famam Beatus Maurus comperiens, duces itineris ſui expoſcit, vt illò deuertentes, ſanctum ibidem Paſcha celebrarent. Sciebat quippe Beatus [1] Maurus, ſequenti die obitum Sancti Patris Benedicti complendum. Precibus igitur ductores eorum ſauentes Beatiſſimi viri,conuerſo gradu,Sanctum expetunt Romanum; ab illo autem deuotiſsimè ſuſcepti, die ſancto Paraſceue [2], hora circiter ſexta, cæteri quidem neceſſariis coëmendis occupari pro oportunitate diei feſti cœperunt:Sancti verò viri colloquia inter ſe ſerebant [3] ſpiritualia. Dúmque Solis occubitus iam propinquaret, Beatus Maurus viro Dei Romano dixit. Noueris, dilectiſsime Pater, craſtina die Reuerentiſsimum Patrem noſtrum Benedictum,carnis onere depoſito,cœleſtem tranſire ad patriam. Quod Beatus Romanus audiens, nimio mœrore conſtrictus, in lachrymas reſolutus eſt. Et quamquàm Beatus Maurus

1 *S. Maurus Prophetat.*

2 *Paraſceue.*

3 *Qualia ſint ſua Sanctorũ colloquia.*

conſolari eum cupiens, multa proferret conſolationi apta: tamen nec ipſe à fletu ſe poterat cohibere. Cùm autem craſtina illuceſceret dies, iámque aliquantulam ſui decucurriſſet partem: Beatus Maurus in Eccleſia perſiſtens, tranſitum Beatiſsimi Patris qualicumque hora eueniret, orationibus, & pſalmodia pręmuniendo præſtolabatur. Raptúſque ſubitò in ſpiritu, vidit [4] ſe tranſpoſitum in Cœnobio Caſini montis: conſpexítque viam palliis ſtratam, ac innumeris choruſcam lampadibus, recto Orientis tramite, à Beati Benedicti cella, in cœlum vſque tendentem. Totámque viſionis huius ſeriem, vti à Beato Gregorio [5] deſcripta eſt cernens; duos congregationis ſuæ ſocios habuit fratres. Quorum alter in eodem morabatur Cœnobio, alter, vt ſuprà memoratus Doctor ſcribit, longiùs poſitus erat. Mox autem, vt ad ſe Beatus reuerſus eſt Maurus, otiùs Sanctum Romanum, ac fratres, qui cum illo pergebant, euocans; cuncta, quæ viderat, eis per ordinem retulit: diémque illum, hoc eſt, ſacroſanctum Sabbatum, ac ſequétem Dominicam, qua ſpecialiter Reſurrectionis Dominicæ colebatur dies, ſolemnem, atque celebrem, omni [6] gaudio, ac lætitia inibi peregerunt.

4 *Gloria Sancti Benedicti Beato Mauro reuelatur.*

5 *Gregorius 2. Dial. c. 37.*

6 *Paſchæ dies à Sanctis cultus, & quomodo.*

Imperatorum quorundam ſeries. Caſini euerſio, Caſinenſium fuga. atque Italiæ & Franciæ regnorum Principes.

CAPVT X.

1 *Iuſtinus Imperator ob ſcelerum amens effectus.*

2 *Tiberius ei ſuccedit, ac laudatur.*

3 *Mauricius Imperator Græcus.*

4 *S. Gregorius Papa I.*

IVſtino [1] igitur Imperatore, ob immanitatem ſcelerum in amentiam verſo, ac paulò pòſt vita priuato, Tiberius [2] Conſtantinus, vir Reipublicæ regendæ ſtrenuus, Imperij infulas, totius Gentis adniſu ſuſcepit. Quibus per ſeptem annos ritè gubernatis, ſucceſſorem delegit ſibi Mauricium [3], ex proſapia Græcorum à Capadocia orundum. Quo imperante, Beatus Gregorius [4] ſanctæ, atque Apoſtolicæ Sedi, Romæ præficitur Epiſcopus. Porrò Francorum Regnum, Brunechil

childis [5] Regina cum nepotibus Theodeberto atque Theoderico, filiis Childeberti Regis, iam maioris ætatis metas attingentibus, fortiter regebat. At verò Gens Langobardorum Italiam, à partibus Venetiarum, dudum, vt suprà prælibauimus, ingressa, maxima ex parte cladibus afficiendo, suæ potentiæ subdere conabatur. Procedente deinde tempore, iámque Phoca [6] Imperium administrante Romanum, qui Mauricium Imperatorem cum filiis Theodosio, Tiberio, atque Constantino, cùm esset Strator Prisci Patritij, dolo interemerat. Præfata Gens, duce Aigulfo [7], quem sibi Regem præfecerat, totam penè irrupit Italiam, Romanámque aggreditur vrbem. Nec longo post à prædonibus prædictæ Gentis, Monasterium [8] Beatissimi Patris Benedicti, quod in Casino situm est, noctu inuaditur, diripitur, destruitur. Qui cùm vniuersa diriperent, ne vnum quidem ex Monachis tenere potuerunt: vt prophetia venerabilis Patris, quam longè « antè præuiderat, compleretur, qua dixit [9]: Vix apud « Dominum obtinere potui, vt ex hoc loco mihi animæ « concederentur. Fugientes autem ex eodem loco Monachi, Romam venerunt, codicem sanctæ Regulæ, quam sæpedictus Pater composuerat, & quædam alia eius scripta; necnon pondus panis, & mensuram vini, ac quicquid ex suppellectili surripere potuerant, deferentes. Phoca [10] itaque post octo annorum curricula, quibus Imperium omne pessumdederat, condigno mortis genere trucidato: Heraclius succedit, regens Imperij sceptra [11] viginti sex annis. Cuique Heraclonas [12] cum matre Martina, duobus substituitur annis. Ac deinde Constantinus [13] filius Constantini, successionis ordine, annis sufficitur viginti & nouem. Quo Imperante, Italicum Regnum Grimoaldus [14] sibi prosperè disponere videbatur. Francorum verò regimen Chlodoueus [15] filius Dagoberti optimè asseruabat.

5 *Brunechildis Regina.*

6 *Phocas Imperator necat Mauritium, & liberos.*

7 *Aigulfus Rex Langobardorum.*

8 *Cœnobij Casinensis destructio.*

9 *Gregor. 2. Dial. cap. 17.*

10 *Phocas malus Imperator trucidatus.*

11 *Heraclius Imperator.*

12 *Heraclonas Imperator, & Martina Imperatrix.*

13 *Constantius Imperator.*

14 *Grimoaldus Italiæ Rex.*

15 *Chlodoueus filius Dagoberti Rex Franciæ.*

Mumma

Mummolus Floriacenſis Abbas, lectione, & reuelatione edoctus, corpus Sancti Benedicti è Caſino, curat Floriacum transferri.

CAPVT XI.

HAc proinde tempeſtate Mummolus Abbas Cœnobij Floriacenſis, quod ſitum eſt in territorio Aurelianenſi ſupra fluuium [1] Ligeris, Diuina monitus viſione per ſomnium, dirigit vnà cum conſenſu Deo ſibi commilitantium, fratrem quemdam ex ſuis venerabilem Monachum Aigulfum [2] nomine: quatenùs Sanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Benedicti corpus, hûc transferre deberet. Sic enim ſibi reuelatum diuinitùs aſſerebat. Cui ex inſperato, coniunguntur miſſi Cenomanenſis vrbis Epiſcopi, & ipſi propter corpus Beatiſſimæ Scholaſticæ virginis ſororis eximij Patris Benedicti transferendum, diuina reuelatione inuitati. Cuius rei hiſtoriam, quia in promptu eſt, inſtanti opuſculo inferere ſuperuacaneum duximus. Huic ſacratiſſimæ Tranſlationi Beatorum germanorum Benedicti ſcilicet atque Scholaſticæ, atteſtatur Paulus [3] Monachus, cuius ſupra mentionem egi, in hiſtoria Gentis ſuæ libro ſexto, ita inquiens: Circa hæc tempora, haud dubium quin Conſtantino Imperante, cùm in caſtro Caſini vbi Beatiſſimi Benedicti corpus requieſcebat, aliquantis iam elapſis annis ſolitudo exiſteret: venientes de Cænomanenſiũ,& Aurelianenſium regione Franci:dum apud ſacrum corpus ſe pernoctare ſimulaſſent, eiuſdem Patris, atque germanæ eius oſſa aufferentes, in ſuam patriam aſportauerunt, vbi ſigillatim duo Monaſteria, in vtriuſque [4] honore conſtructa ſunt.

1 *Floriacum quo in loco ſitum.*

2 *S. Aigulf.*

3 *Pauli Caſinenſis Monachi irrefragabile teſtimonium de tranſlatione S. Benedicti.*

4 *Duo Monaſteria in Gallia conſtructa, in honorem S. Benedicti, & S. Scholaſticæ.*

Impe

Digitized by Google

Imperatorum mutationes, Regni Francorum ſtatus miſerrimus, ſub Præfectis palatio, Arnulfi & ſtirpis ſuæ laudes, ac Principes Langobardorum.

CAPVT XII.

SAnè Iuſtiniano iuniore [1], poſt mortem Conſtantini Imperium aſſumente, decem in Imperio annis exactis: à Leone Auguſtali [2] dignitate priuatur, exilióque relegatur. Aduersùm hunc Tiberius [3] arma corripiens, Imperiali ſarcina releuatum, retrudit in carcerem. Porrò illo in tempore [4], apud Gallias Francorum decidente gloria, à Præfectis palatij, domus ordinabatur Regia. Regibus ob imperitiam, deſidiámque, ſolum Regale nomen inaniter geſtantibus. Namque & opes & potentia Regni, penes palatij Præfectos, qui Maiores [5] domus dicebantur, & ad quos ſumma Imperij pertinebat, retinebantur. Neque aliud Regi relinquebatur, quàm vt Regio nomine contentus [6], crine profuſo, barba ſummiſſa, ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret. Legatos vndecumque venientes audiret, eíſque abeuntibus reſponſa quæ erat edoctus vel etiam iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet: cùm præter [7] inutile Regis nomen, & præcarium vitæ ſtipendium, quod ei Præfectus aulæ pro vt videbatur exibebat; nihil aliud proprij poſſideret: quàm vnam, & eam perparui reditus villam, in qua domum, & ex qua famulos ſibi neceſſaria miniſtrantes, atque obſequium exibentes, paucæ numerofitatis habebat. Quocumque eundum ei erat [8], carpento ibat, quod bubus iunctis, & bubulco ruſtico more agente, trahebatur. Sic ad palatium, ſic ad publicum populi ſui conuentum, qui [9] annuatim ob Regni vtilitatem celebrabatur ire, ſic domum redire ſolebat. At Regni adminiſtrationem, & omnia quæ vel domi vel foris agenda erant: ac diſponenda Præfectus aulæ procurabat.

1 *Iuſtinianus iunior Imperator.*
2 *Leo Imperator.*
3 *Tiberius Imperator.*
4 *Quando, & cur apud Gallias, Francorum decidit gloria.*
5 *Maiores domus.*
6 *Species veterum Francia Regum.*
7 *Quàm miſera erat in Gallia ſub Præfectis palatio conditio Regum.*
8 *Qualis eurus & auriga veterum Regum Gallia.*
9 *Annuus conuentus de negotiis Regni.*

Cuius

10 *Arnulfus palatio Praefectus laudatus, & tandem Episcopus factus.*

Cuius officij magistratum, ea ætate [10], Arnulfus vir eximiæ nobilitatis, probabilisque vitæ, cum filio Ansegiso adprimè regebat. Quique relicta pòst sæculi gloria, Episcopus Mediomatricum, Clerique, populique acclamatione, & voto ordinatus, mirabiliter in Pontificatu viuere studuit: ac demùm heremiticam eligens vitam, leprosis vniuersa præbens obsequia, continentissimè vsque ad obitum vixit. Anastasius iam tunc Romani [11] Imperij regebat insignia. Italici verò Regni principatum post Arepertum [12], Liutprandus in suam redegerat ditionem.

11 *Anastasius Imperator.*

12 *Arepertus Rex Langobardorum.*

Liutprandus Langobardorum Rex.

Casini Cœnobium per Petronacem, auxilio Zachariæ Papæ restituitur.

CAPVT XIII.

1 *Petronax restitutor Casini.*

2 *Gregorius is fuit III. Papa.*

3 *Petronax fit Abbas Casinensis.*

CIrca hæc tempora Petronax [1] quidam ciuis Brixianus, Religiosæ vitæ continentiam seruans, Romam agente Præsulatum Beato Gregorio [2], venit: Sancti desiderij patefacturus votum. Denique hortatu eiusdem Sanctissimi Præsulis, prædictus Petronax [3], Cœnobium, quod quondam ab egregio Patre Benedicto in castro Casini montis ædificatum fuerat, atque permissu Dei Omnipotentis à Langobardis destructum, deuotissimè adiit: ibique cum aliquibus prudenti simplicitate præditis, qui iam eiusdem loci habitationem expetierant, summa charitatis annexione, in sanctæ Religionis habitu, viuere cœpit, quique eundem virum seniorem sibi præficiunt. Non post multum verò temporis, cooperante Diuina misericordia, suffragantibus meritis præcipui Patris Benedicti, multorum ibidem Monachorum Nobilium, atque mediocrium, ad se concurrentium, Pater effectus est. Sicque reparatis habitaculis Cœnobitali ordini congruentibus, sub sanctæ Regulæ iugo, ac Beatissimi Patris Benedicti institutione, viuere cœperunt. Hoc itaque ordine in statum, quo nunc cernitur, sanctissimum illud Casinense Cœnobium reparatum est; cùm iam ferè centum † & decem annorum curricula euoluta essent, ex quo,

4 *Casinense Cœnobium post 110. annos reparatũ.*

quo, occulto Dei nutu, locus ille habitatione carere cœperat humana. Proinde sequenti tempore, huic venerabili viro Petronaci, dilectus Domini Pontifex Zacharias [4] plurimum auxilij contulit; libros scilicet sanctæ Scripturæ, necnon & alia, quæ ad vtilitatem Monasterij pertinere poterant: insuper & Regulam [5], quam ipse egregius Pater sanctissimis conscripsit manibus, paterna liberalitate concessit.

4 *Zacharias Pontifex laudatus, vt promoror restitutionis Cœnobij Casinẽsis.*

5 *Regula Sancti Benedicti manibus scripta, à summis Pontificibus quàm studiosè custodita.*

Præfectorum palatio Francorum nomina. Martelli actus, & damnatio. Charolomani filij ipsius monachatus, atque ad Casinum transitus.

CAPVT XIIII.

INtereà apud Gallias, Angesiso maiore domus, filióque eius Pipino [1], humanam obeuntibus vitam: Karolus [2] filius Pipini, totius Gentis Francorum Magistratum, quamquam post multa bella, de manu Rainfredi [3] Tyranni, Deo iuuante, abstulit: suæque subdidit potestati. Denique rebus bellicis operosissimè insistens, Tyrannósque per totam Franciam dominatum sibi vendicantes, obpressit. Ob eámque rem plurima iuri Ecclesiastico detrahens prædia, Fisco associauit: ac deinde militibus propriis distribuere studuit. Prætereà Saracenos Galliam [4] occupare temptantes, duobus magnis præliis: vno in Aquitania apud Pictauium ciuitatem, altero autem apud Narbonam, iuxta Birram fluuium: ita deuicit, vt in Hispaniam eos redire compelleret. Quamobrem cum aduersantibus nullatenùs cedere sciret, nullique parcere: diu à posteris Tudites, ab [5] actu rerum scilicet agnomen indeptus est. Tudites [6] enim mallei dicuntur fabrorum, quorum ictibus cuncta atteritur duricies. Pepigit hic fœdus cum Liutprando 7, eique filium suum Pipinum [8] misit: vt more Christianorum fidelium, eius capillum primus attonderet, ac Pater illi spiritalis existeret. Quod ille gratantissimè complens, multis ditatum muneribus genitori natum remisit. Qua [9] de re, contigit, vt legationem sacratissimi Præsulis

1 *Pipinus.*

2 *Karol. Martellus multa iuri Ecclesiastico detraxit, & ob quã causam ea militibus distribuit.*

3 *Rainfredus Tyrannus.*

4 *Saracenos Martell. duplici prælio è Gallis effugauit.*

5 *Karolus cur Martellus dictus.*

6 *Tudites quid.*

7 *Liutprandus Rex.*

8 *Vide Patrinos in Confirmatione.*

9 *Martellus cur Romanæ Ecclesiæ opẽ haud tulit.*

Digitized by Google

Præſulis Gregorij ad ſe directam, obſecrantis quatenùs ſanctam Romanam Eccleſiam à Langobardorum tyrannide liberaret; terrena cœleſtibus præponderans, floccipenderet. Rebus itaque humanis, eo poſt diutinam regni adminiſtrationem exempto, duo filij eius [10], Pipinus, & Charlomannus, regni ſummam concordi ſocietate diuiſam, aliquot annis ſub Hildrico [11] nomine tenus Rege, ad gubernandum ſuſcipiunt. Porrò Charlomannus poſt aliquantum temporis excurſum, Regni quam ad regendum ſuſceperat partem, fratri relinquens, amore [12] ſuccenſus ſpeculatiuæ conuerſationis, Romam ſe in otium contulit. Siquidem hortante Beato Eucherio [13] Aurelianorum Epiſcopo, qui à patre illius nulla exiſtente culpæ offenſa, pulſus ſede propria, atque in Hasbaniam apud Sanctum Trudonem in exilium relegatus fuerat: necnon Sancto Bonifacio Friſionum Epiſcopo, qui ambo patris eius apud inferos damnationem [14], etiam corporeis ipſi oſtendêre viſibus: operoſam temporalis Regni dignitatem, toto contemnens mentis adniſu, habitúque permutato, tonſuræ [15] Eccleſiaſticæ gratiam à Beato Zacharia Papa Romano percipere meruit. Denique Monaſticæ vitæ normam adeptus, in monte Soracte apud Eccleſiam Beati Silueſtri, extructo Monaſterio [16], cum fratribus ſecum ad hoc venientibus, nonnullo tempore optata quiete perfruitur. Sed ex Francia multi [17] Nobilium, ob vota ſoluenda, Romam cùm ſolemniter commearent; & eum velut Dominum quondam ſuum, præterire nollent: otium, quo maximè delectabatur, crebra ſalutatione interrumpentes [18], locum mutare compellunt. Nam cùm huiuſmodi frequentiam ſuo propoſito officere vidiſſet, relicto monte, in Samnium prouinciam ad Monaſterium Sancti Benedicti, ſitum in ſæpedicto caſtro Caſini ſeceſsit [19]: atque ibi, quod reliquum fuit mortalis vitæ, religiosè conuerſando compleuit.

10 *Pipinus, & Charlomannus Martelli filij.*
11 *Hildricus Rex nomine tenus.*
12 *Charlomannus Martelli filius, ac Pipini frater fit Monachus, & quare.*
13 *Eucherius Epiſcop⁹ Aurelianorum in exilium à Martello truſus eſt.*
14 *Martellus apud inferos damnat⁹.*
15 *Tonſura Eccleſiaſtica.*
16 *Montis Soractis Monaſterium.*
17 *Pietas Nobilium veterum Francorum in adeun dis liminibus Apoſtolorũ.*
18 *Sæculariũ viſitationum frequẽtia officit propoſito Monaſtico.*
19 *Charlomannus ad Caſinum migrat.*

Pipinus

Primus, rex annuente Romano Pontifice constituitur. Karolomanus Casinensis pro recuperando corpore S. Benedicti, iussu Zachariæ in Gallias mittitur.

CAPVT XV.

DVm igitur hæc ita agũtur. Pipinus Regni Francorum assequutus summam, iussu Stephani Romani Pontificis Hildricum [1] inertissimum Regem depositum, ac detonsum, in Monasterio deinde trusum, priuatè vluere compulit. Dein auctoritate eiusdem Pontificis, ex Præfecto palatij Rex [2] constitutus; per annos fermè quindecim, [3] aut eo amplius: Regni Francorum principatum solus optimè rexit. Ea igitur tempestate, Monachi sæpedicti Cœnobij Casinensis, authore [4] Charlomanno de quo supra retulimus, Romam veniunt, doloris apud Sanctissimum Papam Zachariam deposituri querelam propter Corpus scilicet Sacratissimi patris Benedicti, à solo proprio in Gallias translati. Qui mœror iam pridem à cordibus eorumdem fratrum, ob terrarum longinquitatem, nec non vetustatem temporum, admodum refrixerat. nec iam spem potiundæ huiusce rei habebant. Sed Charlomanno illorum sacrum subeunte collegium, spes olim emortua reuixit. Sanctumque adeuntes exposcunt Præsulem, vt literas Pipino Regi Francorum dirigat: qualiter auctoritati ac precibus tanti fauens Pontificis, Egregij Patris corpus auito restituat loco. Præfatus vero Pontifex fratrum præcibus annuens lachrimosis, authoritatis Apostolicæ Epistolam editam, per eundem Carlomannum ac fratres qui cum eo venerant, Franciam Pipino dirigit Regi. [5] Modus autem Relectorũ Sacrorũ hic erat. ZACHARIAS « Episcopus, seruus seruorum Dei, Sanctæ sedi Principis Apostolorum Beati Petri præsidens, omnibus « Episcopis, ac Presbyteris Ecclesiæ Francorum salutem dicit. Egregius Apostolus ait. *Diligentibus Deum* « *omnia cooperantur in bonum.* Et iterum idem ipse. *Dum* « *tempus habemus operemur bonum ad omnes.* Et rem

1 *Hildricus Rex iussu Stephani Papæ regno vt indignus exuitur.*

2 *Pipinus Rex efficitur.*

3 *Regnat annis 15.*

4 *Cur Casinenses querelam de ablato corpore S. Benedicti rettulerint.*

5 *Epistola Zachariæ Papæ.*

Rom. 8. 28. Galath. 6. 10 Rom. 10. 15.

C *scriptura*

ſcriptura. *Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem Euangelizantium bona* ! Innotuerunt nobis religioſus Abbas & Presbyter Caſini Monaſterij Beati Benedicti, & Charlomannus Deo amabilis Monachus, germanus filij noſtri Pipini Excellentiſſimi Maioris domus, per hos præſentes religioſos Dei ſeruos Monacios: concordiæ[6] & pacis ſermones inter eum ac Grifonem[7] Fratrem eius expedire nos mittere: vt & nos hæc ipſa admonendo, dirigamus excellentiæ iam dicti Pipini filij noſtri: vt ad pacis concordiam redeant, vobis propter Deum pacificis mediatoribus. Verùmetiam pro corpore beati Benedicti, quod furtiuè ablatum eſt à ſuo ſepulchro, vtei reſtituatur. In hoc opere pietatis & miſericordiæ, libenter aurem accommodare hortamur dilectionem ac ſanctitatem veſtram. Vt primum omnium, Frater ad Fratrem pacis iure in vnum redeat, & confundatur iniquitas è medio eorum. Charitas vero Dei, nobis prædicantibus & miniſtrantibus, exuberet inter eos. Deindè & præfati beati Benedicti corpus[8] iuxta petitionem ſeruorum Dei, ſublimitas filij dilecti noſtri Pipini, veſtra cooperante ſanctitate, indubitanter ad proprium remittat locum: vt & iam dicti ſerui Dei de ſuo gaudeant ſibi reſtituto Patre, vóſque perennem habeatis mercedem & laudem, pro eo quod iuſtè operati fueritis, vt ad ſuum Sanctiſſimi viri corpus, referatur tumulum; ex quo clàm ablatum eſt, Nec enim habet Sanctitas veſtra quid offenſionis in hoc bono opere reſtitutionis eius, pertimeſcere debeat coram Deo: dum creditur, quia ad obtinendum hoc, ipſius ſuffragantibus orationibus & voluntate, præfati religioſi Dei ſerui ſunt permoti. Valete.

6 Zacharias ſtudioſus pacis inter Principes.

7 Grifo frater Pipini.

8 Zacharias præcipit corpus S. Benedicti Italis. à Gallis reſtitui.

Pipinus corpus S. Benedicti præcipit Caſinenſibus reſtitui: id vero negat Medo Floriacenſis Abbas.

CAPVT XVI.

1 Charlomannus in Gallias venit.

ACceptis itaque literis ſancti Papæ[1] Charlomannus & fratres qui cum eo erant, Gallias expetunt

tunt Pipinum adeunt, ſacra ſancti Apoſtolici proferunt reſcripta:flebilémque ſibi quærelam, quæſtuoſis ſubiiciunt lachrimis. Orant ſubueniri ſibi, pios Patris cineres, oſſáque cunctis reuerenda mortalibus, furtim ſublata:deuotiſſimis filiis, authoritate regia, iuſtitiæque reſpectu affatim reſtitui. Non vllius offenſæ in hac re pertimeſcere culpam, cui ſuffragari agnoſcitur inoffenſus rectitudinis trames. [2] Flexus his luctuoſis quæſtibus pius Princeps:ſimulque Sanctæ ſedi aſſentiẽdo fauorem præbens, fratris quoque conſulens voluntati. Remigium [3] Rothomagenſem Epiſcopum Naturalem ſuum,ac Charlomanni fratrem, cum Imperio Floriacum Monaſterium dirigit:qui ex præcepto Regis, etiam nolentibus fratribus, ſacrum effoſſum pignus, Charlomanno ac fratribus cum eo pergentibus ociſſimè reddat. Suſcepto Epiſcopus negotio, celerimè Monaſterium expetit, mandata Regis edicit iuſſa implere conatur. [4] Medo tunc temporis Abbas huic ſancto præerat gregi.Hic cum præcepta Regalia egerrimè ſuſcepiſſet, non ſe poſſe depoſitum reddere dixit?quod ad ſeruandum, [5] non autem reſtituendum « ſe ſuſcepiſſe gaudebat.Ita ſubiiciens. Ipſe ſanctiſſimus « Pater propria ſpontè huc ſe deferri permiſit, ipſe vi- « ſione ſacra, ſuos ob ſui deuectionem inuitauit ſeruu- « los: Suſcepimus indigni, Egregij Patris ſacratiſſima « membra, excepimus cineres pios, deuotè nùnc vſque « adſeruare curauimus. At ſi noſtris interuenientibus « peccatis,relinquere Gallias,ruráque eum natiua petere « placuerit:fateor potis id ei exiſtere,nec velle noſtrum « licere quoquomodo obſiſtere. Sin verò qđ certiſſima « fide noſtro inhæſit pectori, diuino nutu prouidentiaq́; « clementi,ob plurimarũ ſalutem animarũ, relictis pro- « priis,has procùl poſitas,ac plenè in vltimo litore Ocea « ni ſitas expetiit voluntariè ſedes: certiſſimũ habetote, « impotes voti veſtri voſmet ad propria redituros. His « dictis,multum inlachrimans,fores Eccleſię Sanctę Dei « genitricis Mariæ quo repoſita ſancta membra cuba- « bant reſerare iubet,ſuóſque propter oſtia excubitare.

2 *Pipini iuſſum, de reſtituendo Italis corpore S. Benedicti..*

3 *Remigius Antiſtes Rothomagenſis.*

4 *Medo Abbas Florincẽſis.*

5 *Sapiens reſponſum.*

Digitized by Google

Medo Floriacenſis Abbas, oratione ad Deum fiſa impetrat ne corpus S. Benedicti tollatur. qui illud auferre volebant, cæcitate ac diuino terrore afficiuntur eis benignè à Medone S. Benedicti aliquot reliquiæ conceduntur vnde Pipinus erga Floriacenſes deuotus & liberalis redditur.

CAPVT XVII.

IPſe vero cum fratribus totiùs congregationis, intra Eccleſiam beati Apoſtolorum Principis ſeſe retinens, ſolo proſtatus, lachrimis ora perfuſus Domini auxiliũ expoſtulabat: quatinus dilectiſsimi ſui Confeſſoris pignus quod nullis præcedentibus meritis, ſed ſolo gratuito munere, famulis ſuis contulerat: nulla ſcelerum enormitate, irritatus auferri permitteret.[1] Quod, quibus Fletibus, quibuſque gemitibus, quóue vlulatuum clangore peioratum ſit, quis mortalium exſoluere valeat? Conflictantes denique in dolore Patris & filiorum animos, ætatis maturrimæ interdumque ſupremæ, qualitatis variæ, valetudinis diuerſæ, quis explicauerit dignè. Videres certe animos Patris mœſtitiæ vulnere attritos, proſpectare mœrentium filiorum lachrimabiles vultus atque ab neutra parte conſolatorem, prorumpere. Hinc[2] ſenes iunioribus, ſolitum pridem impendentes dilectionis amorem, nullam ſolaminis conferre gratiam. Hinc iunĩores, patribus nullum adiumenti robur conferre. Res certè animos erroneos hac illacque trahebat. Dum itaque partes tantò animi ardore inter ſe decertarent: atque hi quibus res pro animo inerat, ſeſe orationibus communirent: Maieſtati Omnipotentiſsimæ tantam diſcriminis litem, ſolita miſeratione dirimere placuit. Si quidem Remigius} Epiſcopus, cum ſuis templum ingreſſus, dum ad ſacrum propinquaſſent ſepulchrum, repentina luminum cæcitate adeo percelluntur, vt nec mutuos cernere quirent vultus: nec quamlibet in partem,

1 *Dolor Floriacẽſiũ in ſuſceptionẽ mãdati Apoſtolici.*

2 *Mutuũ ſeniorum & iuniorum in monaſterio bene inſtitutu officium.*

3 *Cæcus efficitur Epiſcopus volens ſacra S. Benedicti aufferre oſſa.*

Digitized by Google

tem, ſaltem palpatu quo[4] progredi vellent agnoſcere. Perinde terrore valido adoperti, nil aliud quam vitæ diſpendia operiebantur. Alij denique ſolo ſternuntur, miſericordiam Domini præſtolaturi: alij fugæ ſolatio ſalutem meditantes, hùc illùcque diſcurrunt: vociferanteſque auxilium affore precantur. His nimia confuſione tumultuantibus, euocatus cum fratribus accurrit Abbas: Dataque manu, ab Eccleſia violatores ſacri templi extrahit, diuinam ſatis abundèque ſentientes vltionem. Humi deindè proſtratis, veniamque petentibus, clementer indulſit: atque ex eiuſdem Præcioſiſsimi Chriſti Confeſſoris corpore[5] Reliquias, benigniſsimè contulit. Refectis autem, ac cunctis neceſſariis itineri dapſiliter attributis: ad ſua remittit. At illi Palatium repetentes,[6] virtutem quam plurimam Dei, hoc in loco meritis ſanctæ Dei genitricis perpetuæque Virginis Mariæ, ac Beati Petri Apoſtolorum Principis, necnon & Egregij Patris Benedicti interceſsione vigentem, Regi præſtantiſsimo Pipino patefaciunt, eumque liberalem, huic[7] ſacro cœnobio, ſuis adhortationibus ſedulè efficiunt.

4 *Terrore diuino, volẽtes aufferre corpus S. Benedicti conſternũtur.*

5 *Medo Abbas Floriacẽſis Caſinenſibus ex corpore S. Benedicti: reliquias benignè largitur.*

6 *Caſinenſes virtutẽ Dei adeſſe Floriacenſibus initi fatentur.*

7 *Nã ob hoc poſtea Monaſterio Floriacenſi Fiſcum ſichampi largitus eſt.*

Carolomannus moritur. Carolus Magnus monarchiam obtinet. Inuitis proceribus ſuppetias Eccleſiæ Romanæ fert. Langobardos domat Francorum ſuſpectam ob quid habet. ſidem ſeruos ſuos Comites inſtituit Rabo Comes Aurelianenſis, prædator Eccleſiarum, mala morte vindicante S. Benedicto moritur.

CAPVT XVIII.

PIpino interea Rege ad cœleſtia vt credimus demigrante.[1] Carolus & Carlomannus filij eius, regni adminiſtrationem ſuſcipiunt. Factoque ſolemniter generali conuentu,[2] totum Regni corpus, ex æquo partiuntur. Et Carolus quidem eam partem Regni, quam Pater eorum Pipinus imprimis tenuerat: Carloman-

1 *Carolus & Charlomannus regnum inuicem partiuntur.*

2 *Generalis Galliarũ conuentus.*

Digitized by Google

nus verò eam,cui Patruus eorum Charlomannus præfuerat,regendi gratia ſuſcipiunt. Sed [3] Charlomannus poſt adminiſtratum biennio regnum, morbo deceſſit. Carolus autem fratre defuncto, conſenſu omnium Francorum, totius Gentis Monalchiam ſuſcipit. Qui bellum aduerſus Langobardorum [4] gentem, Italiam iàm pridèm Romanorum poteſtati ſubtractam vario iure poſſidentem, rogatu & precibus Adriani [5] Romanæ vrbis Epiſcopi aſſumit. Quod prius quidem & à patre eius, Stephano Papa ſupplicante, cum magna difficultate ſuſceptum eſt. Quia quidam è Primoribus Francorum cum quibus conſulere [6] ſolebat; adeo voluntati eius reniſi ſunt : vt ſe Regem deſerturos domúmque redituros libera voce proclamarent. Suſceptum tamen eſt tunc contra [7] Haiſtulphum Regem, & celerrimè completum. Si quidem præfatum Regem paucorum dierum obſidione apud Ticinum compulit; & obſides dare, & erepta Romanis oppida atque caſtella reſtituere, atque vt reddita non repeterentur,ſacramento fidem facere. Enimuerò Carolus inchoatum à ſe bellum, nequaquam interpollari permiſit, priúſquam Deſiderium [8] Regem longa obſidione fatigatum,in deditionem acciperet. Filiúmque eius Adalgiſum [9] in quem ſpes omnium inclinata videbatur;non ſolum Regno, verum etiam Italia excedere. compelleret. Omniáque Romanis erepta reſtitueret, totámque Italiam ſuæ ditioni ſubiugaret [10] ſubactæque Filium ſuum Pipinum Regem imponeret. Ampliata denique Regia poteſtate, neceſſe erat Duces Regno, ſubiugatæque Genti præficere : qui & legum moderamina, & morem Franciæ aſſuetum ſeruare compellerent. Qua de re Primatibus populi ducibúſque, contigit Palatium vacuari : eòquod multos ex Francorum Nobili genere,filio contulerit, qui cum eo Regnum nouiter ſuſceptum, tuerentur & regerent. Hac igitur occaſione vt aliquibus videtur : vt plurimis verò credibile viſum eſt, [11] ob Francorum ſuſpectam fidem,quam ſemel in coniuratione [12], dum bellum inchoaretur

3 *Charlomanus 2. moritur.*

4 *Karolus bellũ aduerſus Langobardos ob quid iniit.*

5 *Adrianus Papa.*

6 *Conciliarij Pipini,ei diſſuadent bellum pro Pontifice ſuſcipere.*

7 *Conditiones quas impoſuit Pipinus Haiſtulpho Regi.*

8 *Deſiderius Rex Langobardorum.*

9 *Adalgiſus Rex Langobardorum.*

10 *Karolus Italiam ditioni ſuæ ſubiicit, eamque Francorum regit legibus & Pipinum, Regem illius creat.*

11 *Suſpecta Karolo Francorum fides.*

12 *Coniuratio in Regem.*

choaretur Saxonicum, expertus eſt; iterum autem in coniuratione Pipini naturalis filij, quibuſdam ſeruorum ſuorum Fiſci debito ſubleuatis, curam tradidit Regni, atque in primis Rahonem Aurelianenſibus Comitem præfecit [13], Biturigenſibus Sturminium [14], Arnernis Bertmundum [15], aliiſque, vt ei viſum eſt locis, alios præpoſuit. Sed Raho [16], vt eius debitum expoſcebat naturæ, nimia inſoleſcens aſtutia, cupiditate verò crudelior effectus: cùm vniuerſa, quæ Aurelianenſium fines continere videbantur, ſibi ſubiecta cerneret, Cœnobio dumtaxat Sancti Benedicti excepto, quod ab Abbate tunc regebatur Radulfo [17]. Conſilium habuit, Abbate interfecto, præfatum præripere Cœnobium. Quod maturatò peregiſſet, niſi pietas indulgentiſſima Conditoris, obuiam ſe tanto facinori opponere diſpoſuiſſet. Fretus itaque fiducia peragendæ malignitatis, quemdam [18] è ſuis ſatellitibus ad Regem dirigit, qui mortuum Radulfum Abbatem nunciaret. Statímque, ac penè è veſtigio alterum mittit, qui Radulfum Abbatem ad colloquium euocaret mutuum. Sanè legatus Regi directus, accelerato itinere palatium venit, iuſſa exequitur: necdúmque peracto negotio, aliquamdiù palatio immoratur. At verò Radulfus Abbas conſcenſis equis [19], cum paucis ad colloquium properat fallentis amici. Sed dum ille iter perageret, Comes balneum ingreſſus, curam corporis agebat; dúmque adhuc in balneo reſideret, Abbas Monaſteriolum Sancti Gundulfi [20] ingreditur: nam inibi tunc morabatur Comes: obuiúmque habuit quemdam Pomilionem [21], nomine Gauringiſum, qui facetiis Comiti inſeruiebat. Quíque inſidias ei Comitis, cùm nutibus, túm ſermone denuncians, fugæ auxilium expetere hortatur. Itaque Abbas verſo gradu [22], calcaribus equum impellens, citato curſu Ligeris alueum repetit, nauémque conſcendens, in citeriorem tranſuehitur ripam, celerriméque Monaſterio recipitur. Intereà nunciatur Comiti, Abbatem inibi affuiſſe Radulfum, ſed concitè rediiſſe. Cernens

13 *Comites.*
14 *Sturminius Biturigum.*
15 *Bertmundus Arnernorum.*
16 *Raho Comes Aurelianẽſis malus.*
17 *Radulfus Floriacenſis Abbas.*
18 *Curialium in extorquendis à Regibus beneficijs, fraus, atque aſtus.*
19 *Abbas eques incedit.*
20 *Prope Gergolium.*
21 *Nanus.*
22 *Ex veteri more Abbates equites incedebant, ob quod vanum eſt prouerbium dicentium, orbem mala pertuliſſe, ex quo Monachi cœperunt equites incedere: nã nulla vſquam fœliciora extiterunt tempora: quod &*

Belforeſtius in Annalibus Gallicis, ſub Karolo V I. indicat.

Comes, acerrimè ſe ab Abbate præuentum, nec malitiæ ſuæ, ac fraudi locum patere vllum: nimio felle commotus, à balneo exiliens, linteo obuoluitur, ſéque in lectum aliquantulum requieturus projicit, reſidente ad caput eius Deutheria concubina. Eo altiori ſopore depreſſo, aſtitit in viſu quidam ſenex Monachi habitum gerens, quem ſequebatur puer eiuſdem habitus; talitérque ad eum infit: O Comes [23], quid promerui, quia voluiſti Abbatem interficere meum? Cui cùm ille negando reſponſum ederet, nequaquam ſe Abbatem ſuum necare voluiſſe. Ille toruo vultu in eum reſpiciens, ſimúlque baculo, quod geſtabat, incuruo [24] caput eius percutiens, inquit: Per caput hoc, teſtor, pœnitudinem te huius facti inutiliter citiſſimè acturum. Qua percuſſione excitatus, à lecto exiliens, efferatus animo, in vocem erupit, dicens: Væ mihi, væ mihi, iam nùnc morior. Cúmque aſtantes territi requirerent, quid cauſæ eſſet, cur talia, ac ſi mente captus, effunderet verba, pallens, ac tremens, ſciſcitantibus reſpondit: Quieſcenti mihi in lecto, Sanctus aſtitit Benedictus, veneranda decorus canicie, quem ſequebatur puerulus, & ipſe Monachus; cœpitque aduerſum me conqueri, quamobrem Abbatem ſuum interficere vellem. Cúmque ei reſponderem, nullatenùs me Abbatem ſuum interficere voluiſſe: baculo, quod geſtabat, caput meum validè percutiens, morti me vicinum reddidit; vna etiam comminans, citiſſimè huius facti me inutiliter pœnitudinem peracturum. Hæc dicens, dolore interiora citiùs penetrante, nocte ſequenti, morti corporis, mortem animæ ſocians, manium obſequio, miſerrimam animam Herebi iaculatur ad ima [25]. At Radulfus Abbas, agnita eius præpeti quidem, ſed ſerotina morte [26], legatum dirigit, qui Regi & ſuam renunciet vitam, & Rahonis exitiales exequias.

23 S. *Benedictus apparet Rahoni Comiti, & eum necat.*

24 *Baculum incuruum ab antiquo Abbates geſtãt.*

25 *Mors miſera Rahonis Comitis.*

26 *Malorum mors ſera.*

Priul

Digitized by Google

Priuilegium Floriacenſium miraculo adſtruitur.

CAPVT XIX.

REgali munificentia, huic ſacratiſſimo Cœnobio à priſcis Francorum Regibus, per præcepti proprij ſingrafum, conceſſum fuerat [1]; vti quatuor naues, immunes ab omni debito Fiſci, per alueum Ligeris diſcurrerent. Cùm itaque ſuprafati Comitis tempore, harum vna, ob ſalis euectionem, Nanneticam [2] vſque ad vrbem peruenisſet: atque in regrediendo tuta ex præcepto Regio, omnes itineris portus, ciuitatéſque pertranſiret, ad vrbem peruenit Aurelianam, ibíque à Telonariis ciuitatis detentâ; rector nauis, vectigalis gratiâ, quæſtioni ſubjicitur. Liberalitatem Regiam illo reclamante; contempta Regali authoritate, exactor, nauem onuſtam ſale, Fiſco ſubjicit: atque cum cæteris nauibus, Procuratori portus committit. Erat, quando hæc agebantur, dies Dominica; ſed circa horam diei tertiam, cunctis [3] Miſſarum [4] celebratione detentis: nauis, quæ cum cæteris in portu fiſcali tenebatur, ſubitò abſque humano remige, à portu emota, medium Ligerim petit, quo fortior vis aquæ decurrere ſolet. Ibíque contra aduerſum pelagus fortiter enatando, peruenit ad Poſterulam [5], quæ vſque hodie Sancti Benedicti dicitur, ibíque appulit. Concurrunt vndique ab vrbe populi, incognitum cernere miraculum; ſtupentéſque, voces clamoris, atque adhortationis proferunt: Videte, ô Ciues, contemplamini qualiter nouus nauta dilectus Domini Benedictus, mortali ſine remige, nauem propriam mediis regit in fluctibus! Confuſa denique omnis Procuratorum Fiſci audacia, in poſterum ab hac ſeſe compeſcuit ſtultitia.

1 *Priuilegium Floriacenſis Monaſterij.*

2 *Nannetica vrbs.*

3 *Pietas veterum Aurelianenſium.*

4 *Miſſa.*

5 *Poſterula S. Benedicti Aureliis.*

Ludouici Augusti tempore ciuile bellum ob quid exortum. Matfridus Comes Ecclesias vexat. S. Benedictus apparet : & ob quam rem mala Monasteriis eueniant, explicat.

CAPVT XX.

KArolo Augusto Magno, Imperatore Francorum, diem obeunte, Hludouicus [1] filius eius Imperij gubernacula suscepit. Cuius tempore variis tumultuationibus Regno Francorum attrito, multo ac graui turbine, Ecclesiæ [2] visus est concuti status. Namque filiis diuersa aduersus patrem molientibus, quantum ad totius Regni specimen attinet, intestina oritur conlisio. Dúmque pater alios honoribus ob merita priuare, alios cumulare opibus studet: idipsum verò aduersus patrem, deiectos ab illo erigere, sublimatos deponere conantur: tempestatis instar maritimæ, subiectos hac illácque dispergunt. Qua causa, res quarumque Christi Ecclesiarum, contigit grauissima pati dispendia. Inter quas Ecclesia Aurelianensis cum contiguis Sanctorum locis, quæ sub regimine Dominicorum Clericorum, siue Monachorum consistere videbatur: non modica vexatione afflicta est. Siquidèm Matfrido Comite [3] quondam Aurelianensi, ob culpam inertiæ, propriis honoribus priuato; Hodo [4] in eius locum substituitur. Qui insolentia graui contra sui naturam elatus, cuncta quæ iuri subiacebant Ecclesiæ Aurelianensis, Matricula [5] excepta, sed & Abbatiam Sancti [6] Anniani, necnon Sancti [7] Benedicti, in propriam molitur redigere potestatem. Quod Monachi Cœnobij Sancti Benedicti cernentes, consilio inito, misericordiæ Domini solius se committentes, maximam partem suorum Fratrum, ad præfatum dirigunt Comitem, nimia insanientem tyrannide, cum [8] pignoribus Sanctorum: omnigena supplicantes præce, ne tantum incurrat piaculum, néve res sacro ordini

1 *Ludouicus pius Rex, & Imperator.*

2 *Ecclesia ciuilibus bellis affligitur.*

3 *Matfridus Comes Aurelianensis malus.*

4 *Hodo Comes nequam.*

5 *Matricula.*

6 *Abbatia S. Anniani.*

7 *Floriacensis Abbatia S. Benedicti.*

8 *Pignora Sanctorum ad flectẽdum persecutores ferri cõsueta.*

Digitized by Google

ordini delegatas, ad nefarios transferat vſus: ſed magis ſeruos Dei, res ſibi à Domino traditas, liberè liceat ordinare. Quæ petitio nulli apud eum valuit. Cœperat eo in tempore expeditionem parare, viribus vndecumque contractis, aduerſum Lansbertum [9], atque Matfridum, ſociósque eorum, Neuſtriæ partibus reſidentes, qui [10] ab Imperatore ad Hlotharium defecerant. Cui expeditioni iuſſerat quoque intereſſe Ionam [11] venerabilem Epiſcopum Aurelianenſem, & Boſonem Abbatem [12] Sancti Benedicti: quorum res, iniuſtè ſibi vendicauèrat. Interea auxiliares ex ſuperiori Burgundia, ad id properantes bellum, vtramque Ligeris rippam tenentes, rapinis cuncta vaſtabant. Quorum veſaniæ Boſo Abbas obuiando, iuſſit naues portus ita paratas adeſſe, vt ſi populus ex ſuperioribus aduentans partibus, citeriorem rippam teneret, nautæ omnem pecuniam [13] familiæ Cœnobij ipſius, in maioribus, minoribúſque pecoribus, ſeu cæteris mobilibus conſiſtentem rebus, nauibus exceptam, amnem vltra transferrent. Si autem vlteriorem viam pergeret, verſa vice idipſum ex ſupradictis agerent rebus: tranſvehendo ſcilicet cuncta, in hanc aluei partem. Præficitur huiuſmodi negotio, Hercambaldus [14] Presbyter bonæ vitæ, & nominis, qui & in hoc eodem Cœnobio vitam tenuit regularem [15], eáque, quæ ſcribere propoſui, viua voce ſub atteſtatione veritatis, cunctis profitebatur, certiſſimo ſe cognouiſſe viſu. Dùm enim per triduum profectio perduraret exercitus, labor non dicam nautarum, verùm ipſorum excreuit nimius animalium: itémque ex peruigilio, laſſitudo præualida. Feſſus continuatione vigiliarum Presbyter, circa crepuſculum tertiæ noctis, domum properat; atque in ſtramine cuiuſdam lecti, impatientia victus ſomni, ſe projicit. Mòxque vt quippiam ſomni carpere potuit: conſpicit in viſu aſtantem ſibi perſonam [16] ſub Monaſtico habitu, baculum manu geſtantem; quem ſequebatur puer eiuſdem habitus. Itaque ſtupeſcentem Presbyterum, perſona

9 *Läſbertus, & Matfrid Comites.*

10 *Bellum ciuile.*

11 *Ionas Epiſcopus Aurelianenſis.*

12 *Boſo Abbas Florinacenſis.*

13 *Pecunia quid ſit propriè.*

14 *Hercambaldus laudatus.*

15 *Ætas Authoris circa annum 815.*

16 *S. Benedictus apparet.*

Digitized

ſona illa clementer alloquitur. Quid eſt, Frater? Cur » modò hîc taliter iaces? Cui ille, venerandi vultus in- » tuens perſonam: Domine, inquit, vobis, cunctíſque » notum eſt, quantum nobis, ac familiæ noſtræ Hodo » Comes, necnon populus ei fauens inferat mali: ideó- » que iniunctum præcepto Abbatis officium, cura per- » uigili certatim dùm prouideo, quatinùs nauali effugio » familia noſtra ſeruare à raptoribus valeat ſuppellecti- » lem ſuam; grauatus ſomno, in hoc me ſtramine pro- » ieci. At Senior verbis fauens Presbyteri, talia refert: » Noui vera eſſe, quæ dicis: ſed antequam his, quæ do- » lendo quereris, veriſſima ſatisfaciam promiſſione: » cauſari aliquantulum libet. Mirum valdè eſt, quam- » obrem Fratres noſtri culpam in me redarguant igna- » uiæ, ac ſi ego nullam vexationis illorum curam ha- » beam, velutque letargo oppreſſus, in eorum releua- » tione dormiam! Quòd pro certo fieri nequit. Si enim » præceptis Omnipotentis curam adhibueritis obe- » diendi, Regulæ quoque per me à Deo vobis traditæ » mandata exequuti haud ſegniter fueritis [17], cuncta » aduerſa fiant proſpera, inimici amici efficientur, gra- » tiámque ſuam, fautor omnium bonorum in nullo ne- » gabit. De hac verò, quæ nunc eſt, iniuria veſtra, ſci- » tote iam clementiſſimi Conditoris omnium ſenten- » tiam, propitiam erga vos effectam: eúmque, qui ty- » rannidis aduerſum Eccleſiam indignè arma corripuit, » ſeptimum nequaquam tranſigere Solem, donec huius » rei incurrat pœnitudinem. Habete ergo in Domino » fiducian, & in illo confortamini. Dùm hæc Senior delectabilibus ederet verbis, Presbyter quibus poterat nutibus puerum ſciſcitabatur, quæ eſſet tantæ venerationis perſona. Cui puer ſubmiſſa voce, Hic eſt, inquit, Pater noſter Sanctus » Benedictus. »

* * *

17 *Vnde afflictiones Monaſteriorum.*

Digitized by Google

Sanctus Benedictus se de Matfrido vindicat, & graui prælio eum, atque alios multos Proceres Francorum perire facit.

CAPVT XXI.

SÆpedictus itaque Presbyter cùm resciſſet, Beatiſſimum Patrem ſecum in viſu colloqui, cœpit cunctis, qui aderant, videntibus, ab eodem ſeſe lectulo brachiis extentis protrahere, ac ſi veſtigia eius, quem cernebat aſtantem, tenere poſſet: ſimúlque voces cuiuſdam murmuris emittere anxius, quas nullatenùs aſtantes intelligere poterant. Tandem expergefactus hàc illácque obtutum vertendo diſcurrens, ſupplici, ac penè lachrimabili voce ſemel, & bis ingeminat, di-
« cens: Quorſum Dominus meus Sanctus Pater Bene-
« dictus abiit? cognitorem omnium occultorum Domi-
« num teſtor, modò hîc eum in ſpecie corporea à me
« viſum, mihique loquutum. Nec mora, ipſe quoque Presbyter Monaſterium veniens, Patribus eiuſdem loci, cuncta quæ viſu cognouerat, monita denique piiſſimi Patris, necnon adhortationem eius ſedulè refert. Qua relatione, mœſti releuati Fratres, ſemet inuicem ad agendas Deo gratias hortabantur, qui auxilio deſertos humano, ſolito tuebatur munimine. Necdum promiſſi curſum expleuerant Soles, & ecce ex acie caſtrenſi, quidam Clericus fuga lapſus, cui nomen Hierardo [1], poſtridie belli exhauſti, hora ferè diei octaua, Monaſterium peruenit, diróque nuncio Cœnobium omne perculit. Nunciat namque cruentiſſimam cædem noſtrorum, aduerſariorum victricem inſiſtere manum, copias omnes cum auxiliis hinc inde contractis, hâc illácque fugæ ſubſidio dilapſas. Ductores belli Hodonem, fratrémque illius [2] Guillelmum Comitem Bleſenſium [3], Teutonem denique Abbatem Sancti Martini [4], Guidonem Comitem Cænonanenſem, cum multis aliis amplæ opinionis viris, mortem oppetiiſſe. Quo nuncio grauiter afflicti Fratres, ad Dominum exorandum, pro tanta Chriſtiani populi

1 *Clericio in bellis interera: ſed male*

2 *Guillelmus Bleſenſis Cõmes.*

3 *Teuto Abbas S. Martini.*

4 *Guido Comes Canomanenſis.*

Digitized by Google

populi cæde, se intentissimè conferunt. Licèt enim quidam illorum, qui tanto interfuêre discrimini, nimium graui infortunio, res Ecclesiæ suæ subditas, non dicam præmerent; immò penitùs Gentili more auferrent: tamen humanæ affectu naturæ, seruorum Dei corda pro dolore concussa sunt, memoria recolentes, quid animæ perseuerantes extrema sub luce in malis, apud inferos patiantur: quibus cruciatibus torqueantur, quorum vitæ finis, exitiale stipendium meruit. Quamobrem præcepti diuini memores, dicentis: *Orate* [5] *pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est: qui Solem suum facit oriri super bonos, & malos: & pluit super iustos, & iniustos*: communi consilio pro his preces ad Dominum fundere statuunt; quatenùs & si perpetuis non mererentur absolui cruciatibus, saltem mitioribus [6] mulctarentur à stricto iudice pœnis.

5 *Matt.* 5. 45.

6 *Fuit veterum sententia quorumdam, asserens, precibus viuorum damnatos mitiùs tractari: sed hodie contrarium tenet schola Theologorum. Vide Asorium tom.* 1. *Instit. Moral. lib.* 10. *cap.* 22. *q.* 6.

Sanctus Benedictus, piscium copiam, festum suum hyemale celebrantibus, largitur.

CAPVT XXII.

SOlemne festum impendebat Sancti Confessoris Christi Benedicti, quod ex veteri consuetudine quotannis pridie [1] Nonarum Decembrium agitur, quo conuentus multorum populorum [2] ob tanti memoriam Patris confluere Monasterio solet: præterea seruorum Dei, Religiosorúmque non contemnenda copia virorum. Mos autem prisca procedens ætate, multam occupauit tempestatem; liberalitatis gratiâ, pòst spiritalis refectionis abundantissimum donum [3], corpora quoque terreno accuratissimè reficere cibo. Sed cùm diuersarum apparatus copiarum, huic rei congruentium, hinc inde proflueret: piscium omnimodis deerat affluentia., quæ tantæ celebritati aliquantulam præstaret gratiam. Anxius valdè Abbas, sed & Fratres huic procurando suffecti officio, quaqua versum

1 *Festum hyemale S. Benedicti olim celebratum.*

2 *Conuentus populorum ad festum S. Benedicti.*

3 *Lautiùs solito festis diebus quondam epulabantur.*

Digitized by Google

ſum dirigunt: ſi quomodo cuiuſlibet adminiculo, à tanta releuari poſſent piſcium penuria. Verùm humana deficiente induſtria, cùm iam deſperati omnes, deiectis animis, nihil quod ſperarent haberent: meritis, & interuentu Clariſſimi, veréque Benedicti, à tanto mœroris ſuſcitantur ſomno. Inſtante enim vigilia prædictæ feſtiuitatis: quidam Frater, iuxta morem, nocturno tempore cum Fratribus proprio recubans lecto, vidit in viſu amnem Ligerim ſeſe tranſpoſitum: atque in loco, quo fluuiolus vulgari dictus vocabulo Obla [4], Ligeri immergitur, ſupra eiuſdem fluuioli ſe adſtare marginem. Ex alia verò ripa præfati fluminis, quemdam, ignotæ ſibi quidem, ſed tamen venerandi vultus adſtare Clericum, qui baculo, quod geſtabat, incuruo, more veterum Antiſtitum, maximum gregem ſuilli pecoris à profundo ejiciens aquæ, eam verſus partem, qua prædictus Monachus ſtare videbatur, cum magno impellebat ſtrepitu. Expergefactus Frater poſt expletionem officij nocturni, euocato [5] ſecretiùs Monaſterij Decano, ſomnium refert, hortatúrque, vt cum Fratribus fluuium piſcandi auiditate expetat: pro certo ſe ſcire, quia Chriſti dilectus miles commilitonibus ſuis abundantiſſimam largiturus erit piſcium prædam. Hoc denique ſignificare viſum: cùm proculdubiò ſues piſces, ignota verò, ſed reuerendi habitus perſona, Summum portenderet Benedictum. Roboratis hac viſione animis Fratrum, certatim retibus paratis, curritur ad flumen: panſiſque hinc inde caſſibus, ſquamigeri gregis copia exuberanter abſtrahitur æquore. Tantáque fuit captorum piſcium abundantia, vt eorum euectio vehiculo egeret. Atqui nouerat Beatus Pater tyrones ſuos [6] his, ac talibus infatigabiliter Domini inhærentes præceptis, releuare beneficiis; qui mortali grauatus adhuc ſarcina, Diſcipulis penuria panis laborantibus opem ferre valuit, ducentorum modiorum farinæ conlatione. Si igitur corpora alimento tantoperè ſolatur terreno, quanto putamus eum iuuamine, animarum ſaluti inſiſte

4 *Obla fluuiolus.*

5 *Silentium regulare.*

6 *Gregor. 2. Dialog. 21.*

Digitized by Google

insistere, qualiter æternæ fœlicitatis gaudia, bonorum actuum onustari fructibus, mereantur intrare lætantes?

Sanctus Benedictus claudum ad suum tumulum sanat.

CAPVT XXIII.

OPinione vulgò ob rem penetrante, gratiam Christi præstabilem affore quibusque mortalibus incommoditate corporea laborantibus, ad limina Confessoris Christi Benedicti [1]: cœpêre vndecumque Monasterium petere, quatenùs optabilis sospitatis compotes esse valerent. Interea cum reliquis, quidam vtroque debilis gressu, cui [2] nunquam pedibus concessum fuerat iter carpere. sed magis scamellorum iuuamine, geniculis se per terram nouerat trahere, adstitit. Hic diù in Basilica Sanctæ Dei Genitricis, perpetuæque Virginis Mariæ, apud sacros cineres excubans; tandem respectu Diuinæ pietatis, atque interuentu dilecti Domini Benedicti sanitati redditus, gratias Domino, simúlque Intercessori suo, pro modulo scientiæ sibi conlatæ referre non distulit. Sanè quia insuetus dolor, labórque non modicus, in extensione diutiùs contractorum neruorum, grauiter debilem afflixerat: nequaquam repentina celeritate, ignotum pergere iter valebat, donec titubantia genua, dolore procul semoto, firmiùs stabilirentur. Seruatur prōindè in domo pauperum [3] hospitio deputata, ibique sufficientem sibi agapem, cum reliquis Prochio residentibus accepit. Transactis aliquot diebus, æger robustior redditur, ac gressus dudum hâc illácque diuaricantes, rectiùs incedere discunt. Postremò residentibus Fratribus in vnum, hora diei tertia [4], post lectionem Capituli regularis, Sanctorúmque memoriam, iubetur ab Adalcaldo [5] Abbate, quondam languidus, sacro se præsentare conuentui: atque ob dubietatem à quorumdam cordibus

1 *Concursus debilium, & ægrotorum ad tumulum S. Benedicti.*

2 *Claudus à natiuitate curatur.*

3 *Hospitale pauperum in Floriaco.*

4 *Capitulum regulare quo modo, & quãdo habebatur*

5 *Adalcaldus Abbas Floriacẽsis.*

Digitized by Google

bus aufferendam, putantium necdum eum plenam ſoſpitatem recepiſſe, ſitulam plenam aquæ deferre. Quòd confeſtim impletum eſt. Erat igitur ſpectare miraculum, videres aſtare ſtabili firmóque greſſu, dudum terræ genutenùs inhærentem, ac celeri directóque calle, quoquò diſcurrere, qui nuper nutanti crure, vix baculo ſuſtentante, quolibet progredi valebat. At mortalium corda, quid tunc gaudij, quid exultationis habere poterant [5], patronum tanti gregis, tantíque præſulem loci, exibitione operum, ſui præſentiam cernentes oſtendere? Sed mentes cœleſti deſiderio flagrantes, à laudibus Omnipotentis ceſſare non poterant, quin potiùs eo tempore, Chriſto iocundare in hymnis exultationis vberius adgaudebant: quo ſe tanto donatos munere cognoſcebant.

5 *Indicium præſentiæ S. Benedicti.*

S. Benedictus ſe de iniuſto Iudice vindicat.

CAPVT XXIIII.

DVm[1] Boſo Abbas Cœnobij huius regimen, ex regulari electione ſuſcipiens, non ignobiliter diſponeret: contentio maxima inter [2] Aduocatum præſentis Eccleſiæ Eptagium nomine, necnon Aduocatum alterius cuiuſdam ſacri loci, oboritur: ob mancipiorum quærelam [3], non parui numeri. Teodoinus dicebatur vocabulo, Vicarius Mauriacenſis, cuius in officio eorundem concretio atque cohabitatio, à progenitoribus exſtiterat. Ad qué ſe Aduocatus illius alterius loci conferens [4], datóque munere corrumpens, ab æquitatis iure deflexit: Iámque inſtabat dies qua lis emota, in Caſtello [5] quod Nandonis vocatur, dirimi debuiſſet. Sed Boſo Abbas ne fortè minus cautus eſſe videretur, ad præfatum Vicarium duos mittit Monachos, eique loco muneris, duo vaſcula mittit argentea, non contemnendi ponderis: obſecrans quatinùs iuſtitiæ & rectitudini fauens, Officiali nullomodo Officeret noſtro. At ille alterius iam dono corruptus, Monachos ſpernens, dona reſpuens, ſuperbia tumidus, equum conſcendit

1 *Boſo Abbas Floriacenſis.*
2 *Aduocati ſacrorum locorum.*
3 *Mancipiorũ olim in Gallis vſus, de quo in Præfatione dictum abundè.*
4 *Iudex corruptus moritur.*
5 *Chateau Landon.*

Digitized by Google

ſcenditſeruiſque Dei dixit. Recedite ò Monachi cum vaſculis veſtris, ad Monaſterium de quo hûc properaſtis. Hunc teſtor enſem, nullus ab hodierna die ex hiis mancipiis ſancto famulabitur Benedicto. His dictis impulſo calcaribus æquo, celerrimè incedere cœpit. Necdum procùl à domo receſſerat propria: & ecce equi cui inſederat pes lapſus, ſeſſorem à dorſo proiicit [6]. Qui corruens in terram, fracto humero, toróque penè corpore contrito, obſequentium manibus ad domum refertur propriam. Dein graueſcente dolore die ab hinc tertia, vitæ excepit terminum. Aduocatus verò ſancti Benedicti, Caſtellum Nãdonis perueniens quærelam apud Iudices deponens, ac legali eorum iudicio [7] mancipia recipiens, ad propria remeat.

6 *Mors horrenda.*

7 *Mancipia S. Benedicti.*

S. Benedictus, nequam Conſiliarium punit.

CAPVT XXV.

DEcurſo exinde non modico tempore, alia itérum oboritur controuerſia, inter præfatum huius loci Aduocatum, atque Aduocatum ſancti Dionisii Colliguntur ab vtriúſque partibus plurimi legum magiſtri & iudices, qui pro partibus decertarent. Præterea aderant in eodem placito, miſsi à latere Regis, Ionas Epiſcopus Aurelianenſis, & Donatus Comes Milidunenſium. Sed cum litem in eo placito finire nequirent, eoquod [1] Salicæ legis iudices, Eccleſiaſticas res ſub Romana conſtitutas lege, diſcernere perfectè non poſſent. Viſum eſt [3] Miſsis Dominicis placitum Aurelianis mutare. Venientes itaque ad condictum locum magiſtri & iudices, vtraque ex parte acerrimè decertabant. Aderant namque legum doctores, tàm ex Aurelianenſi, quàm ex [4] Vuaſtinenſi prouincia. Enimuerò longiuſculè litem Iudicibus protrahentibus, eoquod nec hi cedere illis [5], nec illi aſſenſum aliis præbere vellent, tandem adiudicatum eſt, vt ab vtraque parte teſtes exirent, qui poſt ſacramenti fidem, [6] ſcutis ac baculis decertantes, finem controuerſiæ imponerent

1 *Salica lex.*

2 *Res Eccleſiaſticæ non regiuntur legibus ſecularibus, ſed Romanis.*

3 *Commiſſarij Regij, dicti Miſſi Dominici.*

4 *Vuaſtinenſis prouincia.*

5 *Vndè æternitas litium.*

6 *Vetus mos Francorum ſcutis & baculis decertãdi, de quo in præfatione Operis.*

Se

Sed cum id iustum rectúmque visum fuisset omnibus. Quidam Vastinensis regionis legis doctor, cui quodam prefagio[7], Bestiale nomen, pro humano inditum erat: quique ex parte sancti Dionisij, munere corruptus aduenerat: verens ne si duo inter se decertarent, testis eorum reprobus inueniretur, iudicium protulit[8]: non esse rectum, vt bello propter res Ecclesiasticas, testes decernerent, immò magis inter se mancipia Aduocati partirentur. Cuius sententiæ [9], Genesius vicecomes fauens, rectius dixit esse mancipia diuidi, quàm testes bello decernere: in eamque sententiam, Concilium omne deflexit. [10] At vero Sanctus Benedictus, nequaquam iudicis illius ac legislatoris oblitus est: qui primus sententiam diuidi mancipia, versutè iuxta nomen suum ac bestialiter protulit. Namque continuò vt eadem in duas diuisa sunt partes Mancipia: Ille iusto Dei iudicio, ita percussus est: vt nullomodo aliquid loqui posset, euacuato totius linguæ officio. Cognoscentes autem familiares eius qui inibi aderant, veritatem rei gestæ: deduxerunt eum ad Monasterium Sancti Confessoris Christi, quem grauiter offenderat: ibique per vnum fermè demoratus est mensem, nutibus quibus poterat, auxilium deposcens Egregij Patris. Denique aliquantulam sanitatem consecutus, ad sua regreditur: numquam tamen donec aduixit, impetrare valuit: vt nomen Sancti lingua propria exprimeret Benedicti.

7 *Conueniũt rebus, nomina sæpe suis.*

8 *Non est rectum, vt propter res Ecclesiasticas bello decertetur.*

9 *Genesius Vicecomes.*

10 *Notæ sanctum Benedictũ non egrè tulisse duello non fuisse à testibus decertatũ, sed egrè tulisse mancipia, quæ tota erant sua, & duas partes diuidi.*

S. Benedictus latrones qui armillas suas abstulerant, capi permittit: ob miram Monachi simplicitatem.

CAPVT XXVI.

EXcubitorum,[1] officium sacris templis dicatum non modo modernis temporibus constat: verum prisca ętate, sub beato Moise à Domino legimus tabernaculo sacrato ex Leuitarum genere, custodum munia subrogata: quæ processu temporis, à sancto Propheta necnon Rege mirabili Dauid, ampliori dispositione

1 *Excubitores sacri. Num. 3. 15. 28 Reg. 4. 11*

Digitized by Google

tione ordinata, morem nobis nostræque Religioni vt ita dixero suggessêre. Et quidem vetusta ætas iddem officium per successionem prolis excipiebat. [2] nostra vero, non propagatione prolis, sed magis puritate vitæ morúmque probitate officiales admittit. Hac denique sacra consuetudine, passim summa celebritate vigente, præsentis quoque loci Basilica [3] in honore sanctæ Deigenitricis Mariæ omniúmque Christi Virginum Deo dicata [4], in qua venerabile etiam Corpus Sanctissimi Benedicti decenti honore seruatur: omni religione atque honestate præstantem Christianum nomine, Monachum custodem sortitur. Qui cuius meriti, cuiúsque sanctitatis extiterit: luce his clarius eminet qui eius vitam sinceramque nouêre innocentiam. Huic solitum erat summa fiducia sacrum adire [5] tumulum, atque vulgari mortalium more si quid aduersi extrinsecus huic loco accideret, aduersus Sanctum causari Benedictum: ea vtique vtens confidentia, qua sciebat se haud quamquam ab illo velle contemni. Quod & in hoc quod scribimus satis liquebit opere. In eadem Basilica ob honorem simúlque vtilitatem, opere celatorio ex ære deformato armilæ, atque apprimè deauratæ funibus dependebant [6], quibus campanæ secundum morem, statutis horis celebrandi officij pulsabantur. Quadam vero die, immixti populo Ecclesiam ingressi latrones: conspiciunt armillas funibus pendere, putantésque auri optimi pondus, cupiditate sibi familiari, pessimum facinus meditantes, communi decreto suffossionem parietis moliuntur. Quod noctu vt decreuerant expletes, Ecclesiam ingressi: armillas, cum calamis eis fabrè adiunctis exportant: eodémque foramine egrediuntur, oppilantes humo aditum fossæ. Tantóque silentio id à furibus patratum, vt nemo excubantium persentiscere quiuerit: quonam pacto tale completum fuerit facinus. Hora præterea surgendi adueniente, cum tantum scelus venerando custodi Christiano innotuisset: qui dolor pectori eius inrepserit, quæ oculis lachrimæ profluxerint, fateor non

2 *Quales Catholica Ecclesia admittit ministros.*

3 *Basilica Floriacensis in honore S. Mariæ & omnium virginum dicata.*

4 *Corpus S. Benedicti.*

5 *Tumulus S. Benedicti.*

6 *Campanis diuinum officium statutis horis, significatur.*

Digitized by Google

non facile dictu. Cumque huiuſmodi lamentis ſolitò perueniens ad [7] tumbam, acriter cauſari ac conqueri cœpit, cur latronibus ſe ſpoliandum tradiderit. Et quia fiduciam ſeſe à Beato Benedicto audiendi, cum ſimplicitate nimia cœperat, etiam peregrino ſermone ruſticitatem cauſandi exequebatur [8]. (Nam natura Germanus erat) ita inquiens. O ſancte Benedicte, vt quid pigreſcendo dormitas? quamobrem domum tuam tàm negligenter prouides: vt quod in honorem operando confero, tu latronibus furto ſubducere permittas? Certe mihi non eſt curæ ſi etiam tibi brachas auferãt, qui armillas non defendiſti: Crede mihi ſi armillas tuas non reſtitueris mihi [9]: nec vnam tibi candelam accendã. Hęc & alia multa in hunc cõminans modũ, ſimúlque baculo petrã ante [10] ſepulchrum poſitam percutiens, triſtis abceſsit. Sed Omnipotens Deus nequaquam diutius contriſtari paſſus eſt ſeruum ſuum: quin potiùs meritis & interuentu Beati Patris, cum quo fiducialius conqueri ſolitus erat: celerrimè mœſtitia releuatum, gaudio competenti repleuit, Siquidem præfati latrones, ſcelus ſemel atemptatum iteratò repetentes, foramen ſuffoſsi parietis quod pridem tellure oppleuerant, paucis diebus interiectis expetunt: egeſtaque humo, ingreſſum moliuntur. Confeſtim vero à cuſtodibus capti, quæſtioni ſubduntur: fatentur facinus, ſeque ob id Eccleſiam ea hora ingreſſos, vt omne aurum atque argentum cum gemmis, à [11] Sancti Benedicti lecto extrahentes, auferrent. Requiſiti autem quomodo tantum ſcelus nudis patrarent manibus, præſertim cum neque ſubulas maiores, neque malleos margulos, nec aliquid officinæ fabrilis ſecum haberent, quo tam fabrefactum deſtruerent opus: cultros ex manicis protulerunt, quibus ſe actutùm omnia perpetrare confeſsi ſunt. Seruati igitur vſque ad tempus diurnæ lucis, venerabili præſentantur [12] Chriſtiano: qui ſciſcitatus ab eis quid ex armillis quas furto abſtulerant egiſſent, reſponſum accepit, eas reconditas ſecum

7 Tumba ſancti Benedicti.

8 Mira Germani ſimplicitas. quæ hodie quidam Germani etiam-num vtũtur

9 Similia in B. Greg. Dialogis, & aliis ſacris hiſtoriis: legũtur.

10 Sepulchrũ B. Benedicti.

11 Lectus S. Benedicti aureus atque gemmatus.

12 Chriſtianus Monachus ſacri corporis B Benedicti cuſtos.

Digitized by Google

secum haberi. Grauiter itaque redarguens, acritérque in eos inuectus; quare tantum nefas aggredi ausi fuissent, quod Deo hominibúsque execrabile foret, porrò leges humanæ absque vllo misericordiæ respectu vita eos carere, suspendio iuberent. Postremò Helisæi Prophetæ exemplo, qui Regis Syriæ latrunculos, quos ad se interficiendum direxerat: captos oculis, in medium deduxit Samariæ, atque Regi Israël requirenti à Propheta, vtrumne eos gladio percuteret, prohibuit. quin potiùs pane & aqua refocillatos suis remisit: misertus latronum labori, cibo potúque refici iussit: atque incolumes ad propria remeare, interdicens, nequando ad talia audenda prorumperent.

4 Reg. 6

Matt. 24.

Ludouicus Augustus Nobiles dum spernit, bella parit: in quibus S. Benedictus, seuerè in prædonem pecoris Monasterij Floriacensis animaduertit.

CAPVT XXVII.

DIui Augusti Ludouici temporibus, cum secundum Euangelicum Domini dictum, *Abundante iniquitate, refrigesceret charitas multorum* [1] dissidio gentis Francorum, accidit multifariàm Rempublicam eiusdem Regni affligi. Namque prauorum hominum consiliis, dum consultatio Reipublicæ, in superbiam dominatúmque se transformauit. Primoribúsque magis sibi inuicem inuidere & obloqui [2]: quàm Regni vtilitati consulere placuit: cœpêre Regibus boni quique suspectiores existere, *quibus* vt ait Crispus [3] *semper aliena virtus formidolosa est.* Atque inprimis Genti contraria sentire. Qua de re actum est, vt dum Imperator [4] Nobilitatem veteranorum deponendo insequitur, ac hi memores pristinę virtutis, defensare libertatem nituntur: Defectionis ab Imperatore, Regnique magnum pararint exitium. Sed quia nostri haud quaquam propositi est, Regum actus stilo comprehendere: imò miranda Dei opera per seruum illius Benedictum patrata, literis committere, relictis quæ vt ita dixero, perperam necne peracta sunt: ad ea quæ cœpimus

1 *Dissidium Reip. ruina.*

2 *Regni vnde mala,*

3 *Regibus aliena virtus formidolosa. Ita. sed tantũ ignauis. Nã virtute prediti Reges quales est hodiè Henricus quartus Galliarũ Rex Inuictissimus bonos amore prosequuntur atque seruos beneuolentia cõplectuntur: quod ipse palam facit.*

4 *Antiqua Nobilitas, nõ facile se despici à suo Rege sustinet.*

Digitized by Google

mus redeamus. Imperator, vt dictum est, suspectos Francorum Primores habens : Germaniæ populos Aquitaniam profecturus euocat, Saxones videlicet, Thoringuos, Baioarios, atque Alemannos: eísque quos virtute Francorum, pater armis subegerat : Regni statum incompositè committit [5]. Illud quo animo Franci exceperint, in promptu est agnoscere. Libertate igitur Transrhenani, ac si ob tutelam Imperatoris adepta [6], vitiis sese, omnémque subsidêre exercitum. Deprædationibus scilicet pauperum, bonorum virorum dehonestationibus, sacrorum locorum violationibus, ac reliquis quæ piget enumerare malis. Sed dum Imperator expeditionem in filium agens, Aquitaniam versus, Ligeri fluuio propinquaret : accidit quosdam supradictorum populorum Duces, villulas Cœnobij Sancti Benedicti vastando attingere. Cùm verò grassante prædonum sæuitia, quid iam pauperibus diriperent deesset : Monasterio proximant, id ipsum quod & in reliquis acturi locis. Erat haud longè à Monasterio armentorum grex non paruus depascens, qui continuis fratrum necessitatibus deputatus, ad seruiendum erat. Hunc prædonum valida inuadens manus: minatur partim securi percussum suis epulis præparare, partim secum suaptè abducere. Quibus cum armentarius diceret, non debere eos gregem Sancti contingere Benedicti : quod si agerent, eis impunè non cedere: illi indignantes, pinguiorem quàm conspexerant iuuencam, à toto separatam grege, iugulari præcipiunt, Quare ligata, vnus ex eis qui audacior videbatur, euaginato ense exertóque brachio, vaccam percutere nititur. At vero in ipso conatu, vinctus ligatúsque inextricabilibus vinculis hæsit. ita vt erexerat brachium cum ense retinens, nullamque in partem deflectere valens [7]. Videres miserum astare, ipso suo conamine loris non patentibus vinctum : virtutémque Diuinam quam in suo spreuerat Dilecto, reipsa in se experiri. Socij videntes emissam cælitus vindictam in comparem desæuire, consternati animo, culpam confitentur: miseri-

[5] *Franci, inuitè patiuntur extraneos sibi Dominari.*

[6] *Extranei, semper in originarios sæui & crudeles.*

[7] *Celeri animaduersione audax miles feritur.*

cordiámque ab eo, quem superbè contempserant, Sancto scilicet exposcunt Benedicto. Depositis denique armis, calceis pedibus resolutis, terram capitibus aspergunt [8]: sícque remedium petituri, Monasterium properant, deducentes secum illum diuinitùs vinctum latronem. Et vbi Basilicæ proximant, prostrati ante ostium, culpam cum lachrimis confitentur: nec illum solummodò reum sceleris, sed omnes vnà conscios esse criminis edicunt. Postremò voto se obligant, nunquam se cuiquam ex familia Sancti Benedicti aliquid molestiæ inlaturos, si modò gratiam illius promereri valerent. Cernentes intereà custodes sacræ domus, deuotionem virorum, totóque inclinatos animo ad misericordiam pij iudicis impetrandam; humi prostratos erigunt, deiectóque animo ac corpore, consolantes, Ecclesiam introducunt [9], atque ad sanctum tumulum perducunt. Oratione completa miser resoluitur, atque Domino cum sociis grates pro posse, ac liberatori suo Benedicto agens, ad sua regreditur, apertè vbique prædicans Diuinam [10] huic loco præstantiùs inesse virtutem, nullique ex sententia cedere, si quid praui aduersus Sanctum molitus fuerit Benedictum.

8 *En pœnitentiæ signa.*

9 *Tumulus S. Benedicti.*

10 *Diuina virtus apud Floriacum inest.*

Sancti Sebastiani Reliquiæ Romæ in Galliam adferuntur, & earum pars Floriacensibus donatur, quæ magnis coruscat miraculis.

CAPVT XXVIII.

IMperij Francorum Monarchiam, Hludouico Augusto (vt præfatum est) gerente; Venerabilis Abbas Hilduinus Cœnobij Sancti Martyris Dionysij, legatos Romam direxit, atque ab Eugenio Papa corpus [1] Beati Sebastiani Martyris impetrauit, quod delatum [2] in Sancti Medardi Basilica, iuxta corpus eius, in loculo gestatorio ad tempus collocauit. Quo in loco innumera miraculorum à Christo patrata sunt opera, interuentu Sancti Martyris. Postera sanè tempestate, Boso [3] Abbas Monasterij Sancti Confessoris Benedicti, palatium

1 *Corpus Sancti Sebastiani Roma in Galliam adductum.*

2 *Corpus Sancti Sebastiani ad tempus in Basilica S. Medardi Suessionensis ponitur.*

3 *Boso Abbas Floriacensis.*

Digitized by Google

tium euocatus, adierat: vnde regrediens, tranſitum per Monaſterium Sancti Dionyſij congruum habuit. Proinde diuertens ad præfatum Cœnobium, cum Hilduino [4] Reuerendo Abbate colloquium habuit familiare, intérq; familiaritatis colloquia, Reliquias ab eo Sanctorum Martyrum expetiit, Dionyſij ſcilicet, Ruſtici, & Eleutherij, atque Sebaſtiani. Cuius precibus Nobiliſſimus Abbas libentiſſimè annuens, quod petebatur ſub ea conditione [5] præſtitit, vt quotannis adueniente Natalitio eorumdem Martyrum, celeberrima apud nos ipſorum feſtiuitas, more Monaſtico haberetur. Suſceptis gratantiſſimè Boſo Abbas Sanctorum pignoribus, lætus ad propria regreditur. Die verò aduentus ſui ad Monaſterium, iuſſit directo miſſo, vt cum honore Sanctis condigno, Fratres ſibi occurrerent haud procûl à Monaſterio [6]. Iuſſis obedientes Fratres excipiunt memorias Sanctorum Martyrum cum honore, quantum mortalibus conceditur digno [7]: ſub die vndecimo Kalendarum Iuliarum, atque in Eccleſia Sanctæ Dei Genitricis Mariæ collocant. Sequebatur autem Reliquias Sanctorum non minima multitudo virorum, ac mulierum ſumma cum deuotione, ob quædam miraculorum beneficia à Domino per Beatos Martyres patrata. Porrò quia ex antiqua authoritate ſancitum erat, fœminas [8] infra exteriores portas Monaſterij haud quaquam tranſitum introrſus habere. Hi, qui à longè memorias Sanctorum ſequuti fuerant, ad preces conuertuntur, vt permitteretur eis poſcentibus, cauſa orationis, Eccleſiam, in qua Sanctorum Reliquiæ depoſitæ erant, ingredi, votáque ſua perſoluere. Quod quia aduerſum [9] erat Religioni Monaſticæ, nullo omninò pacto impetrare valuerunt. Illis verò in prece perdurantibus, cœpêre etiam quique Nobiliores, cauſa tanti rumoris excitati, ad tam venerabile vndecumque confluere ſpectaculum; iunctíſque precibus, vix extorquere quoquo modo ab Abbate, & Fratribus potuerunt, vt extra portam Monaſterij, ad Occidentalem plagam, in loco nemoribus conſito [10] tentorium extendi iuberet,

4 *Hilduinus Abbas S. Dionyſij.*

5 *Qua conditione reliquiæ Sanctorum Martyrum Sebaſtiani, Dionyſij, & ſociorũ fuerunt Floriacum delatæ.*

6 *Reliquiæ S. Sebaſtiani à Floriacenſibus honorificè ſuſcipiuntur, ibiq; duo oſſa eiuſdem fæmoris etiam hodie exiſtũt, nempe anno 1605. quo hæc prodeunt in lucem.*

7 *Excipiuntur reliquiæ 11. Kalend. Iulij.*

8 *Fœminis ingreſſus Floriacenſis Monaſterij denegatus olim.*

9 *Aduerſum eſt religioni Monaſticæ fœminas Cœnobia ingredi.*

10 *Eſt hodie ibi Parochia Floriacenſis*

Digitized by Google

dicata in honorem Sancti Sebaſtiani.

quo memoriæ Sanctorum certo tempore, hoc eſt, vigilia Dominici diei deferrentur, maneréntque ſub reuerenti vigilum cuſtodia ibidèm, tam Monachorum, quàm Clericorum, vſque ad eamdem horam Dominici [11] diei, iterúmque ſacris referrentur ædibus. Quod cùm impletum fuiſſet, multitudines plebium non ſolùm ex contiguis, verùm procûl poſitis locis, medelam animarum, ac corporum conſequuturæ eò confluxêre. Operabatur denique Dominus per clariſſimos Martyres ſuos incredibilia virtutum dona, quæ ipſi [12] quoque pueruli ex parte conſpeximus, vt liquidò pateſceret, etiam nunc in his ſuis dilectiſſimis teſtibus illud compleri, quod olim eis, qui in eum vera fide crediderint, repromiſit, ita inquiens: *Amen dico vobis, quia qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet: & maiora horum faciet.* Si quidem [14] capti oculis, quolibet ſcilicet corporis vitio, ſeu peſſimo lippitudinis humore, ſeu glaucomate adoperti clariſſimum recipiebant vidēdi vſum: debiles verò grauamine greſſuum, qui nunquam pedibus inceſſerant, facilitatem gradiendi ſummo cum gaudio recuperabant. Dæmones ab obſeſsis extrudebantur corporibus, Lunatici medelam aſſequebantur optatam. Præterea quidam membrorum quorundam incendium malè perpeſſi, quod genus morbi incurabile, Medici deriuato nomine à cancere Cancerauma vocitant, ſanitatem perfectam ſe adeptos gaudebant. Innumera proinde ſanitatum dona, vt præfati ſumus per Beatorum memorias Martyrum, Dominus in tabernaculo, quo tempore ſtatuto deportabantur, operatus, ad laudem, & gloriam nominis ſui, qui electos ſuos vbique glorificat, non ſolùm æternæ beatitudinis præmia largiendo, verùm in præſenti ſæculo mortalibus deputato, miraculis illuſtrando.

11 *Dies Dominicus.*

12 *Ætas Authoris ſub Ludouico Pio Auguſto.*

Ioã. 14. 12.

13 *Ægri varij ad Reliquias Martyrum curati.*

Contractus ad ſepulcrum S. Benedicti ſanatur.

CAPVT XXIX.

SEd ne imparem meritis idem Conditor ac Redemptor humani generis Ieſus Chriſtus Sanctiſsimum

mum oſtenderet Benedictum ; immò ne aliqui minùs intelligere valentes Diuinam diſpenſationem , glorioſiores quàm maximè apud Dominum hos putarent exiſtere Martyres, qui ſanguinis effuſione proprij, coronam ſibi pararint fœlicitatis perpetuæ, quàm illum, qui abſque martyrij palma , in pace animam ſedibus patriæ cœleſtis immiſerit : placuit illi haud diſpariа per ſeruum ſuum Dilectiſſimũ patrare miracula , apud ſacratiſſimam ædem,qua condita eiuſdem Patris membra [1] ſeruantur. Namque delatus à parentibus puer paruulus ad memorias Sanctorum Martyrum, cùm ſalutem nequicquam diutiùs expetitam conſequeretur: (erat enim crurium exſiccatione , neruorúmque contractione adeò debilis , quin etiam taxilli ita natibus tenaciter inhæſerant,quòd nunquam à natiuitate greſſuum inceſſum experiri quiret)deportatur à baiulis ad ſepulcrum [2] ſæpe memorati Confeſſoris Chriſti Benedicti : ibíque interdiù perſeuerans, poſtridiè cernentibus nobis , cunctíſque , qui aderant , Fratribus : nam veſpertina [3] ſynaxis tunc celebrabatur : cœperunt ſe nerui diu contracti extendere , aridíque meatus venarum,ſanguinis infuſione humectari. Tali quoque natibus vehementer aſtricti,paulatim ſeſe ab eis abiungere. Nec mora , extenditur puerulus [4], & toto corpore pauimento inhæret : paulò poſt verò ſanus exurgens, quanquam titubanti greſſu, diuerſam in partem liberè cœpit diſcurrere.

1 *Membra S. Benedicti Floriaci.*

2 *Sepulcrum S. Benedicti.*

3 *Veſpertina ſynaxis.*

4 *Puer claudus ſanatur.*

Dæmoniacus ad oſſa S. Benedicti liberatur.

CAPVT XXX.

HOc per Dei gratiam impleto miraculo , ex improuiſo quidam rabie Dæmonum,furiíſque agitatus aduenit. Maldabertus hic vocabulo nuncupabatur, qui paulò antè à ciuibus Aurelianæ vrbis comprehenſus , vti cerebroſus virgis cæditur , vinculis conſtringitur, cuſtodiæ mancipatur:ſed omnia deuincens, curſu

curſu rapido Monaſterium petit, ibíque bacchari per cuncta miſerrimè cœpit,membra torquere,in abſidem defringere, crinem rotare, arcuata dorſi ſpina aluum protendere, ſaltibus in aëra ſemet reuoluere, ac per omnes motus corporis, Diabolicis incitamentis vexari.Proh dolor,miſerrimum ſpectaculum, arctatur tandem vinculis,atque ad columnam Eccleſiæ ab ea parte corporis,qua veſtis cingulo ſinuatur,infœlix duriſſimè conſtringitur. Acceditur ad eum à Sacerdotibus, qui exorciſmos [1], ac cuncta, quæ erga Energumenos agi debent, impleuerant. Interrogatus nomen edicit, Legionem [2] ſe nuncupari confitetur.Voluebatur denique diuerſo circuitu columnarum,& motibus peſſimis, infœliciſsimum detorquens corpus, quid in ſe gereret, oſtendebat. Luctabantur,ſi fari liceat agmina illa Dæmonum, cum interceſsionibus Sanctorum. Equidem miſer ille monitu Religioſorum Monachorum, qui eum ad obſecrandam Domini miſericordiam,Sanctorúmque omnium interceſsionem impellebant: ſolitus erat veluti orationem inuitus fundens, dicere:Deus,li- »
bera me ab hoſte antiquo, qui me obſidet. Sancte Be- »
nedicte, tu illum punge. Et hoc non certè voluntariè, »
ſed immundis agitatus furiis, ioculariter vt innumera alia proferebat. Quid plura? Interuentu Sereniſsimi Patris,Diuina miſeratione reſpectus,liberatur [3] à Diaboli laqueis,& ſoſpes,ac quietus intra Eccleſiæ limina reſidet. Cùm loquentibus ſibi, quomodo arreptus à Dæmonibus fuerit,explanat; confitetur culpam, ſéque ob ſcelerum [4] enormitatem immundis traditum ſpiritibus, contrito corde,& humili ſpiritu proclamat,grates Domino liberatori ſuo, necnon interceſſori Beato Benedicto refert:ſícque incolumis ad propria remeat: huic [5] conſuetus abhinc tempore quoad vixit,mos incidit:annis ſingulis redeunte tempore ſanitatis adeptæ,cum voto ad limina Sancti Confeſſoris Chriſti properare, atque oratione peracta, ſua repetere.

1 *Exorciſmi.*

2 *Legio Dæmonis nomen.*

3 *Energumenus liberatur*

4 *Vir ob ſcelera Diabolo permiſſus.*

5 *Annua peregrinatio ad tumulum S. Benedicti, cũ muneribus.*

Energu

Digitized by Google

Energumenus alter à S. Benedicto curatur.

CAPVT XXXI.

HOc, tali tantáque Dei clementia, à rabie Dæmoniaca liberato: alter vinctus diris ligaminibus à superioribus partibus Ligeris aluei deducitur, obsessus & hic à crudelissimo Dæmone. Alligatur denique ad columnam Ecclesiæ. Sanguinei [1] huic obtutus, pallidus color, macillenta facies, toruus aspectus, quique mortalibus plurimum terroris incuteret. Illicitum ei erat panem comedere: non enim permittebatur à dominatore suo, cibo more humano vti. Triduum transigere absque alimento solitus erat. Aqua interdum simplici vtebatur, exorcizatam coactus accipiebat, vociferans, ac detorquens membra. Carnem aliquando auidè, sed sordidè (si daretur) more canum edebat. Huiusmodi victu miser infœlicem trahebat animam. Hic diutiùs apud sacram ædem, diuersis, atque immanissimis cruciatibus vexatus, postremò vinctus manicis, ad memoriam Sanctorum ducitur Martyrum, quo etiam cineres [2] sæpedicti Confessoris Christi Benedicti, à fideli plebe venerabantur. Religatur ad stipitem tabernaculi, ibique nimium affligitur. Sciebat nempe impius tortor, virtute meritisque Sanctorum, citiùs sese pellendum ab obsesso homine: ideóque crudeliùs in eum omni genere desæuiebat. Sed circa horam tertiam, cùm iam Missæ celebrarentur, post lectionem Euangelicam [3], in somnum miser ille conuertitur. Dúmque à Sacerdote [4] oblata sanctificaretur Hostia, visum est cuidam Fratrum nostrorum, cui nomen Garno, quibusdam quoque ex Clericis, ac si tres muscæ magnæ, multúmque nigerrimæ, ab ore vexati hominis egressæ, foras tabernaculum auolarent. Quod postquam visum est, cœpit ægrotus quietiùs agere, atque miseratione Domini, Sanctorúmque illius interuentu, à persecutore humani generis ereptus [5], sanitati restitutus est. Hócque modo incolumitatem adeptus, propria reuisit.

1 *Energumeni status describitur.*

2 *Cineres S. Benedicti.*

3 *Euangelium in Missa.*

4 *Hostia à Sacerdote sanctificatur.*

5 *Energumenus sanatus.*

In rabiem

Digitized by Google

In rabiem verſus Raculfus Vice comes malus à S. Benedicto curatur.

CAPVT XXXII.

1 *Hormentio fluuius.*

2 *Tornodorum.*

3 *Raculfus Vicecomes. Tornodorenſis.*

4 *Furibundi deſcriptio.*

CAſtrum quoddam in Burgundiæ partibus, in latere montis, ſupra fluuium Hormentionem [1] vocabulo ſitum, adiacenti regioni nomen indidit: namque à Tornodoro vicina regio [2] Tornodorenſis dicitur. Huic præerat quidam nobili ortus proſapia, vocabulo Raculfus, ex officio [3] Vicem Comitis agens. qui ob prauitatem morũ peſsimorúmque actuum immanitatem, mente captus in rabiem vertitur. Cúmque ſemetipſum ac reliquos circùmquaque ſibi aſtantes [4], gladio, fuſtibus, cęteríſque ſibimet occurrentibus telis, petere vellet: tenetur à ſuis: vinctúſque cum magno apparatu, vti opulentiſsimus virorum, ad Monaſterium deducitur. Illícque diù debacchatus, in tantum vt dentibus frendendo minaretur, ſi licitum foret, accedentes ad ſe morſibus laniare: euolutis fermê diebus quindecim,

5 *Rabidus curatur.*

interuentu Beati Benedicti [5]. melius ſapere cæpit. Nec longè poſt, apprimè ſaluti reſtitutus, cum gaudio non tantum vnius viri, ſed & multorum: natiuum repetit ſolum. Hæc & alia multa ea tempeſtate miranda, Dominus per ſeruum ſuum carnis ſarcina abſolutum, operari dignatus eſt: quæ inertia eorum, quorum ſtudiis nota populis debuêre fieri, prætermiſſa ſunt. Cæterum, ea quæ [6] viſu corporeo nos cognoſcere quiuimus, quæve fideli narratione comperimus, ſummiſſo genere loquendi, quod vel maximè in agendis rebus valet: ad poſterorum notitiam, hortatu maiorum tranſmittere curauimus.

6 *Fides auctoris.*

Clades Nortmannorum vnde. & quas vrbes involuerit.

CAPVT XXXIII.

1 *Regnũ Frãcorum diuerſis nationibus compactum.*

VErum Piiſsimo Auguſto Ludouico carnis onere ſpoliato, Regnum [1] Francorum quod ex diuerſis nationibus ſolidum corpus fuerat affectum, trifariam diuidi

diuiditur : atque à tribus eiuſdem Imperatoris filiis, ad regendum ſuſcipitur. Et maior quidē natū [2] Lotharius, Franciam cum Italia. Ludouicus Saxoniam omnémque Germaniam. Carolus autem iunior Burgundiam cum Aquitania poſſedit. Sed vt de regnis taceam, belliſne attrita decreuerint, an pace continua aliquanto floruerint : noſtræ partis ærumnas, breuiloquio excurrere libet. Carolo Regni non minimam aſſequuto partem, infortunium iunctum fortunæ, Rempublicam maximo profligauit damno. Ac primum [3]. Marchiſis Britanici limitis, inter ſe graui perduellione diſſidentibus, bellum oritur vtræque lugubre parti. Quamuis enim [4] Rainoldo occumbente, victor [5] Lambertus extiterit, non adeò tamen victricia ab hoſte retulit ſigna. Dum millia ſuorum, proſpexit oppetiiſſe ſatellitum. Idque aduerſum [6] Heriueum repetens, primum natorum Rainoldi, arma ob vindictam paternæ reſumentem necis : eundem malè depugnantem vicit, teliſque confoſſum, neci tradidit. Hoc diſſidij genere, bellatoribus vtrimque pereuntibus: penè omnis illa regio defenſoribus nudata ſuis [7], præda gentibus patuit externis. Brittonum [8] ſi quidem proxima vis, limitem trāſgreſſa antiquum : Nanneticam regionem, Andegauenſem quoque, Meduanam vſque fluuium vaſtando, cædibus atque incendiis, in ſuam redegit poteſtatem. Obſtiterat quidem Lambertus iàm pridem id annitentibus: ſed iuſſu Regis loco cedens, Brittonibus explere conatus permiſit Barbaricos. Præterea [9] Nortmanni, gens Aquilonalis, noſtro generi plus æquo præcognita: non iam piraticam exercendo, omnem oram maritimam peſſumdedit, atque vt verius dicam, in vaſtam redegit ſolitudinem. Fuerant eorum peſſimi conatus ſæpe à Ducibus illarū regionum ſibimet ſuccedentium fruſtrati, Lamberto ſcilicet atque Rotberto: Necnon Rainulfo. ſed illis varia pereuntibus ſorte, omnis fere [10] Neuſtria quæ à Genabēſi [11] vrbe, per trāſuerſum Lutætiam [12] vſque Pariſiorum pertingit oppidum, Normannicæ patuit feritati. Inruptionibus namque cele

2 *Lotharius Franciam cū Italia obtinet Ludouicus Saxoniam & Germaniam. Carolus iunior Burgundiā, & Aquitaniam.*

3 *Marchisij Britannici limitis.*

4 *Rainoldus*

5 *Lambertus.*

6 *Heriueus.*

7 *Bello ciuili ex eris reſp. patet.*

8 *Brittones Armoricæ olim hoſtes.*

Meduana fluuius.

9 *Nortmanni.*

10 *Neuſtria vbi incipit ac deſinit.*

11 *Gen.*

12 *Lutetia.*

Digitized by Google

que creberrimis cuncta vaſtando circumeuntes, primò pedites quidem, eo quod equitandi peritia deeſſet, deinde equis euecti more noſtrorum, omnia peruagantur. Interea ſtationem nauium ſuarum, ac ſi aſylum omnium latrunculorum, in inſula quadam Cœnobio[13] ſancti Florentij ſubpoſita componentes: mappalia quoque inſtar exædificauerunt burgi, quo captiuorum greges cathenis adſtrictos aſſeruarent: ipsique pro tempore corpora à labore reficerent, expeditioni illicò ſeruitura. Exqua inopinatos diſcurſus agitantes, modo nauibus, modo equis delati: totam circumcirca deleuêre prouinciam. Et primo quidem aduentu[14], Vrbem Nanneticam incendio cremauêre: Andegauenſem percurrentes regionem, ipſam quidem ciuitatem concremant.[15] Pictauorum vero Caſtella atque vicos, omnemque patriam à mari vſque eamdem Pictauam vrbem populantur, vaſtant: cædibus replentes omnia. Sequenti tempore nauigio[16] Turonum veniunt, eámque de more ſtragibus opplentes, ad poſtremum ignibus tradunt, populata omni circùmquaque regione. Haud longò poſt, ſuperiora Ligeris amnis nauibus expetentes[17], Aurelianis perueniunt: captámque vrbem auro diſtrahunt[18], Agio tunc temporis præfatæ vrbis præſulatum gerente. Sícque ad tempus recedentes, ſecundo aduentu prædictam ciuitatem combuſtione diſſipant, Matre duntaxat Eccleſia quæ in honore Sanctæ Crucis[19] iubente Conſtantino Auguſto, à beato Præſule Euurtio ſacrata erat; ſtudio bonorum hominum remanente. Quid denique ſolius Neuſtriæ clades memorando, ſtilum protrahimus? aut ſolæ quatuor ſupra memoratæ vrbes excidij damna ſenſere? Quid Lutetia[20] Pariſiorum nobile caput, reſplendens quondam gloria, opibus, fertilitate ſoli, incolarum quietiſſima pace, quam non immerito Regum diuitias, Emporium dixero populorum? Num magis ambuſtos cineres, quàm vrbem Nobilem potis eſt cernere? Quid proindè Bellouacus? quid Nouiomagum[21] & ipſæ quondam Galliarum præſtantiſſimæ vrbes? nonne & ipſæ inruptioni

13 *Prope Sãmurcũ. S. Florentij Cœnobium.*

14 *Vrbes à Nortmannis incenſa vel direptæ.*

15 *Pictauum.*

16 *Turonum.*

17 *Aurelianũ pratio ab Incendio Normanico ſeruatum.*

18 *Agio Epiſcopus Aurelianenſis.*

19 *Eccleſia S. Crucis Aurelius Conſtantini Magni Imp. ædificata pietate.*

20 *Lutetia Pariſiorũ antiquitus qualis.*

21 *Beanais.*

21 *Noyon.*

ruptionibus Normannicis,atque hoſtili gladio concidere. Piget referre Cœnobiorum [23] nobiliſſimorum tam virorum, quàm fœminarum Deo deuotè ſeruientium excidia, ſtragéſque non ignobilium plebium, captiuitates matronarum, virginum ludibria, ac cuncta,quæ victis victores inferre valent,infanda tormentorum genera. Quid Aquitanicæ [24] Gentis ingentem referam afflictationem, quæ olim bellorum nutrix, nunc frigidam bello præferat dextram,ſuiſque orbata luminibus,ducibus egeat alienis? Etenim ipſa quoque, optimos quoſque genitalis ſoli in ſeſe elidens, patet nunc præda gentibus alienis. Ab ipſo quippe,vt ita loquar, Oceani litore, Orientem verſus, Aruernum [25] vſque clariſsimam veteri tempeſtate Aquitaniç vrbem, nulla libertatem retinere valuit Regio; non oppidum, aut vicus, non denique ciuitas, quæ non ſtrage ferali conciderit Paganorum. Teſtatur hoc Pictauis [26] fœcundiſsima quondam vrbs Aquitaniæ: hoc Sanctonum [27]: hoc Engoliſma [28]: hoc Petrogorium [29]: hoc Lemouica [30]: hoc certè Aruernus,terminus nunc vſque Barbarici gladij; ipſúmque Auaricum [31] caput Regni Aquitanici proclamant, nulla ſcilicet bellica obuiante manu,hoſtili grauiter ſeſe concidiſſe incurſu. His,atque huiuſcemodi malis per triginta fermè annorum [32] ſpatium, Gallis non abſque piaculo quorumlibet detritis,cultus quoque Diuinę Religionis quomodo proceſſerit,vtrum necne floruerit, in promptu eſt cuilibet, licèt tardioris ingenij, mortalium perſentiſcere. Quis enim Chriſtianæ Religionis ordo, normam eò propoſiti ad liquidum exequitur,vt non magis præuaricator mandatorum Chriſti iudicetur,ſi actuum executio ritè veſtigetur? Vnde non immeritò talibus, hoc eſt, nobis tranſgreſſoribus præceptorum ſuorum, vltionis vindictam olim per Prophetam repromiſſam videtur infligere: dicit enim, comminans per Ieremiam [33] Prophetam: *Pro eo quòd non audiſtis verba mea, ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonu, ait Dominus, & adducam eas ſuper terram iſtam, &*

23 *Cœnobia virorum, & fœminarum, ab antiquo in Gallia exitã.*

24 *Aquitanici olim bellicoſi.*

25 *Clarmõt.*

26 *Poictiers.*

27 *Xaintes.*

28 *Engouleſme.*

29 *Perigueux.*

30 *Limoges.*

31 *Bourges.*

32 *Normanni 30. annis Gallias populantur.*

33 *Ierem. 1.*

ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt. Et interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem, & ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas, perdámque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, vocem molæ, & vocem lucernæ: & erit vniuerſa terra eius in ſolitudinem, & ſtuporem. Itémque per Ezechielem Propheram: *Fac concluſionem, quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et adducam peßimos de gentibus, & poßidebunt domos eorum, & quieſcere faciam ſuperbiam potentium, & poßidebunt ſanctuarium eorum. Anguſtia ſuperueniente requirent pacem, & non erit. Conturbatio ſuper conturbationem veniet, & auditus ſuper auditum. Et requirent viſionem de Propheta, & lex peribit à Sacerdote, & conſilium à ſenioribus.* Et poſt pauca: *Secundùm viam eorum faciam eis, & ſecundùm iudicia eorum iudicabo eos, & ſcies quia ego Dominus.* Eſt itaque cernere comminationem Propheticam noſtro aſſignari æuo, quando ob ſcelerum immanitatem, populus quondam Dei, & oues manuum eius, dati ſunt nationibus in deprædationem, captiuitatémque duriſſimam: atque ſolum nupera florentiſſimum ætate vbere glebæ, cunctarúmque opulentia rerum, redactum in vaſtitatem, ac ſolitudinem extremam. Libet igitur cum Propheta Dauid veraciter exclamare: *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum*: atque cum altero humiliter implorare: *Domine, miſerere noſtri, te enim expectauimus: eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in tempore tribulationis.* Hæc de excidio iucundiſſimæ patriæ, breuiter literis mandare libuit; quo his, quæ conſequenda erant, clariorem pararemus viam. Omiſſis ſcilicet infandis malorum cladibus, quæ ipſo ſui horrore, & execratione, ſtili curſum in ſemet hebeſcere cogunt. Iam nunc ad propoſitum redeamus.

Exech. 7. 23.

Pſalm. 118.
Eſai. 33. 2.

Nortmãni Floriacenſe Cœnobium poſt captas Aurelias exurunt. CAPVT XXXIIII.

1 Aurelia ſecũdò à Nortmãnis capta, ac tum primùm incẽſa.

INtereà Nortmanni, vt ſuprà paucis prælibauimus ſecunda inruptione Aurelianos [1] aggreſſi, vrbem ambuſtione

buſtione concremant : párſque illorum , duce Bareto, cum quadraginta nauibus, Monaſterium Sancti Patris [2] Benedicti expetunt, quod ab vrbe Aurelianenſi decem & octo diſtat millibus. Illud denique vacuum habitatoribus reperientes, cunctis verò mortalium temporaneis refertum commodis : more ſibi familiari prædantur , diſſipant , ad poſtremum verò igni immiſſo adurunt. Aberat iam tunc corpus ſacratiſſimum Confeſſoris Chriſti Benedicti. Siquidem prima vaſtatione præfatæ vrbis , curam huius ſacri loci agente Bernardo [3], nobiliſſimi generis viro, leuatum à loco ſepulchri ſanctiſsimum corpus in ſcrinio cum honore congruo repoſitum eſt : ſícque in loculo geſtatorio collocatum, qualiter quocumque [4] fugiendi impelleret neceſsitas, a Fratribus fugæ preſidio ſeſe tuentibus deferri poſſet. Sed gratia Chriſti agente , gentili gladio ſedes ſibi aptatas repetente , ſanctiſsima membra loco conduntur proprio. Secundo verò incurſu hoſtium, iam prælibato Abbate vltimos ſui regiminis decurrente Soles, iterum leuatum ſanctiſsimum corpus , atque in loculo vectario depoſitum , hâc illácque, provt opportunitas fugæ ſe obtulit, à Fratribus defertur. Non tamen infra hæc temporis ſpatia , gratia Diuina ſeruos ſuos, quanquam miſerabiliter peregrè, incertíſque ſedibus iactatos, obliuiſci dignata eſt, quin miraculis ſolaretur, per dilectiſsimum ſuum patratis: quatinùs titubantia propter tot aduerſos caſus hominum corda, ex præſentia tanti Patris , virtute quoque præ oculis habita , abundantiùs roborarentur. Poſt exauſtum [5] namque graui graſſante incendio Cœnobium , nulla iam ſoli gratia remanente. Quippe cui [6] non templa Diuinis cultibus apta, non lares diuerſis extructi vſibus, non horrea, non penora, non certè quippiam decoris, aut vtilitatis reſtiterat, nudíque maceriarum parietes, ſtuporem ſpectantibus oculis, horrorémque magis, quàm decus, aut gloriam præferrent : compulſi Fratres, domum quondam quieti [7] aptatam , interpoſitis partientes arcubus : de parte , vmbram finxére minoris ſacelli. In quo fabri-

2 *Nortmanni Floriacum veniunt , diripiunt , & incendunt.*

3 *Bernardus Floriacenſis Abbas corpus S. Benedicti à Nortmãnis eripit.*

4 *Corp⁹ Sancti Benedicti ſubtrahitur Nortmanorum furori.*

5 *Primum incendium Floriaci circa annum 841.*

6 *Domus incenſæ ſtatus.*

7 *Dormitorium Floriacenſe Eccleſiæ locum tenet.*

Digitized by Google

cato altari, Diuinum officium interdiu celebrabant. Quo etiam in loco corpus [8] Beatissimi deferunt Benedicti, in loculo adhûc gestatorio positum. Dum igitur sancta eo quiescerent membra, Deo operante, tale quoddam accidit miraculum.

[8] *Corpus S. Benedicti.*

Peierans vir per nomen S. Benedicti, grauiter punitur.

CAPVT XXXV.

TEmpore præfixo, hoc est septima feria, per totius cursum anni, ex villis in proximo constitutis, more consueto orbis, ad distrahendas, seu coëmendas merces [1], populus confluere solet in loco iuxta Monasterium posito, qui dicitur Vetus Floriacus. Quadam itaque die Sabbati duo compares locum adeunt, mercandi gratia: quorum alter in saccuio (vt ipse ferebat) duodecim habebat denarios, quos simul ex mercibus distractis acceperant, eósque inibi inter se diuidere conuenerat. Sed dum ille, qui nihil ex eis habuerat, à socio sibi debitam requireret partem; ille verò se ei reddidisse fateretur, contentione oborta, Iudex fori Engilraus vocabulo, accurrit. Cumque litem dirimere vellet; atque ille, qui pretium habuerat, compari se reddidisse modis omnibus affirmaret, nec dictis eius fides adhiberetur, necessitate compulsus dexteram contra Basilicam extendens; cum furore iuramentum protulit, ita inquiens: Per istum Sanctum Benedictum ego illos ei reddidi denarios. Quod quia temerè, ac falsò iurauerat, nequaquam ex impunitate gauisus est. Siquidem manum [2], quam cum brachio improuidè peieraturus tetenderat, ad se reuocare nequiuit; sed in suo conamine obrigescens, stupida remansit. Territi omnes qui aderant, quid consulto opus esset, scrutantur è vestigio. Nihil verò consilij salubrioris repertum, quàm vt reus virtutem iam expertus Diuinam, veniam petiturus ædem sacram expeteret. Quod ille impiger exequutus, deiectus animo, ac suplex Ecclesiam petit, deferens altera in manu, quæ pœnæ obnoxia nequaquam fuerat, voti gratia, furcam ferream tridentem.

[1] *En Mercatum in Floriaco:*

[2] *Iurans falsò per S. Benedictum pœna punitus.*

Postre

Digitized by Google

Poſtremò ſternitur ante ſacratiſsimam [3] tumbam, vacuam quidem ſancto corpore, ſed virtute Diuina ex ſocietate quondam priorum oſsium refertam. Veniámque temeritatis, ac criminis ex periurio contracti exorat, ſimùl etiam miſericordiam Domini precatur, quatenùs interuentu Piiſsimi Paſtoris, cuius venerabile nomen ſacramento velut viliſsimam attentauerat rem, ſanitatem aſſequi mereretur. Affuit clementia Conditoris, precibus affectuoſis miſeri poſcentis auxilium eximij Ducis, eiúſque interceſsione medelam infirmus conſequitur, lætúſque forum repetit. Sed ne fortè plurima triſtitia pro perditis abſorberetur nummis, conſolari eum Dominus dignatus eſt, eius virtute, cuius auxilio ſalutem illi voluit conferre. Namque [4], mirabile dictu, cùm omnis ferè populi multitudo à foro ad propria receſsiſſet, paucíque admodum remanſiſſent, eo in loco, quo maior diſcurſus fuerat plebis, reſpiciens vidit ſacculum iacentem, cum nummis quos perdiderat. Quem recolligens, gaudio maiore afficitur, non ſolùm pro ſalute corporea, verùm etiam pro inuento paupertatis ſuæ laborioſo quæſtu. Huic admirabili ſigno, aliud adjicitur, annuente Chriſti gratia, longiori quanquam terræ interſtitio.

[3] *Monumenta Sanctorum, etſi oſſibus vacua, virtute tamen predita ſunt.*

[4] *Aliud miraculum.*

Mœnia ciuitatis Aureliane reficiuntur, & clauda mulier curatur.

CAPVT XXXVI.

Est intra mœnia vrbis Aurelianæ [1] ædes in honore Sanctiſsimi Benedicti cõſtructa à Venerabili præſentis loci Abbate nomine Medone; paruula quidem, ſed in ſecretiori, vt eo putabatur tempore, loco ſita ciuitatis, ac per hoc aptiſsima Monachis, & Abbati, in neceſſariis rebus agendis habitatio [2]. Porrò circa tempora hyemis, inruptionem in ſuperiora meditantibus Paganis, neceſsitate Fratres coacti, eò ſe conferunt. Certè, vt iam ſuprà breui memorauimus, bis ciuitate incendio concremata, tertiò diſtracta, nullus iam ei

[1] *Modo conſtruxit ſacellum S. Benedicti Aurelii.*

[2] *Monachis conueniunt habitatio..es à turba remota.*

defenſionis ac tutelæ videbatur vſus ineſſe:donec Venerabilis Pontifex eiuſdem vrbis,cum ſumma dicẽdus reuerentia.Galterius,Deo inſpirante [3] muros per cuncta ferè deſtructos ciuitatis, ſagacitate nobilis ingenij qua præpollere cognoſcitur reſtaurãs,defenſioni coaptaret populorum. Hûc itaque ſerui Dei deuenientes, tempus pro oportunitate religioſæ tranſigunt vitæ.Affuit autem inter hæc,apud ſacram ædiculam, quædam fœmina ex burgo ciuitatis, itavt nequaquam pedibus incedere poſſet : ſed per terram reptando, ſcamellorum magis iuuamine ſeſe protraheret. [4] Quæ excubãdo pro foribus ipſius Eccleſiæ, eleemoſynis religioſorũ fratrum paſci ſolita erat.Epectãs ſi quomodo fieri poſſet,vt pietate Dei, ac meritis Beati Confeſſoris, corpoream aſſequi mereretur ſanitatem. Cum igitur diuturno ſpatio temporis id ageret:tandem reſpectu Diuinæ Pietatis, meritiſque & interuentu Sanctiſſimi Benedicti, ſanitati reſtituitur. Diiique in eodem loco ſana & incolumis permanens : poſt virilem aſſecuta copulam, cum prole in eadem moratur ciuitate.

3 Galterius Epiſcopus reſtituit mœnia Aureliorum.

4 Claudа mulier per S. Benedictũ curata.

Ignis, S. Benedicti gratia reſtinguitur.

CAPVT XXXVII.

1 Potilli.

QVidam homo ex familia Sancti Patris,in [1] Pauliacenſi pago, manſiunculam ex leui ſtructura, tumulo ſcilicet ac geneſta ſuper hereditam conſtruxerat ſuam:quo cuncta quæ acquirere potuit conducẽs, ſpem omnem protrahendæ pauperrimæ contulerat vitæ.Caſu denique accidente,igne comprehenſa:flammarum globum cœpit emittere. Perſtrepentium autem tumultu,vt in tali aſſolet re, vicinarum homines villarum cœperunt concurrere. Sed cum iam rogum flammarum altius aſcendentem, concremationique proximam cernerent : gradum compreſſere, dicentes eam à nullo poſſe liberari,quæ extructa viminibus, & compacta geneſta, leuem paſtum voranti præberet flammæ. Prætera humano recedente adiutorio, pauper

Digitized by Google

per ille ad diuinum conuerſus auxilium ita agebat. " O Domine miſerere mei,ne fame affectus moriar.San- " cte Benedicte ſubueni mihi,& adiua ſeruum tuum. " Omnem enim paupertatem in hoc conduxeram tu- guriunculo. Dum hæc & alia plurima flendo ingemi- naret ; Diuinitas flexa ad miſericordiam meritis Sa- eratiſſimi [2] Benedicti Patris,reſtrinxit rogum ,ſaluúm- que omne remanſit tugurium ,vno duntaxat pariete ambuſto , qui erat contextus ex vimine. cunctáque il- lius remanſêre illæſa.

2 S. *Benedictus incendiũ extinguit.*

Langvore longo conſumptus moritur,qui vineam S.Benedicti volebat auferre.

CAPVT XXXVIII.

CAput[1] Ceruium,pagus quidam Aquitannicę pro- uinciæ , Regia liberalitate Cœnobio Sancti Be- nedicti donatus, multis vicinorum inſectationibus , & maximè Primorum patriæ , à poteſtate huius loci de- ſciuerat. At poſt longum temporis ſpatium , maximo labore ſeruorum Dei , propriæ reſtitutus poteſtati: conſiliúmque neceſſario repertum eſt , vt habitatione congrua Monachis quoquomodo inibi conſtructa,aſſi- duè Monachi duo vel tres ibidé perſiſterent. quoúſque faciles [2] Aquitanorum animi ad noua quæque leuiter molienda , inſtantia fratrum , ab hac potiendarum re- rum quieſcerent fiducia.Mittitur ad id euitendum Ra- ganarius Monachus magnæ vir religionis[3];qui olim ab Imperatore Ludouico cum aliis Ieroſolimam miſſus fuerat : Atque cum eo Segeuertus presbyter ac Mona- chus. Qui cellulam in prædicto compingentes loco, omnem Aquitannicæ Genti, abſtulêre harum repeten- darum rerum fiduciam.Extitit eo tempore,quidam vir eiuſdem plebis haud ignobilis,Stephanus nomine. qui aliquam partem fundi proprij, cuidam ſeruorum San- cti Benedicti accepto prætio diſtraxit. Seruus autem ille fundum abſque aliquo fructifero cultu adeptus, vacuam nequaquam permiſit eſſe tellurem : ſed eam

1 *Caput Ceruiũ , Gallicè Sacerges.*

2 *Aquitãnicæ faciles ad noua patranda.*

3 *Raganarius Floriacenſis à Ludouico Pio Ieroſolimam miſſus.*

Digitized by Google

optimè excollens vineam inibi plantauit. atque quoadiuxit tempore, in proprios retinuit vſus. Decendere illo, Dominus ipſius terræ de qua præfati ſumus, quod vendiderat, rurſus repetere conatur. Aduocatus vero vnà cum Raganario Monacho, ad locum ceſſionis terræ, iuxta morem legis adueniens: prædictam vineam ad ius Sancti Benedicti, ſua auctoritate reuocare nitebatur. Proinde Stephanus impatientia leuis animi commotus. Raganario Monacho itavt ſedebat, in equo propinquans, furibundè locutus eſt. Tibi dico Raganari monache, qui tranſmare Ieruſalem requiſiſti, Per hunc teſtor enſem: quando tu & ego ab hoc receſſerimus loco, Sanctus Benedictus, ex hac vinea nullam habebit poteſtatem. Cui defurenti Raganarius inſit. Certè ego ignoro, tu vero neſcis, vtrum ab hoc loco recedere pro voto poſſimus. Ille iterum concuſſo enſe, iuramentum repetens affirmauit ſe abſque gratia Sancti Benedicti, ab eo regreſſurum loco. His dictis [4], confeſtim ab equo corruens, contritis colliſiſque omnibus membris in geſtario ad domum propriam à ſuis refertur. Et vinea quidem poteſtati Sancti Benedicti relinquitur, ipſe vero Stephanus, longo conſumptus languore moritur.

4 *Pœna contemnentis S. Benedicti.*

Plagæ Franciæ ſub Carolo Caluo. & pueri à lupi Faucibus, per S. Benedictum ereptio.

CAPVT XXIX.

REge Carolo, Francorum diſponente regnum [1], fames admodum grauis, vniuerſas occupauit Gallias [2] Clades etiam ex infectione Paganorum non modica, totam per Oceani litora adtriuit gentem. Sed vt tertiam iuxta Prophetam orbis experiretur. plagam, graues immiſæ ſunt [3] beſtiæ, quæ famen clademque effugientes barbaricam, hiãti ore exciperent. Accidit autem ea tempeſtate, vt mulier quædam ex [4] Matriniacenſi egreſſa prædio, infantulum minuſculæ ætatis ſecum deduceret: quo cum aliis ſuæ ætatis lude-

1 *Fames in Gallia.*
2 *Peſtis.*
3 *Reg.* 24. 12
3 *Beſtiæ.*
4 *Matriniacum.*

Digitized by Google

ret infantulis , ipſa longiùs cum pluribus viris ac mulieribus proſpectante. Cùm ſubitò lupus à ſilua egreſſus,filium mulieris illius rapuit,ac ſultollens,non ſiluam repetiit, Sed per camporum ſpatia exportare cœpit.Cernens hoc infelix mulier,miſerrimis vocibus plangoribúſque immenſis indolens : mixta Deinde vulgo,lupum inſequi cœpit.At ille neutiquam territus, infantulum longiùs protrahebat. Sed cùm fatigatum vulgus,à perſecutione lupi ceſſaret:deſperans ei ſe vllo modo prædam excutere poſſe. Mulier quæ pro filij amiſſione , arctiori ſtimulabatur dolore, nequaquam ab incepto requieuit curſu:ſed magis pro poſſe , citiùs properabat , inuocans nihilominus Sanctum Benedictum , quatenùs ei ſuum ferret auxilium , reddendo filium proprium ſernúmque ſuum extra terminos ſuos, nullatenùs efferri permitteret. Tunc Deinde Clementia Diuinæ Maieſtatis , & interuentu prætioſi Confeſſoris , quod exorabat adepta eſt. Lupus namque veniens ad terminos territorij Sancti Benedicti , infantulum illeſum , atque incolumem relinquens , auia ſiluarum latibula repetiit. Mulier recepto alacris puerulo,gratias Deo ac liberatori filij ſui, ſancto pro ſcire referens Benedicto , lares pauperrimos ſuæ remiſit paupertatis.

5 *S. Benedictus , à Lupi faucibus, puerum liberat.*

Hic deſinit Adreualdus Floriacenſis.

APPENDIX ADELERII FLORIACENCIS Ad Adreualdum.

Mirabiliter ac efficaciter apparet B. Benedictus in ſua Tranſlationis feſto,dignitatémque Floriacenſis Cœnobij explicat.

CAPVT XL.

MIrabilis Domini noſtri virtus & ſapientia , quæ Beatiſſimum Patrem Benedictum mirificat:glo-

rificatum ſecum retinens in cæleſti curia. eius Reuerendum cunctis mortalibus [1] Corpus, mirificare in terris haud deſiſtit iugiter Miraculorum frequentia. Nam ſicut à prioribus noſtræ tempeſtatis viris, atque ſtudio veracis aſſertionis probalibus, credibili relatu comperimus, ſeculis factum memoriale, larga Dei celſitudo, per ſæpefatum ſibi dilectum, clementi dignationis ſuæ munere, operari dignata eſt. Contigerat aliquando ſacratiſſimæ eius [2] Tranſlationis feſtiuitas: ad quam temporis orbita redeunte, plurimæ confluxerant diuerſæ numeroſitatis vndecúmque cateruæ: non ſolum à circumpoſitis, verum etiam à quibúſque prouinciarum remotiſsimis locis, Denique in celebratione tantæ feſtiuitatis [3], præconiis nocturnalibus decore competenti perſolutis: Nondum auroræ clarè refulgentibus radiis, quietis gratia, ſua quæque petiêre cubilia. Quidam verò ex fratribus cui tuendæ Baſilicæ cura delegata erat: cum ad nanciſcenda ſupernæ æternitatis gaudia iugiter intentus, ſuorúmque peccatorum omni deuoti cordis deuotione à Domino deposcens indulgentiam: è veſtigio ſacrati [4] Corporis, ante altare reſideret: Pſalmorum ac precum melodiam, conſueto ſibi more ſatagebat perſoluere deuotiſsimè. Qui etiam inchoata altius protelans, laſſitudine cogente obdormiuit. Cui mox quidam ſenior honeſtatis formoſitate decorus, ac Reuerendi habitus aſsiſtens: quid fratres agerent, atque quonam ſeceſſerant, iocundo affamine inquiſiuit? Ille autem protinùs dormitum iſſe reſpondit [5], quò poſt aliquantulam corporeæ neceſsitudinis recreationem, diurni officij vberius valerent perſoluere modulationem. Admirans itaque quis iſte foret, qui ſibi hæc imperando depromeret. Beatiſsimus, ad eum. Ne mireris inquit ob præſentiam quam perſpicis mei: certiſsimè ſciens me fratrem Benedictum [6] vocari, Præſulem ac defenſorem huius conſtitutum loci, Fratribus etenim ex me ſalutes dicito in conuentu generali: Et ad cælebrationem Miſſæ ſolemnis ſint præſcij, quia in executione nocturnalis

1 *Corpus S. Benedicti.*

2 *Translationis. S. Benedicti feſtum quàm religiosè cultum.*

3 *Matutinæ laudes.*

4 *Corpus. S. Benedicti.*

5 *Boni Monachi, vt quid poſt matutinum dormiunt.*

6 *S. Benedictus defenſor Monaſterij Floriacenſis.*

Digitized by Google

lis officij, pſallentibus meis præſens adeſſe nequiui. Namque fratri Aimerico in partibus Britaniæ obeunti,veniã delictorum à Domino obtinui, atque de faucibus inimici eripiens, perennis vitæ ſedibus feliciter ſublimaui.Cognoſcant igitur te fatente,poſtquàm diſponéte Deo,Corporis mei præſentia,à partibus Eloïs in Has Occiduas oras tranſuecta eſt:nullũ eorum,Dãna paſsũ forè æternæ quietis[7]:ſed munere donatos cęleſtis patris, ſublimibus locis Chriſtum eos collocauiſſe.His dictis,viſio aſtantis ſimùl & colloquentis ablata eſt. Vt vero ſe lux diei, terris clara infudit:fratribus ſomno experrectis, idem ſonitu fuſilis tabulæ, olim [8] referandæ locutionis gratia compactæ, Abbatem [9] Teotbertum cum reliquis aſciſcens:ſalutationis verba depromit, & cuncta quæ Benedictus Pater dicenda præceperat,eis per ordinem retulit. Qui omni corpore terræ deflexo [10] adorantes:lætabundis animis, laudes innumeras Deo, & Prouiſori ſuo, retulerunt vnamini deuotione. Et ne quid incongruum, aduenientis aſpectus offenderet: quiſque ſe ſtuduit procurare. Quanquam enim ſpecialiter, cum ſui præſentiam fratribus præſtolandam innoteſceret: qui in Dominicis eis præceptis perſiſtentibus, ſaltem ne ad modicum quidam vſquam abeſſet:tamen ad declarandam ſuæ virtutis potentiam,communémque cunctorũ lætitiam,ſeſe præſenté demonſtrauit per diuinæ operationis efficaciam.Nam aliquid magni ſe vel videre vel cognoſcere cũctis credentibus:accidit vt poſt recitationé S.Euangelij,omnes quicunque aliquo [11] moleſtabantur incómodo, quóſque ſacræ Baſilicæ retétabãt limina,cũ optatæ ſoſpitatis munere, quiſque repedaret ad propria. Sexaginta denique vtriúſque ſexus & ætatis curati ſunt homines: omni magnificentia Deo laudes, Deo gratias,& Beatiſſimo Patri Benedicto in communi referentes. Tanta ſi quidem perfecta Dei operatione,liquidò cunctis patuit, quia noſter Benedictus, inter Miſſarum ſolemnia præſens fuit.

7 *Miranda valdè res,atque ſtupẽda.*

8 *Finis ſilentij regularis olim ſonitum iudicabatur.*

9 *Teodebertus Abbas Floriacenſis.*

10 *Proſtratio Monachalis.*

11 *Miranda in feſto Trãſlationis S. Benedicti, per eum patrantur.*

Fonta

Fontanneticum prælium. Caroli liberalitas. eius mors & insignis de Nortmannis per S. Benedictum parta victoria.

CAPVT XLI.

1 *Karolus Caluus laudatus.*

2 *Lotharius Imperator, cur sit Monachus.*

INterea Rex[1] Carolum, Fratribus duobus vita humana decedentibus: tertióque[2] Lohthario, ob penitudinem qua patrem carcerali mancipauerat custodia, Monacho Prumiæ apud Monasterium effecto, totius Paterni Imperij summam assecutus: gratum se cunctis & fauorabilem præbens, nonnullos Francorum in suæ vnanimitatis allexerat Augustalem sublimitatem. Sicque in virum perfectum sese cotidiè extendens: ita Christianissimi, in ditãdis Sanctorum Cœnobiis strenuè exercebat deuotionem: vt nemini priscorum Regum, qui Regij nominis claruerunt dignitate, impar visus sit in omni sancta religione. Nam inter cætera quæ huic loco contulit munifica, affluenti sua largitate: sacerdotale indumentum, quod ex capella fratris sui Lhotharij abstulerat, dum ex bello reuertebatur[3] Fontanetico, deuotissimè præbendo concessit[4]. Necnon duo vasa aurea põdo librarum . . appręciata, cum Euangelij textu, subtili operis diuersitate fabricato, solemni donatione per seipsum, ob medelam animæ suæ studuit conferre. Verùm vt præfatũ est obeuntibus fratribus, Romam apparatu magnifico profisciscens, fauore plebis totius, [5] Imperator & Augustus Romani Imperij appellatus est. Cùmque in redeundo, fines Italiæ attingeret: quorundam maliuola deceptione illectus, apud Papiam ciuitatem, non fine maximo suorum luctu Fridiè Nonas Octobris, vitam veneno finiuit[6]. Huius postmodum filius vocabulo[7] Ludouicus, Regnum patrium suscipiens: vix duobus annis eo potitus, laborioſum quibúsque nobilibus, Regni sui consecrauit initium. [8] Nortmãnica si quidem Gens, quę iam bis, vagina suæ habitationis exempta, Piraticam toties exercuerat: demùm de morte patris eius vires resumendo, intra terminos Regni Franciæ libere paucis

Bellum Fontaneticum.

4 *Karolus Caluus dona egregia Floriaco tribuit.*

5 *Karolus fit Imperator.*

6 *Karolus veneno necatus.*

7 *Ludouicus Rex.*

8 *Nortmãni, sæpiùs Franciam vastãt.*

Digitized by Google

tis resistentibus, cladem malignitatis suæ inferebat continuè. Et primum partes aggressa Neustriæ, cædibus & rapinis tota conaminis sui peruersitate intenta, quæque priùs desiderabilia & vitæ humanæ commoda videbantur: diripere, & in suos nefarios vsus conuertendo, satagebat redigere. Peregissetque inchoata, nisi Hugo [9] Nobilissimus Abbas strenuè Rempublicam gubernans: cùm armis, tùm consiliis suis & virtute, eius barbaricos conatus reprimendo: maximam ex eis manum peremisset. Quod qualiter huius per virtutem Patris Benedicti, potenter effecerit: paucis subjiciendum [10] censemus Igitur pertransiens vt diximus, nullo obsistente, plurimarum portus ciuitatum: Aurelianis deuenit, indéque altius gressum protendens, ad Monasterium Floriacum, cladem indictura, accedere contendit. Porro fama vulgante, istud iam pridem Fratres compererant: comperénsque eis visum est, vt loco cederent: & præsidio oportunitatis necessariæ, se communirent. Proindè diuersorum vehiculorum plaustris aptatis, quéque præciosa in eis componentes, cum supellectili reliqua, ad prędium [11] Matriniacense decernũt contendere: quatinùs illic quoquomodo tuta sua omnia possent esse. Ast eadem perfida natio, Monasterium deueniens, spéque sua frustrata: nihil in eo quod diripere præter parietes valeret reperiens, tandem plaustrorum recentibus vestigiis perspectis, eò tendendum deliberat, quo fratres ijsse suspectò animo estimabat: vt melioribus eorum direptis, rediret patrata victoria. Præuenítque ipsorum nequam Concilium, Omnipotentia misericordis Dei: quæ eos & sua virtute protereret: & innocentem plebem, à maligna eorum infestatione, benignè defendendo saluaret. Nam tùm prædictus Venerabilis vir Hugo, à partibus Burgundiæ ob suæ vtilitaté necessitatis, forte Dei consilio vocatus ad hos fines contenderat. Propéque Monasteriũ perueniés, relatu suorum addidicit, fratres ab hostibus subsequi, ac ocissimè depredari, nisi Dei liberarentur virtute mirabili. Denique hoc comperto, animum

9 *Hugo magnus Abbas.*

10 *Insignis victoria, de Normannis parta, meritis S. Benedicti.*

11 *Matriniacense prædiũ.*

Digitized by Google

animum in diuerſa protrahens , vt potè cui militum paruus admodum in pręſentiarum aderat munerus anxiari ſuper hoc multimodè cœpit & tederi : qualiter occurrendum foret intra ſemetipſum reuoluens,tantæ multitudini. Tandem hortatu [12] Girboldi nobiliſsimi Antiſiodorenſium Comitis, animum congrediẽdi bellum aſſumpſit [13] : aſſeuerans nulla vmquam paſſum diſcrimina forè,qui Beati Benedicti Patris ſeruitutis gratia , aduerſantium agmini ſeſe immiſcuerit. Roboratis ergo hac exortatione animis , confiſi meritis & auxilio Excellentiſsimi Patris : haud procûl à Monaſterio hoſtes proſequuntur à tergo. Conſertóque forti animoſitate graui prælio , tanta depopulationis ſtrage in eos bacchati ſunt [14]: vt ex tanta populi nunerositate,vix fuerit aliquis,qui belli euentum intimaret poſteris.Patrata itaque deſiderabili victoria , belli Dux ſuos interrogans:requiſiuit,ſi fortè quempiam Reuerendæ viſionis Monachum, inter denſitates hoſtium , ſibi viam pandentem , proprio viſu contemplati eſſent. Quibus reſpondentibus ſe in illo prælio neminem Monachorum vidiſſe. Statim ille. Sanctus inquiens Benedictus, » me per totum belli huius certamen protegens , ſiniſtra » manu equi mei habenas dirigendo,ac cuſtodiendo te- » nuit:dextra vero baculum manutenens , plurimos ho- » ſtium [15] proſternendo morti tradidit.Sic & nocentibus » pœna, & innocentibus interuentu Patris Benedicti ſecuritas reddita eſt:præſtante Benedicto Dei filio,cuius nomen Benedictum,permanet in ſæcula ſæculorum.

12 *Girboldus , Comes Antiſiodorẽſis.*

13 *Mira S. Benedicti potẽtia.*

14 *Inſignis cades Nortmannorum.*

15 S. *Benedictus Nortmannos cædit.*

Adrenaldi & Adelerij Floriacenſium ,Liber Primus de Miraculis S. P. Benedicti Explicit.

SEQVI

SEQVITVR LIBER SECVNDVS DE MIRACVLIS S. BENEDICTI, QVI EST Aymoini Monachi Floriacenſis Primus.

PROOEMIVM.

HOnorandis Patribus [1] Gauzlino Reuerentiſſimo Abbati, omníque Floriacenſis Cœnobij ſanctæ Congregationi illi commiſſæ, eorum peripſeima omnium Aymoinus, Regnum cum Chriſto æternum. Obedientiæ [2] bonum quanto ſit præmio dignum, veſtra, (Reuerendi Domini) doctrina ediſcere merui. Ideóque quorumdam veſtrûm imperiis, qui id paterna potiùs admonitione, quàm imperioſa authoritate perſuadendum mihi putarunt: libenter cernicem ſubdidi, vt quędam de Miraculis communis Patroni noſtri Sanctiſſimi Benedicti, ad memoriam poſterorum ſcripto traderem. Inſtiti itaque vt potui, & non ſolùm ea quæ ad ſacroſanctum eiuſdem Patris [3] ſepulchrum geſta ſunt; verùm etiam illa, quæ in aliis ipſius memoriæ locis, ad eius declarandum meritum, Dominus operari dignatus eſt, ſtilo comprehendere curaui, opus omne, in duos partiens libros. Suſcipite igitur, Sanctiſſimi Patres, tenuem licèt, ſed tamen fidelem fructum, gracilis ramuſculi, è [4] magna veſtræ vnanimis ſocietatis arbore prodeuntis. Nec vos in eius pœniteat laboraſſe profectu, qui id quàm maximè nititur efficere; vt &

1 *Gauzlinus Floriacenſis Abbas.*

2 *Obedientia bonum.*

3 *Sepulchrum S. Patris Benedicti.*

4 *Aymoinus vt ex hoc loco ipſo liquidò conſtat, fuit Monachus Floriacẽſis, qui propter viſis his tam apertis teſtimoniis, ore, ſententiam mutans, qui illum leuibus tantùm conteſturis adduxit, Sangermanum Cœnobitam aduenerunt.*

Nutri

Nutritoris ſui dilecti Benedicti laudes promulgare: & veſtris per omnia ſtudeat placere deſideriis. Vos autem Fratres amantiſſimi, cum quibus in primæuo ætatis flore iugum ſuaue Chriſti ferre didici, mihi quæſo congratulamini, quòd veſtris quoque adminiculis ad hoc profeci, quatinùs aliquid vtilitatis, meæ vilitati poſſit iniungi. Quamuis in me ad veſtri comparationem, nulla exiſtat vtilitas. Ab Omnipotente Deo, per interceſſionem glorioſæ Virginis Mariæ, ac Legiſlatoris noſtri Benedicti, pérque ſeruorum eius laborem totum eſt. Ad poſtremùm omnes, quorum corda eiuſdem Confeſſoris Chriſti amor poſſidet, conueniens expoſco, ne in hoc opere, Rhetoricæ ſuadelam facundiæ requirant. Quin potiùs inter ruſticana deſpicabilis menſæ noſtræ caniſtra, rutilantia, ac ſuaue redolentia miraculorum admirantes, hauriant mella. Meminerintque quia in teſtaceis plerumque vaſis, lautioribus epulis delectabiliter vti ſoleant. His de ingenioli noſtri tenuitate prælibatis. In calce Prologi non putauimus prætermittendum, hoc quod Diuina pietas, huic noſtro Paſtori, inter cætera largitatis ſuæ contulit munera. Quia videlicet ad ea promenda quæ de ſe retulerant digna [5], nullius extraneæ perſonæ eguit nunquam ſupplemento. Quinimò ipſius clientuli in eius Cœnobiis illius ope educati, atque edocti, quidquid in eius laude promendum erat, poſterorum mandare memoriæ ſufficientes inuenti ſunt, poſt Beatum duntaxat Papam Gregorium [6], qui & ipſe eius Regulæ ſubditus diſciplinis, quantis idem Pater effulſerit virtutibus, eloquētiſſimo enucleauit ſermone. Marcus denique Poëta, atque Paulus in Caſinenſi Cœnobio, multa de illius Miraculis metrico opere elegantiſsimè ediderunt. Tranſlationis verò eius ſacri corporis ordinem ad hunc Venerabilem locum, necnon ſigna hîc, vel per Gallias, ipſius meritis geſta, vir diſertiſsimus Adreualdus, iſtius Monaſterij [7] Monachus ſcriptis inſeruit. Cui operi Adelerius, huius nihilominùs Congregationis Monachus, duo tantùm Capitula adiecit. Horum ergo veſti-

5 *Mira Ordinis S. Benedicti prærogatiua, qui ſemper eloquētes viros aluit.*

6 *S. Gregorius Magnus Monachus fuit ſub Regula S. Benedicti, ex quo miror Cardinal. m Baroniū, contra veterum Authorum omnium ſenrētiam, illum B. Benedicto eripere niti.*

7 *Adreualdus, & Adelerius Monachi Floriacenſes eruditi.*

gia

gia, licèt non æquis prosequutus passibus, vos bene valere exoptans. His quæ dicenda proposui, hoc dedi exordium.

Proœmij finis.

Res Francicæ plurimæ explicantur, cum aditu stirpis Capetica ad Regiam dignitatem.

CAPVT PRIMVM.

GAllicanarum [1] incolas regionum assiduis exterarum labefactatos incursibus nationum, & veteres & modernæ, quibusque eas intellectu reuoluentibus pandunt historiæ. Quos Iulij Cæsaris decennalis attriuit cõcertatio. Hunnorum [2] subita dilacerauit inruptio. Gothorum [3] subuertit præsumptiua habitandi inuasio. Ad vltimum Francorum [4] viuida bello dextra, victos paritérque victores, æqua sorte, suo subiugauit dominio. Horum [5] præferox potentia, cùm in subigendis, tum etiam in arcendis à suis finibus, Barbaris Gentibus, viguit cõcordiæ viribus: vsque ad Diuæ memoriæ Karoli Calui tempora, filij Hludouici, cui agnomen Pius fuit. Contra hunc fraternæ infimulatio inuidiæ, finitimarum concitauit odia Gentium, præcipuè [6] Northmannorum. qui piraticam exercendo, maritima Regni eius loca, direptionibus grauissimis depopulati sunt. Obstitit primò eorum fæuis conatibus Rotbertus [7] Andegauensis Comes, Saxonici generis vir, cui per id locorum, à Rege summa rerum delegata fuerat: adnitentibus sibi præeminentissimis Neustriæ viris, Rainulfo atque Lamberto, vti eloquentissimus Author Adrevaldus priori refert libro. Sed illis varia obeuntibus sorte. Dani [8] excursionis suæ liberam nacti occasionem, quæ & quanta ciuitatibus bina expeditione intulerint damna, vastationibus seu incendiis Monasteriorum, ac reliquarum Ecclesiarum, studioso lectori præcedentis operis textus patefaciet. Verum Augusto Karolo rebus humanis exempto, filius eius Hludouicus

1 *Gallia à variis nationibus vexata.*

2 *Hunni.*

3 *Gothi.*

4 *Franci.*

5 *Francorum potentia quomodo viguit.*

6 *Nortmanni à quibus concitati, Franciam inuaserunt.*

7 *Rotbertus Andegauensis Comes, Saxonum genere ortus.*

8 *Dani qui, & Nortmanni.*

9 *Ludouicus nihil faciens, Gallicè Faineant.*

10 *Sacrilegiũ Ludouici.*

11 *Peccatum nihil eſt.*

12 *Hugo Magnus Abbas.*

13 *Karolus Simplex.*

14 *Odonis integritas.*

15 *Odo Regens, & pueri Regis tutor.*

16 *Karoli in Odonem gratitudo.*

17 *Rotbertus tyrannus.*

ſucceſsit, qui [9] nihil feciſſe prænomen ſortitus eſt, ſiue quòd vix duobus annis Regno potitus nil ſtrenuè geſsit, ſiue [10] quòd Sanctimonialem quamdam, ſicuti à maioribus accepimus, Kale Monaſterio puellarum abſtractam, coniugio copulans ſuo, peccatum [11] quod nihil eſſe noſcitur, perpetrarit. Huius in diebus effera memoratorum natio Danorum, tertiam Neuſtraſiis inflictura cladem aduenit, intuliſſetque maiorem ſuperioribus, ni Hugo [12], vt fertur, Roberti filius, per Gallias Abbatis honore præditus, eorum compeſcuiſſet temerarios auſus. Denique quòd parua manu innumeras hoſtium phalanges, adiutus manifeſto Sanctiſsimi Patris Benedicti auxilio ita fuderit, vt vix huncius ſuperuiueret. Ex ſcriptis venerabilis viri Adelerij agnoſci facile eſt. Qua plaga humiliati Dani, Gallias per aliquod ſpatium temporis quietas liquerunt. At Hugone vltimos vitæ ſuæ claudente Soles, Hludouicóque Principe poſt adminiſtratum biennio Regnum, diem obeunte, Karolus [13] eius filius, qui Simplex poſteà eſt dictus, in cunis ævum agens, patre orbatus remanſit, cuius ætatem Franciæ Primores incongruam, vt erat, exercendæ dominationi arbitrati, maximè cùm iam recidiui Nortmannorum nunciarentur motus, conſilium de ſummis ineunt rebus. Supererant duo filij Rotberti: ſenior Odo [14] dicebatur, Rotbertus alter, patrem nomine referens. Ex his maiorem natu Odonem, Franci licet reluctantem, tutorem pueri, Regníque elegêre Gubernatorem [15], qui mente benignus, & Reipublicæ hoſtes arcendo ſtrenuè, præfuit, & paruulum optimè fouit, atque adoleſcenti & ſua repetenti, patienter Regna refudit: à quo [16] parte Regni redonatus, quoad vixit tempore, hoſtibus terribilis, eíque ſemper exſtitit fidelis. Ab hac fraterni manſuetudine animi, in tantum frater eius aberrauit Rotbertus [17], vt eo defuncto, quia pars regiminis, quam germanus ſuus Odo tenuit, non redhibebatur, palàm tyrannidem inuaſerit. Quam cauſam Aquilonales populi ſibi non obfuturam arbitrati, cùm ſcilicet totius Regionis incolæ

colæ, ſtudiis [18] in diuerſa porrectis, concordi nequaquam aduerſus eos rebellarent animoſitate, totis incumbendum rapinæ viribus decernunt. Et quia nobis ad præſens non bella Regum, tumultúſve gentium differere, animo propoſitum eſt: quinimò Miracula per Beatiſsimum noſtræ vilitatis alumnum, Deo operante, patrata Benedictum, mens promere geſtit. Ad ea explicanda veniendum eſt. Non verò nos idcirco eum noſtræ vilitatis authorem fatemur, quaſi nos ipſe viles fecerit, verùm quia nos abiectos deſpectóſque, nulliúſve momenti exiſtentes, ad hoc ſuo interuentu, ac ſua ope prouexerit, vt & eius laudes promere, & quidquid in nos ſalutis, ſeu vtilitatis quiuerimus agnoſcere, poſt Dominum ei debeamus imputare. Prophetici itaque nos memores exiſtere oraculi, quo dicitur, *Ab Aquilone omne venire malum*, ac ſi ſpecialiter in nos prolati, frequens cogit memoratorum infeſtatio Paganorum, qui è genuina ſua tellure, inſtar apum ſuper noſtras ſæpiſsimè, vt præfati ſumus, prouincias, examen effudere prædonum. Qui hac vltima, de qua nunc nobis ſermo eſt, expeditione, Rainaldo [19] quodam duce, noſtrarum reliquias ſpinarum, quantum in ipſis fuit, eradere procurarunt. Huius teſtes ſunt rei, non ſolùm vt iam dicti verba teſtantur Authoris Adreualdi, Sequanico Ligericóque littori, quibus Neuſtria nobilitatur fluminibus, Dordoniæ [20] ſeu Garonnæ quarum Aquitania inſignitur fluentis, adherentium vrbium: verùm etiam præminentium ruinæ ædificiorum. Intérque eminentiſsimum illud Karoli Magni Principis palatium Caſsignol [21], gloria quondam & decus cunarum filij eius iam præfati Hludouici Pij, quod ita Deo inimica gens ſubuertit, vt & inhabitabile redderet; & tamen quid aliquando fuerit, manifeſtè appareat. Id eo loci ſitum eſt, quo torrens Quodrot [22] Garonnam influit, turrim lateritiam in margine memorati torrentis exſtructam habens, è qua & aduentus præuideri, & ingreſſus hoſtilium poſsit arceri nauium. Simúlque vt claſsis Regia, abſque aduerſariorum impedimento

18 *Bella ciuilia quid agãt.*

Ierem. 1. 14.

19 *Rainaldus Dux Nortmannorum.*

20 *Garonna, ſeu Dordonia fluuius Aquitaniæ.*

21 *Caſſignol Karoli Magni palatium, in quo natus Hludouicus Pius, à Nortmannis deletum.*

22 *Quodrot deſcriptio.*

Digitized by Google

fabricata in minori, ad fluenta maioris deduceretur. amnis. Habet verò Ecclesiam ampliori Ecclesiæ coniunctam, miro opere ex lateribus fornicatam, in qua, si benè visa recordor, permodicum habetur sarcophagum, in quo frater [23] Hludouici Pij geminus, esse putatur sepultus. Inde etiam maghum Karolum Garonnam transiisse, Hispaniæ Christianis suppetias ferentem, ibíque rediisse, liber [24] vitæ eius refert. Sed de his satis dictum, nunc propositum exequamur.

23 *Frater Hludouici Pij geminus, vbi mortuus, atque sepultus.*

24 *Liber vita Karoli Magni extat apud Pithœum.*

S. Benedictus Rainaldum Nortmannorum Regem occidit, & post obitum etiam vexat.

CAPVT II.

IGitur innumeræ Nortmannorum phalanges, super quas Rainaldus [1] Regnum obtinuerat; quampluribus longis vsæ nauibus, vsque ad superiora Ligeris percursantes, cuncta deuastant. Tandem ad Cœnobium ter Beati Deóque dilecti Benedicti, quod Floriacum dicitur, Rainaldus cum suis attingens, vacuum habitatoribus, cunctísque necessariis offendit rebus, domibus duntaxat exceptis. Siquidem Monachi cum corpore [2] semper nominandi Patris nostri Benedicti, ad tutiora se contulerant loca. Lamberto [3] tunc Abbate, piæ sollicitudinis erga eos curam gerente. Perueniens ergo inibi Rex memoratus, & ex captiuis rescíscens quorum hominum foret talis habitatio. Dormitorium Fratrum suæ metationis delegit sedem, in quo varia, vtpotè Paganus, dum patraret flagitia, vna noctium quiescenti ei Sanctus [4] adstitit Benedictus duobus comitatus Monachis: vnus, vt ipsi Rainaldo videbatur, mediæ ætatis robore præditus; alteri puerilis inerat habitudo. Beatissimus autem Pater niueam capite canitiem præferens, baculum verò manu: ita iacentem alloquutus est aduersarium: Quid, inquiens, te Rainalde offendi, quòd me meósque à propriis perturbas sedibus? Sed mihi deinceps curæ erit, & te ab incœptis inhibere, & famulis Christi, ossibus [5] quoque

1 *Rainaldus Rex Nortmannorum.*

2 *Corpus S. Benedicti.*

3 *Lambertus Floriacensis Abbas.*

4 *S. Benedictus Rainaldo apparet.*

5 *Ossa S. Benedicti.*

vnà

Digitized by Google

vnà meis, optatam quietem reformare. His dictis [6], ligno, quod manu gerebat, incuruo caput iam expergefacti Regis contingens, prænunciauit terminum eius vitæ in proximo affuturum, sícque receſſit. Turbatus hac viſione Rainaldus, ſatellites magna ad auxiliandum ſibi voce inclamat. Quibus accurrentibus, & quid pateretur percunctantibus: Quidam, inquit, Monachus, non alter, vt æſtimo, quàm ille huius tutor loci, ſenex Benedictus, baculo verticem tangens meum, mortem minitando, dolorem mihi ingeſſit ingentem. Iubet confeſtim, cunctos peruaſa domicilia deſerere, natiuúmque ſolum repetere; cum quibus ipſe profectus, vt patriam attigit, crebrò debilitatus cruciatu [7], vita deceſſit. Tantáque ſubitò, moriente eo, ventorum procella inhorruit, vt non ſolùm culmina tectorum, verùm etiam eminentium ſubrueret moles arborum. Captiuorum vincula ſoluta, equi ſeu reliqua iumenta infra duodecim & eo amplius milliaria, à Rothomagenſi vrbe ad paſtum deducta, diſruptis compedibus, in diuerſa fugerunt. Corporis eius tumulo pyramidem ſuperædificatam, validiſſimo accepimus terræmotu ſubuerſam, ac eius cadauer tellurem à ſuo reieciſſe ſinu, quod culeo [8] cum lapidum mole inſutum, in Sequanam eſt demerſum, quandoquidem humo non poterat contineri tectum. Hoc interitu, memoria nefandi abolita fuiſſet hominis, ni vetuſtas Floriacenſium incolarum curioſa futurorum, marmoream eius capitis fingere curauiſſet effigiem [9], quæ nunc in vltima parte parietis Eccleſiæ Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, ac famuli eius Benedicti, Septentrionem verſus, inſerta perſpicitur. Quatinùs & præſentes, & ſequuturi omnes agnoſcerent, interuentu eorumdem Sanctorum Omnipotens Deus, qualem quantámque exercuerit in ſuis aduerſariis vindictæ ſeueritatem. Adeò denique hæc vltio Northmannicam in poſterum perterrefecit temeritatem, vt [10] præ cæteris Galliæ Sanctis, Beatiſſimum reuereantur Patrem noſtrum Benedictúm.

6 *Baculi Abbatum, lignei olim erant.*

7 *Rainaldi horrenda mors.*

8 *Rainaldi cadauer culleo inſutum mergitur.*

9 *Effigies marmorea capitis Rainaldi Regis Nortmannorum.*

10 *Nortmanni timent S. Benedictum.*

Digitized by Google

Rodulfus rex Francorum quomodo effectus; eiúsque in violatores iurium Ecclesiæ animaduersio.

CAPVT III.

1 *Rotbertus tyrannus coronatur.*

INterea [1] Rotbertus affectatæ tyrannidis potentiam palàm exercere cupiens:à quibusdam Episcopis diademate se Regio coronari,ac sceptro Regni insigniri,partim blanditiis partim minis extorsit.Sed nequaquam huius præsumptionis , lætos habuit exitus. Denique Suessionicis in campis , bello à Ducibus Karoli exceptus [2] , vitáque spoliatus , licet exercitus eius victoriam obtinuerit : ipse tamen nefariæ temeritatis pretium luit. Nec tamen socij defectionis , interitu eius territi,perfidię deseruêre cótumaciam. Quin potiùs [3] Herbertus Comes Virmandensis , infando scelere, Dominum suum Regémque totius Franciæ Karolum dolo captum:vinculis quoque irretitum [4], Peronnæ direxit , tenebroso carcere recludendum. Et [5] quia Regni status,sine Principe agebatur in incertum : maximè cum Hugoni Rotberti filio, qui post probis actibus Magni nomen promeruit : puerilis obsisteret ætas, quominùs Regias assumeret insulas. Et Herberti cunctos haberet odium , præcipuè eos quos humanitatis respectu , ad misericordiam ærumna commouebat Principis , Tandem [7] Rodulfus quidam , Burgundia oriundus : regendæ præficitur Francorum Patriæ. Qui quàm seuerus in coercendis sanctæ Dei Ecclesiæ extiterit prædonibus,hoc vno liquebit exemplo. Prædium olim Sancto Benedicto ab [8] Hugone viro illustri , qui fuit tépore Dagoberti iunioris, dono erat datũ ad stipendia Floriacensium fratrum , in Burgundiæ partibus situm : vocabulo [9] Diacum. Illud quidam peruersæ mentis miles ad suos vsus rapuit : Nec petenti Abbati vel fratribus , in ius venire voluit. Quærimonia ad se perlata , iubet Rex,peruasorem ab hac cessãre temeritatis pertinacia. Qui vocem quidem iubentis audiuit, sed assensum parendi, accommodare distulit. Renunciatur Principi , illum non solum peruasa retentare, verum

2 *Rotbertus trucidatus.*

3 *Herbertus proditor.*

4 *Karolus simplex Rex Carceri Peronnæ traditur.*

5 *Regni status miser sine capite.*

6 *Hugo Magnus laudatus.*

7 *Rodulfus Rex.*

8 *Hugo vir Illustris.*

9 *Diacũ quis Ecclesiæ Floriacensi contulerit.*

Digitized by Google

verum etiam conuiuium ex ſubſtantiis Monachorum ſeu incolarum, in proxima ſilua ſibi parare. Fortè Rex Antiſiodorenſis vrbis domicilia incolebat, cùm nuntius huiuſcemodi rei, aures eius attigit. Qui inexpectatò milite equum aſcendens, quantociùs ad locum properauit : relicto in ciuitate mandato, vt armatorum cohortes ſe digredientem ſubſequerentur. At Regij, ſatellites, fama proficiſcentis Regis permoti : certatim proſequuntur iter maturantem. Verebatur enim, ne quiſpiam de exercitu agnita re, æmulum redderet cautiorem. Vbi ad ſiluam ventum eſt : circuncingi eam Princeps imperat armatis : interminatus eum capite plectendum, à cuius partis cuſtodia, rerum peruaſor Eccleſiaſticarum fuga dilaberetur. Ipſe cum lectis iuuenum, ſiluæ abdita perluſtrans : reperit eum quem quærebat, ſumptis armis reſiſtere velle [10]. Quem Rex ipſe Rodulfus, lancea transfixum, humi deiecit mortuum : apparitoréſque eius qui imminentem euaſerant necem, per diuerſa fugere coegit. Hæc vt à Patribus accepimus, plana fide retulimus. Certúmque habemus, venerandæ memoriæ, ingeniique ſingularis Patrem noſtrum [11] Benedictum : deinceps ei ſuum contra aduerſarios contribuiſſe auxilium. Præcipuæ Northmannorum debellanti exercitum.

10 *Rex ipſe Rodulfus manu propria interfectorem rerũ Eccleſiæ necat.*

11 *S. Benedictus nunquã fuit immemor eorũ qui ei reuerentiã detulerũt & honorem.*

S. Odo Abbas Floriacenſis efficitur. Sanctuſque Benedictus, heremitæ ſibi ſeruienti, mirabiliter adeſt.

CAPVT IIII.

ABbate Lamberto carnis ſarcina exonerato, aliquanto interiecto tempore [1]: egregiæ ſanctitatis Odo, ex Monaſterio Sancti Giraldi quod Aureliacum, dicitur, aduenies, huic ſacro prælatus eſt Cœnobio. cuius in diebus, ea quæ ad ſepulchrum ſancti Confeſſoris ſui Bendicti Dominus operari dignatus eſt : ſeu in aliis ſub eius nomine locis, nobis vſque nunc incognita manent : partim antiquitate, partim ſcriptorum negligentia obliuioni tradita. Ipſe tamen [2] eo ſermone

1 *Odo Floriacenſis Abbas ex Monaſterio Aureliacenſi.*

2 *Odo ſermonem habuit de Sancto Benedicto qui infra habetur.*

Digitized by Google

mone quem in eiuſdem Patris laude ac honore, facundiſſima dictauit eloquentia,memorat eundem Cœnobitarum Legiſlatorem, ſuis temporibus multis Miraculorum radiaſſe ſignis. At eo migrante, & [3] Archembaldo huius ſacri ouilis ſolicitudinẽ excipiente: Drogo [4] quidem, ſeculo non ſolum corpore, verùmetiam tota implicitus mente, ad conuerſionem venit. Cuius ſpiritum mundanæ vanitati iam pridem deditum, idem Abbas experiri pro certo volens, vtrum adhûc ex Deo eſſet :tramitem regularis exceſſit probationis.[5] Nam petiturus Romam, animal ſarcinas itineri neceſſarias ferens, manu trahere, abſque vllius euectionis adiumentis, pedibus viam terrenti, imperauit: vt qui prauitate morum, reliquos ſecularibus nugis abrenunciantes exceſſiſſe credebatur:excederet etiam prę-oſtenſa abiectioris forma humilitatis. Qua ille iniuria, quaſi quadam cote ad virtutum acumen vſus,poſtquam vt ſuſciperetur obtinuit, præcedere cæteros in ſanctitate vitæ nitebatur. Verùm, memorato Abbate Monaſterialis regiminis metas attingente: Venerabilique viro [6] Vulfaldo ei ſuccedente, qui poſt Carnotenſis extitit Præſul vrbis. iam dictus vir Drogo ab eo petiit, ægerriméque impetrauit: vt ſibi [7] in Cœnobitali diuturna probato conuerſatione, eremi ſingularem liceret aggredi pugnam: quàm eo loco qui [8] Balma dicitur, viriliter aduerſus antiqui hoſtis inſidias ſuſcipiens, quanta & qualia temptationum certamina pertulerit: non eſt huius operis euoluere.Sanè dum in contritione carnis ac ſpiritus totam expenderet vitam: & vigiliis ieiunia, ieiuniis vigilias alternando ſubnecteret.Grauiores inimici generis humani, perpeti cœpit inſidias.Quadam namque nocte quæ [9] vnam Feſtiuitatum Excellentiſſimi Legiſlatoris Monachorum antecedebat Benedicti:Maturius peruigil ſurgens eremita, explora bat ſub dio progreſſus, ſtellarum in ortu,competentis horæ aduentum:in qua Deo ac protectori ſuo, laudum præconia Sancto perſolueret Benedicto. Sed inuidus omnium bonorum Diabolus,ca-

3 Archẽbaldus Floriacẽſis Abbas.

4 Drogo Monachus.

5 Mira probatio tyronis Monaſtici.

6 Vulfadus Abbas Floriacenſis, poſtea Carnotenſis Antiſtes.

7 Quales debent fieri eremita.

8 Balma locus ſolitarius.

9 Feſtiuitates S. Benedicti variæ.

liditatis

liditatis consuetæ astu, mentem eius ab incœpto deterrere bono gestiens proposito [10]: aëreæ quercus instar figuratus, quæ flammiuomis ardere æstimaretur ignibus, tecto appropinquabat pauperis tugurij. Tum miles Christi ad nota recurrens præsidia, signo [11] Crucis armat frontem: totúmque se aduersus fantasticum obiicit incendium, Memor vtique vt cõiici datur, operum Domini ac magistri sui Benedicti: qui Diuinæ gratiæ præuentus munere, adurantes flammas, vocatis ad suos oculos discipulis: imaginarias fuisse declarauit. Hac illius constantia, fraus inimica deuicta disparuit. Adfuit euestigio supernæ visitationis benigna consolatio: & claritatis immensæ circumfusus lumine, conspexit simùl cùm splendore, adueniſſe quemdam egregia comptum forma, albaque palliatum stola. Qui « in hæc verba venusta resoluit ora. Aue inquit primus « huiusce vastæ solitudinis accola. Christo diatim con- « triti cordis, placabilia offerens libamina. Fuerit quidé « intolerabilis visa perfidi temptatoris peruicacia: sed « post ventos & nubila, trãquilla crede mihi tibi succen- « dent serena. Propositi itaque tui ne cesses continua- « re perseuerantiam: alumníque tui Benedicti laudi- « bus prosequi [12] celebritatem. Tuum post hæc erit de- « liberare, quid velis poscere: illius studium postulata « concedere. Adorietur deinceps, vt non sit necesse quic- « quam petere: quin potiùs ante tui inuocationem, tibi « presto procurabit fore. Huius iocundissimæ affabilitatis authorem, non alium solitarius ille proculdubio auspicatus esse, quàm Beatissimum Patrem Benedictum: ei pro posse ac scire, gratiarum studuit munia recompensare. Ecce qualis ac quãtus huius nostri protectoris, circa deuotè ad eius sacrosanctum excubantes tumulum [13] existat fauor, hinc colligi valet: si ita præsens his quoque apparet ipsius consolatio, qui procul remoto commanentes in solo, eius humiliter se dedunt obsequio.

10 *Mira Dæmonis fantasmata.*

11 *Signum Crucis.*

Greg. 2. Dialog. c. 10.

12 *Diuinitùs festa B. Benedicti celebrari iubentur.*

13 *Tumulus S. Benedicti,*

Digitized by Google

Res Gallica explicantur, cum morte Armisti Floriacensium persecutoris.

CAPVT V.

1 *Rodulfus Rex moritur.*

CÆterum [1] Rodulfo Rege defuncto, qui dum armis proteruos Danorum compescit incursus, Gallias vsque adhûc, ab eorum impetu magna ex parte facit manere quietas: conuersæ res. Nam Karolus ergastulo clausus [2], animam, non corpus custodia exemit: relinquens [3] Hludouicum ex Headrgina Anglorum Regis filia, susceptum. Qui calamitatis paternæ procella semet inuolui metuens, ad Anglos Saxones maternæ affinitatis inuitatus gratia, se contulit: in transmarinis arbitratus se tutiorem manere regionibus, quam inter suos Dominus si foret in cubiculo, Rex in cõuiuio. Post excessum sane Rodulfi Regis, ab Hugone Magno reuocatus; specie tenus Regno redditus est patrio. Cuius administratio, ius dominationis exercere cupienti, tam sui à Tethbaldo Carnotensium Comite captione, quam post Regni recuperatione [4], varia, instabilis fortunæ prouentu, laboriosáque illi fuit. Is obiit mortem, duobus liberis superstitibus, Lothario atque Karolo: quos ei Gerberga soror Othonis, Romanorum postea Imperatoris, genuerat [5]. Karolus æuo iunior, priuatis in ædibus senuit. In hereditatem omnem [6] Lotharius successit, qui potestate Regia functus est per triginta, & eo amplius annos, perpetua. Eius in diebus, tam apud sacratissima Patris nostri Benedicti [7] ossa, quamque & in aliis locis, vbi eius veneranda habetur memoria: multa præstante Deo, per eundem egregium Confessorem patrata sunt miracula, quæ posterorum notitiæ, Christo nos iuuante, tradere adoriemur. Nam Arnustus quidam fuit vir, secularis militiæ clarus stipendiis: qui ab Archembaldo [8] huius loci Abbate, beneficiario iure aliqua ex possessionibus Monasterij, sibi tradita possidebat. Hic oblitus benefactorum, fidei quoque quam sacramento sancto spoponderat Benedicto, ac illi pro

2 *Karolus Rex moritur.*

3 *Ludouicus Rex.*

4 *Ludouicus Rex affligitur & capitur.*

5 *Karolus filius Ludouici priuatus vixit.*

6 *Lotharius Rex. per 30. annos. regnat.*

7 *Ossa S. Benedicti.*

8 *Archẽbaldus Floriacẽsis Abbas.*

Digitized by Google

pro posse famulantibus Monachis. Pauliacensis parrochiæ prædium assidua exinanibat metatione. Cui cum à fratribus mandatum esset, vt ab hac præsumptione quiescceret, illéque obtemperare despiceret: coacti fratres, Omnipotentis Domini clementiam, Patronique sui Benedicti auxilium, implorare cœperunt. Illis denique obnixè Dominum rogantibus aduersario verò in sua perdurante malitia: contigit vt vna dierum memoratus vir prandium sibi in iam dicto prædio parari iubens, inter lautioris mensæ epulas, Poma pyri ad vescendum inquiri iuberet. E quibus vnum manu tenens, post multas blasphemias aduersus Monachos Floriacenses prolatas, iuramentum
» protulit mendax, ita inquiens. Hoc testor ait pyrum
» hoc anno me eis multa incommoda irrogaturum. Hic dictis partem pomi iam incisi, suo iniecit ori. Quæ continuo ita blasphemum oppilauit guttur, vt intercluſa voce nulla valeret promere verba. Quem veluti exanimem, sui inter brachia lecto inferentes, hortabantur, vt pœnitens eorum quæ iniustè intulerat beatissimo obsequentibus Benedicto, veniam flagitaret. Sed ille proloqui non valens, reclinato ad parietem capite [9], spiritum exalauit. Nec passus est Dominus Christus in cassum cadere, suorum preces seruulorum: à glorioſa sua genitrice Maria, dilectóque sibi allegatas Benedicto.

9 *Blasphemi horrēda mors*

Miles in altare S. Benedicti, irreuerenter se habens, morte mulctatur.

CAPVT VI.

VNum verò eius operum insigne Patris dico Benedicti, nunc adorimur exponere; quod cuiusdam fratris relatu, seu scriptis, nos contigit agnouisse qui se illud à fidelibus Sanctæ Remensis Ecclesiæ viris testatus est didicisse in territorio eiusdem vrbis fuisse gestum. Anniuersaria beati confessoris Christi Remigij [1] in terris, ex more celebrabātur. Dies videlicet festus & plenus reuerentiæ, in quo concursus populorum

1 *Festum S. Remigij.*

rum multorum, ad eius venerandam basilicam fieri
2 *Gerberga Regina.* assolet. Eodem die iam dicta [2] Gerberga Regina, tardiore iam incumbente hora, suorum circumfusa comitatu, ad templum venit: & accidit, vt vespertinæ
3 *Cantorum chorus.* laudis officia, iam à [3] cantorum choro inchoata offenderet. Quæ pudore suæ tarditatis, consuetæ stationis
4 *Cryptæ in Ecclesiis.* relicto loco [4]: cryptas ipsius Ecclesiæ ingressa est, in quibus prætiosi Patris nostri Benedicti oratorium habetur. Vbi dum ad orandum, Regij stipatores suas flecterent ceruices, vnus eorum proteruæ temeritatis ausu, spatam quàm manu gerebat, altario superposuit. Execrati factum socij, gladio inde ablato, aduersus tantæ authorem vanitatis, increpatoria inuexêre verba, quibus ille superbè respondit. Quænam inquiens in nos noua isthæc incessit religio, vt aggestum calcis & sabuli cum lapidum mole, meo iudicetis ense fore sanctius. Et simul cum verbo, receptam machæram,
5 *Altare est mensa Dominica.* Dominicæ [5] non dubitauit reimponere mensæ. Hoc faciens tertiò, à contumaciæ suæ fastu, inhiberi non potuit. Sed qui blandis hominum verbis corrigi noluit: acriorem Diuinæ seueritatis redargutionem in semet expertus est. Nam discedente à sacra æde Regina, & ipse discessit. Cúmque nimium sui securus, ac de se præsumens, lætus cum cœnantibus & ipse cœnaret: inter epulas ac pocula, labente super inguina cultello sauciatur. Deinde elatus manibus obsequentium à mensa; è vestigio impœnitens, nimiúmque sugendus suis [6], infelicem exalauit animam. Ostenditque Deus, displicere sibi altaris sui abominationem: quod sub nominibus seruorum suorum ipsi dicatur quodque, ob sacrosancti corporis Christi immolationem, figuram obtinet [7] Crucis.

6 *Mors pauenda elati hominis.*

7 *Altare figura Crucis.*

Herberti Soliacensis, iura S. Benedicti vsurpantis, stipenda mors.

CAPVT VII.

1 *Sailly quod anno 1604. Ronius à Trimollio emit.*

SOliacensis [1] castri, quod à vico Floriaco tribus distat millibus, possessor quidam Herbertus dictus est:

eſt:Herchenaldo genitus patre,fratrem habens nomine [2] Archembaldum , Turonicæ Eccleſiæ nunc Archipreſulem. Huic Richardus [3] venerabilis Abbas , ſucceſſor Domini Vulfaldi , aliqua iuris Eccleſiaſtici prædia,in beneficium conceſſerat.Qui nequaquam his cõtentus, reliqua quæ Cœnobitarum vſibus delegata erant : nefando auſu diripiebat. Tum Pater Monaſterij,cunctáque Congregatio ad eum dirigunt: poſcentes vt memor fidei iureiurando eis à ſe pollicitæ , res eorum inuadere deſiſteret. Quo paruipendente eorum monita , ad Lotharium Regem, ſeu Ducem Hugonem, quærimoniæ ſuæ flebilem deploraturi ærumnam,profecti ſunt. Apud quos tum quidé parum proficientes, per ſemetipſos eumdem perfidæ mentis hominem adorſi : orant vt ſui miſereatur, ab eorum oppreſſione ceſſando.Verumtamen eo auertente aurem, ad [4] nota recurrunt præſidia. Denique toto propemodum eiuſdé anni Quadrageſimali tempore,inter [5] Leraniarum ſolemnia , ſua Domino pro tribulatione fundentes vota , duo ærea pulſabant ſigna : vt eorum ſonitu , audientes ad ſimile inuitarent opus. Interim præfatus Herbertus in ſuæ malignitatis perſeuerans contumacia , peſſimis cotidie adijciens peiora : quadam nocte cum quibuſdam ſatellitibus in VVaſtinenſem pagum adire diſpoſuerat. Et quia iuxta veritatis vocem , *qui ambulat in nocte offendit , quia lux in eo non eſt.* Luce vtique carens virtutum, ac tenebris obſeſſus vitiorum: obſcuritate quoque mundanæ noctis, impius quiſque [6],ſe ſuóſque actus celare nititur. Sed licet humanos quantum in ipſo eſt , deuitet obtutus: oculos tamen Domini , *qui ſuper vias hominum ſunt, & omnes greſſus eorum conſiderant* : effugere nullatenùs valet. *Non enim*,vt beatus Iob teſtatur, *apud Dominum vllæ ſunt tenebræ,aut vmbra mortis: vt abſcondantur ibi , qui operantur iniquitatem.* Sic itaque ab hoc impio Herberto , *ablata lux ſua eſt* : ipſéque repentè ſublatus,quia diù fuerat expectatus. Namque, dum equi tergo inſidens , cum ſuis nocturna adoper-

[2] *Archẽbaldus Archiepiſcopus Turonenſis.*

[3] *Richardus Abbas Floriacenſis.*

[4] *Recurſus ad Diuinum, dum humanum deficit auxilium.*

[5] *Leraniæ, ſeu Proceſſiones.*

*Ioan.*11.10.

[6] *Qui malè agit odit lucem.*

*Prouer.*5.21.

*Iob.*34.22.

*Iob.*38.15.

tus

Digitized by Google

tus caligine,iter carperet: aſpexit ſubitò adſtitiſſe lateri ſuo, aliquem Monachalis habitus ſtigmata præferentem: cuius indumentum ætherea claritate, vt poſt ipſe ſuis retulit,reſplendebat.A quo baculo quod præ manibus habere videbatur,inter ſcapulas ictus, horribilem emiſit vocem: ſicque viſio ex oculis eius ablata eſt[7]. Circum equitantes horrore vocis peruicti, inquirunt ſollicitè quid ei acciderit. Quibus ille. Sanctus,inquit,Benedictus nunc mihi aſſitens, valido me » aflixit verbere:ex quo malè habens, immenſo crucior » dolore.Sed vos ò fidiſſimi cõmilitones retro-gradum » callem arripientes, ad domum me referte meam: in- » déque mihi veniam efflagitaturi,ad ſepulchrum[8] pro- » perate Confeſſoris glorioſum. Illi eius obtemperan- » tes præceptis, hinc inde ſuſtentatum, vndè digreſſus fuerat reduxerunt. Qui inter manus famulorum, in ipſo penè oſtij limine, animam reddidit.Cuius deuoti fideles, Cœnobij Patris Benedicti Fratres adeuntes: euentum rei innoteſcunt, petentes quatinùs vel cadauer exanime ad ſepulturam ſuſcipiant. Quibus illi, quamuis ſuſpecti indignationis. Abbatis ſui, qui tum fortè aberat aſſenſſum præbentes, ſuſceptum corpus. humo texerunt. Qui etſi pro parta ſibi quiete applaudebant: pia tamen compaſſione defuncto compatiebantur, eoquod in primæuo iuuentutis flore, vitæ huius priuatus munere, prauitatem quoquè morum. non valuit corrigere.

8 *Horrenda mors, violatoris rerum S. Benedicti.*

8 *Sepulchrũ S. Confeſſoris Benedicti, glorioſum.*

Romaldi iura Sancti Benedicti vſurpantis, intempeſtiuus interitus.

CAP. VIII.

ROmaldus ciuis Carnotenſis extitit, cuius ſilua trans Ligerim, in[1] Segalonia ſita,confinis ſiluæ quam Deo deuoti viri iam dictæ Eccleſiæ attribuerunt, eſſe dignoſcitur. Is vnus exiſtens eorum de quibus Scriptura dicit: *Quoniam quidem ipſe terminos tranſtulerunt, diripieruntque greges.* Adunatum tam

[1] *Segalonia.*

Iob.24.2.

in

in ſilua Sancti Benedicti, quamquè in ſua ſilua ad paſcendum porcorum gregem, ex æquo partiri conabatur. Et quia pars ſaltus Monachorum, maior quàm ipſius erat: graue hoc fratribus videbatur. Vnde communi conſilio, quoſdam ex ſuo collegio, dirigunt ad [2] Arnulfum Aurelianorum tum Præſulem: cui idem vir beneficij gratiæ percepti, parebat vt eum ad æquitatis iura, ſua reuocaret authoritate. Verùm ille contumaciæ fartus ſpiritu, ſuadenti Epiſcopo quatenùs iuſtitiæ tramitem ſeruaret, ſuperbè reſpondit ſe eo die quo ſues è Boſco abducendi erant, interpellantibus reſponſa daturum, æſtimans miſer, ſeruis Dei ſe quæ requirebant inrepturum: immemor Euangelici diuitis, cui ſua ampliante horrea, Dominus infit: *Stulte, hac nocte animam tuam abs te repetunt, & quæ parasti cuius erunt?* Nempe Romaldus præfatus, antequam è loco vbi legatis proteruè reſponderat, pedem mouiſſet: febre ingenti correptus, eouſquè languit donec eo ipſo die quo ſe ſperabat pauperibus Chriſti, ſuillum pecus iri ereptum: morte damnatus, ferretur ad ſepeliendum, fratres intereà à reliquis iuxta conditum, deſtinati ad ſiluam, eius operientes aduentum: comperto quod obiiſſet, cum portione ſuum ſibi debita, ad propria ſunt regreſſi, benedicentes Dominum, ſimulque Sanctam Chriſti matrem Mariam, ac Dei famulum laudantes Benedictum.

2 *Arnulfus Præſul Aurelianenſis.*

Luc. 12. 20

Baſilica Floriacenſis ab incendio, meritis Sancti Benedicti eripitur.

CAP. IX.

TEmpore ſæpiùs ac cum reuerentia nominandi Abbatis Ricardi, cùm ab Imperatoria cœleſtis Regis ſeueritate, ob enormitatem peccaminum, decretum proceſſiſſet: vt flammis voracibus, venerabilis hic locus [1] Floriacenſis ſcilicet purgari debuiſſet: quæ & quanta, perfidis quidem deſpicienda, nobis autem & quibuſque ſanum ſapientibus miranda acciderint

1 *Floriaci incendium.*

Digitized by Google

rint prodigia : paucis memorare libet. Primum quidem ſatis obſtupeſcendum, quòd Baſilica Sancti Petri Principis Apoſtolorum caſuali conflagrante incendio, ea quæ Sanctiſſimæ Dei genitrici ac perpetuæ Virgini Mariæ dicata, cunctis Dominum timentibus multipliciter diligendum retinet theſaurum [2], corpus videlicet Sanctiſſimi Patris Benedicti, illæſa reſedit. Non ſolùm autem illa quæ ſexaginta, & non multò amplius ab ipſa diſtabat paſſibus : verùm vniuerſa intra ambitum caſtri admodùm arctum conſtructa ædificia, vno duntaxat horreo ardentis Eccleſiæ parieti adhærente, incorrupta manſêre ab ignibus. Acervus quoque frugum quem metam vulgò dicimus, qui tantùm ponte nouem vix paſſibus in longum dilatato, ab ipſo diſtabat oratorio, voraces euaſit ignium flammas Mouere debuerat hoc damnum, corda mortalium. Sed heu mens hominum nimiùm ignara futuri, dum non veretur, dum non metuit, ſibi ingruentia nequaquàm conſiderans aduerſa, cadit in deteriora. Etenim, non longo labente annorum curriculo, Præcellentiſſimi Richardi Abbatis induſtria, fuſile æris vas, ad conuocandos in oratorio fideles parabatur. Cuius rei miniſtri cum nocte quæ [3] Octauas Sancti præcedebat Laurentij labore feſſi, membra ſopori dediſſent : accenſam candelam poſtibus affixam obliti extinguere, reliquerunt. quæ decidens, ſtramen lectorum ſtipula extructum accendit, à quo domus completa flammis, cùm iam vehementius arderet : etiam in contiguam ſibi aulam Sanctæ Matris Chriſti Mariæ ac dilectiſſimi Domini Benedicti, incendia ſparſit. Clamor ſubitò ac luctus ingemiſcentium tollitur fratrum, verentium ne comprehenſis omnibus, educendi ſacri corporis Sancti Patris Benedicti ſibi facultas deperiret. Quibus etſi ſpes inerat, eundem excellentiſſimum Patrem, ſuos poſſe incontaminatos ſeruare artus : humanus tamen animus fragilitatis ſuæ vento agitatus, in incertum agebatur. Effertur denique lugentium mœrentiúmque manibus, illud admirabile margaritum. Et cum palla,

2 *Corpus S. Benedicti.*

3 *Octaua S. Laurentij.*

palla, ſuper quam pridiè Sacroſanctum Corpus Ieſu Chriſti fuerat confectum, circumducitur. Cum repentè Aquilone qui ad horrea fratrum flammas impellebat flare ceſſante [5]: totus ignium globus volumine facto, cœlum verſus cacumen extendit, ibíque par ſuperiori apparuit miraculum. Eccleſia Sancti Benedicti quæ pridem ſuccenſa atque reſtaurata erat: remanente cum Xenodochio eiúſque coquina, necnon & piſtrino, ac ſi Dominus non verbis, ſed operibus, ſeruis ſuis dicere videretur. Et ſi vobis pro commiſſis iniquitatibus iratus videor, precibus tamen fidelium meorum, quos huic loco tutores delegi mitigatus: aliqua vobis ad inhabitandum domicilia relinquo.

5 Ingens miraculum.

Hoſpitum pauperum menſa lignea, cremari non potuit.

CAP. X.

ALiud quoque inuſitatum anteà ſeculis, oſtenſum à Domino eſt ſignum: quod non ambigitur meritis glorioſæ Virginis Mariæ, Sanctiſſimíque Confeſſoris Chriſti Benedicti fuiſſe obtentum, ad mœſtorum ſolamen Monachorum. Tripoda erat exigua, ad vſus reficiendorum qui fortè adueniſſent peregrinorum, præparata. Hæc caſu ſub turri è qua ſigna dependebant, elata: decidentibus ambuſtis circumualiatur trabibus. Tunc renouante Deo antiqua miracula, qui ſub Moyſe rubum mediis in flammis ſeruauit incombuſtum: menſa lignea vaporem non ſenſit igneum. Videbatur ergo non ardens ardere tripes, nec iuncta calori materies alimenta dabat: vt apertè clareſceret, ipſum aliquando ſuper hanc diſcubuiſſe menſam [1], qui ſibi tribui fatetur, quod egenis ac mendicis confertur. Fit concurſus ingens ad hoc ſpectaculum, viderúntque quibus eſt videre datum: quaſi turbinem à prædicta menſa exurgentem, congeriem carbonum hûc, illúcque diſpergentem. Videre erat dudum lugubres pro imminenti calamitate multorum vultus, repentè huius prodigij alacritate permutatos. Conſumptis igi-

Exod. 3.

1 Chriſtus in pauperibus paſcitur.

Digitized by Google

tur omnibus, hæc remanſit inuſta. Nec his incomoditatibus fracti animi bonorum : quinimò procurante venerabili Dei cultore Richardo Abbate, in eum quo nunc cernitur ſtatum, intra trium ſpatium annorum: hoc ſacrum, & valdè Monachicæ vitæ cultoribus iocundum, præparatum eſt Cœnobium. Porrò annus combuſtionis ipſius [2], fuit ille qui ab Incarnatione Domini, nongenteſimus ſeptuageſimus quartus dicitur fuiſſe.

[2] *Anno 974. Floriacenſe Cœnobiũ cõburitur.*

Architectus reparans Floriacenſe Cœnobium, ex alto cadens, illæſus remanſit.

CAP. XI.

CIrca tempus verò illud, quo ſummo ſtudio reſtauratio eius perficiebatur : Architectus quidã qui nũc adhuc ſupereſt Dominicus nomine, operam cooperiendo fratrum dabat refectorio. Cùmque in ſummo operturæ faſtigio conſiſteret, ac cuidam ſibi poculum porrigenti, vltra quàm neceſſe erat, intenderet : lapſo pede, ſubitò inter immenſas trabium moles, ad terram decidit. Concurrentes fratres, qui eum tam ictibus tignorum, quàm duritiâ terræ exanimatum putabant: non ſolùm viuentem, ſed etiam omnibus membris integerrimum reperiunt. Quod non ambigitur meritis Sancti viri Benedicti fuiſſe obtentum : ne homo eius deditus ſeruitio, vitæ aut membrorum quodlibet ſuſtineret diſpendium. Ea etiam tempeſtate qua adhuc inſtaurationi eius ſtudioſus impendebatur labor, & ſacratiſſima Patris ſui Benedicti oſſa, in Eccleſia Sancti Petri, deuotus filiorum aſſeruabat amor : tale quid in priori tumulationis ſuæ loco, hic tutor noſter oſtendiſſe narratur. Mulier quædam dæmonio obſeſſa, ad Monaſterium eſt deducta, atque in crypta interiori, vt ibi curaretur intromiſſa [1]. Vnde poſt aliquantulas debacchationis ſuæ moras retracta : ante altare Sanctæ Dei Genitricis Mariæ conſtitit. Ex cuius ore vt nobis relatum eſt, tres dæmones in modum Scarabeorum

[1] *Energumena ſanatur.*

Digitized by Google

beorum cum viridi cholerâ in cócha decidentes æreas ſonitum repercuſſo ære cierunt : ſícque perſona illa mundata eſt, obtentu Glorioſæ Matris Domini, ac Incliti Confeſſoris eius Benedicti.

Claudus ad ſepulchrum Sancti Benedicti curatur.

CAP. XII.

HOmo fuit quidam Vvaſtinenſis pagi indigenâ, qui ab vtero matris pedum priuatus officiis: ſcammellorum adminiculo iter conficiebat, humum verrendo. Hic ter beati Patris noſtri Benedicti audita fama, eius veneranda adiit limina. Suſceptus autem in domum alendorum pauperum vſibus delegatam, petiit ſe alimonia ſuſtentari fratrum : donec interuentu Sancti Confeſſoris ſui, Dominus optatę ei ſalutis tribueret effectum. Cuius precibus Richardus Abbas annuens, in numero[1] duodecim egenorum eum haberi inſtituit quos diligens boni antiquorum cura Patrum, in hoc noſtro Floriacenſi Cœnobio, ob duodenarium Apoſtolorum numerum communibus ſtipendiis, diatim ali ac veſtiri ſanciuit. Qui cotidianis ſuſpiriis aures piiſſimi pulſans Conditoris, dona cupitæ poſcebat ſoſpitatis. Et quia iuxta veritatis dictum, *Cœlorum vim patitur regnum, & inſtantia rapitur violentorum*: petens accipere, quærens inuenire, pulſánſque vt ſibi miſericordiæ aperiretur aditus, meruit obtinere. Tandem enim ſuffragio in primis almæ genitricis Chriſti Marię in cuius excubabat aula, ac deinde excellentiſſimi Monachorum Legislatoris Benedicti, quem mediatorem inter ſe & Dominum, ſuarum elegerat precum: arentes humectari nerui[2], cruráque contracta cœpêre reſolui. Hoc vbi languidus perſenſit, & ipſe cupidus ſanitatis, inſueto atentabat viam terere more. Paulatim itaqué ſe ſubrigendo, proceſſu temporis ambulandi firmiſſimas adeptus vires, meritis egregij Confeſſoris : natiuæ ſtatuit repetere proprietatem telluris. Poſtulata itaquè abeundi licentia, gratias liberatori Deo, Sanctóque pro poſſe referens Benedicto:

1 *Olim* 12 *pauperes coti die in Cœnobio Floriacenſi alebantur ac veſtiebantur.* *Matth.* 11. 12.

2 *Claudus curatus.*

Digitized by Google

cum propriis quos ad hoc ipſum euocauerat fratribus, ad ſua reuerſus, agriculturæ de reliquo operam dedit.

Lux diuinitùs, in Baſilica Floriacenſi accenditur.

CAPVT XIII.

Sæpè nominati Abbatis Richardi temporibus, cuidam Monacho Benedicto cui Niger prænomen fuit: ab eodem Abbate cum aliquantis aliis ex cœtu fratrum, tuendæ ſacræ ædis mandata ſollicitudo fuit, illius ſanè quæ ſanctæ Dei genitricis Mariæ, ſub honore Deo dicata, cæleſtis theſauri [1], Corporis dico Sanctiſsimi Patris Benedicti, mirabile cunctis in ſe retinet margaritum. Vna itaquè dierum, dum ei in ordine vicis ſuę, propenſioris curę immineret diligens cautela: accidit [2] lucernam, ante altare perpetuæ Virginis Mariæ, venerationis gratia accenſam, extingui. Mos verò à priſcis inſtitutus Patribus obſeruari ſolitus erat, quod nos quoque in noſtra perſpeximus fieri puericia, vt tam diebus quàm noctibus [3], trium lucernarum lumine, memorata inluſtraretur Eccleſia. Extinctam ergo prædictus frater candelam, ad aliam quæ [4] ſepulchro Beati Confeſſoris prælucere conſueuerat, vt accenderet deferens, ipſam quoquè defeciſſe reperit. Tertiam etiam, quæ [5] oratoria cryptæ inluſtrare ſolita erat, dum inuiſiſſet: & ipſam emortuam offendit. Turbatus igitur animo, dum concito gradu ſe effert, vt lumen Baſilicæ reſtitueret: regreſſus perpexit vnum è cæreis eminentioribus, qui penès altare Reginæ virginum poni ſolent, & in [6] feſtiuitatibns tantùm accendi, diuinitùs inluminatum, flammis rutilare choruſcis. Quam rem valdè admirans, gratias Deo reddidit, intelligens extinctionem luminum, non caſu: ſed diuina accidiſſe Prouidentia, ad oſtendendum mortalibus; huic ſacratiſsimo loco, ſupernam nequaquam abeſſe viſitationem.

1 Corpus Sti Benedicti.

2 Lucerna ante altaria luebant.

3 Tres lampades, iugiter ardebant in Baſilica Floriacenſi.

4 Sepulchrũ Sancti Benedicti.

5 Crypta Eccleſia, in qua erant Oratoria.

6 Cerei in feſtiuitatibus.

Viduam

Viduam Sancti Benedicti famulam spoliatam, graniter Deus vindicat.

CAPVT XIIII.

EQues quidam aliquando iter faciens, deuenit in villam ad ius Monasterij Sancti Benedicti pertinentem, cui Vitriarias[1] nomen est; ingressúsque domum cuiusdam viduæ, inuenit sextarium auenæ, quam pabulo equorum necessariam, sibi tollere volens, à muliere prohibebatur, dicente: Si, inquit, viduitatis meæ paupertatem auferendo me despectui habes, saltem Sanctissimum reuerere Benedictum, cuius iuris hoc rus est, quod incolo. Cui miles: Tantum, ait, pro S. Benedicto, quantum pro te dimitto: vocatóque armigero, auenam quam ipse in saculum pauperculæ transfuderat, collo equi ferendam tradidit; sícque discessit. Nec longum itineris spatium emensus, subitò, ac nullis vrgentibus calcarium stimulis, equo ad cursum procliuo in præceps labitur. Sonipes disrupto gutture interiit: ipse fracto debilitatus crure, diù languit. Sua igitur pœna ipse didicit, & aliis exemplum præbuit, nec Sanctos oportere contemni, nec viduarum[2] lachrimas debere esse despectui, *quæ*, vt ait Salomon, *ab oculis ad maxillas, à maxillis ad terram decidunt, & Dominus omnium susceptor est earum.*

[1] *Vitriaria villa.*

[2] *Viduarum lachrimæ nõ debẽt despici. Eccles. 35.*

Milites vexillo S. Benedicti, victoriam adipiscuntur.

CAPVT XV.

CAput[1] Ceruium possessio quædam est Sancti Benedicti, de qua in sequentibus pleniùs, fauente Deo, narraturi sumus, qualiter scilicet ad dominium huius Floriacensis Cœnobij peruenerit, seu quomodo inde habitatio Monachorum, ad Salense[2] castrum mutata sit. Cui possessioni gubernandæ paulò antè memoratus vir Venerabilis Benedictus Monachus præpositus est. Qua tempestate ex castris, quæ creberrima per

[1] *Caput Ceruium.*

[2] *Salense castrum.*

Digitized by Google

eam regionem habentur, ad centum quadraginta armati, in Argentomagenſes agros, qui ei loco vicini ſunt, ſeſe diffuderant, prædas ex eis acturi. Idcirco ex villis etiam præditæ poſſeſſionis armenta, ſeu pecudes abegerant. Cúmque Argentomagenſibus [3] damna ſuarum perlata fuiſſent rerum, è caſtrenſibus confeſtim aduerſus eos pugnaturi proſiluêre portis: ſed in vnum conglobati, cùm ſe hoſtibus numero inferiores viderent, congredi cum his pauitabant. Tunc vnus ex ipſis diuinitùs animatus ſociis infit: Nunc interim, ô fidiſſimi commilitones, terram S. Benedicti aduerſarios deprædatum ingredi ſinamus: & quia Dominus noſter Giraldus [4] eius eſt Aduocatus, eam vice ipſius defenſaturi, hoſtes viriliter ſecuréque aggrediamur, miſſo priùs legato, qui è Monaſterio [5] Salenſi, quod eſt Sancti Benedicti, vexillum [6] ipſius pretioſi Confeſſoris, quod nobis præſidio ſit, maturatò deferat. Conſentientibus cunctis, ac eius conſilio obtemperántibus, poſt ſuſceptionem vexilli, aduerſariis nil tale verentibus, quadraginta ſolummodò iuuenes totis viribus Sanctum inuocantes Benedictum, ex improuiſo prædonibus ſuperueniunt. Aduerſariorum verò corda Omnipotens Deus, meritis dilecti ſui Benedicti, ita perterruerat, vt nullo modo reſiſtere auderent. Et hoc modo à quadraginta tantùm iuuenibus, centùm quadraginta hoſtium, nullo aut minimo fuſo ſanguine, fugati, ſeu capti ſunt. Victores verò omni potiti præda, Nobilioribus quoque ex hoſtili agmine captis, ad Salenſe Cœnobium venerunt, rogantes memoratum Benedictum Præpoſitum, vt quidquid inter manubias ex ſuorum agnoſci poſſet ſubſtantia pauperum, gratis reciperet. Quod ille libens accepit, & receptis ſuorum ſpoliis, tripudiantes bellatores ad propria ſuit abire. Sequuntur alia duo Miracula haud multum huic diſſimilia, à Domino per ſummum Confeſſorem Benedictum iiſdem in locis geſtaré quibus vnum, quod tempore eiuſdem Præpoſiti accidit, iſti ipſi connectentes: aliud illi per omnia ſimillimum, ſno in loco apriùs referemus.

3 Argentomagenſes.

4 Giraldus Dominus caſtri Argentomagẽſis, Aduocatus S. Benedicti.

5 Salenſe Monaſteriũ, Gallicè Salces.

6 Vexillum Eccleſiaſticum.

Pugnatores munimine panis S. Benedicti, hostes superant.

CAPVT XVI.

MOnarchiam Regni Francorum, adhuc Lothario regente, graui perduellione Primores Aquitanici Regni contigit turbari. Siquidem Giraldus [1] Lemouicinæ vrbis Vicecomes, & Boso [2] Markam ipsius possidens Regionis, contractis aduersum se decertabant odiis. Quapropter Helias Bosonis filius, Dominum suum Vvillelmum [3] Comitem Pictauensem, muneribus precibúsque pellexit, quatinùs castrum Giraldi, quod Brucia [4] dicitur, secum obsidione cingeret. Qua de re non solùm villas Giraldo parentes, verùm etiam possessiones Salensis Cœnobij contigit graniter deuastari. Nuncius ad Giraldum Lemouicina tunc in vrbe residentem venit, qui diceret, non solùm eius regionem, sed etiam agros Sancti Benedicti, eo quòd eius essent delegati tutelæ, ab hostibus depopulari. Ille in talibus nequaquam procrastinandum ratus, maximè confidens Benedictum Patrem sibi auxilio, ob suarum vastationem possessionum adfuturum, dirigit eó Guidonem filium cum lecta equitum manu, dans in mandatis, vt hostes & à rapinis inhiberet, & iunctis sibi Argentomagensibus, ab obsidione, si tutò posset, bello deterreret. Argentomagenses non ignari per quem post Dominum in superiori pugna victores extitissent: ad iam nominatum S. Benedicti Monasterium oraturi venerunt, poscentésque à Fratribus eulogias panis & vini sibi tribui, dixerunt se tantæ fidei esse, vt absque dubitatione crederent, per illam escam meritis glorioſi Confessoris Benedicti, se & in prælio fore victores, & à mortis periculo immunes. Nec sua eos spes fefellit: nam congressione habita, tanta aduersarios cæde affecerunt, vt post victoriam à Monachis respectu humanitatis etiam inimicos inhumare cupientibus, vix sepeliri quirent. Attamen [5] aratris humum hàc illácque

1 *Giraldus Vicecomes Lemouicensis.*
2 *Boso Marchio.*
3 *Vvillelmus Comes Pictauensis.*
4 *Brucia castrum.*
5 *Magna strages hominũ.*

more arantium inuerti præcipientes, glebis vtcumque poterant, cadauera obruebant. Nullus ſanè Argentomagenſium, qui pane ac vino S. Benedicti, ob ſuæ ſalutis auxilium paſti fuerant, diſcrimen aliquod necis perpeſsi ſunt, ſed omnes victores, integróque numero ad ſua redierunt, laudantes Dominum, eiuſque Confeſſorem ſummis laudibus extollentes Benedictum, cuius meritis,& ſe periculo liberatos,& hoſtes palàm, profitebantur eſſe fugatos.

S. Benedictus fabrum lignarium adiuuat.

CAPVT XVII.

1 Amalbertus Floriacēſis Abbas.
2 Abbates olim cum electione Fratrum nominabantur à Rege.
3 Heruini curtis.

RIchardo Abbati Amalbertus [1] ſucceſsit, qui benignus naturâ,benignior etiam extitit humilitatis ſibi inſita manſuetudine. Hic à Lothario [2] Ludouici quondam à Thethbaldo Comite capti filio, cum electione Fratrum, regimen noſtri ſuſceperat Cœnobij: huius in diebus,in poſſeſsione ipſius Floriacenſis Cœnobij, quæ Heruini [3] curtis dicitur; res huiuſmodi diuinitùs acta eſt. Gauzlinus Monachus ei curti tunc Præpoſitus, conductis operariis, ad oſtium Baſilicæ ſub nomine egregij Confeſſoris Chriſti Benedicti, Deo in eadem villa dicatæ,gradus ligneos fieri diſpoſuerat. Faber lignarius ei rei ſtudium impendens, dejectæ in proxima ſilua arbori, dolabra ſuperflua quæque demere parabat, cúmque eam in partem alteram vertere temptaret,& non poſſet:Eia, inquit,Sancte Benedicte,quia ego nequeo,tu illam verte.Hæc dicit non orantis voto, nec poſcentis affectu, quin potiùs quaſi diſsidens vicinas ſiluæ adiit domos,auxiliares accerſiturus: cum quibus regreſſus, reperit lignum, quod vix ſex virorum mouiſſet manus, Diuina virtute eam in partem verſum, quam ipſe volebat. Quid putas Benedicij egregius iſte Pater noſter,illis largiri præualet,qui cum tota mentis intentione cum cordis innocauerint puritate:ſi tantum illi præſtitit, qui ſe cum quadam, vt ita dicam, interpellauerat animi vanitate? Nec nobis, quibus

quibus quamuis immeritis, à Deo donatum est, talem ac tantum in præsentiarum [4] habere Patrem, omninò desperandum, si eius opem pura ac simplici imploraverimus prece; cùm & extraneorum non aspernetur gemitus humillimos, & longè positos sæpissimè exaudiat famulos. Quid denique cuidam Monacho sui gregis vocabulo Aannoni: qui nunc adhuc supersit, longiusculè huic remoto, id est, mœstorum solamen animorum, semper nominandus contulerit Benedictus, breuiter exponere libet.

4 Præsens adest S. Benedictus apud Floriacum.

S. Benedictus, Monacho pisces pro suo festo quærenti, fert opem.

CAPVT XVIII.

POst excessum pastoris Amalberti [1], à quo in tenera ætate habitum Monasticæ susceperi Religionis: atque vtinam cùm proposito mentis [2]. Oylboldus ad prælationem Floriacensium fratrum, ipsorum electione, & Regia principis Hlotarij ascendit donatione. Qui pia sollicitudine, tam spiritales quamquè temporales subditorum procurans vtilitates: imminente celebri Patris Benedicti Transitus [3] solemnitate, congruum duxit ad habundantes vberiore piscium copia regiones, quempiam suorum dirigere. Mittens igitur memoratum Fratrem, & per manum eius sufficientem ei negotio pecuniæ quantitatem: monuit vt impigrè iniuncto insisteret operi. Qui præcepto parens [4], fluminum legumina, solerti cura quæsiuit: quæsita emit, emptáque vt ad patrem à quo missus fuerat reueheret: anxiè instabat. Sed eius acceleratione iteneris, innundantes profusione imbrium, retardauêre Aquitanici amnes. Inter quos [5] Andria despicabilis quidam visu fluuiolus, sed crebra in multiplices discursus aluei sectione, ac paludum aliquantis in locis interpositione, ad transmeandum difficilis. Ad cuius vt vulgariter loquar, matrem aquam, prædictus perueniens Frater: offendit vadum innundasse aquis, ac ideo

1 Aymoinus grauis historicus, ab Amalberto Floriacensi habitum regularem suscepit.

2 Oyboldus Flor. Abbas.

3 Festum Translatus S. Benedicti.

4 Pisces vocat, Legumina fluminū.

5. Andria fluuiolus. Greg. 2. Dialog. c. 7.

Digitized by Google

impermeabile equis. Nauiculas verò duas, vnam medio in flumine semimersam: alia viteriori in ripa detineri reuinctam. Circumspiciens vndique, nullius Naucleri opem, aut alicuius prætereuntis, valuit reperire iuuamen. In hac itaque animi anxietate constitutus, dum iter suum impediri, & diem festum appropinquare intelligeret: sese in se colligens, & audaciam ex desperatione sumens: totum se ad orandum contulit. Adsit nunc inquiēs Domine Deus mihi indigno famulo » tuo, auxiliatrix dextera tua: & si quid vmquā Maiestati » tuæ beneplacitum, Pater noster sacer Benedictus patrauit: seu quispiam seruulorum eius tibi in præsentia » sacri corporis ipsius famulantium, ad præsens declara. Placeat tibi eandem nunc, ordine quo tibi placue- » rit exercere potentiam: quam quondàm, meritis ipsius » dilecti tui exercuisti: dum discipulo illius, vndas sic- » cis pedibus calcare concessisti. Non quidem ad hæc » poscenda de meis præsumens accessi meritis; sed ma- » iora egregium Confessorem Benedictum apud te pos- » se impetrare confidens, ego quoque de patrocinio » ipsius, pro mea apud tuàm Clementiam fragilitate, » maiora meis audendo viribus præsumpsi. Huiusmodi oratione, ac [6] mansueta qua idem Monachus pollet simplicitate, præcedentibus insuper Beatissimi Benedicti meritis, flexus Dominus: citissimum illi suæ gratiæ contulit suffragium. Nauis etenim quam contrario in littore sitam esse diximùs, diuinitus soluta: absque vllo mortali remige, ad eam in qua Cœnobita ille cùm sociis residebat fluminis partem, transit. Videre erat ingens prodigium: Nauim aliquando inuito ac frustra obnitente gubernatore, in fluentis aquæ deuios agentem cursus, tunc quasi cælitus ostensam sibi lineam, à ripa in ripam inoffensè teneret, transmeauisse: donec contigua famulis Monachi facta, lanceis attraheretur. Qui hastis subremigando, vniuersa onera transposuerunt: equos natatui committentes. Reuersus ad Patrem vel ad Fratres, festi iam diei celebre [7] officium initiare parantes, præfatus Monachus eos magno

Greg. 2. Dia. cap. 7

6 Mansuetos Deus celeriùs saletexaudire.

7 Celebria festorum officia.

exila

exilarauit gaudio. Non tantum aduectione tripudiantes alimentorum: quantum deuotè exultantes [8] virtute signorum, quoquò terrarum Dominum suum Sanctissimum radiare Benedictum.

[8] *Sanctus Benedictus, vbique signis radiat.*

Febrium ardorem patiens, sanatur.

CAPVT XLX.

LIberalis circa ægrotantes quoque ipsius sancti viri Benedicti extat gratia; vnde vnum narro miraculum, quod memoratus Abbas Oyboldus suo lætatus est accidisse tempore [1]. Arnulfus Aurelianorum Episcopus, aliàs sanè bonus, & Ecclesiasticas regulas, scientia & opere optimè seruans: nunquam ad purum Prælatos huius Floriacensis loci dilexit. Ideo quàm maximè, quod illi [2] ditioni solùmmodo parentes Regiæ, subiectionem qua ipse vltra modum delectabatur, nequaquam ei, ad ipsius voluntatis dependerent nutum. Qua de re vineas sancti Benedicti, in suburbano Aurelianensis vrbis, in loco qui [3] Boaria dicitur ficas; vt sui eas peruaderent satellites, assensum præbuit. Propter quarum recuperationem, cum prædictus Abbas ad eum legatos misisset: nec impetrauisset. cum senioribus habito consilio, deliberauit vt sumptis sanctorum pignoribus, imminente vindemia, ad locum cum aliquibus è fratribus, fructus earum collecturus properaret [4]. Vt quia eidem viro viribus armatorum obniti difficile erat; cum ipse multis secularis potentia præditis, Regibus quoquè persæpè, restitisse comprobetur. saltem hac arte obuiam iretur [5]. cui idem Pontifex, cunctos penè Antistites Galliarum suo existentes tempore, in his quæ Iesu Christi sunt sapientia antecedens, refragari intuitu diuini respectus nequiret. Leuatis igitur duorum [6] corporibus Martyrum Mauri atque Frongentij, sub nomine Incliti Confessoris Dei Benedicti: venitur ad locum. Et inter iter agendum, vicinis, & qui viæ propinqua incolebant domicilia percontantibus; cuius tam celebris [7] foret pompa

[1] *Arnulfus Aurelianorũ Episcopus, cur non dilexit Abbates Floriacenses.*

[2] *Floriacẽses ab antiquo soli Regi parent.*

[3] *Hodie dicitur le Clos de Bourie. Gallicè.*

[4] *Arnulfus Episcopus magna vir potentia. ac Regibus terribilis.*

[5] *Pium stratagema Monachorũ, ad Pium Episcopum.*

[6] *Mauri atque Frongentij Martyrũ, apud Floriacum corpora extabant.*

[7] *Reliquiæ sanctorum, maximo cultu deferebãtur.*

d by Google

pompa prætereuntium respondebatur, sancti Benedicti. Inter quos, quidam eger longo attritus vires febrium ardore, sisitabatur præter gradientes; cuius in obsequio, tanta [8] cum Crucibus viam tereret turba? Responsum ei est, sanctum Domini dilectum eo itinere Benedictum, ad suburbana Aurelianensium, ob suarum defensionem transire vinearum. Quo ille audito, spem promerendæ salutis induens, imbecillia membra baculo sustentante, Reliquias vsquè beatas protraxit. Prostratúsque sub [9] argenteo quo reconditæ erant scrinio, in somnum reuoluitur. Transactâ vero vna nocte, manè primo surgens, incolumitati se sensit restitutum pristinæ. Ac gratias Deo agens, laudum quibus poterat præconiis, sanctum attollebat Benedictum: procuratorem eum suæ dictitans sospitatis. Nec multùm à vero eius deuiabat opinio. Ipsius enim ope ac precibus, constat eum propriæ redditum virtuti; cuius meritis. fisus, seu fama euocatus, ad illa properauerat loca. Licet nos supranominatos veritatis testes, nequaquàm ab huius secludamus operatione miraculi, immò per omnia æquales & merito iudicemus, & actu. Porro fratres cum memorato Abbate, peractis absque vllius interpellatoris impedimento pro quibus ierant; gemino lætabundi gaudio, ad sua regrediuntur. Verùm pauper ille spiritu qui sanatus erat; tuguriolum eo loci quo ipse cubans, superpositos capiti Sanctorum habuerat artus, ligneo construxit tabulatu, Sub quo simili detenti languore quiescentes, si tamen plena eorum hoc fides exegerit; citissimam opitulantibus tribus memoratis sanctis, capiunt medelam: vti accolæ eorumdem testantur locorum.

8 Cruces in processionibus.

9 Scriniis argenteis reliquiæ Sanctorum claudebantur.

Explicit Liber Secundus de Miraculis Sancti Benedicti: qui est Aymoini Floriacensis Primus.

Digitized by Google

SEQVITVR LIBER TERTIVS DE MIRACVLIS S. BENEDICTI ABBATIS, qui eſt Aymoini Floriacenſis Secundus.

Floriacus olim Aurea vallis dictus, negotia Gallica explicantur. Robertus Rex efficitur.

CAPVT I.

LAVDABILIS ſupernæ dignationis præſagio, hoc in quo Deo authore famulamur Cœnobiũ, vt Floriacus vocaretur accepit; qui priſcis temporibus, non diſſimilis gratiæ prærogatiua,[1] vallis nominabatur aurea. Retinet enim in ſe aureum[2] paradiſi florem, Sanctiſſimum Patrem Benedictum; qui gratantiſſimo virtutum odore, quoſque remotiſſimos, ad ſui reuerentiam inuitat. Quarum proprietatem operationum, ſi per ſingula explicare velimus: cartham nobis ſermonémque antequam ſermonis materiam, deficere pro certo intelligemus. Sed ne beneficiis piæ paternitatis eius, ab ipſo nobis immeritis impenſis, ingrati eſſe videamur: ea quæ noſtram attigêre noticiam, in quantum ipſius benigni Patroni clemens ſupplicatio, vires noſtro tenui ingeniolo à Chriſto obtinuerit; ruſticano licet ſermone, poſterorum mandare adoriemur memoriæ. Et primò, qualiter his temporibus Reſpublica Frãcorum ſubſtiterit, ſuccinctim perſtringamus: vt poſt liberiùs ea quæ propoſuimus exequamur. Lothario Regi cæleſte vt credimus, pro terreno

1 *Hodie etiã eſt inſcriptio in area Sacelli B. Mariæ apud Eccleſiam Cœnobij Floriacẽſis, ita habens*, hæc eſt vallis aurea.

2 *S. Benedictus aureum eſt paradiſi flumen.*

Digitized by Google

reno commutanti,regnum : Hludouicus filius ſucceſſit. Qui immatura præuentus morte:detritutum proprio hærede Francigenæ gentis principatum, vt potè naturalis expers coniugij, dereliquit. Sanè patruus eius [3] Karolus,quem priuatum ſenuiſſe ſupra prælibauimus, conabatur ſi poſſet, à ſui generis auctoribus diu poſſeſſum, ſibi vindicare Imperium : ſed eius voluntas nullum ſortitur effectum. Nam Franci Primates eo relicto, ad [4] Hugonem qui Ducatum Franciæ ſtrenuè tunc gubernabat,Magni illius Hugonis filium, cuius iam mentio facta eſt,ſe conferétes: eum Nouiocomo, ſolio ſublimant Regio.Is eodem anno,[5] Rotbertum filium ſibi [6] conſortem Regni legit. Et quia quantum ad cœptæ rei cauſſam attinet, de Regibus diximus:ad eam proſequendam veniendum eſt. Igitur Oylboldo Abbate in Chriſto quieſcente [7]. Abbo Deo & hominibus vir amabilis, à fratribus [8] Hugone annuente Rege electus,in gradum ſucceſſit Monaſtici regiminis. qui præcedente hunc quo hæc [9] ſcribimus anno, qui fuit ab Incarnatione Domini milleſimus quartus. in [10] Vaſconiæ partibus, à perfidis illius nationis hominibus, nobis præſentibus, innocenter occiſus [11] : Martyrij ſanguine laureatus, ad regna eſt æternà à Chriſto vocatus. In cuius diebus res mirabiles per præeminentiſſimum Patrem noſtrum Benedictum,ab Omnipotente Domino patratas, quia iam tunc nos intelligibilis contigit peruenisſe ad metas ætatis:certiori, vtpotè aliquibus præſentes,digerimus ſtilo.

3 *Karolus Lotharingus regno non eſt potitus Francico.*

4 *Hugo Capetus. vbi Rex ſacratus.*

5 *Ars Hugonis, poſteritati Regnũ ſtabilientis.*

6 *Rotbertus Rex.*

7 *Abbo Floriacẽſis Abbas.*

8 *Nominatio Regia Abbatum.*

9 *Aymoinus ſcripſit hanc hiſtoriã, anno 1004.*

10 *Vaſconia.*

11 *Abbo Abbas, Martyr.*

Ignis, meritis S. Benedicti non admodum crudeliter ſauit.

CAPVT II.

FEſtiuus æſtiuis menſibus [1], Tranſlationis eiuſdem Glorioſi Patris, annuo ſucceſſu recurrebat dies: ad cuius ſpectanda gaudia, non ſolum quique pagenſes,vt quidem in ipſius laude ait Sapiens. Verum plebs vrbana

1 *Trãſlationis S. Benedicti Feſtum, ad quod veniebant Optimates viri, ex variis locis.*

vrbana, honeſtis clericorum confluxerat perſonis inflorata. Quibus[2] vigiliis inſiſtentibus nocturnæ laudis, quam deuotà [3] Monachorum caterua identidèm, vndecunquè, ob lætitiam tantæ ſolemnitatis aduentando, noſtris ſociata: in ſui Legiſlatoris explebat obſequela. repentè per Aquilonales Baſilicæ feneſtras, nociui ignis lux reſplenduit horrenda. Quippe in quoddam fenile, caſu quidam ignis decidens, aridis auctus fomentis, circumpoſitas ſeſe diffudit in ædes. Nec laborabat flamma vt ſuas augeret vires: cùm æſtatis ardor tectorum iam torruiſſet culmina, & domus ſibimet copulatæ, vna alteri exuſtionis occaſionem præberet facilem. Interea matutinalibus relictis hymnis, cuncti è ſacris proſiliunt aditis: ad ſua quiſque tutanda, totis intenti animis. Pauci[4] ſeniorum vna nobiſcum pueritiæ in annis conſtitutis, matutinales prout exigebat res, laudes, licet minus decenti fine, concluſerunt. Inde ad ſubtrahéda ignibus quæque neceſſaria: promptæ vertuntur manus. Aula erat ſanctæ Dei genitricis Mariæ [5] holòſericis palliis, aliorúmque velorum tam decora introrſus circumamicta varietate: vt multi eorum qui ad diem conuenerant feſtum, faterentur numquam antea ſic decenter eandem vidiſſe ornatam Baſilicam. Ad cuius pulchritudinem decoris, cum [6] lampadarum ac cæreorum ſtellata, vt ſic dictum ſit, area: accedebat [7] auro ac gemmis præfulgens à fronte lectica, theſaurum Arabico metallo, lapidique præferendum Topaſion in ſe retinens. Id primum cùm cæterorum Reliquiis Sanctorum, humeris dolentium ſuorum effertur ſeruulorum: atque ad Orientalem Eccleſiæ partem, in cæmeterio exponitur fratrum. Inde vniuerſi ad deponendum ſanctuarij ornatum ora conuerſi: quòd ſolers ædituorum diligentia, per octo ſpatium dierum eleganter compſerat: id nos trium aut, non multo amplius quatuor horarum noctis interuallo, depoſuimus. Perſpicere erat ac gemere, Regiam illam Matris Domini, ſtigmata viæ illius qua quondam dilectus Domino cælum Benedictus conſcendit: nocturnis

2 *Vigilia nocturna.*

3 *Alij etiam Monachi ex diuerſis Monaſteriis ad feſtum Translationis Sancti Benedicti venientes, ſe Floriacenſibus in Pſallendo coniungebant.*

4 *Seniores cũ pueris Monachis, ex veteri & regulari diſciplina.*

5 *Baſilicarũ Ornatus.*

6 *Lampades in Baſilicis.*

7 *Capſa aurea S. Benedicti, atque gẽmata.*

Greg. 2. Dial. cap. 38.

Digitized by Google

ćturnis in laudibus præferentem, poſt modicum deſertarum ædium factam ſimilem. Et quia igneo feruore, in vitreis iam feneſtris plumbum liquari poſſe conjiciebatur: maximè cum victricis flammæ vorago, cuncta exinaniret: ſpe ſublapſa mortalis auxilij, ſupellex varia, longiuſculè à Monaſterio inter nemorum denſa occulitur. Cùm repentè vni ex [8] Abbatibus qui ex vicinis Cœnobiis emeritò Duci ſuo militaturi aduenerant, nomine [9] Rainardo: viſio ſupernæ apparuit conſolationis. Aſpexit nempè cum aliis quibus hæc datum eſt videre [10], duas columbas ſuper niuis candorem albicantes: quæ trino volatu, ambitum circumcingentes templi: ad Africum ſui impetus direxêre curſum, vbi iam proxima horreis fratrum [11] violentia ſtetit ignium: nec diuinitùs deſignatum, auſa eſt prætergredi terminum. Iamquè humani ceſſauerat ars ingenij, labórque conquieuerat hominum: vt maior diuinæ Miſerationis virtus clareſceret per Beatiſsimũ Benedictum, quem nos miſeri criminabamur iſſe dormitum. Nec quippiam eorum quæ ambitu clauſtri claudebantur, vliam ſuſtinuere iacturam: ac ſi illarum angelici aſpectus volatu auium, circumuallata protegerentur.

8 *Multi Abbates ad feſtum S. ſolebant venire Benedicti.*

9 *Rainardus Extraneus Abbas.*

10 *Columba ſignum recõciliationis.*

11 *Incendiũ Floriacenſe ſopitur.*

Contractus ſanatur ad tumulum Sancti Benedicti, qui ingratus iterum punitur.

CAPVT III.

NOſtris modò diebus, Archembertum Antiſiodorenſis territorij incolam fuiſſe nouimus: diutinò languore grauiter afflictum. Cui, cùm amicorum ſeu propinquorum ſolers defuiſſet cura: ita aſsidua cubatione curuatis genibus, coxis tibiæ adhæſerunt: vt latitudinem palmæ hominis, ſubtercreſcens excederet caro. Quem dum parentes, ad cuiuſdam ſancti [1] Symeonis ſepulchrum, quod ſanitatum gratia illuſtrari, fama vulgante, didicerant: efferre deſtinauiſſent: eò quód intra ſuam eſſet regionem, abnuit æger, ſeque ad Floriacenſe

1 *Sepulchrum S. Symeonis.*

Digitized by Google

riacenſe popoſcit deduci Cœnobium. Aiebat namquè, per nocturnum ſe conſpexiſſe ſoporem: quia eo ſtante ante ſacratiſsimam Patris Benedicti [2] tumbam, coram altare Præcelſæ Virginis Mariæ, rectis conſtitiſſet plantis; immensíque decoris intuitus eſſet baſilicam, ex qua ſibi exeundi facultas negabatur. Nec vana illa quibus ſæpe ludimur fuêre ſomnia. Sed oppitulante Deo, ſuffragantibúſque meritis Reginæ virginum, ac eminentiſsimi Confeſſoris: ſalubrem habuêre operationem. Denique locato aſello, ad deſideratum deuectus locum; à proximis qui eum deduxerant, pro foribus Monaſterij exponitur. Vnde quia necdum ſcamellis vſus fuerat: natibus reptando ac manibus, ad vnum è publicis ſe protrahens piſtrinum: ab eius cuſtode, humanitatis compaſsione ſuſceptus eſt. Vbi diù curationis ſuæ præſtolando aduentum: deſiderio accenſus eſt adeundi Matris Chriſti aulam, in qua ſpes directionis eius, Sanctus [3] quieſcit Benedictus. Quam introgreſſus, Minutam ſibi à Vicario eiuſdem vici Ermenfredo nomine, obtentu tranſmiſſam eleemoſynæ [4]: altario quòd Deo ſub honorem Sanctæ Mariæ, omniúmque Sanctarum Virginum dicatum eſt, ſuperponere cupiens: ſenſit ſuos reſolui neruos. Cumquè circumſpectaret qui ſibi auxilium ferret: à Matriculario Eccleſiæ eleuatus [5], ſcamellos quidem ſuos cancellis ſanctuarij, munus vero, haud ſecus quadrante illius Euangelicæ viduæ Chriſto acceptabile, altari impoſuit. Dehinc humi proſtratus, cum orationi incubuiſſet: reſolutus in ſomnum, ſalſo perfunditur ſudore. Experrectus autem, non iam ſcamellos poſcens: ſed baculo à quodam circunſtantium ſibi porrecto, ſemet ſuſtentans: ad hoſpitium abiit, pedetentímque firmiſmas ambulandi vires adeptus eſt. Cumquè ſenſiſſet copiam peragendi itineris, ſibimet non deeſſe [6]: ingratus ſalutis, abſquè licentia hoſpitis vel Sanctorum qui ei medelæ tribuerant efficaciam, clàm abceſsit. Veniénſque ad villam quæ [7] Domini Petri dicitur: iteratò debilis redditur. Cui presbyter Teudo nomine, qui ei

2 *Tumba S. Benedicti.*

3 *S. Benedictus apud Floriacũ qui ſecit.*

4 *Oblationes denariorum altario ſolita ſuperponi.*

5 *Scamelli curatorum, altario appenſi. Luc. 21. 3.*

6 *Ingratitudo punita.*

7 *Gallicè Dompierre.*

Digitized by Google

locum metandi in ſua concefferat domo : ita locu- »
tus eſt. Quid inquit mali commeruiſti ô homo, vt lan- »
gorem priſtinum euitare nequeas; Reſpondit ille, ſe ſine gratiarum actione, à ſanctis ſuæ curationis prouiſoribus, receſsiſſe. Interea ſequenti nocte, quieſcenti ei, videbatur quòd ſacris à quibus diſceſsiſſet locis, aſtaret incolumis : tenens lucernam præ manibus, ſtatus ſui menſuræ æqualem. Monitu igitur & adiutorio prædicti ſacerdotis, carrucæ impoſitus : ad loca malè à ſe deſerta reducitur. Demum emptam ceram, iuxta præoſtenſam viſionem, ad memoriam inclitæ Virginis Mariæ deferens [g] : ante ſepulchrum Glorioſi Confeſſoris Chriſti Benedicti accendit. Adhærenſque pauimento, veniam admiſsi reatus, cum redintegratione poſcebat ſoſpitatis. Facto ergo voto, numquam ſe ex eodem receſſurum vico : greſſuum meruit redonari integerrimo ſupplemento. Hoc nos ab ipſius contigit ore audire : eo ipſo die, quo hæc cœpimus ſcribere. Ei quoque narrationi interfuêre Conſtantinus præsbyter, & Letherius Leuita gradu, Monachus habitu [9] : ſuſcipiendorum hoſpitum tunc delegatus miniſterio.

§ Candela accẽſa, antè ũbam S. Benedicti.

9 Miniſter hoſpitum.

Paralitícus, meritis S. Benedicti ſoſpitatem recuperat.

CAPVT IIII.

ET quia vt refert beatus Papa Gregorius, Sancti Martyres, frequentiora oſtendunt miracula, vbi eorum tantum habetur memoria : quàm vbi eorum ſacra conſeruantur corpora. Liquet idem de cæteris intelligere ſanctis : maximè ex hoc Patre noſtro multipliciter excolendo Sanctiſsimo Benedicto. Cuius excellentiſsima ſignorum, à Deo per eius meritum aliis in locis patratorum : notitiæ poſterorum tradere, noſter geſtit animus. Caput-ceruium [1] dicitur prædium in finibus Biturigum ſitum, Lemouicinis contiguum : à quo vicina regio, corrupto vocabulo Capcerpgenſis vocitatur. Hoc ad Dominium Floriacenſis Cœnobij, Omnipotenti Deo ſub nomine perpetuæ Virginis

1 Eſt pagus propè locum S. Benedicti de ſaltu, dictus Gallicè Sacerges.

Digitized by Google

Virginis Mariæ Sanctiſſimique Benedicti dicatum:hac de cauſa,relatu ſeniorum valde antiquorum,peruenisſe comperimus. Eius poſſeſſionis Dominus[2], Otherius dicebatur:inter Aquitanicos primates , clara nobilitatis pollens proſapia.Is à primæuæ iuuentutis flore,Paralyſis percuſſus languore , manuum ac pedum caruerat iuuamine. ſolius illi linguæ , auditus quoquè,ac viſus, ex parte manebant officia.Diutino igitur laborans morbo , dum vana Medicorum ſtudia propenſiùs ſibi adhibita, nihil intellexiſſet conferre valetudinis:audita,famâ,quæ Saluatoris noſtri Omnipotentia,apud ſacratiſſima Patroni communis Benedicti , creberrimè
" tunc operabatur [3] oſſa:ait ſuis,Videtis fidiſſimi mihi,
" vitáque ipſa qua nunc fruor miſerrima,chariores ami-
" ci. quòd Medicinæ impenſis nihil proficio : immò in
" dies ægritudinis protrahitur longitudo.Qua propter ſi
" qua vos cura veſtri tangit.Otherij:mearum quæſo mi-
" ſerantes ærumnarum , celeri calle [4] ſepulchrum adire
" curate Glorioſi Confeſſoris Chriſti Benedicti. Et ne-
" forte vos conturbent ignota viarum : ſcitote Ligerici
" amnis litora, pagúmque Aurelianenſem,hoc præclaro
" inradiari theſauro , Id mihi Diuinum prænunciauit
" oraculum, dum feſſos artus ſopori mandaſſem:debere
" me eò cum votis dirigere meæ petitores ſalutis. quia
" inde forem adepturus remedium ſanitatis. Et quia ſo-
" lus cùm dulciſſima genitrice reſedi , patre orbatus &
" fratribus:ipſa non abnuente,verum hoc ipſum fieri ſe-
" dulò depoſcente : voueo Deo & iam dicto eximio Be-
" nedicto , Hæreditatis meæ portionem cui Caput-cer-
" uium nomen eſt , cum omnibus ad eam pertinentibus
" eò videlicet tenore,vt ſuperſtites ambo,vſum fructum
" ac præſentis vitæ exactionem retinentes : Fratribus
" Floriacenſibus poſt noſtri diſſolutionem , cuncta re-
" ſtitui faciamus. Spe etenim ſuſcipiendæ prolis per ſu-
" pra memoratam priuatus reuelationem:ſollicitudinem
" ducendæ vxoris funditus abieci. Properate igitur quã-
" tociùs , & veſtris ſeruorúmque Dei inibi degentium
" precibus:opem efflagitate miſero. Acceptis eius fide-

2 *Otherius inter Aquitanicos Nobiliſſimus.*

3 *Oſa S. Benedicti Miracula edebat.*

4 *Sepulchrũ S. Benedicti.*

Digitized by Google

4 Ritus tradenda donationis.

les huiuſmodi præceptis, cùm [4] Vvãtis ipſius auro ornatis, per quos donationem memoratarum rerum ſacris imponerent altaribus: abſque dilatione venerandum adeunt Cœnobium, mandata preceſque ſui Dominij cateruæ inoteſcentes Fratrum. Memorabile dictû! eadem die, ipſóque horæ momento, quo qui miſſi erant, donum cùm orationibus, antè Sancti præſentarunt tumulum: æger qui nonaginta millibus iacebat ſemotus à loco, integerrimam adeptus eſt ſanitatem. Qui laudum Deo præconia, Sanctóque dans Benedicto gratiarum cantica: exercitationis venationiſve gratia, ſiluarum petiit abdita. Cui dum ſtudet operam dare rei: occurrit ſuis, à noſtro remeantibus Monaſterio. Quem illi conſpicati, equitando ſaltum peragrare: ſtupore ingenti perculſi ſunt, videntes hominem, dudum abſquè alterius adminiculo, è lectulo non valentem ſurgere: tunc non ſolum firmiter incedere: verum etiam equum curſu fatigare. Hæſitantibus illis, & vultus ſimilitudine ſe deceptos autumantibus: obuium ſe ille gratulabundus offert. Inquirit deindè ſollicitius diem, quo pro ſe vota ſoluiſſent: ipſúmque fuiſſe certiſſimè comperit, quo ſibi ſalutem obtigiſſe gaudebat. Huic antiquæ veterum relationi virorum, repugnabat antiquius [5] tertij Chlotarij Regis edictum. In quo continetur, quòd memoratus Otherius, ob perfidiam ab ipſo Rege interfici iuſſus ſit: rebúſque eius omnibus confiſcatis, illud prædium ab eodem Principe, Sancto eſt Benedicto collatum. Et hoc eſt, quòd in quadam ſententia primi libri legitur Caput-ceruium liberalitate regia Floriacenſes promeruiſſe Fratres. Potuit tamen fieri, vt poſt hanc quam nunc retulimus donationem: ipſe Otherius apud Regem infidelitatis inſimulatus, iuberetur interfici: & quaſi ex ſua parte, eandē villam, idem Rex noſtro conferret Cœnobio. Quod vero in ipſo Regali præcepto Aaotharius vocatur. permutatio veterum facit verborũ, vt poſt latius oſtendemus. Poſt cuius exceſsũ, vicini quíque, hoc eis prædiũ auferre molitiad ſibi vtile, coëgerũt declinare conſiliũ.

5 Hic Chlotharius, filius exitit Clodouei ſecũdi Regis: cuius tẽpore, ſublatũ fuiſſe à Caſino corp⁹ S. Benedicti, ſupra oſtensũ fuit.

S. Bene

CAPVT V.

DEnique vt superioris continetur serie libri: habitaculis Monachico congruis ordini, inibi constructis: spem potiendarum rerum ipsarum, aduersariis sustulêre, vsque ad tempora [1] Rotberti Regis filij Hugonis. Quo onus gubernandi suscipiente Regni: Ademarus quidam, iuuentâ pariterque corporis elatus formâ, cuius genitor [2] VVido, in vrbe Lemouicina Vicecomitis fungebatur honore: nefarium molitus est scelus. Namquè Lemouicinis nequaquam contentus facultatibus: ex paterna sibi hæreditate iure supperentibus: dum cerneret numerosam cohæredum fratrum suorum succrescere [3] stirpem, in subripiendas res alienas animum intendit. Dolique artifex, castrum quod à rusticanis Bruccia dicitur ingressus: Dominum se agebat. Erat in ea prouincia, vir quidam haud contemnendæ potentiæ [3] Hugo nomine: cui media pars ipsius castri hæreditaria obuenerat successione. Hanc ille, vti & eam quæ genitorem competebat suum, ausu temerario peruadit. Toto itaquè potitus castro, copias duorum Comitum qui eum indè pellere nitebantur [4] VVillelmi videlicet Pictauensis, & [5] Bosonis Petrogorici, per quindecim dierum eludens spatium, obsidionem eos soluere coëgit. Qua liberatus necessitate: audendo maiora, municipium Patris Benedicti quatuor & semis millibus à memorato distans castello, absentiam Præpositi Otherij aucupatus; latrocinantium more ingreditur. Municipio illi antiquitas Salis nomen indiderat, eòque Monachi habitationem assiduam à Caput-ceruio commutauerant: eo quod is locus magna ex parte natura foret munitus. Hunc præfatus Ademarus, idcirco vt post ipse retulit [6], inuadere nisus est, vt copiis frumenti ac vini, quæ à circumiacentibus incolis inibi ob tutamen sanctorum locorum aggregata erant: peruasæ Bruciæ inopiam subleuaret. Re autem vera, vt arctissimos

1 *Robertus filius Hugonis Capetij.*
2 *Vvido Vicecomes Lemouicensis.*
2 *Causa cur sæpè nobiles mali, efficiãtur rapaces.*
3 *Hugo, magnus inter Aquitanicos.*
4 *Vvilelmus Comes Pictauensis.*
5 *Boso Comes Petragoricensis.*
6 *In sacris locis reponit plebs bona sua.*

igitized by Google

poſſeſſionis ſuæ fines ampliaret,operam dabat. Interim Præpoſitus loci iam dictus Otherius, tantæ calamitatis accepto nuncio : dolore cordis tactus intrinſecus,quòd commendatum ſibi à venerabili Abba Abbone tunc Floriacenſium rectore, & fratribus locum, funditùs amiſiſſe videretur : in diuerſa, cogitationum turbine rapitur. tandemquè non mœroris,ſed conſilij tempus ingruere ſibi intelligens:ad ſuperius nominatum Hugonem,recta proficiſcitur via.Cui opportunitatem capiendi innoteſcens inimici , quod ſcilicet Bruceiæ firmiſſimo derelicto præſidio,in Salenſis municipij demigraſſet domicilium : ad præoccupandos eius conatus , proficiſci hortabatur. Nec ille diſtulit, qui intelligeret ſuo vſui proficere , ſi eum in minus[7] tuto valeret præoccupare loco. Quid plura ? non ſolum illum , verum quóſque circummanentes vicinos, quibus cordi eſſe Patris Benedicti venerandam dilectionem cognoſcebat:ad ſui adiutorium alliciens:diluculo feriæ tertiæ,præmonet hoſtibus occurrendum. Interea , cuidam militi ex auxiliaribus noſtræ partis, nocte quæ diem belli præcedebat : huiuſmodi per quietem oſtenſa eſt viſio[8]. Videbatur ei , quòd quaſi cum Præpoſito Eccleſiæ ſancti Stephani Lemouicinæ ſedis nomine Ainardo ſilnam peragraret;opportuniſque in locis,retibus oppanſis,multitudinem Aprorum præ ſe ageret. Quorum quidem, alios ad præparatas inſidias deductos viuos caperet:alios vero venabulis transfixos,neci traderet.Euigilans igitur,dum cuidam ſodalium quæ viderat enarraſſet ; hoc ab eo reſponſum accepit [9].Viſionis inquit tuæ Deo oppitulante,& ſanctiſſimi Benedicti ſuffragantibus meritis , manifeſtus in proximo propallabitur intellectus. Nam quod tibi de porcis præoſtenſum eſt ſilueſtribus,hoc tu patrari conſpicies de perfidis hominibus : quodque authore Ainardo te agere ſomniabas,hoc ventura luce, Otherio ſancti viri Benedicti Monacho duce,vnà nobiſcum Chriſto auxiliante perficies. Cumquè ille qui- »
ſomnium viderat , rem ſibi manifeſtius declarari peteret;

7 Stratagema militare.

8 Viſio facta militi.

9 Explicatio viſionis.

Digitized by Google

teret: erat enim earum quæ gerebantur insçius rerum.
« Interpres ad eum. Num ait ad aures adhûc peruenit
« tuas, Adhemarû Guidonis filium, Egregij Confessoris
« Benedicti peruasisse Monasterium: & Otherium Præ-
« positum, idcirco Domini nostri petiisse auxilium[10]? Gausfredus ob fortitudinem corporis, asini prænomine vocitabatur: in cuius castro memoratus Monachus tum fortè aderat: cum hæc miles contubernali
« referret suo. Quique hæc adiecit dicens, Nos quoque
« volente Deo ac sancto iuuante Benedicto, sacri per-
« uasores loci, aut vindice feriemus gladio: aut captos,
« nobili ducemus in triumpho? Hoc dictum, multorum roborauit pauitantia corda virorum. Videntur mihi somniator iste. ac eius interpres, duobus Orientalibus fore similes; quorum vnus victoriam Gædeonis somniauit. alter interpretatus est. Feria porro sexta secundæ hebdomadis[11] sanctæ Quadragesimæ vertebatur. quando factio latronum, memoratum occupauit Cœnobium. Et ecce crepusculò tertiæ feriæ sequentis septimanæ: vndecunque asciti auxiliares, improuisi adstitêre portis. Tunc quibusdam nostri agminis viris, adhûc procùl à castro constitutis vnà cum Præposito Otherio, Diuinum apparuit prodigium. Viderunt namque, Sole totius terræ reliquas clarissimè, inlustrante partes, ambitum castri densissima vallari nebula: quæ quidem nullum sibi pugnandi afferret impedimentum, hostium vero obnubilaret intuitum. Illi hæc dies æquanda videtur, de qua antiquus legislator scribit. *Quia Ægyptiis erant tenebræ crassæ & palpabiles: filiis autem Israel erat lux, in omnibus finibus suis.* Roboratis hoc signo animis, statuunt hostes prælio aggredi: & præmisso Præposito, qui præuius, dudum sibi fidos, tunc autem hostiles, aggrediens muros, Beati Benedicti[12] nomen celsius inclamaret: ipsi elata in excelsum voce, Benedictum inuocant Monachorum, Patrem, Benedictum resonant tùm vallium concaua. respondéntque Benedictum proximæ Siluæ abdita. Quo fragore, vicinos consedisse montes, infernáque

10 *Gausfredus, asinus cur dictus.*

Iudic.7.13.

11 *Sancta quadragesima.*

Exod.10.22.

12 *Benedicti nomen miræ efficaciæ. Echo.*

Digitized by Google

patuiſſe hoſtibus viſum. Et quia montium facta mentio eſt, non ſit audientibus oneroſum, iam dicti [13]. Salenſis caſtri memorare ſitum. Mons eſt non multæ altitudinis, in cuius decliuo caſtrum conſtitutum eſt, quod quidem ab Orientali Auſtralibe parte, difficilem ad ſe venientibus præſtat acceſſum. Ab Aquilonali ſanè latere, deuexus montis, machinamentorum omnium inhibet euectionem. At Occidentem versùs, vbi hoſtium facilis formidabatur progreſſus: domus erat lapidibus firmiſſimè conſtructa, ad Auſtrum in longum porrecta, ad repellendos inimicos ſatis idonea [14]. Huiuſmodi enim munitio, aduerſariis facta eſt perditionis occaſio: dum ob nimiam ſecuritaté, prius hoſtem adeſſe ſenſerunt, quàm præuidiſſent. Primus ferratas Aquilonali parte intulit acies, Gaufredus, propter vires, non propter pigritiam, aſinus agnomine: ignémque, vt pridie ſuis inter pocula in amore Patris Benedicti ſumpta condixerat, admoueri præcepit. Poſt eum reliqui auxiliares [15], Giraldus ſcilicet Cluenſis caſtri Dominus, & [16] Hugo Gargelenſis, reliquíque, quorum nomina dicere ſuperſedi. Qui ducentorum vallati caterua armatorum: aduerſarios pari fidentes numero, ſed virtute conſtantiæ impares, è propugnaculis quæ tueri parabant, iaculis ac lapidibus repellere cœperunt. Et ecce, Prouidentia Diuina interuentúque egregij Confeſſoris: ventus Aquilo ſurgens; flammas quidem ignium portis ingerebat, hoſtilia vero tela retro agebat. Cumquè ignem conualeſcere, iaculáque ſua in irritum cadere oppidani cernerent: formidinem animis induentes, introrſus fugêre. Seditioſis Eccleſiam petentibus, noſtri à tergo ſequuntur attentius, cæſis in introitu portæ aliquantis, eos qui Baſilicam petebant inſectabantur. In qua non tutam ſibi latebram forè auſpicatus Ademarus: turrim ligneam de qua ſigna dependebant, cum ſex factionis ſuæ ſociis, form doloſus conſcendit. Ibi quoque ſe latére poſſe diffidens, tecta more architecti perambulabat; donec ab Hugone qui ſtudioſius reliquis

13 *Situs Salêſis caſtri.*

14 *Munitio loci, mala ſecuritatis cauſa eſt frequenter.*

15 *Giraldus Cluenſis.*

liquis eum inueſtigabat, viſus : pacta vitæ ac membrorum ſecuritate, captus eſt. Cum quo, quinque commanipulares ex eminentioribus tenti ſunt [17]: Hugo videlicet ac Archembaldus de Buciaco, Rainardus & Americus Frater eius, filij Heldegarij haud ignobilis viri Argentomagenſis: atque [18] Giraldus Terrinenſis. His exceptis, quos aut minor potentia, aut minus pollens de Nobilitate parentum ſanguis, noſtræ ſubtraxit notitiæ : quorum numerus ad viginti & eo ampliùs fuiſſe refertur [19]. Equi capti numero centum viginti, præter eos qui vel à victoribus furtim ſubducti, vel à victis fuga ſibi conſulentibus, abducti ſunt. E quibus & multitudo hoſtium colligi potuit, & virtus ſuperna, pariterque excellentiſsimum Patris Benedicti meritum euidenter agnoſci : quòd à tam paucis exercitatæ militiæ viris, aduerſarij copiis ac natura muniti loci, tam facilè ſint ſuperati. Illud nihilominus gratia Dei gratuita nobis collatum credimus : quòd hoſtium triginta militibus peremptis, noſtrorum nemo ſaltem vulneratus eſt : tribus exceptis vnus videlicet. militaribus deditus ſtipendiis, qui lœtali accepto vulnere, ad propria rediens, vita deceſsit. Ac duo agriculturæ potiùs quàm bellicis dediti ſtipendiis : qui cùm multis aliis artis hominibus, famâ prælij exciti, auxiliatum noſtris venerant : dum nimium rapinæ ſtudent, incertum, à ſociis, an ab extraneis interempti ſunt. Hoc itaquè modo, caſtrum intra ſextam diei quo primum ibi aduenerant horam receptum, noſtríſque redditum eſt. anno Incarnationis Dominicæ [20] milleſimo. Et ne quis æſtimet tantam victoriam, hominum potiùs virtuti quàm diuinæ aſcribi debere largitioni : ſciat ipſorum nobis relatione aduerſariorum vulgatum, eos vigore ita deſtitutos, vt quamuis telorum ſeu lapidum mole habundare ſe cernerent: nullam tamé efficaciam, in iaciendo ſibi ineſſe ſentirent. Animæ [21] quoque peremptorum, nocturno tempore, in eadem villa quieſcentes homines ſomnos rumpere ſæpiſsimè cogebant: flebiliter oberrando inclamantes, ſe miſeras forè, quæ

17 *Hugo de Buciaco.*

18 *Giraldus Terinenſis.*

19 *Inſignis victoria*

20 *Annus Domini Milleſimus.*

21 *Animarũ apparitio.*

Digitized by Google

excellentiſsimi Patris Benedicti res, peruadere non dubitauiſſent. Nec Guido genitor Ademari, ſiue etiam Giraldus frater eius, patruus iam dicti adoleſcentis, immunes miſeriarum fuêre. Verum ſicuti participes eius maligni fuêre conſilij, ſic quoque Dei iuſtiſsima diſponente prouidentia, periculorum fuêre conſortes. Si quidem Guidonem non tantum orationis, quantum diſsimulationis neſcire ſe quæ à filio gererentur gratia [22], Romam profectum: morbus adeo vitiligin is debilitauit, vt non aliter quàm in lectica, ad ſua regredi valeret. Giraldum verò obtentu eiuſdem ſimulationis apud Pictauum degentem, & rei euentum præſtolantem: ferox equus mordicus per coxam arreptum, per aliquot dies lecto cubare coëgit. Hildebertus quoque Argenſis incola, huius factionis ſignifer: qui pacis medius palàm quidem videbatur fore; occultè autem proditionem alebat [23], igne diuino in maxillam aduſtus vſque ad diem ſuæ mortis incurabilis perſeuerauit, itavt conſumpta carne, dentes ſpecie miſerabili nudarentur, Per omnia Benedictus Deus, qui ſibi beneplacitos aſsiduè mirificat Sanctos.

22 *Fictâ religione Romã proficiſcẽs punitur.*

23 *Proditoris Hildeberti pœna.*

Duo equi, meritis S. Benedicti à morte præſeruati.

CAPVT VI.

QVia verò ſemel Aquitaniam ingreſſi ſumus, non ab re eſſe videtur, ſi rei geſtæ Miraculum, quod ordo cauſarum ſuperiori, paucis elabentibus annis ſubnexuit, enarrauerimus. Captus, vt ſuprà dictum eſt, Adhemarus, ab Hugone ad caſtrum Brucciæ deductus eſt. Id Giraldus quidam partibus fauens Adhemarianis tenebat, excluſis factoribus Hugonis, qui partem eiuſdem caſtri ab Adhemaro ſibi præreptam, non mediocriter indignabatur. Deniquè eumdem iuuenem, quem captum habebat, è regione murorum, vnde à ſuis intueri poſſet, deduci præcipiens [1], interminatus eſt, ſe eius caput abſciſſurum, ni maturatò ſibi munitionibus cederent. Quæ res Giraldum, & eos, qui intus erant,

1 *Militaris cautela.*

Digitized by Google

erant,grauiter perterruit,maximè videntes Dominum ſuum cum tot exercitatæ militiæ egregiis bellatoribus, ſubita rerum conuerſione deiectum. Vnde non ſolùm oppidum, ſed etiam ſe ſuáque omnia territi dedidêre. Hugo potitus caſtro, turrim quæ iuris Adhemari fuiſſe videbatur, confeſtim diruit. Iuxta eam ciſterna erat ad colligendas imbrium aquas effoſſa, quadraginta quinque & eo ampliùs cubitis in profundum patens. Fortè poſt aliquot temporis ſpatium,duo ex Fratribus noſtris apud memoratum Sancti Patris Benedicti Salenſe Monaſterium degentibus, vtilitatis Monaſterij gratiâ,præfatum Hugonem Brucciam tunc incolentem adierunt, ob cuius colloquium ſuperiora turris petentes, binos equos retinaculis ſibimet connexos in inferioribus reliquerunt: horum vnus quietis impatiens, dum hûc illúcque errando ſocium trahit, poſtrema corporis parte in ſuperiùs nominatam ciſternam labitur,nec alterius ope iuuari valuit, quin ad fundum vſque decideret. Clamor illicò intuentium oritur, equum Monachorum in puteum eſſe lapſum. Tumultus cauſam Hugo ſollicitè perquirens, vbi damna lapſi animalis reperit, vehementer indoluit, quòd hi, qui eum viſitandi gratiâ adierant Monachi, (æger quippe erat) tantam fuiſſent paſſi iacturam. Itaque vxori imperat, vt euocatis iuuenum robuſtioribus, feminecis equi cadauer è puteo abſtrahi faciat. Ipſe poſt paululum vbi ſe veſtibus induit, eam ſequutus, inclinans ſe ad os putei, ſolum equinum caput aquis eminere proſpexit, reliquis membris cum ſella limphis opertis. Et ad circumſtantes conuerſus: Hic, inquit,equus,ſellæ deinceps nunquam ſentiet onus.Ad quem mulier:Num, ait,ille ſenex Benedictus,qui tibi à Domino victoriam obtinuit ex hoſtibus, tam eſt inualidus, vt impetrare nequeat, quatinùs proprio animali ſuus reuehatur Monachus?Ad hæc ille diffidens: Si,inquit, hæc ille impetrarit, cæteris Prælato Sanctis, eius me committam tuitioni.Admotis igitur ſcalis,deſcendit quidam, audaci fiſus iuuenta, qui equum per oportunas

tunas corporis partes funibus ligaret, quò facilius educi poſſet. Verùm eo egreſſo, cùm difficile videretur, tam immenſi corporis animal, ſimûl cum ſcala poſſe abſtrahi, ob anguſtiam putei, primò ſcalam educentes, dehinc caballum abſtrahere cœperunt. Sed Omnipotens Deus, vt oſtenderet non ſolùm iam ſæpiùs dicto Hugoni, verùm quib úſque ſanum ſapientibus, egregium Ducem Monachorum ſummum videlicet Benedictum, non parui apud ſe eſſe meriti, immò maioris, quàm quiſque mortalium conjicere valeat: geminauit Miraculum. Nempe cùm iam numeroſa iuuentus vſque ad ſummum putei marginem, equum eleuauiſſet, ac Fratres eminùs adſtantes, Letaniæ preces Domino ſoluerent, vbi dilectum Domino Benedictum inuocare cœperunt, ſubitò rupti funes, equúſque ad interiora lapſus eſt. Deſperatio cunctos habuit, diffidentes eum vlterius poſſe viuum retrahi, maximè cùm & deſcenſus ad eum alligandum difficilis foret, nec funium illis tanta ſuppeteret copia: caſuſque de ſuperioribus, eius æſtimaretur contriuiſſe membra. Accedens autem vnus Fratrum ad memoratum Hugonem, hortatus eſt, vt de virtute Confeſſoris Chriſti Benedicti ſumpta fiduciâ, adhûc ſemel atemptatum adorirentur opus. Annuentibus quoque eius perſuaſioni quibuſdam iuuenum, quid ſuæ poſſent vires experiri cupientium, præcipuè coniuge eiuſdem Nobiliſſimi viri Hugonis, quæ fidei ac deuotionis in Beatiſſimum Patrem noſtrum Benedictum ardore flagrabat: iteratò ſcalæ in puteum deponuntur. Porrò apparatus funium nullus alter reperiri potuit, niſi quo retibus ad vſum capiendarum ſilueſtrium præparatis caprearum, ſibi inuicem connexis atque contortis, vtebantur. His ergo alligatum, vti priùs fecerant, retrahebant equum, magnis clamoribus Sanctum inuocantes Benedictum. Et ecce cùm iam penè inter manus futurus eſſet, iteratò deficientibus vinculis, relabi cœperat in imis. Tunc vnus è turba alligari ſe poſcit [2] cingulis ex coriis cèruorum defectis, quibus Aquitani vtuntur latiſſimis, atque

2 Cingula Aquitanorũ ex Cerui corio latiſſima, & fortia.

Digitized by Google

atque fortiſſimis: ſícque introrſus demitti. Arreptíſque tibiarum faſciolis, caballum aptiſſimè capite alligans, monet ſocios ſe quidem primum, deinde quadrupedem extrahant. Qui monitis ociſſimè parentes, vtróſque ad ſuperos reduxerunt. Sonipes ac ſi mortuus humi exponitur, ad quem honorabilis vir Hugo accedens, eûmque virga tangens, ad circumſtantes ait: Hic
« reuiuiſcet nunquam. Tunc equus quibuſdam eum ſubleuantibus á terra, ſeſe erigens concuſſit, aquámque quam inuitùs hauſerat, per meatum vrinæ digeſſit. Alacris illicò mulier his verbis virum arguebat. En, ait,
« experimento hoc diſce, Benedictum Dei famulum, fideliter ſe inuocantibus, præcipuè ſuis famulis præſto eſſe. Plauſus continuò ac vox lætitiæ toto oriuntur caſtro, Benedictum laudantium, Benedicto gratias agentium, quòd iam viueret, quòd iam propriis pedibus equus vaderet. Sanè Religioſa fœmina, quia hyems erat, in aprica domo cornipedem deductum, mollioribus ſtramentis, vſque ad diffuſionem ſudoris ipſa operuit: qui inde poſt paululum retractus, terræ ſe prouoluens, ac omnibus membris concutiens, hinnitu ſodalem quærebat. Quem Fratres, qui aduenerant, receptum lætantes, ad propria incoiumem, nullo membro debilem reduxerunt: horum vni nomen Aaanno, qui Sacerdotij fungitur officio: alteri Remigius, in ordine manens Diaconatus; quorum relatu ante tranſactos quindecim Soles, hæc ita geſta fuiſſe comperi, à quibus & ſella oſtendebatur, quæ dilapſa cum equo fuerat, cuius ſcandilia quamuis noua, & antelam, ſuis impatiens pedibus ipſe diſruperat. Viderit nunc quiſquis ille eſt, qui hæc non ſibi mira videri iactitat, quid horum præcelleat? Vtrum ferrum è profundo laci reduxiſſe, an quadrupedis vitam in immani præcipitio non ſolùm ſeruauiſſe, verùm & incolumem ſuperis reduxiſſe. Ego quia vtrumque noſter ille Legiſlator patrauit, in ambobus eum non tantùm potentem, ſed etiam potentiſſimum fuiſſe fateor. In hoc verò illud admiratione digniſſimum eſt, quòd equum, quem cordarum

Greg. 2. Dialog. cap. 6.

Digitized by Google

darum nequiuêre retinaculis protrahere, faſciolæ fragilis retraxerunt habenis. Ac ſi patenter Pius Pater Benedictus eos non verbis,ſed factis moneret, id non humanæ fortitudini,ſed Diuinæ potiùs operationi debere imputari, ſuæque interuentioni. Verùm ſi quiſpiam eius mira facta, ob noſtræ vilitatis perſonam, contemnenda indicat. Hunc nos rogamus, non vt noſtra legat; ſed vt mitiſſimos eiuſdem Patris vultus, ſua nequaquam exaſperet ingratitudine. Qui ſi, quod abſit, offenſus fuerit, nulli dubium, quòd durum ſe præbeat & intractabilem: ſicut è contrà, humilitatis precibus mitigatus,fauorabilem ſe exibebit, ac lenem.

Pane S. Benedicti paſti,in prælio ſeruantur.

CAPVT VII.

OPortunum videtur & illud inſerere lectioni, quod in eadem prouincia ſub antedicto Præpoſito Otherio, meritis Sancti ſui Benedicti Dominus operari dignatus eſt. Hildebertus [1] ſupranominati Boſonis filius,ex materni aui ſucceſſione,Comitatum Petragoricæ vrbis adeptus, aduerſus Guillelmum [2] Comitem Pictauorum arma mouit:& commoto exercitu, ad ſecundum Pictauæ ciuitatis milliarium caſtra poſuit. Inter reliquos verò eius auxiliares, quos ad id euocauerat bellum, erat Hugo, de quo præmiſimus, Dominus caſtri,quod Gargiliſſa [3] dicitur. Is cognitum habens Beatiſſimum Patrem noſtrum Benedictum, his qui ſe plena inuocauerint fide, vbiquè,& maximè [4] in bello ſolere auxiliari: memoratum rogauit Præpoſitum Otherium, vt ſibi ſaltem duos conferret panes ex iis, quibus Monachi veſcebantur, quos ipſe cum ſuis certamen intraturus, in eſcam ſumeret: fidei non modicæ exiſtens, qui crederet illo ſe cibo validiùs omnibus poſſe armis,contra vniuerſa muniri pericula. Interim Hildebertum,tàm ipſum Hugonem quámque cætera expectantem auxilia,præcipuè [5] Fulconem Andegauenſem Comitem, congregati Pictauenſes, repentina

1 *Hildebertus Petragoricenſis Comes.*

2 *Guillelmus Comes Pictauorum.*

3 *Gargiliſſa caſtrum.*

4 *S. Benedictus bellatorum auxiliator.*

5 *Fulco Comes Andegauenſis.*

Digitized by Google

tina inruptione opprimere conati sunt. Quatinùs eo, qui Dux belli erat, antequam cunctæ eius congregarentur copiæ, oppresso, residuos ab ipsius deterrerent adiutorio. Nec ille segnior in obuiando fuit, sed cum paucis, quos secum habebat, excipiens aduenientes: bis cum eis campali certamine conflixit. Cúmque in eo esset, vt ab hostium multitudine superaretur, veteranis etiam suis fugere non erubescentibus, ex improuiso iam dictus superuenit Hugo, qui delectos rebus aduersis sociorum intuens animos, fractis citatim, quos ex Monasterio S. Benedicti acceperat, panibus, & ipse sumpsit, & his, quos secum adduxerat, distribuit. Ac demùm Pictauos iam iámque victores, & sui nimium securos, cum Hildeberto aggressus, vicit, fugauitque. Sanè ex militibus, qui quippiam panis Sancti Benedicti quamuis modicè sumpserant, nullus lethale suscepit vulnus, sed omnes incolumes euaserunt.

Regni res explicantur. Miles vinum S. Benedicti bibens igne perit.

CAPVT VIII.

NVnc iam ab Aquitania gressum verbi promouentes, in Franciam redeamus, narratísque de statu Regni seu Regum, quæ ad rem pertinere videbuntur: Miraculum per Beatissimum Patrem nostrum Benedictum, ab Omnipotente Deo in loco, qui [1] Abbatis villa dicitur, gestum recitemus: sícque per Monasterium, ad Burgundiæ partes, certis ex causis transitum faciamus. Dux Francorum [2] Hugo insulas Regni adeptus, cum filio per decem continuos annos eis potitus est. Moriens autem, [3] Rotberto filio Monarchiam sui reliquit principatus. Hugonides Rotbertus vxoriam inire copulam iam dudùm mente tractans, & ab [4] Arelatensium partibus assumere sibi coniugem volens, exercitum congregat, sponsæ iam iámque aduentanti occursurus. Dum ergo iter agens exercitus, vlteriorem Ligeris ripam teneret, contigit [5] Guillelmum Belesmensem,

1 *Abbatis villa.*

2 *Hugo Francorum Rex.*

3 *Rotbertus Rex.*

4 *Ipsa fuit Constantia, de qua mira refert Baronius Annal. tom. 11.*

5 *Guillelmus Belesmensis.*

Digitized by Google

mensem, castra metandi causâ, curtim superiùs nominatæ villæ Abbatis sibi deligêre. Porrò è satellitibus eius,quidam peruersæ mentis iuuenis,præueniens Dominum , Monacho ei curti Præposito Theoderico nomine , furibundè imperat , vt sibi portas aperiat , eo quòd ipse inibi metatum habiturus foret. Ad quem Monachus:Patientiam,inquit,ô optime militum,in me habe,aduentum tui [6] Senioris operientem, cui soli hæ patebunt portæ. Animaduertens miles, copiam introeundi sibi denegari,conuersus in iram,socius infit : En, inquit , contemplamini hunc Monachum veluti tumidum Bufonem,equo itidem tumenti superbè residere, nec mihi aperire velle,His contumeliæ verbis Cœnobita motus , conuersus ad Orientalem , ad quam Monasterium situm est,plagam: Ego,ait, te ô Senior Sanctissime Benedicte , aut perpetuò obdormisse suspicor somno , aut nostris offensum peccatis, ab his olim tibi dilectis abcessisse sedibus,qui ita inultas tuorum pateris manere iniurias Quid multis morer? Non diù vindex dilata est blasphemiæ vitio , Diuina eam meritis Beati Confessoris , idcircò , vt credimus , accelerante prouidentia : ne pusillanimitate victus Frater, maioris offensæ in verbo incurreret lapsum. Námque aduentante Guillelmo ; infelix ille qui scandalizauerat Fratrem,& insuper Benedictum despexerat Patrem, iactitans se vino seruorum eius ad ebrietatem vsque , sua suorúmque viscera , absque eius oppleturum gratia. Domum à curti longiusculè remotam ingreditur , in qua minarum suarum satisfacturus executioni , dum vltra modum vina haurit,calicem furoris Domini vnà cum mero,vsque ad feces potauit. A mẽsa quippè surgens , secus ignem se collocauit , temporalem æterno socians somno. Námque ignis stramenta lectorum corripiens , flammarum globos in sublimi extulit , ac tectum domus facilè accendit. Nec euigilauit miser, donec comprehensis omnibus , obrueretur trabium molibus. Itaque [7] cum duobus obsequij sui pueris, nam tertius semiustulatus euasit , ac quinque equis, seu

6 Gallicè Seigneur.

7 Miser perit incendio miles.

ſeu cum omni itineraria ſuppellectili, incendio conſumptus eſt. Qui verò ambuſta veſte vel capitis crinibus, diſcrimine mortis, beneficio exemptus fuerat fugæ, in præſentiam Guillelmi deductus, rem, vt erat
« geſta, ordine retulit. Tùm ille: Meritò, ait, hæc infeli-
« cibus pœna prouenit, qui maliuolo vecordiæ ſuæ ſpi-
« ritu, vina Monachorum cuncta ſe exhaurire poſſe æſti-
« mantes, ita ebrietati operam dederunt, vt imminens
« periculum vitare nequirent. Hoc itaque facto, ſuſpitio Fratris abolita eſt, qua falsò calumniatus erat, Beatiſſimum Patrem noſtrum Benedictum obdormiſſe, qui cura peruigili, aſſiduam ſollicitudinem ſibi ſubdito exibet gregi. Porrò à ſibi placitorum iſtorum viſitatione locorum, nullius noſtrûm quolibet immani poterit deterreri facinore, quem grata ſuorum inuitat præſentia oſsium. Verumtamen eo magis nobis cauendum, ne tam Pij aſpectum Viſitatoris, fuſca commiſſorum offendamus caligine peccaminum.

Bubulcum S. Benedictus à ſubuerſione liberat.

CAPVT IX.

IN ea inundatione Ligeris, quàm plus ſolitam, litoris accola, inſolitam procûl remotus ſenſit agricola, quid mirandi per meritum ſæpiſsimè nominandi Patroni noſtri actum ſit Benedicti, quia abſentem me contigit fuiſſe, relatu Seniorum cognitum, memoriæ adoriar tradere poſterorum. Igitur Liger eorum maximus fluuiorum, qui per Galliam, aluei ſui curſus in Oceanum, propriis inuehunt nominibus. Inaudito anteà ſeculis modo, antiquos exceſsit terminos [1] anno Incarnationis Domini milleſimo tertio, Regni autem Rotberti Regis, quo cum Patre regnare cœpit, ſexto decimo, Monarchiæ verò ſeptimo. Tanta verò támque repentina eius fuit profuſio, vt agrarios laborantes, ſeu equites iter agentes, ſubita inuoluerit ruina: vt non incongruè illi aptetur illud Virgilianum, de Pado dictum:

[1] *Ligeris fluuius exundauit anno milleſimo tertio.*

Digitized by Google

Proluit inſano contorquens vertice ſiluas
Fluuiorum Rex Erydanus, campóſque per omnes,
Cùm ſtabulis armenta tulit.

Virgil. 1. Georg.

Sic & iſte, non ſolùm pecudes cum ouilibus, homines cum domibus, verùm etiam patrem matrémve familiàs cum filiis ac filiabus, ſeu cum vniuerſis improuiſo impetu, protraxit vtenſilibus. Hac aquarum alluuione inuolui metuens, armentarius gregis, vſui Monachorum Patris Benedicti in Cœnobio Floriacenſi degentium delegati, ad tutiora montium paſcua, vaccarum abduxit armenta: vnde regrediens, dum concitus ſeſe proripit, vt intra ſepta caſtri receptus, imminens euitaret periculum, obuium habuit hoſtilem, quem fugere cupiebat amnem: retrogrado itaquè ſe proripiens pede, ad pontem riuuli, qui ob circumiacentis latitudinem paludis [2], Longum rete dicitur, quem iam fortè præterierat, ſumma cum feſtinatione tendebat: ibi quoque obuios habens inundantis fluctus gurgitis, in deſperationem vitæ labitur, & incertus conſilij, faſciolis à tibiis reſolutis, ad binas pontis tabulas ſe alligauit. Inuocare tamen Chriſtum, & Sanctum cœpit orare Benedictum, vt ſui miſereretur, opem ferendo. Sed reſoluto vi tumeſcentis fluminis ponte, ipſe pariter ferebatur in præceps: tùm verò toto cordis affectu nomen Beatiſsimi iterabat frequentiùs Benedicti. Et quia iam morti traditum ſe credebat, vt animam tantùm ſaluaret, poſcebat. Cúmque vndis ſe propellentibus, ad eum delatus eſſet locum, vbi [3] Bonodia fluuiolus Ligeri influit, per tria ferè milliaria aquis vectus, & ſemper in ore, ſemper in corde Sanctiſsimi vocabulum replicaret Benedicti, exaudiri meruit. Nam mutatis flatibus ventorum, flans Zephirus, ad litus eum leni impulſu deducere cœpit. Quidam verò eius noti, propè lintribus obnauigantes, cognito quis eſſet, ſolutis quibus ipſe ſe vinxerat ligaminibus, ad tutam portus ſtationem, ſecum incolumem reduxerunt. Vocitatur autem homo ipſe Conſtantius, qui etiam refert ſe multitudine circumdatum ſerpentium, ſeu diuerſi generis reptilium:

2 *Longi retis palus.*

3 *Bonodia fluuiolus.*

Digitized by Google

lium : nec tamen per Dei prouidentiam, & Egregij Christi Confessoris Benedicti interuentionem, quidquam sibi fuisse nocitum. Quod eò magis mirandum censetur, quia quosdam hominum summa arborum cacumina conscendentium, vbi vndoso torrenti aspirare fas non forè arbitrabantur, reptando subsequuti angues, miserandis [4] laniatos morsibus, decidere in profundum cogebant. Hunc verò in imis constitutum, quamuis in modum cinguli circumambirent, nullatenùs tamen lædebant, gratia eum Diuina meritis Sancti sui Confessoris Benedicti custodiente, ad exibendum famulis eius, deuotæ seruitutis obsequium. Cui etiam aliud Diuini muneris attributum constat fuisse beneficium. Ruerat radicitùs aquarum alluuies, maximas arborum moles, quarum impetu, trunci quoque antiqua diuturnitate solidati euertebantur. Horum ille impulsu, non solùm mergi non poterat, verùm sola manu vel brachio, ac si leues stipulas ad se appropinquantes, depellebat.

4 *Mira res.*

Morte mala interiit, fines agrorum S. Benedicti contrahens.

CAPVT X.

AGer quidam : ditioni subditus Ecclesiæ Sancti Stephani[1] Antisiodorensis vrbis, confinis est terræ Sancti Benedicti : quæ memoratæ superius adiacet paludi. Hunc quidam Vualterius iure [2] beneficij fortitus, eiusdem telluris partem, ad suos vsus præripere cupiebat. Confictáque calumnia, quòd ex suo beneficio existeret: Atque à nostris ruricolis, iniustè peruasa foret, querelam ante Venerabilem Abbatem Abbonem exponit. Nam quodam tempore ab vno Dominorum suorum missus est, vt sua vice iam dicto obsequeretur Abbati[3], ad Regale palatium properanti. Indè cùm redirent ambo simul, & ad eum peruentum esset locum de quo lis videbatur orta : idem vir conuersus ad Abbatem. Nunc inquit Domine Abba, si placet ostédam

1 *Ecclesia S. Stephani Antisiodorensis.*

2 *Is erat Vassallus.*

3 *Abbates olim Nobilibus stipati, ad palatium Regis procedebant.*

dam tibi terminum meæ poſſeſſionis. Monente autem illo, ne quid ſupra ſuum determinaret ius : ne fortè id nequaquam ei impunè cederet. Ille impulſo calcaribus equo, ad locum determinationis ſibi placitæ properat : obteſtantibus penè omnibus qui cùm Abbate aderant, illum metam iuſtæ diuiſionis tranſgredi. Sed cùm habenis equum refrenare conaretur dicens, ab hoc ego loco, vniuerſum ius ad iſtam partem, manu eam demonſtrans, mihi, etiam ſi neceſſarium fuerit[4], ſingulari certamine vindicabo. equus in curſum actus, retineri ab eo non potuit. Quin potiùs inuito ſeſſore, proruens ſemel ac ſecundò, offenſo labitur pede. Tunc Reuerentiſſimus Abbo Abbas, conuerſus ad ſuos ita infit. Iam nunc, æquiſſimi iudicis iuſtum citiſſimè conſpicietis examen. Poſt quæ verba, equus tertiò lapſus, Dominum à tergo ſuo abiicit. Qui cadens, diſciſſis interioribus, fractáque ſcapula : debilitatus ad villam Monaſterij delatus : adueſperaſcente ipſo die defunctus eſt. Peregitque ipſe ſolus, ſingularem quam propoſuerat pugnam. Deo manifeſtum exerente iudicium, meritis dilecti ſui Confeſſoris Benedicti, cuius res alienare cupiebat. Cuius caſum miſeratus honorabilis Abbo Abbas, eo quod ſibi in itinere deuotiſſimè obſecutus fuiſſet : cùm fratribus in cœmeterio Eccleſiæ, honorificentiſſimè tradidit ſepulturæ.

4 *Singulare certamen.*

Sancti Pauli Leonenſis corpus, Floriacum defertur.

CAP. XI.

OSa[1] Occeani maris quædam eſt inſula, quæ à continenti Armoricanæ regionis terra, quàm Cornugalliæ nominant. pelago, ſexdecim paſſuum in tranſuerſum porrecto, ſeiungitur. In ea beatum Paulum cognomento Aurelianum, heremiticam duxiſſe vitam. ex[3] libro vitæ eius didicimus. Hic denique Sanctus Paulus, in loco Britaniæ qui oppidum dicitur[4], Epiſcopus factus : multis in vita ſua clarus virtutibus, ibidem

1 *Oſa Occeani maris inſula, propè minorē Britanniam.*
2 *Cornu Gallia.*
3 *Habes eum in 2. parte iſtius Bibliotheca.*
4 *S. Paulus Britaniæ Armoricæ Epiſcopus.*

ibidem per diuinam designationem, tumulariam meruit sepulturam. Cuius corpus post longa obitus ipsius transacta tempora, à [5] Mabbone ipsius loci Pontifice, ad hoc nostrum Floriacense transllatum est Cœnobium. Huius transllationis seriem, quia occasio se præbuit, licet multis antea temporibus gesta sit, sicut à prioribus nostris eam auditû comperimus, referre dignum duximus. Memoratus Denique venerabilis [6] Mabbo pontifex, amore diuino contemplatiuæ succensus vitæ: hæsitabat animo, quonam potissimum in loco suum posset explere propositum Cui diuinitùs inspiratum est, nusquam aptius id posse eum perficere. quàm in præsentia corporis Sanctissimi Patris nostri Benedicti, qui Dux & signifer illius esset institutionis, quàm ipse sectari cupiebat. Sumptis igitur [7] Euangeliis & sacrarum vestium non contemnendo ornatu, simùl cùm sacratissimo corpore Egregij Præsulis Pauli: ad sibi desideratam peruenit habitationem. Quem Abbas istius sacri Cœnobij, præcedenti libro nominatus [8] Vulfaldus, cunctáque congregatio, gratantissimo dilectionis susscipientes obsequio: quoadiuixit tempore, honorificè secum tenuerunt. Qui peracto laudabilis vitæ cursu [9], ante altare Sancti Ioannis Euangelistæ, in Basilica sanctæ Dei genitricis Mariæ, tumulariam adeptus est sepulturam. Corpus autem antedicti Confessoris Pauli cum proprio loculo, post loculum Sanctissimi Patris Benedicti posuerunt vno tamen ampliori scrinio [10] quod etiam argento tectum erat, vtrumque concludentes. Nunc iam, ad id quod cœpimus exequendum, regrediamur.

5 *Corpus S. Pauli Episcopi, à quo Floriacum translatum.*

6 *Mabbo Pontifex.*

7 *Ornatus Ecclesiasticus.*

8 *Vulfaldus Abbas Flor.*

9 *S. Mabbo Episcopus, sepultus ante altare S. Ioannis Euangel. Floriaci.*

10 *Capsa argentea corpus S. Benedicti inclusum.*

Felix Anchoreta, per S. Benedictum, à maris periculo liberatur.

CAPVT XII.

IN memorata igitur Insula, ob amorem tanti Præsulis, quidam ciuis iam dictæ Regionis Cornugalliæ Felix [1] nomine, ad inhabitandum demigrans, cum aliis suæ prouinciæ viris, per aliquantos annos, Deo placi-

1 *Felix heremita postea Abbas in Britannia, de quo in vita S. Gildæ, part. 2. huius Bibliothecæ.*

Digitized by Google

tam ſtuduit ducere vitam. Sed cùm veraci referente fama didiciſſet, corpus iam dicti Sancti apud nos retineri, deliberauit animo ad eius ſacratiſsima properare membra. Incitabat quoquè bonæ voluntatis eius conatum, rumor * Sanctiſsimi Patris noſtri Benedicti, qui totius etiam remotiſsimos Britaniæ repleuerat ſinus. Aſcenſa ergo vna, quam ſolùm tunc reperit nauim, ad ſuperiùs nominatum S. Pauli oppidum venire diſpoſuit, cum Pontifice ipſius Sedis tractaturus, vtrum ſibi hæc quæ cogitauerat, agere expediret. Verum pelagus illud quod inter inſulam ac continentem diximus eſſe terram, ob ſui anguſtiam, & rupium in eo prominentium exaſperationem, difficilem multoties nauigantibus efficit tranſitum. Quod cùm iam dictus vir tranſmeare vellet, inopinato impetu vndarum, nauis verſata, eum cum vniuerſis ſociis inter ſe & mare concluſit. Erant inter eos natandi ignari, hos vnda raptos, ſuper vnum è prominentibus ſaxis illæſos depoſuit. Ille verò cum vno tantùm ſodali, iam reductæ in ſuum ſtatum naui inſiluit. Et fluctus qui eam oppleuerant, panno ſinuatæ veſtis exauriens, cum duobus qui ſoli remanſerant remis, ad recipiendos ſocios rupi adpropinquauit. Quibus receptis, proſpicit eminùs librum per quem laudes Deo perſoluere conſueuerat, vndis iactari, nec mergi. Poſt quem directo curſu nauis, eum leuauit, ita omni humore introrſus carentem, quaſi non vndæ ipſum per maria, ſed ventus per terras portauerit. Deinde aliquibus remis cum aliquantula ſuppellectili receptis, ad deſtinatum tandèm delati ſunt locum. Cúmque memoratus vir, cum Epiſcopo loci colloquium familiare habens, ea quæ ſibi obuenerant, referre vellet, præuenit eum Pontifex, ità inquiens: Num, ait, ignoras, Domine mi Fælix, quid, cuidam Monacho omnibus tibíque benè noto, de te per nocturnum ſoporem reuelatum ſit? Cui cùm ille diceret, ſe id funditùs ignorare. Epiſcopus ad eum: Retulit, inquit, mihi idem Monachus coram multis teſtibus dicens: Videbatur mihi, quòd Fælix qui in Inſula habitat, hic apud

1 S. *Benedicti rumor.*

« apud nos foret positus. Qui dum ad sua regredi vellet,
« nauimque ascendisset, Diabolus in specie vulturis ad-
« ueniens, cuius corporis moles montis altitudini æqua-
« ri posse credebatur: cunctos qui rate vehebantur, simul
« cum ipsa in profundum mergere mihi videbatur. Illis
« itaquè hoc modo submersis, apparuit repentè vir qui-
« dam Monachico adopertus indumento, more Abba-
« tum [4] recuruum à capite de manu gerens baculum,
« quique super aquam deambulans, eodem ligno, nauim,
« cum hominibus nil mali passis, ac cunctis rebus, de
« profundo ad litus traxit. Liberatis verò imperans, vt se
« ibidem opperirentur: vulturem qui iam fugam parauе-
« rat insequutus, virga percussum, in profundum abyssi
« mersit. Reuersus ad Fælicem & socios eius, alacri vt
« erat vultu eos hortabatur, vt ascensa lintre, quò cupie-
« bant securè enauigarent, dicens: En aduersarius vester
« per Dei gratiam à me submersus, perdidit omnem vo-
« bis nocendi potestatem. Cûmque ista referente Antisti-
te, Dei seruus audisset, casus quoque suos & ipse om-
nes ei exposuit, asserens ipsam visionem, etiam corpo-
reo actu, in se completam. Intelligens verò ex memo-
rata apparitione, Sanctissimum Patrem nostrum Bene-
dictum, suæ saluti auxilium contulisse, magis amore
eiusdem præcellentissimi Confessoris flagrare cœpit,
atque vt ad eius sacrosanctum tumulum [5] peruenirет
instare. Igitur pauci temporis interposita mora, assum-
ptis quibus se indigere rebus æstimauit, ad continen-
tem destinauit remeare terram. Sanè Omnipotens
Deus, vt eius cor ad amorem Sanctorum, quorum ex-
petebat præsentiam, ampliùs inflammaret, duplicauit
miraculum. Nam dum anchora à litore sublata, alta
peteret maria, repentè se fluctus attollunt, & in subli-
mi elatus, præruptus aquæ mons ita totam circum-
cinxit scapham, vt nulla ex parte aditus reperiretur
euadendi. Tunc iam dictus Christi famulus Fælix, hor-
rore imminentis periculi perculsus, intra ima pectoris,
huiusmodi fundebat preces humillimæ supplicationis:
Incliti, inquiens, Confessores Christi, Benedicte, atque

4 Baculus Abbatum.

5 Tumulus S. Benedicti.

Digitized by Google

Paule, quorum ſacratiſſimos adire exopto cineres, » ferte opem mihi miſero, qui ſolus nunc mortis diſcri- » men formido. Poſt has preces, dicto citiùs tumida con- » ſidunt æquora, ventíſque placidum ſtans mare, tutam nauigantibus præbuit viam. Ita ab inſtanti naufragio, ſæpè nominatus Felix exemptus, ad hoc ſibi diù deſideratum venit Cœnobium, nobíſque, hunc ſuæ ſaluationis retulit fuiſſe modum.

Aduocatus Sancti Benedicti, ob ipſius ſubditorum oppreſſionem, rabie interiit à Damonio obſeſſus.

CAPVT XIII.

BReuitati quidem ſtudendum erat, ne prolixitas verborum, audientibus faſtidium materiæ gigneret. Sed quia decurrens ſermo retineri non potuit, quem vis dilectionis Sanctiſſimi Patris Benedicti, ad pleniùs exponendas res geſtas impulit. Ignoſcendum eſt, ſi pluſquàm licuit, loquax pagina fuit. Procurabimus deinceps ſuccincto narrandi genere, Miracula eiuſdem dilecti Domini comprehendere, vt & laudes eius promamus, & lectori nequaquam oneri ſimus. Burgundiæ in partibus [1], territorio Tricaſſino, villa habetur S. Benedicti, Tauriacus [2] nomine, quam Aduocatus vocabulo [3] Gauzfredus, quamuis ab extraneis defenderet, violentiûs quàm quilibet externus vaſtabat. Quem à Monachis frequenter vt à malefactis quieſceret, admonitum, nec obtemperantem, Pius Pater Benedictus, à Deo obtinuit, flagello correptionis priùs percuti, quàm eius malitia funditùs deleretur. Quadam itaque die, eo in domo propria intra memoratæ vrbis Tricaſſinæ muros conſtituta, reſidente, & iudiciariam inter ruſticanos agente actionem: niger canis rabie plenus affuit, & nullum lædens circumſtantium, impetu in eum facto, nares eius ac faciem morſibus dilanians, abceſſit. Vnde ille in amentiam verſus, ab amicis ad Baſilicam [4] S. Dionyſij eſt deductus. Ibique aliquantulum, ſed non ad plenum ſenſu recuperato:

regreſ

1 Olim Treca, antequã eſſent Comites in Campania, Burgũdia erant.

2 Tauriacus villa.

3 Gauzfredus Aduocatus.

4 Rabidi ex veteri tempore, ad Baſilicam S. Dionyſij ducti.

Digitized by Google

regreſſus ad propria,dum malis quæ pauperibus S. Benedicti intulerat, adjiceret peiora, à Dæmonio arripitur. Cathenatúſque & in quoddam retruſus cubiculum,vltimum exhalauit ſpiritum.Profitentibus cunctis qui eum nouerant , ob ſæuitiam eius in ruricolas Prætioſi Confeſſoris Benedicti,talia ipſum pertuliſſe.Huic metuendæ vltioni , aliud amplectendum miſericordiæ ac ſanitatis adnectamus ſignum.

S. Benedictus adeſt Monacho,à ſuo Abbate ſpreto.

CAPVT XIIII.

IN inferioribus huius [1] Neuſtriæ partibus , in Andegauenſi ſcilicet vrbe , Ainfredus quidam, apud Monaſterium [2] S.Albini , ex Clerico Monachus ſponte factus eſt. Is meliorandæ vitæ gratiâ, ad hunc venerabilem Floriacenſem demigrans locum , aliquantiſper nobiſcum commoratus , ad memoratum regreſſus eſt Cœnobium.Vbi dum moratur,graui tumeſcentis coxę afflictus langore , gemino vrgebatur angore. Nam [3] Abbas ipſius Monaſterij, quibuſdam ſimultatibus eum impetens, cunctis interdixerat Fratribus, ne quis eum, ſaltem in exitu viſitaret animæ. Cúmque ille morbo ingraueſcente , ac dolore ad vitalia ſerpente , Fratres ad ſe inuiſendum,ſuúmque exitum Domino commendandum,venire depoſceret:ab vno, cui ſoli conceſſum erat eum inuiſere,quid Abbas de eo præcepiſſet, addidicit. Quod ipſe audiens , grauiter tulit , & per Andegauæ ciuitatis Nobiles , qui ab eius viſitatione , quia eum diligebant , inhiberi non poterant : Abbati mandauit , vt ſibi miſereretur, ad ſatisfactionem , ſi quid in eum non rectè commiſiſſet , parato. Sed eo differente, coactus eſt æger , aliundè conſolationem quærere. Et quia ſe à temporali Abbate videbat deſpici , ad illum qui legionibus Monachorum per longa iàm pridèm ſecula, ſollicitudinis ſuæ curam impendit,tota ſe contulit mente. Recordánſque quantam in Patribus huius Floriacenſis Cœnobij , tempore ſuæ peregrinationis

1 *Andegauum vrbs Neuſtriæ inferioris.*

2 *Monaſterium S. Albini.*

3 *Abbatis cu iuſdam Andegauenſis iræ nimia.*

Digitized by Google

reperit dilectionem: conuerſo ad parietem capite, ac lachrimis ſuffuſus ora, in hæc prorupit verba: O San- »
cte, inquiens, Benedicte, miſerere mei tuum auxilium »
anxiè implorantis, tibíque ſpondentis, quòd ſi mihi »
corporis ſanitatem, vitæque à Deo obtinueris proſpe- »
4 Oſſa S. Benedicti. ritatem, tua ſupplex ſacratiſſima expetam [4] oſſa, gra- »
tiarũ pro poſſe redditurus vota. His peroratis, aſpexit, »
vt pòſt ipſe retulit, ſubitò quemdam incogniti vultus virum, Monachalis habitus tegmine adopertum, qui è regione vlceris, manu protenta, ſilenter abiré viſus eſt. Mox ægrotus in ſomnum reſolutus, qui tres & eò ampliùs noctes peruigiles duxerat, vnius horæ ſpatio placidiſſima quiete potitus eſt. Euigilans verò, dum ſummis digitis, vulnus quod vis morbi patefecerat, incautiùs premeret, particula quædã putrefactæ carnis, inſtar boleti, inde cum maxima doloris parte proſiluit. Ac demùm infra breue tempus, reſumptis viribus, quod vouerat, deuotè, nec abſque munere compleuit.

Cerei diuinitùs, ad Reliquias S. Benedicti accenduntur.

CAPVT XV.

PAtriciacus [1] dicitur villa, in Auguſtudunenſi territorio, regionis Burgundiæ ſita. Hanc [2] Echardus Comes Burgundionum ditiſſimus, ſancto Benedicto & fratribus Floriacenſis Cœnobij, ad ſtipendiarios quondam ſumptus, benigna largitate contulit. Quo defuncto ac in Floriacenſi Monaſterio, iuxta Eccleſiam ſanctæ Mariæ ſepulto: in memorata poſſeſſione, fratres habitationem ſibi ſtatuerunt. In qua etiam, delatis à Floriaco ſancti Patris Benedicti Reliquiis [3], Eccleſia in honore Dei ac glorioſæ Virginis Mariæ, ſimúlque egregij ipſius Confeſſoris, conſtructa eſt. Quam Chriſtus Dominus, meritis ſanctæ ſuæ Genitricis, necnon dilecti famuli ſui Benedicti, ſæpiſſimè miraculis inluſtrem reddidit. De quibus quia multa per

1 Patriciacus, Gallicè Preſſy. nũc Prioratus diœceſis Auguſtudunenſis.

2 Echardus Comes Burgundiæ, apud Floriacum ſepultus.

3 Reliquiæ S. Benedicti.

Digitized by Google

per inertiam obliuioni tradita ſunt: pauca quæ vilitatis noſtræ attigêre noticiam, memoriæ poſterorum, ad Omnipotentis Dei ac ſanctorum eius laudem, tradere curabimus [4]. Solmaricenſe prædium, iam dicto Patriciacenſi Cœnobio ſubditum, quidam peruerſæ mentis homines, inuadere moliebantur. Quorum malitiæ, Rotbertus Monachus, illi loco tunc Præpoſitus obſiſtere cupiens, inſtante vindemiæ tempore: cum [5] ſanctorum pignoribus ad locum properat. Cumque iter agendo, ſanctarum vectores reliquiarum [6], Cluniacum Cœnobium deueniſſent: inibi nocte quieuerũt. In craſtinum vero cœpti itineris callem carpturi, à fratribus eiuſdem Cœnobij, cum [7] magno Proceſſionis apparatu ducebantur. Et [8] ecce, in ipſo Baſilicæ ſancti Benedicti egreſſu. Orta cum vento pluuia, cereos ob honorem Dei ac ſanctorum eius accenſos, funditùs extinxit. Sed antequam portam caſtri ipſius Monaſterij egrederentur: & ſerenitas rediit, & cerei diuinitùs reaccenſi, inſpicientibus cunctis, per aliquod viæ ſpatium, nullis ventorum flatibus, extingui potuerunt. Simili modo, dum peractis pro quibus ierant, ſanctas Reliquias à tabernaculo ſub quo manſerant extuliſſent: lucernæ extinctæ [9], diuináque virtute inluminatæ, nullo aurarum ſpiramine lumen amiſerũt. donec à terra ſancti Benedicti, ſanctorum progrederentur pignora. Erant autem quæ ferebantur cum patrocinio ſancti Patris noſtri Benedicti [10], pręcioſæ Reliquiæ Beatiſſimorum Confeſſorum Eucherij & Veranni, necnon Cypriani, Sperati, ac Pantaleonis Martyrum. Has ſicuti relatũ ſeniorum noſtrorum comperimus, quidam aliquando Lugdunenſis Antiſtes, cuidam Monacho huius ſanctæ Congrægationis contulerat remunerandæ ſedulitatis gratia, quia liberalibus eum inſtruxiſſet literarum ſtudiis. Quas ille vt celebrior inde eſſet locus, in eiuſdem Patriciacæ villæ oratorio condidit.

4 *Solmaricenſe prædium.*

5 *Pium inuentum.*

6 *Cluniacũ Cœnobium.*

7 *Proceſſionis apparatus.*

8 *Baſilica Sancti Benedicti apud Cluniacum.*

9 *Lucernæ diuinitùs accenſæ.*

10 *Reliquiæ SS. Eucherij & Veranni. Cypriani Sperati & Pantaleonis.*

11 *Monachi Floriacenſes olim docti: & quàm honorificè remunerati.*

CAPVT

Minacem ac blaſphemum, S. Benedictus viuere non ſinit.

CAPVT XVI.

BErnardus quidam, eiuſdem Burgundiæ vir inſ
ſtris, Dominúſque caſtri quod [1] Vzon vocatu
diſcordiam habebat cum quodam ſibi affinitate pr
pinquo, non minoris potentiæ, nomine Letboldo. Ci
ius poſſeſſiones dum direptionibus vaſtaret: etiam e
villis ad iam dictum Patriciacum Monaſterium pert
nentibus, armenta abducere cupiens, quoſdam [2] ſe
uorum ſancti Benedicti reſiſtentes ſibi, interemit. Pr
pterquam cauſam, ſupra nominatus [3] Rotbertus Pra
poſitus, eum adiens; humiliter poſcebat, vt legalit
ſancto Benedicto, ac eius Monachis, emendaret m
lum, quod contra leges, ſernis eorum irrogauerat. Il
contumaciæ plenus ſpiritu, in hæc verba reſpond
Miror Domine Rotberte, te tam ſapientem virum, a
tantam ſtultitiam deuolutum, vt à me emendatione
rei exigas; cum me magis rogare oportuerit, ne pei
ra adijcerem. Et adiecit. Dominum inquiens qui m
naſci fecit teſtor, me antequam quindecim ab hoc d
euoluantur ſoles, experimento probaturum, vtru
ſanctus Benedictus igni; an ignis à me eius iniecti
domibus, ſancto prævaleat Benedicto, qui meum int
ſuum caſtrum, defenſare nititur inimicum. Ad qu
verba commotus Monachus. Confido ait in Domin
ac in ſanctorum eius meritis, te nec iſta impleturun
nec conſtitutum à te terminum, temet viuendo exce
ſurum. Hoc dictum, rei veritas ſubſecuta eſt. Deniqu
prædicto viro venerabili Rotberto ad Monaſteriu
regreſſo; antequam præfinita præteriiſſet dies. Præfat
Bernardus ab obuio ſibi hoſte præſcripto Letboldo
lancea confixus, interiit. Subiturus pro certo illud di
timum cum igne certamen, quod falsò iurauerat,
ſancto Benedicto breui tempore inlaturum. Adiicia
tur huic vindictæ prodigio, quatuor ſanitatum inſ
gnia: duabus tantum fœminei ſexus perſonis, à Chriſt
conla

1 *Vzon in Burgundia.*

2 *Serui S. Benedicti.*

3 *Rotbertus Præpoſitus.*

4 *Mors diuinitus inflicta.*

Digitized by Google

conlata in eodem Monaſterio Patriciaco, per merita ſanctæ ſuæ Genitricis, ac Inclyti Confeſſoris Benedicti, aliorúmque quorum ibi habentur patrocinia, Sanctorum.

Muta ac claudа, loquendi officio & inceſſu, meritis S. Benedicti donatur.

CAPVT XVII.

MVlier quædam Adelais vocabulo, linguæ ac pedum priuata officio, ad memoratum venit Cœnobium manibus reptando. Hæc præ foribus Monaſterij per aliquantulum decubans temporis ſpatium; a fratribus quidem, nutu manuum, petebat vitæ ſubſidium: a ſanctis autem, voce cordis, ſanitatis auxilium. Quadam itaque die, tertia videlicet feria ante ſanctum Pentecoſten, cuius ipſo anno feſtiuitas, xiij. Kalendas Iunij euenit: medelæ ſuæ horam adeſſe perſenſit. Veniéſque ante Eccleſiam, indicijs quibus poterat, aperiri ſibi introitum expoſcebat. Quo impetrato, per terram ſe trahens, oratorium intrauit, & coram altare ſanctæ ac individuæ Trinitatis, in ipſo ingreſſu poſito, ſubdito ſubſtitit: ac ſe paulatim ab humo ſuſtollere cœpit. Quid pluribus morer? intra breue momentum, pleniter erecta, rectis greſſibus ad altare ſanctæ Dei genitricis Mariæ, atque Confeſſoris Chriſti Benedicti progreſſa, ac ſi in oratione, proſternitur. Indeque poſt paululum ſe erigens, elatis in altum manibus, in hanc vocem prorupit. Gratias inquit « ago tibi Domina mea Virginum Regina ſancta Maria, tibique ſancte Benedicte, quorum interuentû, « Omnipotens Deus, mihi curuæ ac mutæ, rectitudinem « membrorum contulit & loquelam. Nec vobis ſancti « Dei Eucheri & Veranne, minores perſoluo gratiarum « actiones. quos ſæpè exoratos, meæ non diffido adiu- « tores fuiſſe ſalutis. In his vocibus totam penè exegit noctem. Agebatur eo die feſtiuitas [1] Beati Romani, Alumni [2] Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, & fratres comple

1 *Feſtiuitas B. Romani.*

2 *Alumnus ibi actiuè ponitur.*

completorios Deo soluebant hymnos. Qui continuò sonantibus signis [3], laudes Deo alacres, pro ostenso reddiderunt Miraculo.

[3] *Lætitia est, quando Miracula fiunt.*

Ambulare non valens mulier, meritis S. Benedicti sanatur.

CAPVT XVIII.

CHristo disponente, adhùc sanctos suos mirabilibus insignes reddere; Nono post patratum istud signum die, tertio videlicet Kalend. Iunij: alia inibi deducta est mulier. Huic Alexandra nomen erat. quæ gestatorio quo lapides ferri mos est, à duobus viris aduecta; in Basilicam se introduci rogauit. Quæ in eodem quo & prior erecta fuerat loco, ad orationem se inclinans: postmodicum, pedetentim erigere sese cœpit. Cuius conatum, fratres qui ad tam mirandum conuenerant spectaculum iuuare cupientes: inter manus eam eleuando sustentabant. Ipsa quoquè circa horam diei tertiam, in qua delata fuerat, plenè donata sanitati, per aliquot menses in seruitio Ecclesiæ permansit. Postulata autem atque impetrata à iam dicto eius loci Præposito Rotberto, licentia redeundi ad sua: pollicita est, se ad inchoatum reuersuram sanctuarij obsequium [1]. Sed dum moras ad regrediendum innecteret, pristinum languorem incurrit. Verumtamen dum quereret, qui se ad suæ salutis locum reueherét, nec inueniret: cœpit anxiari & mœsta esse. Tandem necessitas consilium reperit, vt Deo ac sancto Benedicto voueret, si salus conlata sibi restitueretur, vt ad iam nominatum valeret regredi Monasterium: se deinceps indè nequaquam recessuram. Statim igitur vt hoc vouit, firmissimas in eo quo residebat loco ambulandi vires resumens: postposita omni morarum occasione, ad Patriciacum sancti Benedicti Cœnobium vbi sanata prius fuerat, reuersa est: Cumquè cuncta quæ circa ipsam acta fuerant, fratribus referret. sponderetque se inde amplius non

[1] *Mulier Ecclesiæ seruit.*

discef

diſceſſuram : in commune benedixerunt Dominum, famulúmque eius Sanctiſſimum Patrem noſtrum Benedictum. Gratias agentes illi, qui ſeruulos ſuos quos forte abſentia ſacri Corporis eius mœſtificare poterat, ſpiritali viſitatione dignos ducendo, miraculis lætificaret. Et ne qua dubitatio, de præſtitis mirabilium beneficiis remaneret, vicinos ambarum mulierum ſollicitè perſcrutari curauerunt : hoſpitem etiam eius quæ prius ſanata fuerat interrogantes, vtrum eam aliquando loquentem aut ambulantem rectè vidiſſet. Tam ab ipſo quam à reliquis qui vtráſque nouerant: verè eas debiles, verè à Chriſto meritis ſanctæ ſuæ Genitricis ac dilecti ſui Benedicti, fuiſſe ſanatas dicêrunt.

S. Benedictus, imbre, ignem qui adurebat Floriacenſe Monaſterium, extinguit.

CAPVT XIX.

MIgrante ad ſuperos, eo quo ſuperius relatum eſt ordine, Venerabili patre noſtro Abbone: è veſtigio quædam aduerſæ res, maximè nobis qui eius obſequio adhæſeramus euenêre. At reliquis neglectis ærumnis, vnam memoriæ mandare, non graue videatur audientibus : quæ penè intolerabili hoc ſacrum Cœnobium profligaſſet damno : ni ſuperni Regis Chriſti pia clementia, interuentu Sanctæ ſuæ Genitricis Patriſque noſtri Benedicti mitigata : vindicem noſtrorum ſcelerum, retraxiſſet dexteram. Enimuerò quia in ſignis ſuperioribus demonſtratum eſt, quàm potens hic egregius Dux noſter ac ſemper nominandus Benedictus [1], in duobus ſingulatim extiterit elementis, aqua videlicet & igne : in hoc manifeſtè apparebit quantum in vtriſque valuerit, vno eodemque tempore, & vt verius fatear, temporis momento. Celebris noſtro orbi illuxerat dies [2] Tranſlationis ipſius ſummi Confeſſoris, quæ quinto Iduum Iuliarum, annuum nobis repræſentare conſueuit delectabiléque feſtum. Cum

1 *Sanctus Benedictus, in elementis potens.*

2 *Tranſlationis Benedicti feſtum.*

Cumquè tota vigiliarum nox, cum ſubſequente die in laudibus Deo debitis, congruè fuiſſet expenſa: ob tanti deuotionem Patris. Poſt debitam refectionem, veſpertinaléque officium, hora quietis aduenit. Et cupientibus nobis, oculos diurno ſurari labori: erroneæ antiqui hoſtis affuêre inſidiæ. Namquè eius inſtinctu, quidam peruerſæ mentis homines, latrocinandi, vt quidam referunt, cupiditate, ignem forenſibus impoſuêre domibus. Vt vero alij fatentur, caſualis eiſdem ædibus irrepſit ignis. Qua de cauſa, excitato tumultu fratres expergefacti, ad extinguendas voraces incendij flammas properarunt. Subductóque primùm quaqua oportunitas ſeſe obtulit, omni ornatu Baſilicæ, qui non minor, immo per omnia maior, quàm in priori incendio, interiora templi venuſtabat: Ad iam dictum opus vnanimes vertuntur. Sed illorum labor in caſſum cedebat, In ſuperiora namquè, ſe aurarum ſpiramine, ignis attollens, Coquinam Xenodochij repentè corripuit, quæ aulæ Sanctæ Dei Genitricis Mariæ vicina erat[3], in qua Pretioſus Confeſſor Domini Benedictus quieſcit. Tum metus ingens cunctos habuit, verentes eius ædis occaſione, venerabile cunctis Dominum timentibus, exuſtum iri templum. Vnde quidam noſtrorum, interioris hominis voce, auxiliari ſibi piis precibus Sanctam Dei genitricem Mariam, famulúmque eius Inclitum poſcebant Benedictum: repetito ſæpius nomine ſororis eius Scholaſticæ. Alij verò, id ipſum clara quidem voce, ſed quæruloſis iterabant verbis[4]. Tandem memoratorum preces Sanctorum audiit Omnipotens, cælíque à parte ſerena, intonuit. Deniquè cum ſumma cæli eſſet ſerenitas, profuſus ſubitò è nubibus imber. Flammas quæ interiora caſtri ædificia depaſcebantur, funditùs extinxit. Mutati autem ventorum flatus, cadentes fauillas, quarum copia inſtar decidentis niuis introrſus ferebatur: retroactas, in ſemet redire cogebant. Ita meritis Egregij protectoris noſtri Benedicti, non ſolum Monaſterium incolume refedit: verum nec tantum vici exuſtum eſt, quantum

3 *Quieſcit apud Floriacum S. Benedictus.*

4 *Incendium Floriacēſe reſtinguitur.*

Digitized by Google

quantum priori incendio perierat: quod in eadem festiuitate, temporibusque memorati contigit Venerandi Abbatis Abbonis. Vndè nimirum legiones Monachorum, Domino suo Benedicto, illud cuiusdam Sapientis non incongruè & absque fuco valent aptare eulogium: quòd ille fucata vsus laude, de quodam terrenarum protulit Principe rerum. ita inquiens [5].

O Nimium dilecte Deo, tibi militat æther:
Et conjurati veniunt, ad classica venti.

[5] *Orosius lib. 7. cap. 35. recitat ac post eum S. Aug. de Civ. lib. 5. c. 26. ex Claudiano. sed ipse Claudianus in Panyg. ad Honor. Imp. in 3. eius Cös. aliter habet. 6 Gre. 2. Dia. cap. 33.*

Liceat nobis hac de re, quædam proludendo paululum eloqui, Congruum vt reor huic nostro videbatur legifero, in commotione elementorum Venerabilis sororis suæ adhibere solatium, quàm meminerat ad se retinendum [6], tempestatum opposuisse obstaculum. Vndè non incongruè æreis potestatibus complacita sibi loca, euertere molientibus, strenuè repugnaturus: à suis famulis eamdem sororem suam secum inuocari voluit, cuius preces ad obtinendas à Domino imbrium profusiones, agnoscebat forè idoneas.

Cruribus contracta sanatur puella.

CAPVT XX.

PVellam quandàm Nobilibus ortam antiquitus fuisse natalibus, nomine Adelaidem, nuper didicimus cruribus contractam. Quam dum pater eius ac mater, per multa Sanctorum loca duxissent, nil remedij ei à Sanctis impetrare potuerunt. Ij desperata salute, ad domum eam reducentes, manebant tristes: Quid de ea agerent ignorantes [1]. Nam Parisius eam ad Sancti Dyonisij sepulchrum, atque Lemouicas ad Domini Martialis tumbam, qui ambo tunc miraculis choruscabant, perducentes: nihil omnino profecerant. « Quiescenti autem matri eius, vox cœlitùs aduenit « quæ diceret. Quænam ait dementia, vos tantas in va- « num compulit perdere expensas, vt longè posita San- « ctorum adiretis patrocinia, vestro hic relicto vicino, « Sanctissimo videlicet Dominique dilecto Benedi-

[1] *95. Dyonisius & Martialis, paträt Miracula.*

cto [2], cuius sacratissima ossa, pro vestra, si tamen id fide expetieritis, multorúmq; translata salute, ex Ita Prouincia, in hàc diuinitùs trasłata sunt regione: Vn pro certo scias, nullatenùs tuam sanandam esse filia nisi eò delata fuerit. Euigilans itaquè mulier, viro bi coniacenti somnium refert, Cui ille. Ego inquie iam id ipsum mente conceperam. Sed vereor ne Sa ctus ille nostro irritatus contemptu, Dominum pro exorare velit. Ad hæc illa respondens. Ducatur inq ad Sancti Sepulchrum. Et si quidem eam sanauerit, l beat ipsam [3] ancillam in sempiternũ. Sin verò noluer reducatur: cùm debilitate etiam libertatem retine Erant enim ipsi non solum liberi, verum etiam gen clarissimi, ac facultatibus ditati. Orto igitur sole, i ad Monasterium arripiunt, quod nonnisi xviij. mi bus ab eorum distabat domo, vnà secum filiam dec centes debilem. Instabat autem [4] celebre festum ei dem Sanctissimi Benedicti. Et in ipsa quidem die stiuitatis, eam sanandam Sancto Patri Benedicto c tulerunt In crastino verò mane surgentes, dum reg di cuperent: filiam sanam, omnibúsque membris bei ualentem repererunt. Pro qua re immensas gratiari actiones, Deo ac eius amico Beatissimo referen Benedicto, eandem natam suam, ei perpetuò seruit ram tradiderunt [5]. Quæ postmodum ducens virum, lios procreauit: ex quorum progenie, quidam adh non inutiles, in seruitio perdurant fratrum.

2 *Ossa S. Benedicti, cur ex Italia in Gallam translata.*

3 *Seruitus, de qua in Præfatione abundè tractatũ fuit.*

4 *Festum S. Benedicti celebre.*

5 *Seruitus in Gallis, qua & qualis, trã siens etiã ad descendentes.*

1 *Reliqua S. Benedicti.*

2 *De hoc Sãcto Marcello, quis nam fuerit: habes in secunda parte huius Floriacensis Bibliothecæ, in vita S. Genulfi. li. 1. cap. 9.*

Cæcus videt, meritis S. Patris Benedicti.

CAPVT XXI.

NVper quoque res est gesta quàm narro. Quid cæcus Argentomagensis castri incola, dum [1] R liquiæ ipsius Præcellentissimi Confessoris Christi I nedicti, à Sallensi cella, ad [2] Sanctum Marcellum M tyrem, à fratribus deferrentur: tacto loculo confest visum recepit, Requieuit sanè corpus ipsius San Martyris, in Ecclesia, non longè ab ipso castro cc

stru

ſtructa. Quod cùm identidem,à ſuis ad Salance Monaſteriũ delatum fuiſſet:alter cęcus de villa ipſius Monaſterij [3] Modicia nomine ibi aduenit:magnis vocibus Sãctum inuocans Benedictum.Fama namque ſuprafati miraculi, iam eius attigerat aures. Qui & ipſe non multo poſtquam ibidem aduenerat tempore, miſerante Deo & meritis Sanctorum obtinentibus, : lumen quod petebat recipere meruit. In quo videlicet Salenſi Cœnobio tantis tamquè aſſiduis idem toto orbe Venerabilis pater Monachorum renitet miraculis Benedictus, & [4] maximè in vlciſcendis inimicis : vt ſi cuncta quis velit mandare memoriæ, proprio indigeant volumine.

3 *Modicia villa.*

4 *S. Benedictus inimicorum vltor.*

CAPVT XXII.

HÆc de Miraculis,quæ Deus per merita Sancti ſui Benedicti, diuerſis in locis operari dignatus eſt: incerti ſtilo,ac ſermone ruſticano edidimus. Verumtamèn hanc ſententiolam,claudendo operi adnectentes, monemus lectorem,multa nos ſcienter præteriiſſe.Cauendum eſt enim in vniuerſis [1] rebus omne nimium, & auditorum intentio, grata breuitate inuitanda, non faſtidioſa eſt loquacitate deterrenda. Hîc ergo finis erit libri. Quamuis ſi Dominus voluerit, vitáque comes fuerit, ea quæ fidelis fama, in tota penè diuulgauit Neuſtria [2], noſtra nequaquam ſint ſilenda deſidia. Compellunt etiam nos ad tacendum amici noſtri, qui maximum deputant ſibi affluere epulum, ſi aliorum ſtudiis lacerum infigant dentem. Attamen nulla eorum detractione deterrebimur, quominùs laudes Dei, ac eius dilecti, Patris videlicet noſtri Beatiſſimi Benedicti,referamus.Iſta igitur omnia,& quæ in priori opuſculo ab aliis Authoribus deſcripta ſunt Miracula; ſub triginta Abbatibus qui huic Floriacenſi Cœnobio ab initio ſuæ fundationis, per trecentos octoginta quinque & eò ampliùs præfuerunt annos:diuerſis in locis per merita Sancti Confeſſoris ſui Benedicti operari dignatus eſt, Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui

1 *Nimium omne cauendum.*

2 *Ex hoc loco quidam conijciunt, Aymoinum Authorem eſſe ſequentis libri quarti: certè nec ſtilus, nec Authoris ætas repugnant. Ego verò,religiosè ſine nomine prænotaui, quia ſine nomine reperi.*

qui cum Deo Patre,& Spiritu Sancto,in Trinitate perfecta, viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Liber Tertius,qui est Aymoini Monachi Floriacensis Secundus, de Miraculis Sanctissimi Patris Benedicti.

SEQVI

Digitized by Google

SEQVITVR ANONYMI veteris Authoris eruditi, Monachi Floriacenſis, Liber quartus de Miraculis S. Patris Benedicti, poſt tres priores, ſine Authoris nomine nunc primùm in vetuſtiſſimo codice membraneo Cœnobij Floriacenſis, qui vix legi poterat, inuentus.

Odonis Regij Principis pœna.

CAPVT PRIMVM.

REGE Francorum [1] Henrico feliciter ſceptra tenente, eiúſque Germano Ducatum Burgundiæ vtcúmque adminiſtrante: frater ipſorum [2] Odo priuatus degebat, nullius dignitatis faſtigio ſublimatus. Qui [3] quoniam non habebat propria, inhiabat ſubripere aliena, rapinis & deprædationibus operam impendens. Vndè factum eſt die quadam, vt valida manu militum collecta [4], Soliacenſium ſibíque contiguorum agros, deprædatum iret. Inde reuertens onuſtus ſpoliis, & præda, contigit vt etiam quorumdam pauperum Patris Benedicti res cepiſſet. Diuertens verò in quoddam rus eiuſdem Patris [5], Germiniacus vocabulo, manſionem violentam ibidem accepit: contradicen

1 *Rex Henricus I.*

2 *Odo frater Henrici Regis non recenſetur ab Hiſtoricis aliis Gallicis.*

3 *Vnde Principes fiunt direptores.*

4 *Suilly ſur Loire, Gallicè.*

5 *Germiniacus.*

dicentibus sibi eiusdem ruris officialibus,& referen
bus quàm seuerè vlciscereturOmnipotens, violatoi
illius loci,meritis Patris Benedicti. Qui floccipende
eorum dicta, præcepit circa Ecclesiam in honore S.
uatoris mundi ibidem dicatam, rapinas includi pa
perum. Siquidèm habebat eadem Ecclesia Cœn
terium, valli munimine circumdatum. Porrò famu
iam dicti Patris ab eo sibi subrepta repetentibus, a
mo obfirmatus nihil reddere voluit penitùs. Insu
comminatus est, eos verberibus vt tacerent afficie
dos. Erat[6] enim nimiæ ferocitatis & extollentiæ. I
tur præparari amplum sibi suisque, de rebus pau
rum iubet conuiuium. Cúmque deesset cera vndè
berent fieri luminaria, epulaturis necessaria; inter
gat, vtrum in Ecclesia illa, candelæ haberentur. C
cùm responsum esset, nihil ceræ illic haberi, præ
Paschalem[7] cereum, in honorem videlicèt Domin
Resurrectionis, à Parrochialibus solemni oblat
more, iubet eum properè afferri, & ex inde cande
copiosè suppeditari, non veritùs iniuriam Saluato
cui sanctificata erant cereus & Ecclesia. Proinde v
diuersisque ciborum ferculis cum suis accuratè
fectus, sanus & incolumis, post morosè protracta
vanum sermonum vigilias, dormitum vadit. Et d
leui sopore quiescens, aliquas noctis pertransisset
ras: subita incommoditatis angustia perturbatus,
clamat suos. Quibus circumsistentibus, indicat se m
tifera inualitudine detineri. Itaquè per reliquum e
noctis, eadem ingraue scente molestia, in eo loco m
sit. Facto autem manè, recognoscens manifestè Pa
Benedicti res, neminem quamuis generoso concret
sanguine, impunè temerari posse: quo valuit mo
equum ascendens recessit. Et eodem inualescent
morbo, diem[8] vltimum clausit. Probabile satis
factus argumentum, veridicam illam esse
sententiam, qua dicitur, *non esse*
personarum acceptionem,
apud Deum.

6 Odo Princeps, vir ferox.

7 Cereus Paschalis.

8 Odo Princeps male moritur. Roman. 2. 11.

Anima

Digitized by Google

Animalia irrumpentia Ecclesiam, affliguntur.

CAPVT II.

EXtitit eiusdem prædij villicus nomine Viuianus, vir moribus Barbarus, aspectu toruus. Huic suprafatæ Ecclesiæ sicut & reliquarum ipsius possessionis actionum, cura commissa fuerat. Qui superuacaneum ducens, in talibus tempus expendere, quippe qui ignoraret, quanti habenda sint. Custodiam Sanctorum sibi delegatam locorum, omninò postposuit: magis intendens annuum exigere quæstum, de sibi subditorum rebus pauperum. Oratorij ergo eiusdem ambitus, eius incuria neglectus, nullius valli muniebatur obice alteriúsve obstaculi; sed foribus reseratis, patebat canibus, porcis, & cuiusque generis animalibus. Erat autem Viuianus cultor fertilis agri, abundans opibus, diues pecoris. Et quoniam erat assiduus venator, alebat canum gregem, ad capiendas modicas seu magnas diuersarum specierum feras sagacem. Accidit itaquè die quadam, vnum de canibus, quia patebat ingressus, nemine obsistente, intrasse iam dictum S. Saluatoris oratorium: quem consequuti sunt ex aliis aliqui. Porrò qui primus ingressus fuerat, quoniam [1] lãpas in qua olei liquor ad effugandas nocturnas illius sacri loci tenebras, infusus habebatur, propior pauimento dependebat: saltu adnisus, eam deiecit, & olei liquamen, quod de ipsa effracta lampade, effusum erat, lingua lambit. Erat verò hic Domino suo valdè charus, quoniam ex [2] illo erat canum genere, qui lepores assequuntur velocitate pedum. Accurrunt & alij, cupientes huius edulij participes fieri. Nec mora, qui oleum lambuerant, in rabiem vertuntur. Egressique ab oratorio, mirabile dictu, aliis commixti canibus, qui fortè in domo vel platea substiterant, omnes rabidos efficiunt. Et [3] gregatim quaquaversum discurrentes, cuicumque obuiabant animali, illud ore dilaniare, vnguibus discerpere attemptabant. Nec est data requies ob eorum infestatione, per circuitum vici illius

1 *Lampas in Ecclesia ardebat.*

2 *Leurier Gallicè.*

3 *Res mira.*

illius habitantibus, donec omnes suffocarentur, v
genere mortium.

Sues oratorium ingredientes, rabie afficiuntur.

CAPVT III.

COrripitur ergo Viuianus ab amicis, seu à
buscunque sanum sapientibus viris vicinis
sacrum locum vilipendat; vt ambitum eius clau
vt animalia sua ab ingressu illius arceat. Sed null
nùs aurem sese monentium dictis accommodans;
currit aliud maius detrimentum. Denique cum ha
ret multitudinem porcorum, erant enim ferè qu
viceni: nequaquam eis adhibere custodiam voluit
superius memoratum intrarent sacrum. Igitur
dierum, illapsi aliqui ex eis ipsius penetralia sacri,
tuntur in furiam; egredientésque ab illo, toti suo
uiant gregi. Protinus ergo omnes sues, sicut canes
perius, in insaniam vertuntur: ita vt nullus eorum
terius ad consuetam domus Viuiani redierit ar
Videres eos passim vagantes, hiáti ore, ea feritate
illud animal furia inuectum fertur, bachando disc
rere: & quodcumque obuium, immundo ore pollu
pedibus conculcare. Nec ab illa rabie cessarunt, do
cuncti, variis mortibus necati sunt 4. Pensanda
Omnipotentis inuicta in huiusmodi transgress
patientia: quæ eos ad pœnitentiam adducens, de
cultatibus ipsorum, quàm de ipsis vltionem mau
Hic etenim postmodum extitit Monachus, licet in
tremis.

4 *Deus patiens, homines punit in bonis, vt ipsos saluet.*

Boues S. Benedicti violenter rapiens, & eius subdit violans, mala morte perit.

CAPVT IIII.

ENimuerò Gaufredus cognomento Rufus, cup
tate instigante, bis binos boues qui ad excol
da 1 Noualia ad reditus fratrum pertinentia, in eac
po

1 *Noualia.*

Digitized by Googl

poſſeſſione addicti fuerant,rapaciter abſtulit: admonitus vt eos redderet,nullo modo acquieuit. Inſuper multa ſe inlaturum aduerſa Patri Benedicto famulantibus,interminatus eſt. Nam dum per villam eiuſdem Patris [2] Bulliacus vocatam, iter faceret; conuocato Gauterio eiuſdem villæ [3] Maiore, inter cætera inſana quæ furioſo protulit ore,conteſtatus eſt: quandiu aduiueret, ſanctum Benedictum pacem cum eo numquam habiturum. Cui idem Gauterius vir modeſtus, tali reſpondit affamine.Multorum inquiens huiuſmodi minas perpeſſi ſumus, & ab omnibus his eripuit nos Dominus per meritum ſanctiſſimi Benedicti Domini noſtri.Nemo tamen eorum qui talia inaniter aduerſus eum protulerunt verba: impunè ea protuliſſe diutiùs lætatus eſt. Necdum dies octauus præterierat, poſtquam boues rapuerat:& ecce à quodam ſuo inimico,qui itidem quamplura intulerat damna,circumuentus, gladióque confoſſus,interiit. Patri Benedicto famulantibus in nullo de reliquo calumniatus. *Impij enim*,vt ait Salomon,*de terra perdentur*, & *qui iniquè agunt,auferentur ex ea.* *Prouer.2.22.*

2 *Bulliacus villa.*

3 *Gallicè Mayre.*

Pauo ægrotans curatur.

CAPVT V.

HVgo Abbas [1] iuueniles adhûc agens annos, dum magnificus vellet haberi, multa iuueniliter geſſit. Et quoniam ex præclara Francorum lampade originem trahebat,degenerem ſe autumabat [2], ni ea geret quorum multimoda opinio, aures vulgi percelleret. Vndè inter cætera, ſuis præcepit clientibus: vt in ſuprafato agro, Germiniaco ſcilicet, multum earum auium agmen,quæ Pauones nominantur,ſibi aggregarent. Qui ſui Domini obtemperantes mandatis, circúmquaque diſcurrunt: eos qui eiuſdem generis nutriebant aliter adeunt:& tam precibus quam muneribus,in breui copiam earum aſſequuntur,curámque illarum fœtibus impendentes, Domini ſui applaudunt votis.

1 *Videte à curiales Abbates, iuuenes & ianes.*

2 *Stulta opinio quorumdam,qui Nobili ſanguine ſunt procreati.*

Digitized by Google

votis. Accidit autem quadam vt aſſolet die, vnum maribus ſoliuagum incedere. Qui dum hûc atque lûc peruagatur: Eccleſiam ſancti Saluatoris, cuius pra meminimus, ingreſſus eſt, per eámque deamb lans, ſubito alis expanſis altari ſubuolat. Cuius vt cr pidinem attigit: mox debilitatus cruribus & imm bilis, iuxta altare manſit. Aliquot horis decurſis. qu dam Eccleſiam intrantes, inueniunt eum circa ara ſe volutantem, Aſſumptóque eo, eis quibus earum a tum alendarum cura delegata fuerat, reſignant. Q ſuſcipientes, Domino ſuo, ſuæ alitis infortunium r ferentes, qualiter contigerit aperiunt[3]. At ille fide pl nus, iubet fieri ſtupeum filum ad menſuram Pauon ab extremitate videlicet roſtri illius, vſque ad extr mum caudæ, ceráque inuoluit: & accenſum altari ar quod debilitas ipſa contigerat, præponi. Qui im complentes, factum & accenſum lichnum, ante ara ſtatuunt. Necdum conſumptus lichnus erat, & ai integrè priſtinam recepit ſoſpitatem. Ecce quid m ruerit fides. Licet enim dicat Pſalmus. *Quoniam mi tiplicata eſt miſericordia tua Deus, homines ſaluans iumenta.* Et beatus Auguſtinus. *Qui ſaluat te, ſalu & gallinam tuam.* Tamen vt Apoſtolus ait. Scim non eſſe Deo curam de huiuſmodi irrationabilitat niſi quantum expetit, vſus & neceſſitas rationa creaturæ.

3 *Videãt qui ſibimet placent, & apud ſe ipſos exiſtunt prudentes: quid ruſticos talia ſanctis etiãnùm offerentes irrident, ante* 600. *annos id actũ à prudẽtibus ac valdè religioſis fuiſſe viris.*
Pſal 35.
Auguſt. ſuper Pſal. 35.
1. *Cor.* 9. 9.

Aduocatus S. Benedicti res eius diripiens, atque ſubditos opprimens, turpiter moritur.

CAPVT VI.

1 *Portianum.*
2 *Arum curtis. vel Herum.*

IN territorio Portiano, eſt quidam ager Aruini cu tis vocabulo; ab hoc Monaſticæ religionis inſtit tore, per longa tempora poſſeſſus. Cuius agri Adu catus dicebatur Adelardus. Hic cum tutari & defe dere ſibi credita debuiſſet: magis ipſe peſſundare deterere inſtitit, quam ab aliorum violentia eripe Totis ſi quidem in res ruricolarum inhians faucib

Digitized by Google

per fas & nefas, illis ſua auferebat: & propriis mancipabat vſibus. Nec tamen id ſolum ſibi, ſi eorum res diriperet ſufficiebat, inſuper verberibus multis afficiebat. Crebrius vero à fratribus qui eidem prædio præfecti fuerant admonitus, ceſſare debere à tanta malignitate, emendare ſe noluit: ſed potiùs in maiorem ſæuitiam exarſit. Denique, cuidam mulierculæ aliquid abſtulerat[1]; quæ currens ad Eccleſiam, ſublatiſque quibus operiebatur lineis, Altare diutiſſimè flagris cecidit, increpãs quaſi præſentem Patrem Benedictum his verbis. Benedicte vetuſtiſſimè piger, letargice, quid agis? vt quid dormitas? quid tuos tantis ſubiacere ſeruos improperiis finis? Quemdam etiam, vt plures omittam, ruſticum multæ ſimplicitatis virum, nomine Arnaldum, ſtimulis nequitiæ exagitatus, dum quadam die agrum exerceret, improuiſus adueniens: arrepto ſtimulo quo ille ſuos ſtimulabat iuges, tantis affecit verberibus, vt ſemiuiuum relinqueret. Nec ductus pœnitentia, ſatisfactione aliqua eum aliquando voluit placare. Qui autem verbera paſſus fuerat, ab Omnipotente Domino vltionem de ipſo flagitabat, implorans ſuper hoc auxilium Benedicti ſui Domini. Nec diu remoratus Dominus, qui pauperem liberat à potente[3], retribuit impio iuxta ſuam impietatem. Námque vna dierum, audiens ſuos ad locum vbi erat, properare hoſtes: equum aſcendens, armis protectus, obuiare illis feſtinat. A quibus fugatus, dum properat equi ſaltu, velociter tranſmeare quemdam fluuiolum, qui [4] Minio vocatur, cuſpide haſtæ quam geſtabat longius ante ſe protenſa, terræque innixa: ferrum eiuſdem haſtæ verſus ſuum incautius reduxit guttur. equóque cui inſidebat calcaribus incitato, dum riuum tranſire geſtit: lanceam in ſuum guttur demerſit. Móxque exanimis effectus, ſociorum manibus, ad propria reportatur: nulli deinceps famulorum Patris Benedicti verba irrogaturus.

2 *Res mirabilis nec imitanda, quia furor fœmineus fuit.*

3 *Ergo, ſancti ex hac vita tranſlati nos audiunt.*

4 *Minio fluuiolus.*

Rainerius

*Rainerius peierans per fidem quàm debebat S.Ben
cto,moritur.*

CAP. VII.

ALter etiam Rainerius nuncupatus, qui vnus ex eiusdem possessionis exactoribus : & ipse potè rei probauit euentus , erga famulos ipsius Mo chorum Ducis extitit malicioſus. Qui dum mult cus quàm debuerat ageret , frequentius falsa inno opprimens calumnia : & eorum bona iniqua dirip uiolentia , cuiusdam viduæ , vnum quem solum h bat,abstulit porcum.Repetente vidua suem,& cum chrimis precibúsque gemebũdis, suppliciter vt sib eo redderetur sepius flagitante: nullatenùs aquies voluit. Qua de causa dolens illa,assiduas in ipsum uotationes aggerabat. Die ergo quodam , casu ac eamdem viduam ex improuiso ingredi Domum qua cum quibusdam aliis, prandens Rainerius rec bebat. Quæ cùm ipsam recordatio amissi pecoris ui torqueret mœrore : cœpit,sicut crebrius soleb suus sibi restitueretur exposcere porcus.Ille vero mans nil sibi officere quòd dicturus erat : incauta tulit temeritate. Quod postmodum pœnituit di Putans Patrem Benedictum nihil ducere,si quis à bi promissam fidem,prolatis incautius verbis,ausu rit temerare. Per sacramentum ait quod Sancto Benedicto , numquam tuum attigi porcum. Idem Rainerius vt ipse viculi adipiscceretur exactionen more loci , iureiurando promiserat[1] : ne aliquid flum in famulos superius dicti Patris moliretur. I postquam falsum peierando protulit iuramentum commotus , cultrum quem fortè tenebat manu , mensam iecit. Qui à mensa resiliens , mucrone su verso,oculum periuri pupugit : & eum perpetua c rate damnauit.Tandem improbus , postcaquam i lexit : diuino iudicio vno se priuatum lumine,pr sus est priùs mendaciter locutum fuisse:perpendé duarum lachrimas nequaquam spernendas:*Quæ à*

[1] *Iurare solebant Officiales ante officij adeptionem.*

Eccl. 35. 18

Digitized by Google

xilla ad terram descendunt, & Dominus Omnipotens susceptor est earum.

Ignis sacer, per Sanctum Benedictum aufertur.

CAPVT VIII.

AMplectenda & omni excollenda est fauore pia miseratio Omnipotentis, qui *quos diligit corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.* Denique permittit diuersarum spiritus infirmitatum Dominari interdum corporibus nostris, vt saltem proprio admoniti incommodo, recordemur clementis eius longanimitatis. Qui si tota mentis intentione eius benignitatem, pro eadem incommoditate implorauerimus [1]: nisi augmento nostræ obesse præuiderit animæ, facilem singultibus nostris dabit aditum ad se. Gaudet quippe de totius creationis suæ salute. Quod si etiam iuxta quod scriptum est, *ad eius sanctorum aliquem, conuertantur*: vocem sui fidelis exaudiet, nostras preces sibi allegantis. Quam nostram assertionem approbant mirifica opera, per Patrem Benedictum sæpius nobis ostensa. Quidam etenim vir ex famulis eiusdem Patris, Archembaldus nomine, frater Hildruardi villici [2] De Brayo. quæ est haud contemnenda ipsius Ducis Monasticæ cohortis possessio: igne consumebatur sacro, hic delatus à villa, ad illius [3] sacratissima mẽbra: continuis gemitibus Conditoris omniũ opem, per meritum sui Domini sibi implorans opitulari, velociùs quàm sperabat, exoptatæ restitutus est sospitati. Sopito námque incendio, qui iam anteriorem pedis eius consumpserat partem, remeauit onansad propria: Saluatori Deo, deuota precum fundens libamina, & suum Patronum, cuius meritis salutem promeruerat, magnis extollens laudibus.

Prouerb. 3. 12

1 *Deus nos audit, si nobis expediat audiri. Iob. 5. 1.*

2 *Brayum villa.*

3 *Ossa S. Benedicti.*

Alter

Digitized by Google

Alter igne sacro vexatus, sanatur.

CAP. IX.

ALter quoque eadem detentus incommoditate, iuuenis quidam, de transligeranis partibus, à matre in Asino Floriacum deuehitur. Qui vigilantioris fidei ex hoc probatur extitisse. Quoniam mox vt cognouit se comburi sacro igne, nihil pigritatus, petiit matrem vt Floriacum deportaretur. Habere se fidem per meritum Patris Benedicti, ab Omnipotente Domino valere saluari. Nec eum fefellit laudabilis suæ fidei deuotio. Denique ante Aram Glorioſæ Dei Genicis allatus, absque dilatione, per gratiam eiusdem semper Virginis, meritúmque Pij Patris, integræ, iuxta suam fidem, restitutus est sospitati. Lætabundus itaque cùm iucunda rediit matre: quæ eum mœrens, & cùm graui persequuta fuerat mœrore.

Mulier festa violans, percutitur pœna, deindè pœnitens curatur.

CAPVT X.

1 Festum Purificationis B. Mariæ.

FEstum [1] Purgationis semper Virginis Mariæ Dei Genitricis, quæ purissima & castissima super omnem humanam puritatem & castimoniam semper extitit, celebrabatur: erátque Dies Dominicus. Quædam ergo mulier Tescelina vocabulo, incola vici Floriacensis, operam impẽdebat lanificio [2]. Hæc adueſperacente iam die, reputans tàm celebritatem ipsam, quàm diem Dominicum præterjisse, & aliquas ipsius Diei lucrari cupiens morulas: accepit colum, lanámque super sua subtiliter extendens genua, cùm rorifluo sputamine: eamdem colũ, tenuiter ipsa lana cœpit inuoluere. Cauebat tamen, ne suæ cernerent quid ageret vicinæ, Sed Redemptor mundi *cuius oculis nuda & aperta sunt omnia*: & Matris iniuriam, & suam diem, seuerè vindicauit Dominicam. Nempe, cùm diem tantum,

2 Contra eos qui vesperi festorum laborant.

Heb. 4.13

Digitized by Google

tum,gemina religione ſacrũ , inreligioſa mulier temeraret:manibus retrorſum actis omninóque debilitatis, experta eſt in ſeipſa , qua ſunt digni pœna , ſacrorum violatores dierũ. Cùm tortione quoque manuũ, aliud grande patiebatur tormentũ:ſentiebat quippe in tolerabilem à digitorum intercapedine ſuorum , exire ardorem. Cúmque immenſis cruciaretur ſuppliciis:vicinarum hortatu mulierum , Monaſterium ingreſſa poſt diem alterum , coram Altare Dei Genitricis adſtitit: ipſam Pietatis Matrem continuis flebiliter obſecrans ſingultibus vt ſui miſeretur , frequenter vtique & Patrem inuocans Benedictum , vt pro ſe intercederet. Tranſitis ergo aliquot diurnis horis , manibus ad priſtinum reductis ſtatum, & ſopito incendio,gratias agit omnium conditori Deo , Glorioſæque ſemper Virgini Mariæ: nullatenùs oblita Monachorum Legiſlatoris Benedicti.

Seruus Sancti Benedicti , aduerſarium certando deuicit.

CAPVT XI.

MEmoratus Abbas Hugo, quendam virum de familia Patris Benedicti , nomine Lætardum,Teſcelino conceſſerat Petuerenſi : vt tàm ipſe , quàm ab eo progeniti , perpetuò,ipſi famularentur obſequio [1] ſeruili. Qui factus Dominus illius , obtinuit eum non paucis diebus. Interpellatus autem idem vir Nobilis, poſt longum tempus. à quodam ſuorum militum Ingranno nomine,vt ſupradictum ſeruum ei iure beneficij donaret annuit.Ingrannus quoque obiens, filio ſuo Iſembardo ipſum poſsidendum reliquit. Genuit autem præfatus Lætardus filium , nomine Rotbertum. Quem Iſembardus , vt puta proprium vernaculum , in ſua aluit & educauit domo : Rotbertus vero factus grandiuſculus,à ſuis comperiens genitoribus,ſe de familia Patris exortum Benedicti : ſed ab Abbate ſupradicto, vt vile diſtractum mancipium.indoluit.Neç diutiùs

[1] *Seruitutem vulgus inter Frãcos, abundè ſupra in Operis Præfatione oſtenſum fuit.*

Digitized by Google

tiùs dolorem ſui animi occulere valuit. Facta igitur fuga, ab Iſembardi præſentia ſe ſubtraxit. Quem longùm latere non valens, ab eodem domum reductus [2], pœnas luit quas ſolet fugitiuus. Inſuper ſacramento ab eo eſt aſtrictus, ne ſeruitutis iugum de reliquo ferre detrectaret. Qui quoniam adoleſcentiæ tempora necdum exceſſerat: ad præſens ſiluit: donec ætate procedente vires colligeret, quibus ſuo iniuſto Domino reſiſtere valeret. Poſtquam ergo genas illius flos veſtierat iuuentutis, elapſis adoleſcentiæ luſtris [3], Abbatem expetiit Guillelmum, qui tunc temporis præerat Floriacenſibus: Apud quem angorem ſui cordis cùm anxiis deponens ſuſpiriis, conqueritur de iniuſtitia ſibi ſuiſque inlata. Guillemus itaque cum eſſet vir ſtrenuus, & ſuam Rempublicam ſemper augmentare, toto anhelaret deſiderio: reſpondit ſe illius ærumnarũ miſereri velle, iuſtáſque quærelas ipſius, viris prudentibus palàm facere. & ſi quo pacto valeret, præſidium illi ſeſe forè. Comperto igitur Iſembardus, Rotbertum quem ſuum opinabatur ſeruum eſſe perpetuum, ad priorum dominorum confugiſſe aſylum: mandat Abbati nominato, vt ſibi proprium reſtituat mancipium: alioquin, deinceps ſe eius futurum inimicum. Qui miſſis ad eum qui ſua referrent verba, mandauit: eum quidem quem iniuſtè repetebat, vernaculum Patris Benedicti forè, ſe vero inlicitè diutiùs ipsũ poſſediſſe. Quapropter ſi de cætero illum habere vellet ſeruum, in ius venire eſſe neceſſe. Quibus Iſembardus auditis, apud ſe deliberans: quoniam Abbati iniuſtè reſiſtere, nec fas nec poſſe habebat: determinatum mandauit diem, in quo hæc controuerſia inter eos finiretur. Die autem ſtatuto, plurimis Nobilium & ſagacium viris, ab alterutra parte aggregatis: Diû multúmque ſermone altercatum eſt. ſed minimé ipſa calumnia eodem die finem accepit. Tandem vero multis prius exactis conuenticulis, adiudicatum eſt iddem negotium [4], Monomachia terminari debere. Dato igitur die ſingularem ineundi pugnam, in condictum conueniunt locum videlicet

2 *Fugitiuus ſeruus, luit pœnas.*

3 *Guillelmus Floriacenſis Abbas.*

4 *Monomachiæ rorebus iuris Eccleſiaſtici, mira, & tamẽ vetẽ ribus Frãcis, vt ex locis pluribus conſtat conſueta. de qua vide in Præfatione huius Operis.*

Digitized by Google

videlicet qui repetebatur, & Airicus quidam nomine, quem Iſembardus ſuo obtulerat loco, fortis robore, Miles officio. Erat autem idem ſtatura procerus, Rotbertus verò puſillus. Qui quamuis ſecum confligentis corpulentiam metueret, habebat tamen vti poſtea retulit, fiduciam in Patre Benedicto ſno iure Domino, & ſibi infeſto viro hunc inculcabat ſermonem. Non ego tecum decerto, ſed Dominus meus, cuius me ſeruum profiteor Benedictus. Ergo qui illum impetebat Airicus,[5] vt moris eſt, primos ictus intorſit in eũ. Quos ille gratia Dei protectus, conſtanter ſuſtinens, permanſit inlæſus: & alternum verber ſuo hoſti temptans incutere[6], virtute Patris cuius nomen retinebat mente manum ipſius ductante: buculam clypei quo ſuus tegebatur aduerſarius, fortiter perculit. Quæ clauiculis quibus affixa tenebatur aulſis, longius reſiliuit, móxque manus aduerſarij nuda apparuit. Quippe foramen in clypeo fuerat, quod bucula protegebat, deintùs ſemipedali affixa ligno: quo manu retento, grauem ille Rotberti aduerſarius facilius verteret clypeum. Rotbertus cernens manum ſecum dimicantis nudam, ictu repetito toto conamine eam percuſſit. At ille doloris impatiens clypeum remiſit: & quoniam manu debilitata qua tegumen regebat, qua arte ſe tegeret non habebat: aſſiduo Rotberti verbere fatigatus, victum ſe proclamat. Deinc exarmatus à victore, cum Iſembardo pro quo ignominioſum certamen inierat, confuſus rediit ad propria. De reliquo, haud dubius Patrem Benedictũ, nequaquam ſuis deforè, in aduerſis rebus. Hæc victoria facta eſt Floriacenſibus, non modica exultatio: hoſtibus verò maxima confuſio. Porrò demonſtrauit Pater Sanctus in hoc facto, neminem, ſuos poſſe aliquo pacto diſtrahere vernaculos[7]. Videant ſibi, qui famulos cenſus, prædia, ſanctis locis attributa, ob laudes Omnipotenti Domino perſoluendas: nefariè diſtribuunt laicis, ſeu cuiuſcúmque generis perſonis.

5 *Duelli mos.*

6 *Non putes S. Benedictũ Duello fauiſſe, ſed tantũ iuſta cauſa.*

7 *Erudimini, qui iudicatis terram.*

Ruſticus feſtum Tranſlationis S. Benedicti violans, punitur.

CAPVT XII.

MIſerum[1] genus hominum pagos incolentium, vix vmquam leui iugo Chriſti, ferream ceruicem ſubmittere appetit ſuam. Sed qualiter ferox taurus, indomitæ fronti, primum præſentiſcens imponi iugum, ſtimulis actus recalcitrat, ſulcos agens obliquos: ſic illud genus hominum, ſemper ſacræ renitens religioni, vix aliquando viam rectitudinis incedere conſentit. Vnde quidam ruſticus, dum ſacerdote ex more præconante audiſſet[2], celebrem ſolemnitatem Tranſlationis Patris Benedicti annunciari, quæ quotannis, apud plurimas celebriter recolitur in Menſe Iulio nationes: paruipendens eiuſdem præceptum Sacerdotis, qui iuſſerat omnes ſuos parrochiales eſſe feriatos: ſtatuit eò die agriculturæ operam dare. Habitabat autem idem in agello quodà Patris Benedicti[3]. Vinoilo dicto. Diluculo igitur ſurgens, vicinis cunctis ab opere manuũ vacantibus, ipſe ſolus iunctis bobus, in agrum, quem exercere cupiebat tendit: eum quem in hyeme proſciderat, gliſcens reſcindere campum, vt tam æſtatis calore, quàm hyemis rigore decoctus, & ſementis tempore, dentata crate, glebis attritis, in puluerem redactus: ſemine ſuſcepto, abundantiorem, diebus meſſis ſuo cultori exibéret frugem. Dum ergo cupitum perageret opus, ecce aſtitit ei quidam in ſchemate Monachali. Qui vtráſque illius manus tenens, b.furco quo aratrum regitur, tam fortiter adſtringit ligno: vt ſanguinem per omnes eius vngues eliceret & ruſticus idem, aliquo prorſus pacto, eas diuellere ab eodem nequiret ligno. Quo facto, qui apparuerat Monachus, nequaquam vlterius ſibi eſt viſus. Ille pariter dolore nimio anxius, & rubore confuſus, hæſitabat quid ageret. Concurrentibus verò quibúſque, & tanto ſtupentibus prodigio: cognouerant enim per

1 *Ruſtici ceruicoſi.*

Simile.

2 *Feſtum Trãſlationis S. Benedicti ab antiquo cultum.*

3 *Vinoilus ager.*

Digitized by Google

per bubulcum, qui effrenato animo eis intimauerat: detegit quid viderit, manifestè videntibus quid sibi acciderit. Coniectantur itaque qui adcurrerant, ex circunstantiis, ex Monachi videlicet oromate, & diei festi ipsius violatione: Monachorum Ducem, hanc vltionem de præsumptore tanti facinoris patrasse: hortantur quatenùs votum eidem Patri faciat, se solemnitates illius, quoaduixerit tempore, numquam temeraturum: Monasterium eius petiturum, penitentiámque tanti commissi acturum. Vouente hæc illo, & omnibus quos tantæ rei stupor inexpertus adtraxerat, Dominum Omnipotentem pro eo exorantibus: Patrémque Benedictum lachrimabili voce crebriùs inclamátibus, vt misero misereretur: relaxatæ sunt manus illius, & cœpit adstare solutus, qui ante paululùm inuisibilibus locis tenebatur adstrictus. Indicibili ergo exhilaratus gaudio, votũ quod fecerat efficaciter implere studuit. Nam Floriacum tendens, præsentauit se [4] Abbati Rainerio fratribúsque, in die Octaua eiusdem festi, dum celebraretur Missa: referens quàm magnifica in se ostendisset Dominus Omnipotens magnalia, per sui fidelis Benedicti merita. At illi magna tripudiantes lætitia, tota cordis instantia, Saluatori laudes proclamant: Magnum Patrem, magnis extollentes præconiis: eique in quo tantum ostensum fuerat Miraculum, salubribus correcto verberibus, licentiam tribuentes regredi ad propria, Cognouerat enim, nequaquam sui Sacedotis spernenda sibi monita, quoniam de talibus dicit Saluator. *Qui vos spernit, me spernit: & Qui vos audit, me audit.* *Luc.* 10. 16

4 *Rainerius Floriacensis Abbas.*

Mulier contracta sanatur.

CAPVT XIII.

IN territorio Trecassino, quoddam habetur prædium, iuris eiusdem Patris, super Sequanam fluuium, vbi oratorium in illius honore inibi constructum, Sanctus

1 *S. Benedictus super Sequanam.*

Sanctus Benedictus ſuper Sequanam nuncupatum. Porrò habitabat in eo mulier Maria nomine, quæ diutino detenta languore, ſpina dorſi cõtracta, effecta fuerat curua: ita vt nullo pacto ſuos, verſus cœlum, erigere valeret vultus: Hæc indigena ipſius prædij, de familia eiuſdem Patris originem trahebat. Multis itaque in eadem curuitate permanſis luſtris, deſperauerat iam de ſua ſalute: nequaquam audens opinari, ſe vlteriùs poſſe ſubrigi, Quadam ergo die Dominica, dum in eodem oratorio adſtans, cum cæteris Miſſæ cælebrationem audiret: legeretúrque Euangelium: nodis ſpinæ qui diû de ſuo deſciuerant loco, in antiquum remeantibus ſtatum: dorſo in breuiorem modum retracto, ventréque, qui per multum tempus contractior fuerat, in longius ſpacium extenſo: cœpit ſubito ſtare erecta, quæ per longa iam tempora ambulauerat prona. Stupentes omnes qui aderant, quíque eam ab infantia nouerant, & ipſius infirmitatis conſcij fuerant, tam inſperatum remedium: palmas ad cœlum tendunt, Summum opificem per Sanctum Benedictum laudantes: qui ſuum auxilium, eius impendere dignatur veneratoribus. Mulier denique illa, multa laude meritum eiuſdem attollens Patris, in ea quam receperat ſanitate perſeuerauit, vſque ad ſuæ terminum vitæ.

Monacho obmutescenti, vox ad Confessionem redditur.

CAPVT XIIII.

CVm ſint reliqua quæ ſcribimus miſericordiæ opera, per Patrem Benedictum, ab Omnipotente Domino miſericorditer impenſa: vnum tamen, quod propriè dici valeat miſericordiæ opus, referre dignum duximus, tàm pro ſui dignitate, quàm pro congruè ſumenda imitatione ſimili iure, ſi aliquando fuerit neceſſe. Et vt clariùs liqueat pia miſeratio Patris Benedicti, quam propenſius impendit eis, qui leui Chriſti iugo ſua ſubdere feſtinant colla, illius prouocati magiſterio.

Digitized by Google

gisterio. Quidam ergo noſtræ Congregationis Monachus, Humbaldus dicebatur. Qui ætate iuuenis, dum in ſuis actibus ſtrenuus videretur, quarumdam poſſeſſionum Floriacenſi loco ſubditarum, adeptus eſt tutelam. Almeri [1] curtis videlicet, ac earum quæ ei ſubiacent. Quibus cùm ferè annis tribus perduraſſet Præpoſitus, diſpoſuit aliquando more ſolito Floriacum reuiſere, geſtiens noſſe, vtrum omnia apud ſuos conciues agerentur proſperè. Cœptum itaquè iter agens, contigit ipſum in via grauiter infirmari: ſed nullatenùs moleſtiæ cedens, licèt quotidie languor ingraueſceret; tandem moribundus, nimio tædio fatigata, Floriaco, ſui compos deſideri, intulit membra. Vbi dum morbo confractis viribus, in lecto decumberet, viſitatus à Fratribus, admonetur, quatinùs ſui memor, in extremis Abbati, ſeu cui liberet Seniorum, propria [2] confiteretur peccata. Qui coruinam æmulatus vocem, cœpit promittere, in craſtinum ſe, quod monebatur acturum. Miror nimirum, quæ obliuio illius inſederat menti, cùm [3] id maximè ſtudium omni forè debeat Chriſtiano, præſertim Monacho, ſi peccauerit quod humanum eſt; vt ſtatim currat ad medelam, confitendo ſcilicet, proprium alicui religioſo commiſſum. Quòd ſi etiam à noxiis criminibus, Omnipotentis munere immunis habetur, humilitatis [4] tamen eſt cuſtòdia, reum ſeſe credere, & confiteri omni hora, iuxta legis ſuæ ſancita. Tunc verò præcipuè, cùm pulſatur vel modica moleſtia, quatenùs ſemper de ſe ſecurior exiſtat. Is ergo, de quo dicere cœperamus, ægrotus, à ſuis etiam intimis, iterum atque iterum de eodem pulſatus amicis: cras ſemper, differendo, ſicut & cæteris promittebat. Neque aliquo ab ipſo potuit extorqueri pacto, Confeſſionis remedia ſibi velle adhibere. Hoc tam diù reſpondit, donec amiſſa voce protinùs loqui deſtitit. Comperientes [5] deinde Fratres, ipſum obmutuiſſe, conſternati animo, ignorabant quò ſe verterent: metuentes Fratris illius conſcientiam, alicuius maximi facinoris macula pollutam, quod nec in extremis auſus

1 *Almeri curtis prædium.*

2 *Peccatorum Cõfeſſio auricularis.*

3 *Præcipuum ſtudiũ Chriſtiani, atque adeò Monachi eſt, in puritate vitæ perſiſtere.*

4 *De venialibus confitendum ex humilitate, non ex neceſſitate, niſi qui ad id ſtatuto, vel voto obligantur.*

5 *Iuſtũ Dei iudicium in confiteri differentem Monachum.*

fuerit manifeſtare. Mota ergo in [6] Capitulo quæſtione, quid agi deberet ſuper hac re, formidantibus omnibus de Fratris illius ſalute. Vnus eorum nomine [7] Gaurbertus, vir timoratus, qui etiam Abbatis officio functus fuerat, ſed ſibi ſubiectorum mores nequaquam emendare valens, renuncians nomini quod in caſſum tenebat, Floriacum amore Patris Benedicti expetierat, taliter intulit: Miror, vos Fratres, viros ſapientes ſuper hoc negotio ſic pendulos, cùm habeatis [8] in præſenti tantùm Patronum legis veſtræ ſancitorem, prærogatiua Miraculorum præclarum. Si placet itaque vobis meum conſilium, ingreſſi Monaſterium, coram ipſo terræ proſternamur, placemus per ipſum iram ſummi Iudicis, cantata Letania cum ſeptem Pſalmis. Audita Fratres ſapientis viri exortatione, acclamant quod ſuggeſſerat debere fieri. Ergo proſtrati pauimento ante tumulum [9] Patris, pſallebant Letanias cum ſeptem Pſalmis. Quibus expletis, coniungunt Fratri ægrotanti, Fratrem quemdam ſanæ mentis virum, nomine Milonem, qui dum eum nomine proprio vocaſſet, ille quaſi de ſomno mortis euigilans, oculos apperuit: & ſibi protinùs, reſumpto ſermone reſpondit. Deinde admonitus, ſua confeſſus eſt peccata. His peractis, viaticum ſuæ ſalutis, [10] Corpus vtique & Sanguinem Domini accipiens, vita deceſſit. Fratres verò exhilarati oppidò, gratiarum actiones retulerunt Omnipotenti Domino, qui tam magnificè ſubuenire dignatus eſt per eos, Fratri perituro, Patris Benedicti merito.

6 *Locus Capituli regularis.*

7 *Gaurbertus Abbatis titulum depoſuit, videns ſe non poſſe ſubditos ad veram normam reducere.*

8 *Præſentia S. Benedicti, apud Floriacum.*

9 *Tumulus S. Benedicti apud Floriacum.*

10 *Cõmunio ſub vtraque ſpecie, Sacerdotibus etiã extra altare, quondam adminiſtrata.*

Sæuus miles, in res S. Benedicti, inopinata perit nece.

CAPVT XV.

ALbericus vnus ex Primoribus caſtri Caſtellionis [1], quod eſt ſitum ſuper [2] Lupam fluuiolum, veſaniæ ſtimulis agitatus, creberrimis deprædationibus, prædia ſæpiùs dicendi Patris deuaſtabat, maximè illa quæ [3] curti Matriniacenſi adiacent. Qua de re, mandauerunt ſibi, tàm Abbas Rainerius, quàm Fratres ſub eo

1 *Caſtellionis caſtrum.*

2 *Lupa fluuiolus.*

3 *Curtis Matriniaci, vel Martiniaci.*

Digitized by Google

ſub eo degentes, vt commiſſa corrigeret, & de cætero, aduerſus Patrem Benedictum, talia committere caueret. Qui pro nihilo ducens mandata, peſſimis adiecit peiora. Dolentes verò Fratres, Patrem ſæpiùs nominandum, contemptui haberi, & famulos ſuos extenuari, inito conſilio, concorditer prædonem illum cum ſibi in hoc ſcelere participantibus, [4] Anathematis mucrone, ni ceſſaret, & neglecta emendaret, mulctarunt. Idem autem in malis perſeuerans, eorum excommunicationem quaſi aliquod friuolum deſpexit: induratus animo, neglecta neglexit emendare, & à ſua peruerſitate noluit ceſſare. Proinde, Omnipotens qui clamores humilium nequaquam ſpernit, & qui gemitus viduarum & pupillorum, ex alto proſpicit, dignatus eſt conſolari, ſub hac anxietate ſeruos ſuos. Contigit enim, vt ſuprafatus prædo, ductaret exercitum Comitis [5] Theobaldi, ſuper habitatores caſtri, quod à ſecularibus viris, turpi cenſetur vocabulo. A nobis verò quibus prohibitum eſt turpiter loqui, [6] Malum talentum vocatur. Qui dùm Dux in primo agmine iter faceret, propter curtem iam dictam Matriniacenſem, exterriti qui eam inhabitabant, videntes hominem ſibi infeſtum, cum tanta affore militum multitudine, exierunt ei obuij eum armis, in locis videlicet oportunis eiuſdem vici, ne patentibus ſibi aditibus, valeret eis aliquid inferre diſcriminis. Vndè indignatus ille nequam, comminatus eſt cum multo iuramento: perfecto negotio quò tendebat, ſe omnes eos captos ducturum, inſuper & vicum eumdem incenſurum. Cui viri illi reſpondentes, dixe-

« runt: Te quidem palam eſt multum poſſe, & velle nobis
« nocendi habere. Potens autem eſt Deus, meritis Domi-
« ni noſtri, cuius [7] ſerui ſumus Benedicti: ab interminatis à te, potenter liberare nos calamitatibus. Ille cum voce minaci, equo calcaribus concitato, quò tendebat perrexit. Miſer, qui cùm Patrem Benedictum debuiſſet ſupplici voce, vt ei in auxilium eſſet, in tali diſcrimine, ne periclitaretur expoſcere: conteſtatus eſt, ſeruos illius in prædam ſe minaturum, bona eorum direptu-

4 Anathema.

5 Theobaldus Comes.

6 Malum talentũ caſtrũ

7 Serui S. Benedicti.

rum,& habitacula igni crematurum.Dùm ergo peruenisset ad caſtrum ſuperiùs relatum, adorſus illud cum prima quam regebat cohorte, (reliquus enim exercitus,cum Comite longè poſt ſequebatur)cœpit ſagittis & diuerſis miſſilibus, eos qui intûs erant infeſtare. Armati verò egreſſi portas caſtri eiuſdem indigenæ, in eo quod accidit, probati ſunt ſtrenuè reſtitiſſe. Tendens enim quidam aduerſæ partis arcum, iecit ſagittam in Albericum, qui ea ictus ſuper vnum ſuorum genuum, mox de equo cui inſidebat [8], ita procliuus corruens,vt gallea telluri illideretur, expirauit. Et quas in caſſum aduerſus Patrem noſtrum effuderat minas,perire permiſit: nihil nempe poſt vulnus acceptum loqui valuit. Huiuſmodi retributionem ſuperbo, Deus vltionum Dominus, reddidit.

8 *Miſera mors.*

Horrenda morte interiit,inuaſor rerum S. Benedicti.

CAPVT XVI.

SEguinus quoque, huius Alberici, de quo ſuprà retulimus,tàm carne quàm malitia germanus, nullatenùs terrifica morte ſui fratris territus eſt. Deniquè ſceleratior fratre euaſit, maiora aduerſus Patrem noſtrum præſumens, multimoda crudelitate, in famulos eius graſſatus.Qui poſt necem fratris, [1] pro abſolutione eiuſdem Floriacum peruenit: & ea impetrata, ſponderat ſe de cætero fidelem futurum, & de propriis multa largiturum. Sed omnia mentitus, pro fideli,infidelis; pro largitore, raptor effectus eſt. Hic ergo deuium fratris iter ingreſſus, cœpit & ipſe rapinas exercere de Patris Benedicti poſſeſſionibus, ipſius famulos quos poterat capiens, & eorum bona diripiens, tanquam vltionem fratris, de Patris Benedicti expeteret famulis. Qui & ipſe ſæpiùs admonitus, à ſua ceſſare debere malitia, nullo modo acquieuit. Ad extremum, dùm quadam die prædas de terra quæ curti Martiniaci adiacet agens,ſuillum gregem minaſſet:directi ſunt ad eum qui ſua repeterent, & emendationem ſuaderent. Qui abeuntes, inuenerunt eum in ſua domo. Erat autem

1 *Excommunicatus, poſt mortem abſoluitur.*

tem ipsa domus lignea turris, quippè vir potens erat, ex Nobilioribus indigenis eiusdem castri, cuius fuerat & Albericus. Turris ergo illa in superioribus suis, solarium habebat, vbi idem Seguinus cum sua manebat familia, colloquebatur, conuiuabatur, & noctibus quiescebat. Porrò in eius inferioribus, habebatur cellarium, diuersi generis retinens apothecas, ad recipienda & conseruanda humani victus necessaria, idoneas. Solarij verò pauimentum vt moris est, compactum erat dolatilibus trabeculis, quæ parum quidam habebant spissitudinis, sed aliquantum latitudinis, plurimum autem longitudinis. Deniquè, in hoc solario, qui missi fuerant, prædictum virum reperiunt. Qui eum conuenientes, quæ iniuncta fuerant, mitiori sermone ei cœperunt recensere. At ille, his quæ mandabantur minimè intendit: sed efferatus animo, ore respondit furibundo, inquiens cum terribilibus iuramentis, velle se iniecisse Monasterio S. Benedicti, tantarum virium ignem, qui [2] turres eius combureret, & quasque ei contiguas ædes depasceretur. Hæc loquebatur stans in summo vnius trabeculæ, quibus diximus Solarij pauimentum constitisse: quæ vix venenato euomuerat ore, cùm trabeculæ cui pedibus insistebat, caput ruit, sublata in altum alterna eius extremitate. Ille [3] verò deorsum capite corruens, tali lapsus est casu, vt caput eius inter duas arcas quæ in cellario (quod subesse solario diximus) erant, infigeretur instar cunei ligno impacti: reliquo corpore super vnam earum arcarum reiecto, facto clamore, famuli domus in cellarium ruunt. Reperiunt autem Dominum suum, confractis ceruicibus, animam exalasse. Quem reportantes ad superiora, pro eius morte subita, amarissimas fundebant lacrimas. Hoc exitu, obstructum est os loquentis iniqua. Renouata est in hoc perfido, antiqua eiusdem Patris potentiæ: dùm corruente Florentio, tota domus fabrica mansit inlæsa, præter solarium cui idem Florentius insistebat. Sic & isto ruente, tota turris fabrica permansit integra: sola trabecula cui superstabat, ruinam passa.

[2] *Turres in Monasterio S. Benedicti.*

[3] *Horrendus interitus.*

Gregorius 2. Dialog. cap. 8

Digitized by Google

Intereunt canes, qui ex annona S. Benedicti paſti fuerant.

CAPVT XVII.

1 Pagũ Lecmanſe.

2 Alſonia prædium.

3 Leotbertus vir probus.

4 Cruces per girum Cœmeterij.

5 Eccleſia aſylum.

6 Nobilis vir, Aduocatus S. Benedicti.

EST quoddam prædiolum in [1] Leomanſi pago, quod vocatur[2] Alſonia, Patri Benedicto à[3] Leotberto viro probo olim attributum. Vbi tantam miraculorum frequentiam, idem Pater, per gratiam ſibi à Deo largitam oſtendit: vt omnes ipſius nationis homines, eumdem locum maxima deuotionis veneratione excolant[4]. Denique Cruces aliquantum excelſas per girum cœmeterij poſuerunt, quas nemo ſuum perſequens inimicum, quamuis exitiali eius odio detentus, tranſgredi audeat: ſi ad Eccleſiam in eodem loco conſtructam, confugium fecerit[5]. Fugitini denique, homicidæ, & quicumque aliqua alia reatus ſui anxietate cogente, ad eumdem confugerint locum: immunes exiſtunt, quandiù infra cœmeterij terminos ſeſe continuerint. Nemo aliquid furari, ſeu aliquam fraudem de qualibet re, alicui facere in eodem audet atrio. Contigit ergo die quadam, venatores Adelardi cuiuſdam[6] Nobilis viri Aduocati videlicet illius prædij, venatu redeuntes, feſſos ibidem cum ſuis reſediſſe canibus. Cúmque non haberent vndè ſuis paſtum canibus exhiberent: quærimoniam ſuam ad Iſaac quemdam prudentem referunt virum: quem fratres Floriacenſes, ipſi præfecerant poſſeſſioni. Qui dum ſe ignorare quid agere valerent reſpondiſſet: inquiunt illi, de annona Patris Benedicti quæ in eodem reſeruabatur loco, vnum ſextarium ſe præſumpturos: vt inde cibus præpararetur canibus. At ille infert, nequaquam impunè id eos poſſe perficere: ſuum vero nullatenùs ſuper hac temeritate habere conſenſum. Timere, ne pœna huic præſumptioni mox affutura, in ſe, ſi accideret, relaberetur. Illi quæ dicebantur pro nihilo ducentes: vti animo conceperant, annonæ quantum ſibi videbatur auferunt: attritû molarum, in farinam rediguntſuis exinde paſtum beluis conficiunt. Quos talibus

faturos

ſaturos alimentis,imminente nocte,vna includunt domuncula.Diluculo autem de ſuis cubilibus exurgunt, ſolitam venationi operam dare cupientes. Adeunteſque cubiculum in quo ſuos recluſerant canes,ianuam eius patefaciunt. Et introſpicientes, vident eos 7 vita defeciſſe. Alios pauimento toto proſtratos corpore, quoſdam reſupinato ore mortuos iacere, alios parieti domus anterioribus veſtigiis inhærere,reductis capitibus in terga.Quod cernentes,clamore ſublato,femora ſua palmis alij quatiunt: alij complexis manibus , ſonitum grandem cum voce quærula emittunt. Timebant enim pœnas à Domino ſuo, pro amiſſione canum iuſtè ſibi irrogandas. Diu ergo ſtupidæ admirationi, vocibus quæſtuoſis immorati: tandem recedunt.Domino ſuo infortunium quod ſibi acciderat,& quàm ſeuerus vltor Pater Benedictus in eos extiterat,relaturi. 7 *Res mira.*

Pratum S.Benedicti ſecans Militis armiger, punitur.

CAPVT XVIII.

ALio quoque tépore , dum milites propter eumdem viculum, hora iantandi iter carperent : diuerterunt illûc. dumque alij cibos & quæque commeſſuris appararent idonea ; vnus eorum, ſuo inquit,
« armigero.Cur hominum inertiſſimè,tanta te oppreſſit
« ignauia, vt aliqua non ſubminiſtres tuis equis pabula, quandiù procurantur nobis epulaturis neceſſaria ? At ille ſe neſcire dicit , à quo quicquam feni vel palea-
« rum,depoſcere poſſit.Vade ait in pratum ſancti Bene-
« dicti quod huic adiacet villæ,& collecto herbæ faſce,
« quem ſolus valeas collo equi imponere, defer, & tuis
« appone animalibus.Ille præceptis Domini ſui parens, mutuata falce à quodam , in pratum euolat : herbam totis viribus reſecat,vt quantociùs repedare valeat,ne ſociorum defraudetur epulis. Interea dum ille illicito inſtaret operi, vidit eum quidam de pagenſibus, &

acc ur

accurrens ociûs, nunciauit prædicto Iſaac villæ præpoſito. Erat enim pratum illud, contiguum domui eius. Intuitus autem Iſaac armigerum, falce gramen prati præcidentem; à longè excelſiori inclamat voce. Quis nam es ò homo nefarie, qui contra fas, temerator ingreſſus es, Sancti pratum Benedicti? Egredere peſtifer velociùs, ne Diuina vltio celeriùs te diſperdat. Ille autem voces contemnens monétis, in hæc ludicra prorupit verba. Sanctus ait Benedictus, hac vice, hoc modicũ mihi indulgebit facinus. Et facto herbæ faſciculo, ſuum repetit hoſpitium, ſuis animalibus exhibens pabulum. Deindè feſtinùs properãs ad domum vbi ſui conuiuabantur comites, & ipſe cõuiuatus eſt cum eis. Conſumptis itaque dapibus, finitóque ientaculo, propriũ vnuſquiſque conſcendens equum, tendere feſtinãt quo diſpoſuerant. Contemptor autem Benedicti Patris, poſtremus omnium de villa egreditur. Credo aliquantulum herbæ ſuperfuiſſe, quam vt ſuus conſumeret equus expectabat; & ipſe demùm vt ſuis coniungeretur ſociis, qui longiuſculè iàm aberant, equo calcaribus admiſſo, eos inſequi conatur. Sed antequam de villa exiret [1]; equus præceps in terram cadens, conliſa ceruice, mortuus ruit. Eques qui ei inſidebat, & ipſe labitur: confractóque femore, ab humo niſi aliorum vlnis ſubleuatus, ſurgere nequiuit. Concurrente turba ad tàm ſubitam Diuini examinis vindictam: & ipſe Iſaac adfuit, increpans miſerum his verbis, Nonne tibi dixeram miſerabilis, Beatum Benedictum ſuas iniurias nequaquam diû dimittere inultas? Sed quia mihi credere renuiſti: ecce, contritis membris iaces inutilis.

1 *Mors equi ſtupenda.*

Veniam ſanctus Benedictus peccatori à Deo impetrat.

CAPVT XIX.

QVidam pro admiſſis à ſe criminibus, metuens diem extremi examinis: vt ſummi iudicis ſibi metum:

Digitized by Google

metum placaret [1]: ſua ferro ligari fecerat brachia, & quamplurima peragrans terrarum ſpatia, ſanctorum expetiit loca multorum. gemitibus exorans crebris, quæ ipſius redarguebant conſcientiam, deleri ſcelera. Porrò hoc per aliquot vigilanter continuans recurſus annuos: licet fideliter aſtipulari debeat, quorum memorias Beatorum adierat, eos Omnipotentem pro abſolutione facinorum ipſius exoraſſe: tamen nullius manifeſtam opem perſenſiſſe videbatur. Hæc etenim illius extabat fides, vt poſtquam à pio iudice eius remitteretur peccatum, mox ſubſequeretur ſolutio brachiorum. Dum ergo circumquaque diſcurrit, Patris Benedicti ſuffragium ſibi vtile forè confidens, Floriacum attigit. Et Maiorem ingrediens Eccleſiam, in qua eiuſdem Patris ſacratiſſima requieſcunt [2] oſſa, deuota precum libamina, ante ſingulas perluſtrando aras, Deo offerebat. Perueniens autem ad aram Dei genitricis, quæ ponè ſe habebat [3] altare ſæpius nominandi Patris, protenſis in cœlum manibus, Omnipotentem Dominum precabatur attentiùs, ſua ſibi relaxari debita. Dei Genitricem cum eodem Patre frequentius inuocans. Et dum intentus eidem eſſet orationi, ſubitò rupto clauo quo ferreum conſtringebatur vinculum, ferrum in pauimentum dato crepitu reſiliuit. At ille ſolutum ſe cernens, & in eadem ſolutione viſibili [4], peccaminum inuiſibilia vincula relaxata intelligens; exhilaratus oppidò, indicibili tripudiauit gaudio. proclamans Omnipotenti Domino laudes: ac Dei genitrici Patrique Benedicto, innumeras reddens gratiarum actiones.

1 *Mirus, ſed tamen antiquus ſignificatus pœnitendi modus.*

2 *Oſſa ſancti Benedicti.*

3 *Altare S. Benedicti, retro altare B. Mariæ Virginis: quod eſt hodie, (id eſt 605. Altare Matutinale, ſuper quod, aliquoties ego ipſe celebraui.*

4 *Remiſſio peccatorum*

Mortalitas Floriacenſium ſedatur.

CAPVT XX.

EXigente mole peccaminum, accidit aliquando feruentiſſimam per aliquot menſes continuari ſiccitatem: ſydere Solis ſuo feruore omnia acrius ſolito perurente. Vnde, contigit Floriacenſes grauiter affligi:

affligi: duriſſima per aliquantum temporis, in homines deſæuiente peſtilentia. Cerneres domos vacuas: pereunte ſubito patrefamilias, cum prole & tota clientela. Promptuaria vino redundantia, arcas tritico videres refertas: & non erat qui attingere auderet: areſcentibus hominibus, præ timore qui ſuperuenerat vniuerſis. Quippè eum cum quo modo loquebaris: mox aſpiceres vel audires interiiſſe, inaudito necis genere. Sentiebat denique ſeſe pungi ſubita punctione, vel in humeris, vel in brachus, ſeu femore, pectore, ventre: & ex templo in terram corruens, moriebatur. Hæc intemerabilis lues, aliquot menſtruis recurſibus, Floriacum obtinuerat. Decreuerût itaque, tàm fratres quàm cuncta eiuſdem loci plebs, ſacra celeberrimi Martyris Mauri membra, cum Letaniis proceſſionaliter deferre ad matrem ipſius Burgi Eccleſiam, quæ in honore teſtis Chriſti Sebaſtiani, eidem Chriſto dicata erat. Confidentes Saluatorem, meritis ſui fidelis, cuius Reliquiæ deportarentur, precibuſque Patris Benedicti placatum, plæbi ſuæ miſerturum. Condicto ergo die[1], diſcalceatus pedes, lachrimis perfuſus, tàm ſacer ordo quàm populus, cum paruulis & mulieribus, Beati Martyris membra duobus ex clero pro conſuetudine in humeris geſtantibus: cum Letaniarum ſupplicatione, ad ſupradictam peruenium Eccleſiam. Vbi quanti profuſi gemitus ex intimis cordium fuerint: quantæ lachrimæ effuſæ, quanta precum vota Omnipotenti Deo oblata, nimium difficile eſt proſequi. Expleta ergo ex more Miſſarum celebratione, redeunt quiſque ad ſua, præſtolantes Omnipotétis Dei immenſam clementiam: quæ non diu abfuit. Námque mox, ſicco excluſo[2] Aquilone, humidus Auſter libero volatu, Floriacos perflans campos: omnia roriſluis humectauit pennis, quæ Solis feruor arida reddiderat, largo imbre irrigans ſola. Corpora quoque cùm hominum quam reliquorum animalium, grato releuans temperamento: omnem prorſus in eis extinxit ardorem. Ceſſante itaque immoderato Solis feruore, ceſſauit & peſtis inuiſa:

1 *Antiquus geſtãdi Reliquias modus: in humeris Sacerdotum.*

2 *Aquilo vētus ſiccus, & Auſter humidus.*

uisa : nec deineeps præter consuetum morem, in eodem aliquis loco,eo tempore obiit.Porro qui à tanta liberati fuerant clade, totis præcordiis Omnipotenti Domino debitas persoluunt laudes : Beato Martyri Mauro , Patríque Benedicto , meritas agentes gratiarum actiones.

Gordonicenses, à clade pestis, per sanctum Benedictum liberantur.

CAPVT XXI.

PAucis diebus reuolutis:eadem pestifera lues,inuasit incolas castri , quod Gordonicum vocatur , in pago Byturico situm.Sole denique vires solito maiores exerente [2] , tanto ardore Gallicam regionem torruit:vt fontes qui toto pene hactenûs æuo fluxerant, siccati : nequaquam , consuetum suis potum præbere sufficerent accolis.Tellus vero hiulcis passim fissa rimis : pandebat hiatus creberrimos , & solito profundiores. Proindè amnes largiflui , qui instar abyssi magnæ,oneriferas vectare consueuerant naues,exsiccatis alueis,amisso nauigij vsu, transitum duodenni præbebant puero,si necessarium foret pedibus trãsire. Quid de pratorum retexam exustione? quæ viroris decore, æstatis tempore vestiri solent graminibus,speciem lapidis Smaragdini æmulantibus : quæ æstu Solis attrita sic arruerant : quasi nunquam aliquid humoris habuissent. Porrò tot & tantas nostræ ætati inexpertes ærumnas , comitabatur mortifera lues,quæ humanorum corporum innumeras cotidiè dabat strages. Quæ lues , maximè incolas suprafrati angebat castri : cum reliquæ clades , penè toti dominarentur Gallico orbi. Nihil in eo apparebat castro [3],nisi mortis imago.Omnia plena luctus, plena mœroris,plena dolotis. Nusquam risus , nusquam cordis lætitia, nusquam vultus hilaritas. Omnes , submissis in terram gradiebantur oculis. Non ibi exaudiebantur voces exultantium:non mulierum tinnuli concrepabant cantus , choros ducentium.

1 *Gordonicũ castrum.*

2 *Magna siccitas.*

3 *Pestis descriptio.*

centium. Nulla in plateis plebis frœquentia. Et mirum quod in tam populoſo oppido, vix rara aut nulla metu mortis cunctos percurrente, videres conuenticula. Decor mulierum, puerorum laſciuia, iuuenum petulantia, varius veſtium ornatus, in pullos commutatus fuerat amictus. Nec immeritò, vix enim aliqua immunis à cadauere, inibi reperiebatur domus. Quippe cũ quo aliquid tractabas modo homo, poſt paululũm fiebat cadauer. Moriente aliquo, quærere ſolemus veſpillones, qui defuncto procurent ſepulturam : Ibi vero, antequam ſciretur qui in eis mortui poni deberent: quamplurimæ ab illius officij miniſtris fiebant foſſæ, certis, nullatenûs mercede ſui laboris ſe poſſe fraudari. His & amplioribus, oppidani iã dicti caſtri coarctati malis. tandem rediit ad memoriam, qualiter Omnipotens Dominus, per Beatum Martyrem Maurum, comitantibus Patris Benedicti meritis : de cruentiſſima peſte, ſuperioribus annis Floriacenſes liberauit. Conſilio ergo inito, decernunt prudentes Floriacum dirigere viros, qui communes populi preces fratribus intimarent Floriacenſibus: quatenûs Chriſticolæ ſuffragari non differant plebi, gregatim pereunti, deportato corpore ad eos iam dicti Martyris, cum Benedicti Patris Reliquiis. Venientibus ergo Floriacum legatis, & rem pro qua venerant ex ordine propalantibus : Durum quidem fratribus videbatur, Glorioſum Martyrem Floriaco extrahere, & vel modico terrarum ab eo diuelli ſpatio : cum poſt ſanctiſſimum Patrem [4], in ipſo maxima ſpes illorum ſita foret. Durius tamen quibúſque ſanioris conſilij viſum eſt : ſi tantam plebem, præſertim Patris Benedicti dilectricem, perire ſinerent : maximè cum certum haberent, celeriter illi poſſe ſubueniri, & fides petentium hoc apud ſe retineret. Aſſumpto igitur quidam Religioſorum fratrum celeberrimo Martyre, cum ſacratiſſimis Patris Benedicti [5] pignoribus. Honeſto comitum tàm clericorum quàm laicorum vallati agmine, vt puta tantum decebat Martyrem; ad deſtinatum perue-

4 *Martyris Mauri ſtudioſi Floriacenſes.*

5 *Pignora S. Benedicti.*

nerunt

niunt locum. Comperto Gordonicenſes ad quos tendebant, eorum aduentu; obuiam ruunt, omnis ſexus, omniſque ætas, ſenes iam decrepiti incurua baculo ſuſtentantes membra, Pueruli etiam, quos modo ætas ad frequentationem habiles reddiderat, quibus poterant verbis, ad accelerandum ſibi opitulari rogabant. Immenſum namque gaudium eorum replebat corda, quoniam quas toto mentis deſiderio videre exoptauerant, Beatiſſimi videlicet Mauri, aſpiciebant Reliquias: ſecuri iam de ſua per eum ſalute, quem apud Omnipotentem Dominum, tantum audierant poſſe. Occurrunt etiam cum maximo tripudio ſancti[6] Satyri Canonici[7], albis induti veſtibus, ſuper amicti Holoſericis Cappis, Crucibus Cereis Thuribuliſque thimiamate vaporantibus præmiſſis. Deducitur Beatiſſimus Martyr hac populi frequentia, vſque ad caſtri ſuperiora, quod ſitum eſt, vt recolunt qui viderunt, in prærupti collis eminentia. Expoſitis ergo in planitie eiuſdem oppidi cupis, defertur vinum certatim in amphoris & aliis vaſis deportando vino aptatis, & funditur in eis, quatenus[8] loto feretro quo Beati Martyris continebantur membra, ex illa potione quaſi de ipſis ſacris condita membris, velut de confectione aliqua medicinali, omnes potarentur. Videres nimirum, cateruatim confluere vniuerſæ ætatis ſexum: deferre ſciatos, ſchyphos, crateras, & cuiuſque generis vaſcula ad ſuſcipiendum potum. Suſcepto ergo in ſuo quiſque cálice illius medicaminis hauſtu, nequaquam aliquid vt fieri aſſolet, exinde domi reſidentibus deportabat, priuſquam ſufficienter reficeretur: metuens ſi vel modica poſtquam ſuſceperat morula intercederet, ne ſubita lues ſe perimeret. Etenim qui amplius ex eodem, potum haurire poterat; ampliorem ſalutem ſeſe promeriturum ſperabat. Refecti igitur eo affatim omnes, (cæterum idem caſtrum præ cæteris vino abundat, & gaudium erat cuique qui illud præbere valebat.) rogant obnixè, quo beatus[9] Martyr per vicos & plateas eiuſdé circumferatur oppidi,

6 *S. Satyrus*

7 *Qualis occurſus ſit ſacris Reliquiis.*

8 *Vinotheca ſacrarũ Reliquiarũ lauatur. Gallicè vocant le S. Vinage.*

9 *Reliquiæ per vicos oppidi circumferuntur.*

pidi, vt peſtifera lues eius præſentiam fugiens, à cunctis ipſius pelleretur angulis. Hoc facto, cœpit extemplo, ventus leni ſpiramine aërem in nubes cogere: polus deinde obſcurari denſitate nubium. Nec mora, vt ſolet in Aprili deſcendere pluuia, leuis, auraram ſuſurrio, imber gratiſſimus, placido lapſu ſeſe infudit ſitientis telluris in græmium: depellens nociuum, qui diû lugubri dominatus mundo fuerat, Solis ardorem. Porro expulſa mox clades illa mortifera, quæ multas mortalium ſtrages, illis in locis, inexperto ediderat more: luſtrante fines illos Beato Martyre, neminem hominum inibi inſueto deinceps modo, auſa eſt attingere. Denique eruti ab immani periculo, non eſt in promptu dicere quanto tripudiabant gaudio, perſoluentes laudum cantica Omnipotenti Domino. qui per ſuum fideliſſimum teſtem, à ſubitæ mortis diſcrimine, dignatus eſt eos eripere. Noſtri nihilominûs Legiſlatoris amore deuincti, eius meritum ſublimis attollunt præconio vocis; qui tantum habere meruerit contubernalem, per quem ipſius Patris iunctis precibus, imminentem euaſerint mortem [10]. Proinde quanta fuerint munerum donaria quiuis perpendere poteſt, dum vnuſquiſque præcipua quæ habet offerre feſtinat: ne alius ſe deuotior appareat. Si quidem, per triduum detinent ſuum ſalutiferum hoſpitem: vt certiores facti de conceſſa ſalute, nulla iam formido ipſius peſtis, in eorum reſideret mente. In quarto demùm die, cum hymnis & Canticis tanto Martyre dignis: eius perſequuntur feretrum per longius viæ ſpatium; valedicentéſque illi: ad propria ſunt regreſſi. Fratres itaque Floriacum repedantes, narrant reſiduis, quæ fecerit magnalia Dominus Omnipotens, fidelium ſuorum meritis. Qui gratulabundi, laudes exinde referunt omnium Creatori, Beati Martyris Patríſque ſui precibus, ſeſe commendantes attentiùs.

10 *Dona Chriſtianorum ad ſanctorum Reliquias.*

Iurans,

Digitized by Google

Iurans, barbam amittit.

CAPVT XXII.

NVlli videatur oneroſum, ſi duo ſubnectamus Capitula, ad laudem huius præſentis Sanctiſſimi Martyris, referentes mira, quæ per eum Omnipotens Dominus, oſtendere dignatus eſt opera, in duabus longiùs à ſe remotis regionibus, in quibus eius ſacratiſſima continentur pignora. Priùs tamen compendioſè intimandum, rem ignorantibus. Quoniam dum ipſius honorandæ Floriacum tranſlatæ forent Reliquiæ; Fratres Floriacenſes, duo venerabilia eius brachiorum oſſa, in duabus ſui iuris poſſeſſionibus poſuerunt, [1] ad ſubſidium videlicet & tutelam earum. Quarum altera Diacus [2] nuncupatur, in partibus ſita Burgundiæ, territorio videlicet Tornodorenſi. Alterius, licèt minùs conſequens in ſcripto annotari habeatur vocabulum, quoniam eſt Barbarum: tamen ſicut profertur, Barbarè annotauimus. Vocatur itaque [3] Pontons, in Regione poſita Guaſconiæ. Ergo, apud Diacum quidam eiuſdem loci habebatur villicus, nomine Ioſcelinus. Qui dùm in multis, aliter quàm oportebat ageret: extricando ſuorum cenſum Dominorum, vſurpando per fraudem reditus agrorum, ſubripiendo bona ruſticorum ſibi commiſſorum, poſt plurimas obiurgationes quibus vt ſe à ſuis prauis corrigeret actibus commonitus, nequaquam emendatus eſt: a [4] Reinerio eius poſſeſſionis tunc Præpoſito, poſtmodùm Abbate: quarumdam cauſarum rationem reddere cogitur, infideliter à ſe geſtarum. Iudiciario deindè more, ventillata earum rerum quæſtione, definitum eſt, eum debere iuramento [5] ſibi obiecta refellere: quia inficiabatur omnia illa, de quibus criminabatur. Reſpondet ille, ſe alacriter iuſiurandum facturum. Nec moratus diutiùs iàm dictus Præpoſitus, iubet afferri coràm, ſuperiùs memoratas Beati Martyris Reliquias. At miſerabilis Ioſcelinus, quamuis eum ſua reprehenderet conſcientia, formi-

1 *Reliquiæ Sanctorum, loca in quibus ſunt muniunt.*

2 *Apud Diacum eſt os brachij Sancti Mauri Martyris.*

3 *Item aliud os ipſius eſt apud Pontõs.*

4 *Rainerius Præpoſitus, poſtmodùm Abbas.*

5 *Iuramentum ad Reliquias Sanctorum.*

dine Præpoſiti ſui compellente, præſumit ſacris pignoribus temerè manum imponere. Peracto verò ſacramento, ſicut dictauerant qui illud fieri adiudicaueranr; improbus peierator iam ſecurus, quoniam illicò minime ipſum perculerat Diuina vltio. Hilari vultu, procacibus verbis, quam prolixam habebat, barba mento tenus comprehenſa: Per hanc, inquit, barbam, » ſaluum feci ſacramentum. Quo dicto, tota veluti eam » comprehenderat, manum [6] proſequuta eſt barba: reliquo quo vixit tempore, mento penitùs perſeuerante in barbæ priuatione. Manifeſtata igitur luce clariùs eius infidelitate, iuſto iudicio amiſſa villicatione, vlteriùs, nec ipſe, nec ſoboles eius, potuit villicare. Expertus, Beatum Martyrem admirandæ virtutis forè, quem priùs debita nequaquam veneratus fuerat reuerentia.

6 Mira bárbam radens nouacula.

Violans Eccleſiam S. Mauri Martyris, punitur à Deo.

CAPVT XXIII.

PRætereà [1] Comite Pictauenſium in expeditionem Ieroſolymitanam, multa armatorum milita ducente. Vxor ipſius curam agebat Prouinciarum, poteſtati ſuæ ſubditarum. Vnde factum eſt, dùm Gaſconiam peragraret, vt tranſmeata Garonna, fines eiuſdem Regionis attingeret, in quibus poſitus eſt locus ſuperiùs memoratus [2] Pontons, videlicet in pago [3] Auſienſi, ſuper flumen [4] Adurcium, ditioni Floriacenſium Fratrum ſubditus: vbi, vt diximus, iam dicti celeberrimi Martyris Reliquiæ habentur. Inuitante igitur itineris neceſſitate, Comitiſſa, militum vallata phalange, hoſpitium ibidem accepit. Comperto ergo ante triduum Pictauorum aduentu, incolæ eorum locorum, metu ipſorum, quoniam [5] dominationem eorum valdè exoſam habent, omnia [6] ſua quæ in Eccleſiam inferri licebat, aduehunt, & in oratorio eiuſdem poſſeſſionis congerunt. Veſtium diuerſas ſpecies, alimenta, & cætera humanis vſibus accommoda. Hoſpitati itaquè Pictaui, au

1 Comes Pictauenſis, Ieroſolymam cum turmis profectus.
2 Pontons.
3 Auſienſis pagus.
4 Adurcium flumen.
5 Guaſcones Pictauorum dominationem habent exoſam.
6 Ruſtici, timore militum, recondere bona ſua in Eccleſiis, conſueuerũt.

Digitized by Google

ui, audiunt Prouinciales omnia ſua, vt dictum eſt, in Eccleſia conieciſſe. Cæteris, (quamuis [7] ſit præceps eadem natio, ad audenda quæque illicita) ſacrum tamen formidantibus temerare locum: vnus eorum audacior reliquis, prorumpens in Eccleſiam, ſaccum frumento plenum humeris imponens ſuis, onuſtus ſacrilegio, proprium repedauit ad hoſpitium, nequaquàm diù ſuper tali gauiſurus facto. Deniquè mox vt ſuæ metationis ſubiit limitem, cœperunt omnia illius membra, more eorum qui quartano laborant typho, tremere, frigúſque intolerabile per totum eius ſe diſpergens corpus, glaciali rigore omnes ipſius adſtrinxit artus. Porrò, accolæ eiuſdem loci, qui certiùs nouerant, cur ſibi contigiſſet tam ſubita valetudo, (conſcij enim optimè fuerant magnarum Beati Martyris virtutum) hortantur miſerum, vt quod ab Eccleſia violenter abſtraxerat triticum, reſtitueret. Quod monebant, fieri egrè impetrant. Sed, nullatenùs Beatus Martyr, eius inuita placatur pœnitentia. Ergo Pictauis cum ſua Domina in craſtino, à loco illo ſeſe promouentibus: miſer ille ibidem remorari formidans, quo valuit modo cum eis progreditur. In proceſſu autem viæ, dùm cum ſociis graditur, paulatim formidabili indutus inſania, cœpit ſua, inſatiabili morſu more canino, dilaniare brachia. Qui verò eum compeſcere volebant, nequaquam ſufficere valebant. Perſeuerante illo in tanta amentia, ventum eſt ad fluuium quemdam. Tranſuadentibus cæteris, miſer ille [8] ſua ſponte in fluuium ſeſe præcipitans, aquis ſuffocatus periit. Maximum ſuis ſodalibus incutiens terrorem, & de reliquo cautelam, ne ſacrorum vlteriùs, violatores exiſtere præſumerent locorum. Plura quidem erant, quæ de hoc Præſtantiſſimo Martyre, dici poterant. Sed ne aliquis obuians, calumniam nobis velit perſtruere, dicens, nos noſtrum propoſitum exceſſiſſe: quoniam dùm debuimus Patris Benedicti mira referre opera, Beati Mauri aliqua retulimus geſta. Reuertamur ad ſuperius omiſſa. Licèt non ignoremus, eorum quæ Beato ſingulariter aſcripſimus Mauro, Be-

[7] *Pictauia, ad illicita præceps natio.*

[8] *Exemplaris mors.*

nedictum Patrem extitiſſe participem. Quippè qui in eadem [9] requieſcant Eccleſia, & eadem loca ſuſceperint tutanda. Et eædem poſſeſſiones, in quibus Beatum Martyrem, retata diximus patraſſe miracula, ipſi Floriaco ſunt ſubiectæ: cuius loci factus eſt vterque Patronus, Omnipotente Domino largiente.

[a] *Requieſcit Maurus [illegible] cum S. [illegible]nedicto.*

[1] *Matildis vxor prima Ainrici Regis.*

[2] *Anna Regis Ruſſorum filia ſecunda, vxor Ainrici Regis.*

[3] *Tres filij Regis Ainrici.*

[4] *Rotbertus puer moritur.*

[5] *Hugo Comes Viriman denſis.*

[6] *Philippus adhuc ſeptennis, incipit regnare.*

[7] *Balduinus Comes Flãdrẽſium, vir ſtrenuus, tutor Philippi Regũ.*

[8] *Philippus Rex, pinguis & ſomno deditus.*

[9] *Berta Ducis Friſiæ filia, vxor Philippi Regis.*

[10] *Rex Ludouicus.*

Epiſcopi Antiſiodorenſis correctio.

CAPVT XXIIII.

REgina [1] Mathilde, metas viuendi excedente, Rex Ainricus, in coniugium ſibi adſciuit filiam Regis Ruſſorum, nomine [2] Annam. Hęc ei peperit [3] tres filios: Philippum, Rotbertum, Hugonem. Quorum [4] Rotbertus adhùc puerulus deceſſit. [5] Hugo Comitatum poſtmodùm Virimandenſium adeptus eſt. [6] Philippus autem, patre defuncto, totius Regni Francorum gubernacula obtinuit. Septennis autem erat, quando pater defungitur. Qua de re, [7] ſortitus eſt tutelam illius, vir inluſtriſſimus Balduinus Flandrenſium Comes. Qui prudentiſſimè Regni adminiſtrans negotia, donec idem Philippus intelligibiles attingeret annos. Tyrannos per totam pullulantes Franciam, tàm conſiliis quàm armis perdomuit, & pacem maximam teneri fecit. Proindè, Philippo iam iuuene facto, integrum abſque vnius viculi imminutione Regnum, reſtituit: & ipſe non multo pòſt, viuendi finem fecit. Philippus verò, in primis multa ſtrenuè geſſit annis, ſed ætate procedente [8], mole carnis aggrauatus, ampliorem operam cibo indulſit & ſomno, quàm rebus bellicis. Hic Ducis Friſiæ filiam nomine [9] Bertam, in matrimonium accepit: quæ ei genuit [10] Ludouicum. Rebellauerunt autem contra eum, quidam Francorum Proceres, opibus & viribus [11] Guillelmi Regis Anglorum fidentes. Ex quibus, [12] Hugo de Purcolo, aduerſus eum arma corripuit: plures ſibi adſciſcens auxiliatores. Rex verò eius audaciam compeſcere cupiens, vndequaque militum contrahit manum. Inter reliquos etiam auxiliares,

Digitized by Google

res, exercitum de Burgundia aduentare iubet. Qui accepto mandato, in Franciam properant. Dux videlicet eiuſdem Burgundiæ [13] Odo, Niuernenſium [14] Comes Guillelmus, Antiſiodorenſium [15] Pontifex Gaufredus, & alij quamplures, quos retexere perlongum putauimus. Hi cœptum iter carpentes, via dictante, in quodam prædio Pattis Benedicti, [16] Eueram vocato, metationem acceperunt. Vt verò moris aggreſtium eſt, in aduentu militum formidare, perſtrepere, quaqua verſum fugere, ſua in locis tutioribus recondere. Maximè in tanto ſtrepitu. Ruſtici ſuprà memorati pagi, omnia [17] ſua ad Eccleſiam conuehunt, tàm annonam quàm ſuppellectilem variam. Porrò militum Phalanges, poſtquàm feſſa labore viæ corpora, dapibus releuarunt: cibaria ſuis procuraturi equis, comperiunt ruricolas, ſuam totam annonam in Eccleſia abdidiſſe. Vndè, animis deiecti, referunt ad Principes exercitus, rem omnem ex ordine. Ruſticos ſcilicèt, ſpem ſui victus, [18] ad tutiorem portum, Eccleſiam dico, contuliſſe: nec ſibi penitùs velle dare aut vendere alimenta, ſuis vehiculis neceſſaria. At illi conſilij extorres, quid agant ignorant. Neque [19] enim Sanctorum violatores locorum, fieri volunt, ſeu præſumunt. Epiſcopus itaquè, qui cautior cæteris eſſe debuerat, iuuenili actus temeritate, ſcurrili interrogat ſermone, vtrùm eam annonam, homines in Eccleſiam contuliſſent? Cui cùm reſpõſum eſſet, etiam. « Igitur, inquit, homines abſtrahant. Iubet ergo [20] Perpetuos ire, & quantum hordei neceſſitas expetebat, ſuis præbere equis. Properatur ad Eccleſiam, violenter hordeum ab ea abſtrahitur. Pabulum exindè equis ſubminiſtratur. In craſtino, quò cœperant tendunt: nihil noxæ ſe contraxiſſe credentes, apud Patrem Benedictum, pro infractione illius loci, & iniuria ſuis illata. Enimuerò, Rege cum reliquis militum legionibus, ad Puteolum feſtinante, & ipſi, ei occurrunt. Caſtra metantur tam ipſi quàm Rex, circa ipſum caſtrum. Obſeſſo itaquè caſtro, poſt crebras aggreſſiones, aliquot diebus ibidem iam peractis, die quadam illi qui incluſi

11 *Guillelm⁹ Rex Anglorum, rebelles in Francia fouet.*

12 *Hugo de Puteolo rebellis.*

13 *Odo Dux Burgundiæ.*

14 *Guillelm⁹ Comes Niuernenſium.*

15 *Gaufredus Epiſcopus Antiſiodorenſis.*

16 *Euera, Gallicè Yeure.*

17 *In Eccleſia, ad militum aduentum ruſtici ſuas res tutantur.*

18 *Eccleſia, tutus portus.*

19 *Nõ eſt hodie ſalus militum timor, religione.*

20 *Perpetu⁹ ibi nomen officij.*

videbantur, Hugo videlicet cum ſuis, apertis portis, improuiſi adſunt obſidentibus, [21] omnigeno bellorum tumultu perſonantes, cornicinibus etiam, horrifico boatu concrepantibus. Exterriti qui in caſtris erant, ſubita hoſtium audacia, credunt totius Franciæ militum cohortes, noctu caſtrum idem intraſſe: & idcirco, Hugonem ad tanti auſum facinoris, prorupiſſe. Quid plura? Terga vertunt, fugæ præſidio ſeſe committentes: diuerſarum ſpecierum tentoria, varia ſuppellectili plena linquentes: & cætera quæ ad tantàm expeditionem neceſſaria, conuexerant. Hoſtes eos fugere cernentes, quod nequaquam mente anteà concipere præſumpſerant, vt à paucis tanta multitudo fugaretur, acriùs inſequuntur. Capti ſunt igitur in illa fuga quamplurimi Nobiles viri, maximè exercitus Burgundiæ, qui Patrem Benedictum iniuriari auſi fuerant, direptores ipſius exiſtentes poſſeſſionis. Deniquè [22], Epiſcopus qui alios ſermone illuſoriè prolato, nefariè agere impulerat, cum patre, Niuernenſium Comite, captus, coactus eſt ſeipſum, non modicæ quantitatis pecunia redimere. A qua demùm captura exemptus, Floriacum petens, fatetur ſe ſtultè egiſſe, & quæ ſibi acciderant, iuſtè contigiſſe. Veniam petit, promeretur. In ea fuga, completum videres, quod in fine Deuteronomij legitur, in imprecationibus, quas vir Dei Moyſes populo Iſraëli imprecatus eſt, ſi à lege Dei ſui aliquando recederet: *Per vnam*, inquit, *viam egredieris contra hoſtes tuos, & per ſeptem fugies.* Et in Leuitico: *Fugietis, nemine perſequente.*

21 *Aſtutia bellica.*

22 *Epiſcopus Antiſiodorēſis, cum Patre Niuernēſium Comite captur.*

Deut. 28. 25. Leuit. 26. cap. 17

Veteris arcæ oſſium S. Benedicti fragmenta, ſanitates operantur.

CAPVT XXV.

1 *Sanctus Benedict⁹ apud Floriacum quieſcit.*

2 *Guillelm⁹ Abbas Floriacenſis.*

BAſilica ſemper Virginis Mariæ Dei Genitricis, in qua [1] Beatus Pater Benedictus corpore quieſcit: partim vetuſtate, partim incendio demolita. Viſum eſt [2] Abbati Guillelmo, adnitente Odilone, viro probo, eiuſdem Baſilicæ ædituo, vetus demoliri, & nouum opus

opus pro vetere inſtaurare. Qua de re actum eſt, vt [3] veneranda eiuſdem Patris membra, quæ in arca lignea erant recondita, ſcrinio æneo ea ob durabilitatem intrinſecùs ambiente, neceſſe foret de eadem arca abſtrahere, & aliàs alio in locello locare. De cuius arcæ Reliquiis multa remedia præſtantur infirmis, eiuſdem Patris meritis, [4] cuius venerabilia oſſa ambiuit. Deniquè, quicumque febricitantium, ſiue quotidianis, ſeu tertianis, vel quartanis detentus fuerit typhis. Si aqua aut vino lauerit aliquam particulam lignorum ipſius arcæ, & eamdem potionem, fide opitulante, hauſerit: confeſtim emortua febre, ſanus euadit. Quòd frequentiùs probauimus, experimento multiplici. Plures [5] etiam de ipſis quibus compacta fuerat arca illa lignis, diuerſarum homines Regionum, ad propria loca, gratia ſuæ ſalutis detulerunt: qui poſtmodùm atteſtati ſunt, contra variorum genera morborum, ea profuiſſe multum. Enimuerò, nos plurima quæ per ea oſtenſa ſunt, omittentes ſigna: vnum dumtaxat retexamus, cuius documento, multa potuiſſe fieri ſimilia manifeſtemus. [6] Veranus, qui per aliquanta annorum curricula, regimen obtinuit Floriacenſium: quartanis validè per menſes ferè ter binos adurebatur febribus. Qui plurimorum Medicorum vt putabat Doctorum, ſibi propenſiùs curam adhibens, nihil profecit: tantùm aliquam pecuniæ quantitatem, in comparandis medicaminibus, & eorum præmiis, qui fruſtrà vel [7] modicùm ſuæ artis ſuſcipere laborem renuunt, expendit. Ipſe quoque, quoniam iactitabat aliquantulam medicaminis ſe habere notitiolam, per ſe, in ſe, multa temptauit. Sed nil ſibi profuit. Deſtitutus itaquè omni auxilio, & attenta medicinæ fraudatus ſpe, recordatur, multos huius infirmitatis pondere oppreſſos, per arcæ ipſius Reliquias, ſoſpitati priſtinæ reſtitutos. Diluculò igitur cuiuſdam diei, ſurgens à lectulo, manibus ſuorum deportatus [8] cubiculariorum, Eccleſiam intrauit, coram [9] altari in quo prædictæ conditæ fuerant Reliquiæ, ſeſe in pauimẽto proſtrauit, fletu & gemitu ſubueniri ſibi

3 Membra S. Benedicti.

4 Oſſa S. Benedicti venerabilia.

5 Deuotionis ergo, ligna arcæ S. Benedicti portabantur in varias orbis partes, & Miracula operabantur.

6 Veranus Rector Floriacenſis.

7 Et ſi vt plerumque nihil gratis agant Medici, vnũ tamen nouimus Bugnetum, qui amicitia tantùm ſtudio pleriſque ſuis amicis medeàtur.

8 Cubicularios habebant Abbates regulares.

9 Reliquiæ S. Benedicti, in altari conditæ.

expoſcens, B. Patris precibus. Poſtremo, de ſoli duricia ſubleuatus, & vlnis ſuorum baiulorum ſuſtentatus, rogat [10] cuſtodem prædictorum ſacrorum oſsium, aliquam arcæ portiunculam ſibi adferri, mero ablui, & ſibi tribui. Quod dùm impetraſſet, hauſto eiuſmodi potu, corde deficiens, de manibus ſeſe baiulantium, ad terram prolapſus cecidit. Omnem deindè ſuperflui humoris abundantiam, quæ ſibi eam ægritudinem intulerat, euomens, per ſpatium fermè vnius horæ, humi proſtratus iacuit, mentis deliquium paſſus. Vndè, reſumptis aliquantulùm viribus, ſeſe erigens, denuò ad lectulum deportatus, & tranquilla quiete paululùm ſoporatus, nullam ipſius morbi deinceps ſenſit anguſtiam. Cognouit ergò potiorem forè medicinam, Omnipotentis Domini expoſcere in infirmitate clementiam: quàm in pretioſarum ſuccis, & viribus confidere herbarum.

10 Sanctis oſſibus B. Benedicti cuſtos attributus.

Manco, manus meritis Sancti Benedicti reſtituitur.

CAPVT XXVI.

VNus ex fratribus cognomento Gillebertus, qui cœmentariis fuerat præfectus, prætaxato operi inſiſtentibus, pecuniis minus aliquando habundans, ibat circumiens loca plurima, & ducens ſecum ſeminuerbios [1] quorum admonitione excitata virorum & mulierum corda, ſecli negotiis inretita: aliquo ſuffragio, & ſi modico, penuriam ipſius ſubleuarent. Dum ergo circumquaque diſcurreret [2], Vitriacum aduenit: qui locus Regalis Palatij honorificentia, noſtris temporibus decorabatur. Ingreſſus itaque Eccleſiam, exortatorio ſermone populum commonefaciebat: vitæ præſentis mutabilitatem fugere, vitæ futuræ ſtabilitatem, flagrantis animi deſiderio appetere. Inter cætera verò, blandis perſuaſionibus exorabat, ex qua re tota illa exortatio originem duxerat: quatenùs iniuncto ſibi operi, aliquid ſubſidij impendendo, vel pauca largi

1 Subuentio fidelium pro ædificãda ex petitur. Baſilica.

2 Vitriacum Gallicè Vitry, olim palatiũ Regis, in ſilua Aurelianenſi.

Digitized by Google

largirentur nomiſmata. Aderat autem in eodem populo ruſticus quidam Marcus, qui ſiniſtra debilitatus manu: nullum ex ea opus attemptare valebat: ſed neruis contractis, digitorum ſummitatibus medio palmæ infixis, pollicéque ſuperaſtricto, modũ, aliquem clauſo pugno percutere valentis, expreſſerat. Et hac ferè per quinquennium mulctatus debilitate, nulla medicorum ope adiuuari potuit. Porrò nouerant illius conuicanei, eum ipſa incommoditate diù detentũm. Igitur cùm audiret prædicatorem, Patris Benedicti virtutes inter alia prædicamenta ſæpius extollentem: videretque in præſentia [3], Sanctorum quorundam pignora, auro incluſa, quæ ad excitandam plebis deuotionem, prædictus frater ſecum detulerat. Credo inſpirante Omnipotentis Domini gratia, qui ſibi hac occaſione miſeri diſpoſuerat, conuerſus ad ſuperius

« memoratum fratrem, inquit. Spero mi Domine, & fi-
« des hoc mea certum apud ſe retinet: quoniam ſi iſtis
« ſacris pignoribus quæ in præſenti cerno, manui meæ
« debili [4], vexillum Crucis exterius in circuitu pingatis,
« inuocato nomine Sancti, cuius famuli eſtis Benedicti
« Patris: pulſa debilitate, priſtinæ reddatur ſoſpitati.

Audita qui aderant eius poſtulatione, & admirati fidem: exorat & ipſe, quæ poſtulabat fieri. Frater verò & ipſe, fide nihilominùs plenus: confiſus de ſanctarum [5] virtute Reliquiarum, & meritis Patris: acceptis Sãctorum pignoribus, manum debilem illius, vti rogauerat, ſigno Crucis exterius circumcinxit. Quæ confeſtim neruis ſtrepitum grandem dantibus, ſanitatem recepit ex integro: digitis omnibus ſeſe erigentibus. Cœpit itaque idem ruſticus habere liberam manum, qui diù habuerat inutilem ſolummodo pugnum. Videns autem in ſe tantam Omnipotentis Domini clementiam: ei pro poſſe & ſcire, referebat gratiaram actiones, pro ſua reformatione: agens etiam & Patri Benedicto grates, cuius meritis, ſeſe ſalutem conſecutum, profitebatur. Nec minus, Omnes qui in eamdem Eccleſiam conuenerant: diutiſſimè laudibus Redemptoris

3 *Auro inclu ſis Reliquiis, deuotio plebis excitata.*

4 *Signum Crucis.*

5 *Virtus Reliquiarum.*

ris immorati: quibus valebant laudibus, eius extollebant magnalia, qui in ſanctis ſuis eſt vbique mirabilis.

Floriaco vico incenſo, Monaſterium Floriacenſe, diuinitùs ab incendio ſeruatur.

CAPVT XXVII.

1 *Floriacenſe Incendium anno* CIↃ. XCV.

ANno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo quinto, flamma voracis ignis, maximam floriacenſis Burgi conſumpſit partem. Incognitum autem habetur, vtrum caſuale, an furtiuum idem fuerit incendium. Nocte ſiquidem quæ [2] Sacratiſſimum diem Dominicum Paſchę ſubſecuta eſt. Vehemés ignis vnam corripuit domorum, quæ à parte Septentrionali exceptæ erant, à clauſura eiuſdem Burgi. Quæ cùm eſſet receptaculum bouum, habebat feni plurimum & palearum. Hæc verò, licet ſint omni tempore lætiſſimum ignis pabulum: ea tamen multomagis tempeſtate, quia excluſis reliquis ventis [3], ſolus Aquilo libero flatu orbem perflabat Gallicum. Qui omnia more ſuo adurens, arida reddiderat: nulla penitùs pluuiæ ſtillante gutta, per aliquot temporis ſpatia. Igitur incipiente tertia noctis parte, quæ [4] conticinium vocatur: perſtrepentibus illis qui primi viderant ignem accendi: vulgus reliquum expergefactum, terrificam illam vocem cum horribili vlulatu concrepabat, Ad focum videlicet, ad focum Quo ſtrepitu excíti fratres, linquunt ſtratus, Baſilicam irrumpentes. [5] Erat autem eadem Baſilica ob Paſchalem celebritatem, honeſtiſſimè Holoſſericis venuſtata ornatibus. Ad quos deponendos, & in gazophilacio reponendos: quoniam ea domus fornice lapideo protegebatur, iuniores de fratribus, certatim accinguntur. Quod citiſſimè peragitur, aliis ſcalas erigentibus: aliis per gradus earum, ad faſtigia ipſius aulæ euolantibus, & ipſos ornatus deponentibus: aliis eos, in humeris & vlnis ſuſcipientibus, & ad iam dictum tutum locum deferentibus. Nec minus libro

2 *Paſcha dies Sacratiſſimus.*

3 *Aquilo vêtus adurens.*

4 *Conticiniũ tertia pars noctis.*

5 *Baſilicarũ in præcipuis feſtis ornatus.*

Digitized by Google

brorum per neceſſariam copiam, amittere ignis violentia pertimeſcentes, eodem congeſſimus, cùm Teſtamentorum & Priuilegiorum noſtrorum congerie. Metuebamus enim ne turricula in qua hæc recondita erant, ignium viribus ſuccumbens: in fauillas redigeretur: cùm foret rimarum plena, ſuperiori incendio conſumpta, quòd [6] Domini Abbatis Gaulini tempore, Floriacenſe Cœnobium peſſumdedit [7]. Porro, iunioribus in his quæ prætaxauimus occupatis: qui religioſiores & ætate prouectiores erãt, Patris ſanctiſſimi [8] glebam, non ſolum his, ſed omnibus gazis millies pretioſior em. ſupradicto gazophilatio intulerunt. cùm cæterorum pignoribus Sanctorum, qui in eadem quieſcebant Eccleſia. Quidam autem Sacratiſſimi Martyris Mauri membra [9], aureámque dextram, in qua pars Dominici ſudarij habetur inclula, aſſumentes: foras extulerunt, incendio opponentes. Sed dum nequaquam ignis odorem ſuſtinere valerent: intra ambitum caſtri ſeſe recipientes, aſcenſo muro implorabant Domini auxilium [10], oppoſitis nihilominûs incendio ſacris pignoribus [11]. Ioſcerandus verò beatæ memoriæ vir, qui eò tempore Abbatis officium apud Floriacum, ſtrenuè exequebatur. aſſumptis ſecum paucis fratribus, cùm pueris, qui adhûc ſub arctioris diſciplinæ cuſtodia tenebatur: Domicilia eiuſdem Cœnobij, vſque ad Aurorã circumeundo, Lethanias agebat, prorentis in cœlum manibus, crebrius Kyrie eleyſon, inclamans. Interea ignis paulatim, ſuas in maius augmentando vires, depaſtis ædibus, quas à parte Septentrionis extra villam depaſci, primo cœperat. Flatibus Aquilonis qui vehementer flabat impulſus [12], Eccleſiam ſancti Dyoniſij, quæ ferè in medio ipſius villæ ſita erat, corripit. Enimuerò, exindè quaſi ex eminentiori loco, liberioribus ſaltibus admiſſus, circumquáque diffunditur: itavt etiam torcularia, quæ in vineris centum fermè paſsibus longius aberant, combureret. Erat verò tantus eius crepitus, vt omnes audientes corde pauerent: vix ſtare valentes, quatiente eorum genua tremore nimio.

6 *Gaulinus Floriacenſis Abbas cuius tempore Floriacenſe Cœnobium deflagrauit.*

7 *In benè inſtitutis Cœnobiis, iuniores labori vacant: ſenioribus grauiora interim iuſtitutis.*

8 *Gleba S. Benedicti, cunctis diuitus pretioſior.*

9 *Dextera aurea apud Floriacum in qua erat inclusa pars Dominici ſudarij, inde quæ oriuntur arma Floriacenſium, quæ ſunt: dextra more benedicentis exerta cum hoc Eulogio. dextera Domini.*

10 *Reliquiis ſanctorum ignis oppoſitis.*

11 *Ioſcerandus Abbas Floriacenſis.*

12 *Pueri in antiquis Monaſteriis, ſub arctiori diſciplina cuſto diebantur.*

mio. Tunc denique omnes ingens arripuit timor. Fratres, cernentes carbones ignitis mixtos ſcintillis, ſuper Monaſterium quòd ſtipula opertum erat, cadere metuentes, ne ſub vno momento, cuncta eorum habitacula, eò igne conſumerentur [12]. Idem denique Monaſterium quòd ſuperius innouari cœptũ diximus: quoniam adhùc imperfectum manebat, ſtipula tegebatur. Tandem ergo placatus ſaluator, vt credimus ſuæ Glorioſæ meritis Genitricis, Patríſque Benedicti, necnon ſupramemorati Religioſi viri precibus: induxit Affricum vehementem, qui ex obliquo flans, Aquilonem à Monaſterij ambitu penitùs excluderet: & vapores incendij quos ille ſuis impellebat flatibus, ab eo omnimodis arceret. Quàm miſerationem Omnipotentis cernentes, retulimus pro poſſe eius immenſæ Clementiæ gratiarum actiones: qui nos à tam immani eripuerat periculo. Denique, donec omne illud incendium ſopiretur: non ceſſauit idem ventus flare vehementiùs. Perdurauit autem idem incendium debachando, peſſundans Floriacenſium ædes, cùm his quæ in ipſis reperit alimentis & veſtibus, & varia ſupellectili: ab hora noctis tertia, vſque primam ſequentis diei horam. Deuaſtans omnia à porta Septentrionali verſus Oriẽtem, vſque in portam Auſtralem: paucis reſiduis domibus ad Solis ortum, quæ extra villam erant.

12 *Eccleſia Sancti Dyonifii apud Floriacũ incenſa, nec reſtituta.*

13 *Quare Cœnobiũ Floriacenſe ſtipula tectum fuit.*

Mulier Caca illuminatur.

CAPVT XXVIII.

QVædam paupercula anus, ab ignotis nobis finibus egrediens, Floriacum fortuito caſu, oſtiatim victum quæritando contigit. Hæc diù in cæcitate perdurans, funditus ſpem recuperandi amiſerat viſus. Quæ manu ſiniſtra puerulo data, iter carpebat: dextera baculum gratia ſuſtentationis geſtans [1]. Ingreſſa ergo Dei Genitricis aulam, ponè immaginem noſtri ſaluatoris, argento radiante veſtitã, aureoque pulchrè nitore interſtinctam, vbi eo tempore, Beatiſsimi [2] Patris veneranda

1 *Imago radiante auro veſtita.*

2 *Membra S. Benedicti.*

Digitized by Google

veneranda quieſcebant membra, cauſa innouationis eiuſdem aulæ tranſlata. Anicula illa dum ductore ductante, ibidem reſtitiſſet: memor propriæ paupertatis, exorabat Patrem Sanctum vt eius ſuffragaretur inopiæ, ſuppeditando videlicet ſibi, victus & veſtitus neceſſaria. Neque enim de ſuorum reformatione luminum, de qua iam deſperauerat: orationem fundere præſumebat. Sed pius Pater, qui vtrumque largiri poterat: quòd potius erat conceſsit, quoniam luminibus reſtitutis, facilius ipſa ſibi procurare valeret cætera. Ex inſperato igitur, repulſa cœcitate: cæpit lumen cæli clarè conſpicere. Nec modicè gauiſa, Patris Sanctiſſimi merita totis efferebat animi præconiis: per quem eius lumina, receperant munera lucis. Referebat autem, quemdam ſibi adſtitiſſe, qui tenuem quæ eius pupillas texerat pelliculam, acuta incidebat nouacula: qua vtique inciſa, confeſtim lumen recipiebat.

Energumenus liberatur.

CAPVT XXIX.

QVidam mediæ ætatis homo, peruaſus ab humani generis aduerſario: inops mentis factus, perdiderat totius acumina ſenſus. Hic à proximis ſibi ſanguine, arctiſsimis adſtrictus loris: ad celeberrimum Patris adductus tumulum: diem ibi tranſegit integrum adnectens diei, & noctem contiguam. Quam dùm vigil pernoctaſſet: inluſceſcente ſequentis diei crepuſculo, nullum ſanitatis expetitæ indicium apparebat in illo: torquente qui eum peruaſerat, inceſſanter Dæmone. Denique terribili quoſcúmque appropinquantes ſibi, aſpectu intuens: ſi permiſſum fuiſſet, etiam dentibus more canino laceraſſet: frendens, & quantum licebat impetum in eos faciens. Sed vt diximus diris ligatus vinculis, nequaquam ſibimet vel alicui appropianti, aliquid inferre prævalebat damni. Edebat verò ore, ſonos horrificos, & inconditos: loquens etiam nefanda & execranda verba. Quoniam autem idem energu

Tumulus S. Benedicti celeberrimus.

energumenus, pro ſua ſalute ſui ipſius impos nullatenûs meminerat exorare: non ſolùm qui illum adduxerant, ſed quicumque Eccleſiam in qua erat intrabant, pro eò Omnipotenti Domino vt competens fuerat, orationem fundebant. Quo factum eſt, vt mediante hora Diei ſecunda, terribiliter exclamans tamquam valido percuſſus ictu, in terram corrueret reſupinus. Extemplo itaque dæmonio purgatus expulſo, compos mentis factus: Omnipotentem magnificabat Dominum: qui ſe à peſsimo hoſte captiuatum, per Beatiſsimum Patrem reddiderat liberum. Confeſtim fratres qui aderant in eius liberatione: cæteris in capitulo reſidentibus, nunciare properarunt huiuſmodi miraculum, per venerabilem Patrem patratum: Qui mox inde ſurgentes, ingreſsi oratorium [2] hilarianam pſalmodiam, quàm diebus feſtiuis in Omnipotentis laudibus Domini decantare ſolemus, voce celſiori: videlicet, Te Deum laudamus, tota mentis deuotione concinunt Patrem quoque gratulabundi magnificantes Benedictum. Porrò qui ſanatus fuerat, referebat, ea hora qua dæmone fugato liberatus eſt: ſe quemdam conſpicui vultus virum vidiſſe, qui ingreſſus per Orientalem ipſius Baſilicæ abſidem, baculum à capite incuruum manu gerens, vſque ad ſe properaſſet: ſeque eò quem geſtabat baculo, in capite feriiſſet; quo ictu accepto, ſeſe confeſtim in terram corruiſſe, & ſobrietatem mentis recepiſſe,

2 *Te deum laudamus, hilariana Pſalmodia dicitur, non quod ab Hilario ſit compoſita, ſed quia hilariter canitur.*

Artifex Fabricæ Sancti Benedicti ab alto cadens, à morte ſeruatur.

CAPVT XXX.

NVper properantibus cæmentariis, fornicem miræ altitudinis in dextra ipſius Eccleſiæ parte. erigere, locatæ ſunt trabes in ſublimi parietum ſtabilimento à fabris lignariis, ad ſuſtollenda ligna quæ in modum hemiſpherij fabricantur, quibus moles lapidum & cæmenti inniti habebat. Ergo dum quodam mane

Digitized by Google

mane trabibus tenui imbre madefactis, operarij desuper incederent, præparantes quæ præcipiebantur:vnus eorum Otgerius nomine,minus cautè superambulans, dum affigere vestigia vni trabium fortiter nititur : pede lapso , de illa celsitudine,per compaginatos sibi fustes , per multiplicem lignorum struem , inter acernos lapidum pronus ad terram corruit. Erat enim penè totum illud telluris spatium , tam lignorum quam saxorum congerie adopertum : paruus tantum locellus, ad mensuram humanæ proceritatis,remanserat immunis ab eis : in quo admirantibus qui aderant , acsi de industria proiectus,decidit iuuenis ipse. attrito tamen capite soliduricie. Oculis penè erutis , lingua ab ore porrecta , perfusus faciem riuo cruoris , iacebat humi tàquà exanimis.Accurrimus statim multitudo tàm laicorũ quàm Monachorũ:qui & si casum nò videramus, c amoré tamé & luctũ artificũ audieramus : qui omnes cùm gemitu lacrimosis vocibus , cœpimus implorare Glorioſæ Dei Genitricis opé,Patrísque Benedicti suffragia,quatenûs subuenirent misero,ne pauca quæ supererant animæ reliquiæ,protinûs elaberentur.Deniq; formidabamus, ne si ille spiritũ exalaret,intermitteretur opus,confractis animis vulgi totius : quòd tàm pecunias , quàm corporũ vires:certatim operi perficiendo , impendebat [1]. Quod quoniam mobile est , & in quamcumque partem mentis leuitas impulerit , more arundinis aura commotæ inflectitur, fortasis immurmuraret : Patrem Benedictum nullam ipsius loci prouidentiam habere,nec curare , si quid aduersi operi illi intercederet. Leuantes igitur iuuenem debilitatum, deposuerunt eum ante altare DeiGenitricis,quòd propè erat:expectátes tàm ipsius, quàm Patris nostri auxilium.Nec frustra. Nempe post aliquanta temporis momenta,qui putabatur mox moriturus , resumpto spiritu,oculis patefactis , cœpit alloqui circunstantes : & de sua integritate certos reddere,stupentibus illis & Dominum glorificantibus. Hinc delatus ad propriam domum:non post multos dies, integræ redditus est sospi-

1 *Vulgus mobile instar arundinis.*

Digitized by Google

tati. Qui interrogatus, quid sibi videretur, cùm de tanta altitudine præcipitatus corrueret: respondit se sic exceptum tellure, tanquam super multas ceciderit cucitras, nec soli soliditatem aliquatenùs sensisse.

Mente captus, curatur.

CAPVT XXXI.

STephanus autem vnus de familia, equestris ordinis vir, longa ægritudine maceratus, ad vltimum funditus amisit sensum. Qui ad instar debachantium, loris astrictus tenacibus, vix cohiberi poterat, ne à lecto prosiliens, præceps quaquauersùm titubantia inferret vestigia. Cuius amici & consanguinei, nimio tædio affecti, dum nil medelæ, quod eius tàm pessimo obuiaret letargo iuueniretur: deiecti animis, iam de ipsius desperauerant reparatione: Tandem propicia Diuinitate, quæ illi incolumitatem restituere decreuerat: incidit mentibus eorum, quatinus illum in Ecclesiam deportarent & coram altare Dei Genitricis locarent, exoraturi eius Patrísque Benedicti indefessam clemẽtiam: vt ægroto, suis subuenire festinarent meritis. Quod imminente iam noctis crepusculo, constituerunt agere: Erubescebant enim, eum diurnis sua domo efferre horis, propter ipsius assiduam debachationem: ne obtutus sese intuentium, offenderet. Positus ergo ante iam dictam Dei Matris aram: pernoctauit in eodẽ loco: ignorans penitùs se ibidẽ esse. At dum auroræ circulus, adhûc ambiguam lucem, rarescentibus iam tenebris, mundo inferret: relatus ab amicis, proprio inuehitur domicilio, nescius se productum ab ipso omnino. Exin verò, memoria paulatim reuertente, mentis obliuio quæ per plures obtinuerat soles, ipsum deseruit: atque infra modicum, perfectè recepit quem amiserat intellectum: congratulantibus sibi vicinis & cognatis, atque de eius sospitate, Omnipotentem Dominum collaudantibus.

Mulier

Digitized by Google

Mulier violans festum S. Benedicti, vt punitur.

CAPVT XXXII.

BOsonis[1] villa, quædam Sancti Patris nostri dicitur possessio, iuxta castrum quòd[2] Petueris vocatur sita. in qua hæc tria quæ subnotauimus signa, per gratiam quàm à Domino idem Pater promeruit, sunt patrata. Mense Iulio[3], Translatio eiusdem Glorioſi Patris, non modò apud Gallos, sed etiam apud complures nationes, celebriter recolitur. Morabatur autem in supradicta possessione quędam puella, quæ quoniam de Patris ipsius familia originem non trahebat: impunè putans se tantam solemnitatem temerare posse: sumpsit colum cùm fuso, cœpitque per eandem quasi deambulando villam, nens discurrere. Cernentes id mulieres aliæ, quæ Patris erant familiæ: arguebant ipsam, quoniam cùm in rure ipsius commoraretur, festum eius tàm præcipuum violare præsumeret. Illa stomachando intulit eis. Vos quæ illius estis ancillæ, estote feriatæ: & celebritatem hanc studiosè excolite. Me verò quoniam ipsi in nullo sum obnoxia; opere manuum mearum finite lucrari cibum, quem hodie sum comessura. Hoc dato responso, cùm maiori pertinacia cœptum opus agebat. Repente itaque, inuisibiliter diuina eam prosequente vltione, percussa in maxillam, cruentum accepit ictum. Et profluente de dentibus largo cruore, tam dolore percussionis, quàm formidine percussoris exterrita, ad Ecclesiam illius villæ profugit. Factus est autem non paruus conuentus rusticorum in eadem Ecclesia, qui exciti clamoribus mulierculæ, & fama tantæ virtutis, illùc confluxerant. Qui salubre consilium eidem suggerentes, hortati sunt vt sese traderet in ancillam Sancto patri; & sponderet de cætero, omnes celebritates ipsius, vt condecens esset, se venerabiliter obseruaturam. Quæ dignæ suggestioni credens, obtemperauit iusto ipsorum consilio: &

1 *Bosonis villa.*

2 *Petueris castrum vbi situetis. Gallicè.*

3 *Translatio S. Benedicti, apud multas nationes celebris.*

confestim tàm à dolore dentium, quàm àformidine liberata est.

Famina violans festum S. Benedicti coercetur.

CAPVT XXXIII.

IN idem rus aduenerat altera muliercula, quæ textricis fungebatur officio. Hæc mercede conducta, à quodam viro nomine Rodulfo gente Britanno, habebat cooperatricé quæ eiusdem erat ministerij: sed hæc ex familia Patris Benedicti progenita fuerat, altera verò minimè. Britanus autem ipse, liberam traxerat genituram: qui de sua adueniens regione, ipsius Patris rus incolebat, habens habitationem in eodem rure: erátque durus agricola, cui etiam vires labori tolerando sufficiebant [1]. In Patris igitur tumulatione, quæ in diebus Dominici Aduentus, per omnes Gallias annuatim cùm reuerentia excolitur: mulier quæ carnalis libertatis supercilio tumebat, inquit ei [2] quæ ex famulabus Patris se quoque esse plaudebat. Veni mi cara, properemus perficere quòd pariter cœpimus opus. Susceperant enim texere lineam, quæ ipsius Britonis erat telam. Cui illa respondit. Absit à me mi soror, vt ego hodie aliquem præsumam exercere laborem, & Domini mei cuius sum ancilla, tàm solemnem temerare celebritatem. At illa è contra. Tu si tibi vacat feriata esto. Ego enim quo fruar cibo, hodie laboratura sum. Tu verò Domini tui excòle festum. Huic altercationi Britanus ipse interuenit. Qui scisciatus cuiusmodi inter se sermones fererent, vbi edidicit causam: suis compulit exortationibus vtramque aggredi, quòd assumpserat opus. Cœpit itaque famula Patris, anxiè valde post telam residens, expectare, quid eius actura foret socia. Quæ tramam apprehendens, vbi primùm per stamen duxit filium, assumpto pectine ligneo, inculcabat idem filum reliquo subteginini, percutiendo. Extemplò, consequente iusti examinis vltione: pecten manui eius adhæsit. Quod ipsa dum persensit, exterrita voci

1 *Festũ hyemale S. Benedicti, per omnes Gallias olim cultum.*

2 *Famula S. Benedicti.*

Digitized by Google

vociferari exorsa est : attemptans crebro , si à manu propria pectinem aliquo pacto excutere quiret : sed videns in cassum se id facere , ab incœpto destitit. Accurrerunt autem plurimi ipsius vici habitatores , excíti clamoribus illius , inter quos & Brito adfuit. Qui nequaquam reueritus rectissima Omnipotentis iudicia , quæ etsi sunt occulta aliquando , semper tamen. sunt iusta : comprehensa dextera mulieris cui pectem inhæserat, violenter extrahendo discussit.

Iudicia Dei etsi occulta aliquando, sũt tamẽ semper iusta.

Britonis vindicata temeritas.

CAPVT XXXIIII.

QVem Britonem illico vindicta superni iudicis, pro sua superba temeritate , merito perculit. Dextera denique eius , quæ cum violentia pecten à mulierculæ manu excusserat, mox arefacta est : ita vt inutilis reddita , nullum opus efficere valeret. Cum ipsa quoque ariditate , aliud inusitatæ passionis detrimentum accreuit. Siquidem tanquam reatus sui quodam argueretur timore, træmula,concussione agitata, vno in loco , etiam si vinculis constringeretur , cogi non poterat : sed mobilitate inexperta , absque vlla quiete dissiliebat. Paulatim etiam augmenta vi ægritudinis, rusticus ille percussus dira paralysi, medietate sui destitutus est corporis , ita vt ad omne artificium efficeretur inutilis.Miser tamen idem,tanta fuerat cautus dementia,& obstinatione animi induratus:vt nequaquam confiteri acquiescceret , ob temeritatem dictam , se tantum languorem incurrisse : donec inueterata morbi acerbitate maceratus, inuitus , qualiter id sibi accidisset , sua voce protulerit. Admonentibus autem vici eiusdem cohabitatoribus,petiit Floriacum in Patris [1] Translatione, qua Casinum deserens , elegit sacris suis pignoribus metationem,Gallicanam regionem : & seruitium professus ipsi de cætero Patri, pernoctauit post ipsius sanctissimam tumulationem nocte illa , continuato die festi nocti ipsi: deposcens ipsius

1 *S. Benedictus Casinũ deserens, elegit Gallicanã regionem.*

Digitized by Google

clementiam,cuius in se concitauerat vindictam. quod & ipsi perspeximus. Sed quoniam ex superbiæ typo, eiusdem crimen descendebat, nullatenûs veniam impetrauit quam implorabat , sed vsque ad terminum vitæ , comitante se occulto Omnipotentis examine, incuratus perseuerauit.Mulier igitur quæ in se experta seueram Domini fuerat vltionem,perterrita , etiam rustici illius diris passionibus:famulatum professa Patri Benedicto , spopondit se in eadem solemnitate [2], candelam omnibus annis quibus viueret oblaturam: & illam [3], cæteraſque eius, debita cum deuotione obseruaturam.

2 Candela annua oblatio.

3 Vota antiquitus de festorũ obseruatione.

Contractus curatur homo.

CAPVT XXXV.

IN Castellione Patris ipsius non exigua possessione, vbi Beatus [1] Confessor Possennus requiescit, dequo & [2] Andreas plurima in suis retulit dictis : multa ad laudem sui nominis , per merita vtriúsque Patris , sæpius Omnipotentis clementia , demonstrat magnalia. de quibus & nos dicturi sumus aliqua. Homuncio quidem Herbertus nomine , ægritudinem incidit adeò grauem,vt resolutis omnibus membris , nullius eorum vteretur officio,præter linguam:quæ licet satis exilem, retinebat sonum. Huius inopia,sustentabatur, timoratorum alimonia virorum. Qui etiam tugurio-lum in porticu Basilicæ loci ipsius, sibi construxerant: vbi & per numerosa annorum curricula,instar glomeris inuolutus decubuit, vix etiam liquidas sorbitiũcu-las ore valens ligurire. necessitate quoque releuandi alui,à loco in locum digredi nequaquam potens. Miseratne igitur Omnipotentia clementis Saluatoris, suffragantibus vero Patris nostri, Beatique Confessoris Christi Posenni precibus:paulatim membris sospitatem amissam recipientibus:factus est incolumis,grates referens Domino Iesu Christo , secundum suæ scientiæ modulum , & eius vtrisque fidelibus : Permansit

1 Sanctus Possennus Cõfessor, requiescit in Castellione.

2 Quis sit ille Andreas nescitur.

Digitized by Google

manſit[3] autem in eodem loco permulta tempora, Ec- 3 *Vir Sanc-*
cleſiæ ſeruitio mancipatus, aquam, lumen, & quæque *tus, Eccleſiæ*
ad miniſterium altaris erant idonea ſuppeditans: *miniſtrat.*
quem nos etiam pluribus annis,id officiosè peragentem perſpeximus.

Pro Mortuo damnum reſtituitur.

CAPVT XXXVI.

IN territorio Niuernenſi, quoddam habetur caſtrum[1],Huben nuncupatum, in prerupti cuiuſdam 1 *Hubben caſtrum.*
collis cacumine. Huius Dominus Hugo dicebatur, prouectæ ætatis vir. Hic filium genuerat vocabulo Gauterium. Qui iuuenilis æui elatus ſupercilio,minus de Omnipotentis Dei pertractans mandatis, res Eccleſiarum & pauperum, rapinis inhians: diripere, & ſuis in neceſſitatibus expendere ardebat. Vnde arbitratus opimam de iam memorata poſſeſſione,prædam ſe poſſe abducere, propter multitudinem diuerſorum animalium,quæ in eodem erant loco; (eſt enim alendorum animalium oppottunus, ob fertilitatem pabulorum,) aſſumptis cohortibus æquitum ſeu peditum, deuenit illûc,neque Dei veritus offenſam, neque Patris noſtri meritum.Porro accolæ loci ipſius, & circa poſiti ruris, comperientes eius inſanam cupidinem,& pertimeſcentes copioſum prædonum numerum;aſciuerunt in auxilium ſibi, Dominum caſtri quod dicitur[2] Sancti Briccij,Rotbertum,nomine,ſtrenuum ſanè 2 *Sãcti Bric-*
tàm armis,quàm conſiliis virum. Qui vallatus ſuorum *cij caſtrum.*
cuneo, prompto accurrit animo: paratus cum eis ſi quod immineret, ſubire diſpendium, pro Patris promerendo ſuffragio, & vicinorum qui ſe expetierant commodis. Gauterius itaque aggreſſus Caſtellionenſes: ſatagebat opere perficere,quod mente conceperat:ruricolas videlicet eorum,pecora & ſpolia, ſecum abducere. Rotbertus autem ei obuiam progreſſus cum ſuis, coniunctis quoque ſibi locorum contiguorum colonis, conferre cum eo non valens:eius timen-

Digitized by Google

do copias, terga vertit. Gauterius ergo suos multis clamoribus adhortatus, equóque cui insidebat calcaribus incitato: ipsum perniciter insequitur. Quem Rotbertus iam iamque sibi appropiantem cernens, vt puta moris est fugientium, hasta super humerum reiecta: ferrum hastæ sequenti opposuit. At ille, conatus hostis nequaquam præuidens: dum incautius attingere eum equo ardescit, in ferrum ruit: quod gutturi illius immersum, absque dilatione vita priuauit. Videntes vero satellites eius, Dominum suum exanimatum: vlulatibus aerem, lachrimis genas opplentes, humeris corpus imponentes, abire maturant. Miserante ipso, cuius interierat ferro: illis quoque quos predatum venerat, concedentibus liberam fugiendi copiam, laudésque proclamantibus Omnipotenti Deo, grates Patri Benedicto, sanctoque confessori Posenno, de tam celeri hostis sui mulctatione. Genitor autem genitrixque defuncti, cernentes extinctum filium, in quo tota spes pendebat illorum: quoniam hunc solum possidebant, non est facilè dicere, quos ediderint gemitus, quàtas fuderint lachrimas, inconsolabili lugéteis mœstitia, quem amplectabatur dilectione vnica. Metuentes vero futuram discussionem iusti iudicis Dei, erant enim timorati; quoniam spes omnis debita corporis sublata fuerat, tractabant qualiter animæ ipsius consulerent, quatinùs indulgentiam inueniret, qui extrema sua tam pessimè præcipitauerat. Assumpto igitur Antisiodorensi Antistite, Venerabili sanè viro: cum grandi apparatu exæquiarũ, & exanimato filij sui corpore: Floriacum properant. Aduoluti autem genibus [3] Hugonis, qui tunc in eodem loco Abbatis fungebatur officio, & totius Congregationis: implorant vincula reatus defuncti, precibus eorum solui: certum tenentes, in conspectu summi iudicis, ipsius laxandum crimen: si quibus illata iniuria fuerat, in præsenti toto animo ipsam prius remitterent. Vndè & calicem, purissimi auri libram habentem, in dextera filij sui ponunt: & illum pro vadimonio offerunt, quatinùs, prompriorem

[3] *Hugo Abbas Floriacensis.*

[4] *Calix Aureus, pro satisfactione positus in dextra defuncti & Ecclesia oblatus.*

ptiorem veniam delicti ſui aſſequi mereretur, ſi aliquam recompenſationem pro temeritate ipſius exſoluerent[5]: credentes quotiens in eo ſacrificium ſummæ Diuinitati offerretur, nequaquam eiuſdem ſacrificij ipſum eſſe exortem. Fratres itaque pia miſeratione permoti, generaliter pro eo ſacrificium Omnipotenti Domino obtulerunt, abſolui poſcentes ipſius offenſas[6], & ipſi ſecundum poſſibilitatem à Chriſto fidelibus ſuis conceſſam, quod in eos deliquerat remittentes. Expletiſque[7] funereis honore congruo officiis, genitores cum Nobilibus viris quos in ſuo aſciuerant comitatu, ad propria dimiſêre, non mediocrem conſolationem de ſalute filij ſui reportantes.

5 *Sacrificij participes eſſe defunctos, Catholici ſæpe crediderunt.*

6 *Abſolutio defuncti.*

7 *Officia funebre.*

Victoria diuinitùs obtinetur.

CAPVT XXXVII.

INteriectis aliquantis annorum curriculis, conſœderati de vicinæ partibus Burgundiæ, aduerſus eoſdem Caſtellionenſes, quidam prædones, glomerauerunt non infirmam manum ſatellitum, equitum & peditum. Tranſito autem amne Ligerico, diffuderunt ſe per rura ad ipſum prædium pertinentia. Tanta verò illis ſecuritas, confidentibus in ſua multitudine, & tanta arrogantia de robore & aptitudine ſuæ iuuentutis,[1] vt ſcurram ſe præcedere facerent, qui muſico inſtrumento, res fortiter geſtas, & priorum bella præcineret: quatinùs his acriùs incitarentur, ad ea peragenda, quæ maligno conceperant animo. Erat autem Præpoſitus ipſius poſſeſſionis conſtitutus à Fratribus eo tempore, quidam vir probus Aymericus vocabulo, qui mundi relictis pompis, aſſumpto habitu Monachico, Omnipotenti Domino, fideli famulabatur obſequio, Patri Benedicto in ſibi commiſsis exiſtens iugiter fidelis. Hic antequam veſtem mutaſſet, Sacerdotis fungebatur officio: cui vicini, & qui eum nouerant, teſtimonium deferebant legitimè conuerſatum, quamdiù in Clericatus permanſerat ſorte. Itaquè phalanges rapacium,

1 *Mira ſtultitia, atque vanitas nebulonum.*

Digitized by Google

affractis domibus ruricolarum,onerauerunt ſe ſpoliis: agentes præ ſe greges pecorum,quos in contiguis torrentum pratis, ſeu in litore Ligeris repererant depaſcentes. Plurimam ſiquidèm eorum multitudinem,ruſtici, qui prædonum præſtiterãt aduentum, in ſiluis & in confragoſis abdiderant vallibus. Igitur præeunte cantore,vtpotè nihil formidinis habentes, ad litus properant amnis, vbi plures ſuorum, ad cuſtodiam nauium collocauerant:quibus ſeumdem tranſnauigauerant fluuium. Porrò, coloni iam dictæ poſſeſſionis, in vnum iam confluxerant, ſequentes eos à longè: nequaquam enim appropiare audebant. Iam dictus autem Præpoſitus non minimum in corde concipiens dolorem, anxiabatur valdè,ignorans quid potiſſimùm agere deberet: neque enim ſibi vel ſuis tutum forè aduertebat, in hoſtes irruere, neque ipſorum nauigium præoccupare. Cùm hi qui ad eum conuenerant, pauci eſſent numero, nec ſatis animo conſtantes. Enimuerò, quoniam deerant vires hominum, & robore deſtituebatur humano, totis [2] medullis conuertitur ad Diuinum ſuffragium,totóque [3] in terram proſtratus corporè, cœlitùs ſuis exorabat auxiliari. Et verſus ad hoſtes,in [4] nomine Domini maledixit illis:ſuiſque præcepit,cum clamore maximo, terga malignorum à longè inſequi, qui iam per collis decliuum deſcendentes, feſtinabant aſcenſis nauibus ad ſua regredi,neminem ſuis obuiare auſibus audere ſuſpicantes. Auditis ergo poſt ſua veſtigia vociferantium tumultibus,& clamore tanquam ſeſe inuicem exortantium, tantus [5] corda ipſorum induit metus, vt præcipiti omnes ſe traderent fugæ, & certatim curſu pernici peruolarent ad flumen: nullúſque eſſet qui eos à fuga cohibere aggrederetur, vt in tali negotio fieri adſolet. Qui [6] enim Duces fuerant in ſcelere, primi erant fugæ. Tunc illud Beati Iob dictum, quamquam ſub alio intellectu,videres impletum: *Verſa eſt in luctum cithara, & organum in vocem flentium.* Itaquè præcipitanter in ſcaphas ingreſſi, dùm eorum vnuſquiſque,tranſuehi flumine accelerat,pondere multitu-

2 Sapiens refugium.

3 Modus orandi proſtrato corpore.

4 Maledictio in hoſtes prolata.

5 Clamor,diuinitùs prædones terret.

6 Quid efficit metus.

Iob.38.31.

dinis

dinis adgrauatæ, cùm processissent in altum submersæ dehiscunt. Resonabant [7] litora gemitu, clamore miserorum, & morientium vlulatibus, concaua vallium & nemorum condensa respondebant. Videres Ligeris alueo arcus cum sagittis, hastas etiam cum clypeis subnatare, quæ fluuius, celeritate qua decurrit, inferiùs deuehebat. Ferunt autem eos qui in amnis ipsius cæcis submersi gurgitibus, suffocati perierunt, non paucos fuisse. Capta est verò non minima multitudo eorum, qui nequaquam ad nauigium pertingere potuerant, vel formidine fluminis exterriti, in ripa restiterant. Qui omnes præcepto Abbatis, & reliquorum Fratrum relaxati, virtutem Patris circumquaque diuulgarunt. Per omnia benedictus Deus, qui contumaciam illorum deiecit, & robur comminuit.

[7] *Echo.*

Mente captus, recto sensui restituitur.

CAPVT XXXVIII.

ERat in superiùs dicta curti Martiniacensi, quidam flore iuuenilis ætatis, nomine Vvaldo, qui pruritum suæ non ferens carnis, consuetudinem stupri cum aliqua fecerat muliercula. Hic ab amicis sæpiùs correptus, illa reiecta, duxit vxorem. At illa dolens, & vlcisci sese toto affectans animo: inuestigat, qua arte suam possit vindicare iniuriam. Vndè maleficiis operosam impendens curam, [1] adeò prævaluit, vt iuuenis mentem alienaret, & in eo funditùs, suis veneficiis, vim rationis extingueret. Qui mente perditus, à suo domicilio egressus, propria ignorante familia, quid agere destinaret. Arcu assumpto cum sagittis, (huic enim arti vacabat) silvas [2] petit Calui montis, delitescens incibatus aliquot dies in illis: quibus tandem relictis, Floriacum deuenit, in [3] vigilia B. Baptistæ Ioannis, maiorémque Ecclesiam petens, coram altari, quod [4] imaginem argenteam Dominicæ recordationis ponè habet, constitit: Fratribus Domino solemni more Hymnos resonantibus. Vbi dùm inter candelabra, stupidus hâc &

[1] *Alienatio mentis à stri ge effecta.*

[2] *Silua Calui montis.*

[3] *Vigilia B. Ioannis Baptistæ.*

[4] *Imago, est recordatio Domini.*

illac lumina contorquens, & calcaneis ſolum pauimenti atterens perſiſteret: ſuſpenſis Fratribus, qui eum nouerant, quid agere deliberaret. Tandem comperto, quòd mente excellisſet, expulſus eſt à loco ſtationis illius. Qui ſeſe pernici greſſu promouens, ante aram Dei Genitricis contulit, inibi totam illam noctem infatigabilis peruigilem ducens, viſione ſaluberri, vt ipſe pluribus poſtmodùm confeſſus eſt, in priſtinam ſoſpitatem eſt reſtitutus. Videbat [3] nàmque Dei Genitricem, Patrem Benedictum, Sanctúmque Martyrem Maurum coràm adſiſtere. De quibus, primus, Sanctus Martyr, ad Patrem Benedictum aiebat: Libera hunc famulũ tuum.

3 Sancti apparent.

Contractus erigitur.

CAPVT XXXIX.

COnſequens videtur, vt etiam aliqua ex his annotemus, quæ Omnipotens Dominus mira operatur per eumdem Patrem apud Patriciacum, ſeu in locis ſibi ſubditis. Neque enim minori miraculorum copia in eodem coruſcare dignoſcitur loco, [1] quàm apud Floriacum, vbi corpore quieſcit. Vnde idem locus in maximo à ſuis honore habetur vicinis, & multorum frequentia frequentatur populorum, [2] tam in ſolemnitatibus huius Patris accurrentium, [3] quàm pro diuerſis calamitatibus, ſi quando afflicti fuerunt, ſupplicantium. Nos verò vix pauca eorum, quæ inibi gloriosus Pater geſſit, attigimus operum: partim illis habitatorum incuria obliuioni traditis, partim Priorum negligentia noſtrorum, qui cùm peritia ſcribendi calluerint, ea ſcribere neglexerunt. Igitur ruſticus quidam vocabulo Durandus, ſeruus [4] Sancti Gradi de Peredo, contractionem inferiorum incurrerat membrorum, femorum videlicet, tibiarum, & pedum. Qui quoniam vndè victus ſui inopiam ſuppleret, debilitatus non haberet membris, fecerat ſibi fieri geſtatorum loccellum, in quo deportatus per fidelium virorum domos, quotidianam ſtipem [5] pro eorum abſolutione facinorum,

1 S. Benedictus, corpore apud Floriacum requieſcit.

2 S. Benedicti ſolemnitates.

3 Concurſus populi ad Baſilicas, quoties calamitatibus premitur.

4 S. Gradus de Peredo.

5 Elemoſyna à peccatis liberat.

Digitized by Google

rum, ab ipsis recipere mereretur. Vicinis autem illius & cónsanguineis, assidua egestatis illius sustentatione vsquequaque fatigatis: contigit, quatinus suis relictis, Patriciacum in suo deportaretur grabato, vbi per aliquod temporis spatium, mendicando, à sibi impendentibus agapem, promuerit. In solemni autem die [6] Translationis memorati Patris, quæ mense Iulio ibidem celebriùs recolitur, aduenientibus non solùm plebeiorum turmis, [7] sed etiam Clericorum, & Nobilium honestis personis, Fratribus nocturnas agentibus vigilias, rogauit se deferri ad Monasterium, eisdem interesse cupiens vigiliis: quod & obtinuit. Porrò, dùm quartum canitur Responsorium, inspirante vt reor Diuina clementiâ, quæ sibi per glorioſi Patris merita misereri decreuerat, postulabat obnixè, vt transuehendo, subderetur [8] capsæ, in qua continebantur Reliquiæ. Arripientes ergo duo de populo grabatum eius, in quo gestari solebat, subduxerunt eum per locum de quo petierat. Translato itaque eo, mox neruis sese extendentibus, laxatis nodis quibus tenebantur astricti, omnium recepit solutionem membrorum: linquente dolore pristino, crura illius, suras, & reliqua quæ diù obtinuerat membra. Solutus deniquè omni angustia, cœpit omnium Saluatori Deo multas, iuxta modulum suæ scientiæ, persoluere grates: Patrémque Benedictum magnis extollere laudibus, per quem salutem promeruerat. Quod [9] cernentes Fratres, tam ipsi quam totus ille qui ad festum occurrerat populus, ad simile opus se præparant; in laudibus Omnipotentis diù immorati, qui per merita iam dicti Patris, suis beneficia largitur famulis.

6 *Translatio S. Benedicti.*

7 *Ad festum S. Benedicti, clarorum fiebat virorum concursus.*

8 *Infirmi, capsis Reliquiarum sup positi.*

9 *Laudes Dei, & Sanctii persolui solent, cuius miraculis.*

Alter contractus erigitur.

CAPVT XL.

ALter etiam Belinus nomine, de familia eiusdem Patris, & ipse vnus de ruris cultoribus, nimia membrorum vexatione fatigatus, in lectum decidit. In quo

quo prolixioris recubans spatio temporis, nimia vi ægritudinis arctatis venis, meatúmque suum sanguine perdente, exsiccati sunt nerui eius, humorum irrigatione amissa. Qui quoniam suis operari manibus nequaquam poterat, vndè sibi victum adquireret, cœpit non modicam rerum necessariarum pati penuriam. Quamobrem aptari sibi fecit grabatum, ad similitudinem illius instrumenti, quo [1] stercora pecorum de stabulis efferuntur, dùm mundantur: quatinùs in eo per vicos & rura à suis deuectus propinquis, alimoniam à viris susciperet misericordibus. Dùm ergo suam quamuis miserè sustentando vitam, diuersa frequentasset loca: tandèm Patriciacum aduectus est. Ibi quoque velut in aliis, in quibus deguerat locis, quotidianam mendicans aliquanto tempore, consequutus est annonam. Audiens autem, Patrem Benedictum, suum etiam [2] carnaliter Dominum, multa cæteris præstare sanitatum beneficia: cœpit in suis huiusmodi conflictum habere cogitationibus: Si alienis mens tàm magnificè suffragatur Dominus, vt eos quamuis remotissimos, si ipsum mente supplici aduenientes exposcerint, ab omnigenis curet infirmitatibus. Quantò magis meis sospitatem redintegrare debet membris, illius seruituti obnoxiis, qui cùm eius sim corporè seruus, mente etiam sum illi deuotissimus? Hæc & his similia apud se retractans, exorat deferri se ad Monasterium. Vbi non multis euolutis diebus, secundùm fidem propriam, salutem recepit integerrimam, omnibus recuperatis membris. Vndè plurimùm gaudens, perseuerabat in eodem loco, noctibus quiescens in stabulo, quod supererat [3] Domui hospitum, illic præparatæ aduentui. Reputans verò, licere iam sibi quidquid agere vellet, vna noctium, victus sui concupiscentia cordis, tentante se spiritu nequam, incidit in fornicationem. Quam rem Beatus Pater non leuiter tulit: vel quia recepta sanitate, castimoniæ vigorem seruare debuit: vel quia in locis sanctis, tantum facinus admittere non dubitauit. Ea etenim domus, in qua perpetrauerat stuprum, ante ianuam habetur Monaste

1 *Gallicè Ciuiere.*

2 *Sancti Benedicti seruus.*

3 *Domus hospitum in Cœnobiis.*

Digitized by Google

naſterij. Igitur quoniam turpi proſtratus voluptate, animæ ſpreuerat ſalutem, quam promeruerat, mox perdidit corporis ſanitatem. Sed denuò, dùm doloribus os ſuum affligatur, corde compunctus, orat Patrem Pium, vt ſibi parceret. Pius autem Pater, cius ærumnarum miſertus, iterùm integram ſibi reformauit ſoſpitatem. Ipſe autem aliquandiù, metu quidem periculi ſuperioris, ſeſe continuit: ſed quoniam feruens libidine, pruritum ſuæ carnis nequaquam domare curauit, rursùs inlicitam incurrit commixtionem, vni turpium commixtus mulierum: oblitus penitùs prioris diſcriminis. Quapropter probroſum eius admiſſum; velox conſequuta eſt vindicta, redeunte quam iam bis euaſerat, damnoſa ægritudine. Idem verò ad ſibi iam bis expertam recurrens medicinæ officinam, orabat cum gemitu multo, ſibi ſubueniri denuò. Sed Pater Benedictus, volens eius reprimere ſtoliditatem: nullatenùs integræ (vt ſuperiùs) ipſum reſtituit incolumitati. Sed ex parte ſanato, partim debilem eſſe permiſit: vt vel ſic cariùs afflictus verbere, vigilantius cuſtodiam ſuæ adhiberet animæ. Permanſit itaquè de cætero, in ea quam poſteriùs promeruit ſoſpitate, bacillis duobus, minùs valida ſuffulciens membra. Et quia egenus erat, neceſſaria ſibi procurare non valebat. Poſuerunt eum Fratres, vnum illorum, qui [4] quotidianam ſtipem ibidem ſuſcipiunt, pro ſalute beniuolorum eiuſdem loci. Porrò, [5] grabatum illius, in turri lignea, in qua dependent ſigna ſuſpenderunt: vbi per longa, in monumentum tanti prodigij, pependit tempora.

4 *Iugiter pauperes in Cœnobiis alantur.*

5 *Contracti grabatus curati, prope Ecclesiam ſuſpenditur.*

Muto, linguæ vſus redditur.

CAPVT XLI.

ALio quoque tempore, quidam Iuuenis qui per multum tempus linguæ amiſerat officium permanens mutus, Patriciacum aduenit: cupiens oris ſoluto vinculo, linguæ ſuæ plectrum, amiſſum reſumere officium. Hic, vna dierum, dum fratres hora imitante[1] Nona,

1 *Hora Nona perſolutæ.*

Digitized by Google

Nona, persoluerent Omnipotenti Domino Psalmorum pensum. adfuit inter eos in [2] choro illis Psallentibus, à quibus ad aram vsque Dei genitricis perductus, astitit coràm. Fundens itaque attentiùs corde, quoniam nullatenùs poterat ore, precum suarum Saluatori Domino vota, precabatur sibi misereri, per Patris Benedicti merita: allegans ipsi Domino suam orationem [3] per eundem Patrem, quem exoptabat fieri pro se intercessorem. Cuius quàm citissimè persensit, quam fideliter experierat opem. Denique claustris oris eius patefactis, attemptare cœpit eius lingua proflexus varios: recolligere perplexos loquendi modos, & quæ diutissimè in dentium sepulchro velut emortua iacuerat, rediuiuo sermone, quasi pullulantia primum, germina: prima verba proferendo personabat. Incertus hic nimirum aliquot momentis extitit, vtrum munere sibi nuperrimè attributo, liceret frui assiduò. Donec ipsa experientia addidicit, sese perfectè vsum loquelæ recepisse. Tripudians autem de tam larga in se ostensa Patris Benedicti munificentia: talionem quem valuit, gratanter retribuere minimè distulit. Quippè, corruerat pars maxima testudinis lapideæ ipsius Ecclesiæ, à parte Aquilonali: cuius fundamento, quoniam minus roboris habuerat, penitus erutо: construere firmius fratres, vt eadem testudo robustiori superposita fundamini firmior foret: instituerunt. In cuius ædificij constructione, idem Iuuenis strenuus, sedulus perseuerauit operarius: quandiù ad plenum consummaretur. Nam postmodum, gratiarum actione Patri Benedicto reddita; & à fratribus licentia accepta, repedauit quans ad propria.

2 *Chorus locus Psallentium.*

3 *Deum, per sanctorũ placamus patrocinium.*

Puella Cæca illuminatur.

CAPVT XLII.

QVædam puella, habitum priuatione excludente, orbatis vtrisque luminibus, cœca facta fuerat. Et vt est consuetudinis, lumine Solis huius priuatis,

1 *Cæci cæcitatis ignoscitur.*

Digitized by Google

tis, viuacioris ingenij lumen mentes eorum clarius irradiare, quæ minus de timore Omnipotentis Domini recto, ætatis modicitate impediente habuerat, cœpit esse timorata amplius, & in ipsius amore Domini feruentior [2]. Et vt solent corporis grauati debilitate robustiores fore mente: sollicitior facta ad Domini cultum, frequentabat Ecclesiam, petens eius indefessam clementiam, quatinus ipsius ærumnas releuare dignaretur. Perpendens vero, sese id nullatenûs posse propriis assequi precibus, nisi aliquos fidelium ipsius inter nuncios haberet, qui suam petitionem acceptius præsentarent: circumibat multorum memorias sanctorum: & quos propinquiores ipsi Omnipotenti Domino, clarioribus forè audierat meritis, aduocatos sibi adsciscens, crebrius nominatim suis interpellabat obsecrationibus: Pluribus igitur excursis locis, sed minimè quem exoptauerat, miseratione sanctorum quos expetierat, fulgorem oculorum lucrata: adiens Patriciacum, petiit Patrem sanctum, quem auditu cognouerat clarificari [3] assiduitate Miraculorum. Cuius expoſcens patrocinium, dum in eius assisteret Oratorio, interpellabat ipsum corde deuoto, quatenûs eius interuentu: reaccendi mererentur lumina eius, munere Diuino. Pulsatus ergo Dominus Omnipotens, ipsius Patris precibus, exaudiuit postulationem pauperculæ: accendens eius pupillas, rediuiuo lumine. Expulsisque cœcitatis vmbris, concessit sibi intueri clarè, fulgorem rutilantis Phœbi. Quæ impensius exhilarata, de sibi restitutis obtutibus, haud facilè est explanare, quanta animi alacritate, rerum omnium Conditori, laudes lætabunda persoluerit. Patri autem Benedicto, per quem tanta promeruerat beneficia: diebus vitæ suæ omnibus, extitit fidelis famula.

2 *Infirmi corpore, robustiores mente.*

3 *Miracula assidua sancti Benedicti.*

Mentis inops, compos mentis efficitur.

CAPVT XLIII.

QVidam Nobilium Gaufredus nomine, præpotens vir, Dominus castri quod [1] Sinemurus vocatur

1 *Sinemurus Castrum.*

Digitized by Google

catur nimia capitis infirmitate oppressus, métis inops effectus, totam funditus perdidit memoriam. Vnde omnis eius clientela: quæ in obsequio illius non pauca deseruiebat,mente consternata super súo Domino: quæstibus & lamentis, expers consilij, omnem suam impendebat operam. Quique etiam viri Illustres,qui seu affinitate, seu amicitia, seu beneficio illi adiuncti videbantur; super hoc ipsius infortunio valde afflicti, non minima detinebantur cordis angustia. Communi igitur consilio inito, statuerunt: debere eum inuisere præcipuorum memorias Sanctorum [2], Apostoli videlicet Petri in Cluniaco Cœnobio, Beati [3] Philiberti apud Turnucum, & aliorum sanctorum, quorum rum nomina latissimè fulgentibus diuulgatur meritis, in illa regione.Quod statutum,cum magno apparatu, certatim explere adoriuntur famuli illius. Denique haud contemptibili obsequentium comitatus famulitio, peragrauit magnorum loca sanctorum: qui hoc opus Venerando referuantes Patri, nullatenûs voluerunt eum pristinæ restituere sospitati. Ergo tandem recordati qui eum ductabant [4], Magnum Patrem magna apud Patriciacum solere operari, illûc gressum dirigunt. Quos aduentantes cum suo Domino,in Domo hospitum suscipiunt Fratres;& vt [5] idem Pater,inquit, Nam diuitum terror ipse sibi exigit honorem: honorificè per tres ferè hebdomadas quibus apud eos mansit, cum suis est habitus. Siquidem toto illo quo cum eis deguit tempore, oratione pro eo directa ad aures Omnipotentis Domini; sacrísque pignoribus [6] lotis mero, sibique in potu dato;obtinuit salutem quam expetierat, Qua de re gratias agens omnium Conditori Patríque Benedicto,per quem meruerat sanari: reuersus est ouans ad sua,congratulantibus sibi suis omnibus beneuolis.

2 *Sancti Petri,apud Cluniacum memoria.*

3 *Sancti Philiberti apud Turnucũ memoria.*

4 *Miracula apud S. Benedictũ de Patriciaco.*

5 *In Regula. c.de suscipiẽdis hospitibus.*

6 *Vinum quo sacræ erant lotæreliquiæ, salubriter ab ægris potatur.*

Mirabi

Digitized by Google

Mirabiliter, ignis vis ſuſpenditur.

CAPVT XLIIII.

TRanslatio [1] Patris eiuſdem agebatur, quæ æſtatis tempore, per omnem Galliam, ſingulis celebratur annis [2]. Eſt autem mos eorum, qui de familia ipſius Patris progeniem ſeſe ducere gratulãtur: quemcumque locum Patriciaco vicinum incolant, ad idem feſtum occurrere, & [3] lichnos quos coram Altari ſui accendant Domini, ob deuotionem afferre. Inter reliquos igitur, quidam eorum Rotbertus nomine, incola caſtri quod Luciacus [4] vocatur venire feſtinans: haud ſpernendæ quantitatis lichnum; ſui affectum animi erga eundem Patrem declarans, obtulit. Quem in [5] Vigilia ſolemnitatis accendere faciens, rogauit ædituos ſacræ Baſilicæ, quatinus per totum feſti diem, ſuus non extingueretur lichnus: ſed choruſcantibus flammis, in ſequens perduraret mane, quod abſque difficultate apud eos obtinuit. Ergo accenſus, cum aliis quampluribus à diuerſi ſexus perſonis itidem oblatis, arſit per totam illam ſacram noctem, diémque feſtum; donec ſolemnis Miſſæ conſummaretur celebratio. Qua expleta, fratres feſſa vigilandi & Pſallendi labore corpora [6], ſolito copioſius releuaturi: domum refectionis intrarunt. Porrò Apocriſarius ipſius ſacri loci, ſanè vir modeſtus, Iterius nomine, laico cuidam qui ſub eo, ipſius Baſilicæ excubias obſeruare ſolebat, Dagoberto nomine, infit. Mi frater, quoniam cum cæteris pranſuris & ego diſpoſui prandere: tu cuſtos pernigil, caue ne aliquam in hoc ſpacio incuramus negligentiam. Inueſtiga ne aliqua malignæ voluntatis perſona, hanc Baſilicam ſit ingreſſa, cupiens aliquod nobis inferre detrimentum. Cuſtodito ne aliquis ex fulgorantibus lichnis, in altari decidens, damna inferat vel modica. Et vt certiores ſimus: circumſpiciamus eoſdem, qualiter candelabris affixi ſunt, lichnos. His peroratis, quæ propoſuerant peragunt. Lichnum autem illum de quo cœpit agere ſermo,

1 *Tranſlatio S. Benedicti. celebratur per totã Galliam.*

2 *Concurſus ſeruorum S. Benedicti, ad Patriciacũ.*

3 *Ceres ad altare ſanctorum accenſi.*

4 *Luciacus caſtrum.*

5 *Vigilia Feſti Tranſlationis S. Benedicti.*

6 *En lautior in feſtis præcipuis, ciborũ apparatus.*

Digitized by Google

propter aram Gloriosæ Dei Genitricis, quæ in eadem Ecclesia primum obtinet locum statuunt: mucroni arctius imprimentes candelabri, de eius confisi crassitudine. Quibus patratis, frater supradictus, ad prandium accedit: cum cæteris refecturus. Qui vero ad custodiam relictus est lectus, in assignatis sibi, minus quam debuerat occupatus, aliter agebat. Lichnus ergo ille, quem iuxta aram Dei genitricis positum forè diximus; super eamdem concidit aram, æstatis tempore cera emollita[7]. Ara autem ipsa, ob diem solemnem, cultioribus velis velata erat. Itaque illo toto moratum spatio, quo fratres ad prandendum resederunt: lichnus ille, choruscantibus flammis super aram arsit, permanentibus illæsis quibus adoperta fuerat operimentis: vestigiis dumtaxat apparentibus cineris. Igitur pransi fratres, Ecclesiam petunt, gratiarum actiones Omnipotenti Domino persoluentes. Cernentes verò lichnum in altari, accurrunt; opinantes omnia lintea illius, igne consumpta. Comperientes autem forè ea illæsa: gratias referunt Omnipotenti Domino, qui tanta eis beneficia dignabatur ostendere, per Patris eorum merita.

7 *Ara cultioribus vestimentis in festis ornata.*

Iuuenis suspensus, à morte seruatur.

CAPVT XLV.

1 *Serua S. Benedicti.*

QVædam anus[1], de supra memorati Patris familia, necessariis omnibus indiga, solùm suæ viduitatis & senectutis baculum, habebat filium. Hic autem, non habens vnde matris inopiam sustentaret: cùm labore suarum manuum, victus & vestitus necessaria, ei sibique, nequaquam suppeditare valeret: furtis hoc suppiere decreuit. Insistens igitur operi nefario, minima quæque priùs subripiens, paulatim ad maiora audenda prorupit. Omnia verò quæ furabatur matri deferens, eam exinde alebat, vestiebat: & omnem illius sustentabat ægestatem. Dum autem per aliquantum temporis, copulato sibi socio, hoc execrabili vitio illectus

lectus foret:multa ſuis importans damna vicinis,comperientes illi adoleſcentem ipſum, viduæ illius ſuæ vicinæ filium,ſuarum rerum tantam ſibi facere imminutionem:quadam die, dum ſolito more furaretur:interceptum cùm ſodali, preſentarunt iudiciariæ poteſtati, obiicientes quæ commiſſerant facinora. Conuicti ergo adoleſcentes,adiudicati ſunt : ſuſpendio perire debere. Enimuero anus illa, quam matrem adoleſcentis vnius fuiſſe diximus: audiēs filiū ſuum duci ad ſuſpendium,anhelo curſu,feſtinat ad Monaſterium:& ingreſſa,his vocibus Patrem compellat Benedictum. Domine me inquit Benedicte,quid faciet hæc tua miſera ancilla, quæ nullum aliud,vt tu melius noſtri : habebam ſuffragium, præter hunc meum natum,qui modo ducitur ad ſupplicum? Tu ſcis domine, quoniam neceſſitate coactus, furta hæc committebat. Redde mi Domine,mihi filium meum,tibi ſeruum tuum, iam de reliquo correptum : qui meas ſoletur ærumnas, ne famis inædia diſpereat, hæc tua ancilla. Oſtende tuam ſolitam pietatem in me paupercula. Tangat mea quærimonia,tua pia viſcera. His & aliis quęrulosis gemitibus perfuſa genas lachrimis : preces fundebat. Flexus ad miſericordiam Pater Pius, miſerabili huius aniculæ quæſtu : exibuit prodigium noſtris temporibus inauditum. Denique ductus vterque iuuenum, ad locum huiuſmodi ſupplicio deſtinatum : furcis appenſi ſunt. Vnus igitur illorum, ſodalis videlicet filij viduæ, exemplò vitam finiuit.Ipſe autem ab exortu Solis,vſque in tertiam horam ſuſpenſus, precibus matris eius obſiſtentibus, nequaquam mori potuit. Paſtores quippe, more ſuo accelerantes videre ſuſpenſos : dum ad locum veniſſent : cernunt alterum vitam finiiſſe, alterum viuere. Obſtupeſcentes itaque in tanto miraculo,celeri curſu indicare tàm militibus quàm promiſcuo vulgo,quæ viderant,feſtinant. Qui nequaquam verbis eorum creduli : dirigunt qui ſibi renuncient, vtrum verum an falſum ſit,quòd audiebant. At illi qui miſſi fuerant,ad locum ſuſpendij properantes; ita eſſe : vti paſtores

ſtores dixerant cognoſcentes:eis qui ſe miſerant,referunt. Admirati omnes , mittunt quia doleſcentem ſoluant ,& ſibi præſentent:rem ab eo omnem, plenius reſcituri. Cognoſcunt ergo , viduæ illius lachrimis & precibus , quàm Eccleſiam concito curſu petiiſſe perfuſam lachrimis viderant:Omnipotentem Dominum, vitam filio eius , per merita Patris Benedicti quem deuotius exorauerat, reſeruaſſe : ſuper hoc facto magnificantes ipſius clementiam Omnipotentis. Denique interrogatus adoleſcens, profeſſus eſt ſe nullam læſionem ſenſiſſe,per totum ſuæ ſuſpenſionis ſpatium.Vnde conjici datur , magis eum per indigentiam , quàm per malitiam commiſiſſe furtum.

Vir,à dæmonum impetu liberatur.

CAPVT XLVI.

GAuterius de Captiaco , quadam nocte quæ Sabbathum præibat , ad caſtrum quòd [1] Mons Sancti Vincentij nuncupatur feſtinans : exoptabat enim horè hominum conuenticulo, quòd pro mercibus cogerendis fieri aſſolet : vnde tàm ipſe conuenticuli locus, quàm negotium ibi habitum , mercatum vulgo dicitur.Fit verò in eodem loco,in Sabbatho. Itaque , dum in loco Planchia Guillelmi dicto,prę terlegeret fluuiolum [2] Vuldracam, qui Patriciacos præterluit agros: equo reſidens , nullúmque habens comitem : ingenti primum tremefactus metu , perſenſit adeſſe dæmones. Et [3] oblitus ſibi ſignum imponere Crucis. Circumuallatur ab eis , nullo munitus ſubſidio. Qui illum cùm equo cui inſidebat arripientes &per aëra vectitantes: ad poſtremum , in gurgitem temptabant demergere. At ille,Deo ſibi propitio , ad memoriam reduxit Glorioſi nomen Benedicti Patris. Et cùm iam propè eſſet, vt à Dęmonibus,in amnis illius profunda mergeretur[4]. Sancte Benędicte , Sancte Benedicte cùm grandi clamore cœpit crebrius iterare. Exterriti igitur Dæmones , ad nominis huius ihuocationem : ſtatim e m ſinquen

1 *Mons S.Vincyrē, Caſtrū.*

2 *Vuldraca Fluuiolus.*

3 *Mos Chriſtianorum,ſe ſigno Crucis in periculis munire.*

4 *Vis nominis S. Benedicti.*

quentes, more ſibi coſueto, euanuerunt. Porrò ille virtute huius nominis ſeſe cernens ereptum : retrogrado calle, Patriciacũ rediit nullo modo auſus, quòd cœperat iter, vlterius adoriri. Reuerſus ergo, ob formidinem nimiam quàm ſibi Dæmones incuſſerant , memoria exceſſit. A ſuis verò, in craſtinum, ad Monaſterium adductus, & ibidem aliquantum remoratus: pro eo Omnipotenti Domino fuſis precibus , integrè mentis recepit ſobrietatem , meritis ipſius quem inuocauerat Patris.

Vindictam ſumit Sanctus Benedictus, de ſuo leſo ſerno.

CAPVT XLVII.

HVgo Bidulfus cognomine, vnus militũ Patriciacum inhabitantium , cùm in aliis quamplurib⁹ eidem loco aduerſaretur: cuiuſdam ſeditionis , in eadem villa inter equites exortæ occaſione , vna dierum aggreſſus , quemdam ruſticum Guarinum nomine , à loco de Cumbis cognominatum , & ipſum de familia Patris progenitum , nulla iuſtæ quærelæ exiſtente cauſa, tam crudeliter verberauit, vt ei brachium cotriuerit. Ruſticus verò idem , neminem ſuarum iniuriarum reperiens vltorem , dum non haberet , quem potiſſimum ſuæ quærelæ aduocatum faceret. Quippe vir ſuperbus erat , qui eum ceciderat. & nulli reuerentiam deferebat : anxius valdè, ad ſui Domini auxilium confugit Benedicti. Ingreſſus itaque Eccleſiam eiuſdem Patris, appropriauit altari. & ſuper , contritum imponens brachium. Hæc verba cùm multo gemitu mente « profudit contrita. Sancte inquiens Benedicte mi Do- « mine , tuũ me profiteor ſeruum, & te meum iure Do- « minum. Cernis hoc contritum brachium, tuum erat , & « præter te [1] , nemo alius in eo dominationem exercere « debuerat. Si tu illud confregiſſes , aduerſus te nullam « haberem quæſtionem , quoniam eſt tui iuris. Sed mi « Domine, quare permiſiſti vt Hugo Bidulfus cui in nul-

[1] *Ius Dominorum, in ſeruos.*

lo obnoxium eſt, illud contereret? Noueris me ab hac die tuis vel tibi nullo modo famulari, niſi de ipſius brachio & corpore, iuſtam vltionem exegeris. His & huiuſmodi vocibus, fratres qui aderant & hæc audiebant, ad lachrymas prouocati, pariter flebant: & eius iuncti gemitibus, eadem expoſcebant. Quibus peroratis, ruſticus Eccleſia egreſſus, egerrimè ad ſuum remeauit habitaculum. Porrò, Pater Sanctus, nullatenûs querimoniarum illius oblitus: in malignum iuſtiſſimam exercuit vltionem virum, Brachium enim ipſius, eiuſdem lateris cuius & ruſtici brachium verbere demolitus fuerat, cùm toto humero, tanta vi egritudinis peruaſum eſt: vt omnino inutile factum, ad nullum penitùs neceſſitatis vſum, iueniretur idoneum. Quo dolore, miſer diutiſſimè vexatus: à nullo prorſus medicorum curari valuit: ſed augmentata auguſtia, eodem morbo omnia ipſius membra percurrente, fatigatum diris doloribus Spiritum, miſerabilis miſerabiliter effudit.

Duo contracti eriguntur.

CAPVT XLVIII.

DVo etiam viri, quorum vterque ex agreſti hominum genere ducebat natale: damnati membris, annoſa neruorum contractione eos perdente, diutiſſimè, in ſuis, hoc cogente morbo, reſides iacuêre grabatis. Horum vnus incola villæ quæ [1] Sanctus Bonitus de vetula vinea dicitur, alter verò ex villa [2] Palingias vocitata, extitiſſe perhibetur. Qui primordio ſuæ inualetudinis, amplius iuſto anilibus credeli fabulis: nõ paucis diebus, falſis mulierculorum carminibus ſeſe decipi pertulerunt, animati falſis ſpebus. Sed & popularium medicorum inſanam experti opem, qui Artemiſiæ, Veruenæ, Betarũ ſeu aliarum quæ paſſim tellus edere conſueuit ſuccis herbarum, ſeu diuerſorum animalium adipibus [3], vili plebeculæ illudere ſolent, nil omnino proficeruut. Vndè animo dimiſſi, vlterius medelam

[1] *Sanctus Bonitus de vetula vinea.*

[2] *Palingias villa.*

[3] *Populares Medici Vani.*

Digitized by Google

lam se adipisci destiterunt sperare. quàm magnopere sese expetiisse arbitrabantur. In qua desperatione diù perseuerantes,nihil de sua salute cogitabant. Immensa verò Omnipotentis Domini clementia , quæ illorum misereri decreuerat:immisit cordi eorũ, quatenùs Patriciacum deportari se facerent , patrémque Benedictum,vt pro eorum saluti intercedere dignaretur,exorarent.Fecerunt autem sic:non quidem eodem tempore,sed diuersis temporibus. Igitur dum aliquot diebus in Monasterio eiusdem loci , precibus insistentes pernoctassent:sospitatem integerrimam receperunt. Lætabundis itaque animis , grates Patri Sancto retribuentes,reuertuntur ad propria:omnibus propalãtes, Omnipotentis Domini in se ostensa magnalia.

Vinum Monachorum aufferens,in filio punitur.

CAPVT XLIX.

QVædam possessio dicta [1] Sulmeriacus.Patriciensium subiacet ditioni : quæ ipsis , non contemnenda victualium quotannis rerum , infert subsidia. Cui nuperrimè præfecerant quendam ex suis Fratres, gratia tuitionis loci,& arcendorum prædonum,& colligendarum annuatim solitæ repræsentationis fructuum. huic vocabulum inerat Odo : quo referènte, ea quæ scribo cognoui. Quidam Archembaldus cognomine Albus, vir potens:nó solum in ruricolas prædij illius,verum etiam in contiguos , auitæ Dominationis. exercebat ius. Cuius vxor , dum occasione turpis quæstus , vicina peragraret rura , deuenit ad supra memoratum , cùm superbo comitatu locum,vti huiusmodi incedere assolent matronæ. Erat autem autumnale tempus, quando pressis torculari vuis,vinum condi solet in præparatis promptuariis , ad seruandum in posterum : cuius non modica quantitas , tunc temporis ibidem habebatur. Mandat ergo eadem matrona Monacho , vt sibi & suis acceleratum exibeat prandium

1 *Sulmeriaci possessio.*

dium. Qui audiens quæ iubebantur, nimia animi indignatione commotus, vt erat animosus, respondit: nequaquam se directum, quatenus substantiam ruris ipsius, in conuiuiis mulierum expenderet: sed vt fideliter collectam, eis qui se miserant dirigeret. nec consuetudinem imponere loco velle, quam non iuuenisset. Qua responsione, contemni sese mulier autumans: furibunda recessit. Imperat erga Ancegiso Brutnio, qui eorum locorum ab ipsa Dominatione acceperat: quatenûs, quicquid vini sub iure Monachorum reperisset: plaustris imponens deueheret, & suo cellario reconderet. Hic præceptis Dominæ velociter obaudiens, vehiculis vinum imponit, & suis inferre properat apothecis. At nequaquam diû gauisus est. Denique filius eius admodum paruus, quem vnicè diligebat: mox vt plaustra fores attigerunt Domus, tam validis febribus vrgeri cœpit, vt penè animam exalaret. At vir ille, nequaquam hæsitans, hoc infortunium sibi accidere, eoquod nefandis Dominæ iussis obtemperasset: vinum reddidit, & quia stultè egisset recognoscens, pro suo delicto satisfecit, Patrémque Benedictũ pro pueri salute orauit. Quem pius Pater pœnitentiam ipsius acceptans, exaudiuit, & puerum, in pristinam sanitatem restituit.

2 *Sapiẽs Monachi responsum.*

Hic, in membranis Floriacensibus vetustissimis, liber quartus Miraculorum S. Benedicti finem capit.

LIBER

Digitized by Google

SEQVITVR DIEDERICI MONACHI DE ILLATIONE reditúve corporis S. Benedicti Abbatis Aurelianis ad Floriacum, Liber Vnicus.

Ad Venerabilem Richardum Marbacenſis Cœnobij Abbatem.

PRÆFATIO.

EXIGIS à me, mi Pater Reuerende[1] Richarde, quatinùs aliquo tibi compendioſæ commoditatis ſtilo, pro modulo ingenij mei, palificare quantociùs non differam: quænam cauſa exiſtat illius[2] Feſtiuitatis Beatiſſimi Patris Monachorum Benedicti, quæ apud Gallias non mediocriter, ſed præcipuè celebratur in diebus Dominici Aduentus, in quibus[3] Orientales Monachi, velut in Quadrageſima, auſteriùs ſolent viuere: & ſub maxima inſtitutionis Monaſticæ diſciplina, vigilantiùs Natale Domini expectare.

Et vt reor, aliqua ſuſpicione conductus: putas me tàm ſacro deſiderio, quoquo modo ſatisfacere poſſe. Quippè qui in quibuſdam negotiis, hoc ipſum te aſſe-
« ris aliàs expertum forè. At hæc mitiùs. Quidnam, in-
« quam, fieri poteſt, vt homo aggreſtis, liberaliúmque elemen

1 *Richardus Abbas Marbacenſis.*

2 *Feſtiuitas hyemalis S. Benedicti, apud Gallos, valdè ſolennis.*

3 *Monachi Orientales arctè in Aduentu Domini ieiunant.*

Digitized by Google

elementorum, quibus rationem totius disputationis » configi necesse est: expers, absque multorum inuectissima reprehensione, ignota aliqua vel peregrina, pudore » Monachali postposito, scribendi gratia, temerare præsumat. »

4 *In Marbacensi Cœnobio, Monachi olim eruditi.*

4 Præsertim, cùm plures habeantur tecum, nostri » Ordinis nostríque propositi Fratres, qui pro ipsa sui » reuerentia, non temerè possunt non inuocari; quíque » paterna tua iussione, aurium viuacissimo pulsu admonente, huius operis onus subire valent, sine redargutionis dispendio. Quare, inquies ad hæc, ironicis » schematibus, nostram nostrorúmque inscientiam, » tàm impudenter verbosando deludis? Potens est enim » Deus, & nobis aliqua suæ laudi non incongrua distillare, qui tibi tuísque Gallis, tàm largifluè dignatus est » impluere. »

5 *Augustinus Sanctus diuinitùs datus Ecclesiæ, totam orbem libris replcuit.*

Atqui celsissimus ille 5 Augustinus, de superis ad nos » delapsus, in præsentiarum si adesset: qui totum mundum iàm libris suis repleuit, aut ideò, huius negotij iugum, indomitus cornupta euaderet? Quonam modo, » tametsi vti tua allidit lasciuia, mihi lucubratioris ingenioli Fratres non deessent, qui plena authoritate, Catholico stilo, Catholicis auribus deseruire possent: » hactenùs 6 Germaniæ inaudita, scribere valuissent? » Nam 7 Lucanum nouimus, ob hoc Poëtæ nomen non » promeruisse, quòd absque fictione, quæ conuenit Poëtis, veritatem prosequutus est Punicæ historiæ. Nos 8 » autem multò magis decet, nihil vnquam fingere: quos » constat ipsi veritati, fide & professione adhærere debere. Quocirca, cessa, obsecro, à tanta garrulitate verborum, & quæ tandèm aliquando velis nolis, nisi, quod » non credo, ceruicosus tui oblitus extiteris, prosequi » habebis, aptiùs dulcioribus vtens verbis, sulcis vitulinis, anserinum deponendo clangorem, ne differas expromere. Te quippè solum, ac specialem nouimus, 9 » Germanicis lætantem anfractibus, qui plures apud » Gallos senuisti annos: & non hoc tantùm, sed in illo » solitario atque vnico disciplinato obuersatus es Monacho

6 *Inaudita scribere non valemus.*

7 *Lucanus, Poëtæ nomen non meruit, quia verax fuit.*

8 *Scriptores Religiosi, nihil debent fingere.*

9 *Diederictus Germanus fuit.*

« nachorum archisterio, [10] *quod Sacratissimi Monarchæ* « *Benedicti glebæ continentia*, omnium penè Monaste- « riorum obtinet Monarchiam. Nam noueris non esse te « scribere, qualiter Beatissimus Pater noster de hoc « mundo migrauit ad Dominum, eo quòd omnis Chri- « stianitas non ignoret. Neque [11] Translationem eius « prodere: sed tantummodò festiuitatem illam, quam Il- « lationem vocant. Et quare Illatio dicatur, quæ pridiè « Nonas Decembris agitur: quia multoties eidem festi- « uitati interfuisti, quatinùs per tuam assertionem liqui- « diùs assignatam, in posterùm per annos singulos pro « exiguitate nostra, & nos omni Religionis & laudis Di- « uinæ apparatu, [12] festini inueniamur, vtpotè voluntarij « in lege Domini. [13] Quia dignum & æquum omninò « forè censeo, vt post primos & Beatos Apostolos, San- « ctissimum Patrem nostrum, cuius magisterio colla sub- « iecimus, omni honore & gaudio veneremur præstan- « tiùs.

« Vndiquè, me (inquam) video, Pater, præstantissima « veritate, tuis illationibus ita circumuallatum, vt nul- « quam mihi aliqua pateat excusationis munitiuncula: « nec inficiari valeo, quin vti tua Paternitas asserit, mihi « hæc notissima comprobentur. Et reuerà, [14] quia coram « Iudice tacere, confiteri est: supponam digitum ori « meo, nec ampliùs recalcitrare, vel mussitando tempta- « bo. Tuis, mi Pater, orationibus confisus, experiar quæ « iniungis: ea videlicèt ratione, ne implumem auiculam, « extra nidum tuum, [15] auolare permittas.

Explicit Præfatio.

10 *Laudes Floriaci, ob corpus S. Benedicti.*

11 *Translatio S. Benedicti.*

12 *Illatio S Benedicti à Germanis festiuè celebrata.*

13 *Post Apostolos, S. Benedictum Monachi debent reuereri.*

14 *Qui tacet, consentire videtur.*

15 *Ideò tantèm Deo munere exquisitissima loquacitas à Bosco diligètia amotas, orbique aduolat.*

Cur Deus suos affligi sinat.

CAPVT PRIMVM.

VT cœlestium Sacramentorum limpidissimus speculator Propheta Dauid, nullo reuelationis accessu, attingere se posse Diuinorum iudiciorum alta, perui

Psal.35.7. peruidisset,ad se reuersus dixit: *Iudicia tua, Domine, abyssus multa.* Et vas electionis diuinissimus Paulus, *Rom.11.33.* Prophetæ concordat, dicens: *O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei! Quàm incomprehensibiliæ sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!* Hæc idcircò præmissa sunt,quatenùs plena oratione,simplicioribus & minùs eruditis,facilè respondeam, qui quæritando, mirum ducunt: quare Omnipotens Deus, toties permittat,loca sibi Sanctorum suorum [1] exuuiis sacratissimis consecrata, non solùm falsorum Christianorum tyrannide, sed etiam Paganorum rapidissima inuasione,temerari.

1 Sanctorum exuuiæ sacratissimæ.

Nortmanni cur vastant Gallias.

CAPVT II.

1 Iste Karolo manus fuit frater Ludouici, ambo filij Ludouici Balbi, vixitque anno Domini 841.

TEmporibus [1] Karlommani serenissimi Regis Francorum, quando per totum orbem, Diuina largiente clementia, pax Ecclesiæ iocundius exuberauit: Nortmannica feritas, subitò atque inopinatè, frementibus beluis similis emergens,totam Austrasiam, atque citeriorem Galliam, adeò suis copiis constipando compressit,vt tota Francorum bellipotens proceritas, (quod mirum dictu est) in tantum stupore atque metu obrigescaret: vt etiam nullus contrahiscere illis præsumeret.Nec mirum.Creditur enim,quòd mira dispensatione Diuinitatis actutùm sit, vt populus ille, præ omnibus tunc temporis [2] Deo deditus, tàm clementi piaminum vltione mulctatus sit: quatenùs & rerum damna pateretur, & tamen absque congressione armorum, cœlesti victoria potiretur.

2 Franci valdè olim Religiosi.

Laus Gallie, & eius Patroni.

CAPVT III.

1 Vita Monastica in Gallia floruit.

ESt quippè Gallia, præ omnibus terris, sumptuum copia fertilissima; insuper & artium liberalium subtilitate auidissima,Et vt totum dicam, [1] Monasticæ Reli-

Religionis integritate cautissima. Et quia secundùm Apostolum: *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Excepta [2] Italia, quæ Romano cacumini est contigua: non inuenitur in totius orbis habitabili area, tot Sanctorum millium capax terra. [3] Quapropter gazophilatium Domini videtur esse Gallia, & quasi cœlestis Patriarchij clauicularia, quæ tam innumera membrorum Christi, inclusa reseruat pignora. Nam superbit apud Parisium, quod obtinet Apostolum suum pretiosum [4] Dionysium. Non autem minùs gloriatur apud Turonicam vrbem, quòd ibi fouet incomparabilem Sacerdotem [5] Martinum. Remis nobilitatur in [6] Remigio, Francorum Apostolo. Aurelianis tripudiat, cum [7] Aniano, miræ Sanctitatis Episcopo. Lemouicis congaudet de [8] Martiale Episcopo, primo Apostolorum Principis Discipulo. Apud Bellouacum, conlætatur Martyri [9] Luciano. Sed quia dies, antequàm Sanctorum copia, deficiet. Non tacebo, quòd apud Floriacum, [10] sacratus applaudat Monachorum chorus, Benedicto. Tantisper de ornatu Galliæ per excessum commemorasse sufficiat. Hinc stilus redeat.

Rom. 8. 28.

2 *Italia quæ sit gloria.*

3 *Gallia gazophilacium Domini.*

4 *S. Dionysius.*

5 *S. Martinus.*

6 *S. Remigius.*

7 *S. Anianus.*

8 *S. Martialis Petri Apostoli discipulus primus.*

9 *S. Lucianus.*

10 *S. Benedictus in Floriaco.*

Situs Monasterij Floriacensis.

CAPVT IIII.

Situm námque præfati loci Floriacensis Monasterij, [1] vbi Beatissimus Pater Benedictus in pace repausat, & aduentum Redemptoris expectat: si quis curiosiùs scire desiderat. Hoc modo notitiam capiat. Instar quippè trigoni visitur sisti. Et vt presiùs dicam, in modum Δ litteræ proprio statu cernitur, sydereum cornu occupare. Nam à Septentrione Franciam, ab Oriente Burgundiam, ab Australi verò parte Aquitaniam tangit. Sícque in confinio trium regionum, velut præsens inter præteritum & futurum, naturali ordine obtinet primatum. Et sicut perfectus numerus, inter imperfectum, & plusquàm perfectum. [2] Nam medietate, vicem ac locum possidet virtutum. Sed redeundum ad cœptæ narrationis textum.

1 *S. Benedictus vbi quieſcit.*

Similia.

2 *Medium, eſt virtutis locus.*

Digitized by Google

Aduentus Northmannorum apud Floriacum, & Floriacenſium fuga vel interitus.

CAPVT V.

POſtquam vero permiſſu Diuino, præfata gens Barbarorum, hoſtili peruaſione, cuncta illius Regni bona diripuit, vaſtauit incendit, conflagramine conſumpſit, Monaſteriorum ſepta, diabolica rabie fœdauit: tandem, ad notitiam Floriacenſium peruenit Monachorum. Omnis vero ætas, omníſque vtriuſque ſexus conditio, viuendi conducta amore: maluit fugiendo ſubſtantiæ diſpendium pati, quam ferratis hoſtium gladiis congredi. Cúmque antè quintum diem, præfatis fratribus vix innotuiſſet: quod eiuſdem exercitus, manus validiſſima appropinquaret, viuacitate qua poterant, continuatis viribus, ſanctiſſimam Patris ac Patroni ſui glebam, aureis inuaſatam ciſtellis, de ex imis *perudi* [1] ſuſtollunt, curſúque perniciſſimo, naui ſpem beatam imponunt: atque remige Chriſto [2], ad Aurelianam vrbem quam citiſſimè perueniunt. Et [3] in Monaſterio ſancti Aniani Epiſcopi, digniſſima veneratione, theſaurum Domini, ſub cuſtodum fræquentia deputant, donec furor Diuinus pertranſit. Impius autem malignorum cœtus Floriacum perueniens: ſexaginta & eo amplius, reperit ſacri deſiderij Monachos, & quoſdam cum eis Eccleſiæ ſeruitores, quos omnes, ablque vlla conſideratione, præcipiti peremit ſtrage [4]. Peracta cęde, & rerum pretioſarum neſanda direptione: ſanctæ Reginæ cœli ornatiſſimum oratorium, quod ſacra Monachorum religio, per plures annos Sanctiſſimo conſtruxerat Benedicto: profano diſſipauit incendio. Omnia autem eiuſdem loci adunantes mobilia, atque vtenſilia: Inimici Domini, redierunt onuſti ad propria.

1 *Obſoletum vocabulum.*

2 *Corpus S. Benedicti auferʼur à facie Nortmãnorum, & Aurelianum defertur.*

3 *S. Anniani Monaſteriũ.*

4 *Cades & incendiũ Floriacenſium.*

B. Benedi

B. Benedictus de Nortmannis se vindicat.

CAPVT VI.

EAdem porrò nocte Beatissimus Pater Benedictus, apparuit cuidam Comiti potentissimo, nomine Gisolfo [1] qui eiusdem Monasterij Aduocatus atque defensor extitit: & dixit ad eum. Eya frater [2]. Quare tantæ timiditatis te ignauia oppressit, vt tuæ aduocationis locum nobilissimum Floriacum, gentili manu deuastatum, dimitteres vsque adeo indefensum: vt fratres nostri serui Domini, iaceant inhumati? Cui Comes. Quis inquit es tu Pater? Ait illi. Ego sum frater Benedictus, qui de Beneuentanis finibus in Galliam translatus, *propriam requiem in Casino monte spreui: & hunc locum Floriacensis Monasterij elegi* [3], vt lucerna disciplinæ, per meam corporalem coessentiam, vniuersæ innotesceret Galliæ. Surge ergo quantotius, & esto vir fortis & belliger robustus: & insequere dorsa latronum, qui & locum meum violauerunt, & igni combusserunt: insuper & meos Monachos & colliberros interfecerunt quamplures, ad vltimum autem, omnem Monasterij supellectilem diripuerunt: & sic impunè proh dolor euaserunt, vt nullus in tanto Regno inuentus sit, qui ad excutiendam prædam, illis occurrere præsumeret. Ad hæc, Comes ille. Quomodo, inquit, possum ego, vel insequi latrones, vel prædam excutere: qui nec modo, tempus habeo, congregandi satellites & vernaculos meos? Cui Pater sanctus. Noli inquit multum anxiari, propter paucitatem militum: Nescis enim fortitudinem cœli. Tantum accelera, & arripe clypeum, cum his qui tibi adsunt hominibus, & insequere illos velocius nihil metuens, quia tecum ego sum vt ambiam latera tua, & munitus, ab hostium telis, victor famosus reuertaris. His dictis. Comes euigilauit: secúmque, quæ sibi Diuinitùs iussa sunt prudenter pertractans, sub omni festinantia: cum suis suorúmque omnibus surgit: arreptísque armis, noctes insequitur, munimine fidei sacræ armatus,

1 *Gisolfus Comes.*

2 *S. Benedictus apparet.*

3 *S. Benedictus, cur spreto Casino, Floriacũ elegerit.*

Digitized by Google

ac tanti prouiſoris ſponſione animatus. Tertia iam die, propè Andegauenſem vrbem, quæ penè in litore Oceani ſita eſt, in maximo impetu ſuper eos irruit, Quid plura? Hoſtes [4] exuperat, & prædam haud ſegnis excuſſit: & emancipatis pluribus captiuatis, victor, lætabundus, abſque læſione aliqua regreſſus eſt. Qua expleta victoria, Floriacum ingreditur, & non ſine lacrymarum copia, interemptorum tumulauit corpora. Illud Pſalmographi commemorans. *Quia effuderunt ſanguinem ſanctorum, & non erat qui ſepeliret.*

4 Victoria inſignis de Nortmannis B. Benedicti auxilio reportatur. Pſal. 78. 3.

Reſtauratio Floriacen ſis Cœnobij.

CAPVT VII.

PAce autem Deo donante reddita, ad notitiam memorati Francorum Regis deuenit, qualiter Giſlolfus Comes, Sancti Benedicti Aduocatus, cum paucis hoſtem tantum proſtrauerit, prædam excuſerit, vinctos reduxerit enodatos, victórque per omnia redierit illæſus. Non eſt fides adhibita, donec idem Comes, omni ſubnixus veritatis adſtipulatione ac munitus: quicquid in re fuit, in Regis proferret præſentia, Teſtem namque ſibi, omnium aduocauit Dominum: quia in illa hora congreſſionis, Beatus [1] Pater Benedictus Monachali infula redimitus, cabalum cui ipſe inſederat, concitus conſcédit. & in tota illa hoſtili acie, vti pius propugnator promiſerat, frænum tenuit, equum rexit equeſter, ſcutum rotauit artifex pugnandi, & quod militiam cæli, perſenſiſſet in prælio Patris Benedicti. Quibus compertis, contiñuò Rex cùm vniuerſis Regni Primatibus, Floriacum peruenit: lamentum deſolationis dedit. Et poſt hæc, cum omni munificentia Regali, ſubſidium reſtaurationis adhibuit: ſumptuum ſupplementa larga manu adminiſtrauit, reſartores pleno cornu conduxit, vt quantociùs loco renouato, clementiſſimus habitator, pauſatorium [2] quod ſibi delegit, quando totum mundum quaſi ſub vno

1 S. Benedictus contra Nortmãnos, Ducis ac militis ſtrenui fungitur munere.

2 Quãdo elegit Floriacũ, S. Benedictus. Greg. 2. Dialog. c. 35.

Digitized by Google

vno ſolis radio conſpexit:libens reuiſere dignaretur. Data denique (vt dictum eſt) totius reſtaurationis vberrima copia, in vnius anni reuolutione, penè omnia Monaſterij ornamenta,in priſtinum modum redacta ſunt. Monaſterium verò, in eodem Floriacenſi caſtro antiquitus cóſtructum,& in honore B.Petri Apoſtolorum Principis conſecratum, Diuina protegente dextera, remanſit illæſum:quando cætera omnia, hoſtile fauillauit incendium. Facto autem non minimo Epiſcoporum atque Abbatum conuentu, conſilium ſalubre inierunt,quatinùs Beatiſſimum aurigam Chriſti Benedictum, in initio Aduentus Domini, quod certè in Kalendis Decembris tunc extitit, quia per liquida non poterant,(erat enim hyems glaciali ſtridore criſtiſſima)ſaltem per campeſtria,de Vrbe Aurelianenſi,omni induſtria reducerent: & in præfato Sancti Petri Monaſterio quod intactum ab igne remanſit: eoúſque collocarent:donec officinæ Monaſterij, regulari more ad calcem peruenirent.

Reducitur S.Benedicti corpus.

CAPVT VIII.

QVòd cum omnibus in commune placuiſſet, ſtatuto die Aurelianis conuenerunt, quatinûs theſaurum Domini ſecundum conditum reportarent. Tunc ob difficultatem frigoris ibi tardantibus, & inſtrumenta tali negotio congrua machinantibus: vnus « Monachorum intulit dicens.Si meum vobis conſilium « animo ſederit:Sanctiſſimam Patris noſtri glebam naui « imponamus, nihil quippe illi apud Dominum impoſ- « ſibilè fore credimus. & ſic nauigio ſibi condigno « redeat, qui indè, hûc nauigio aſportari voluit. Cui cum omnes pari voto conſentirent:acceperunt viri timorati ſacerdotes Domini, ſacratiſſima pignora: & impoſuerunt naui. quæ ita gelu ſtipante fixa atque immobilis in Ligeris alueo tenebatur: ac ſi radicitus terræ conglutinata fuiſſet. Quæ videlicet nauis, cum tantæ ſanctitatis onus ſentiret: Ac ſi Salomonis voce *Cant.4.16.*

Digitized by Google

clamaret, *Surge Aquilo,& veni Auſter.* Subito ex vtroque latere [1] cœpit gelu liqueſcere,ac ſi Sol verſaretur in torrenti ſydere. Omnes quidem qui aderant, nihil aliud dicere poterant, niſi quod veritas ipſa cogebat. quia,*Mirabilis eſt Deus in ſanctis ſuis.*qui *fecit voluntatem timentiũ ſe.*& quia.*ſic oportet fieri.*Monachi verò, qui neceſſariò Patri ſuo adhærebant: nauim incredibili multitudine onerabant: ſed nihil oneris nauis inde ſentiebat,quia magis portabatur ab eo,quem portare videbatur.Sícque modo miro atque mirando, totum illud Ligeris ſpatium, quod ferè vſque ad Floriacum per ſedecim miliaria ſpaciatur: abſque [2] gubernatore & remige humano, nullo gelu obice offendente, peractum eſt,vt crederes Chriſtum cum Apoſtolis in naui ſedentem, ac elementis poteſtatiuè imperitantem. Ipſa vero dies, Pridie Nonas Decembris eſſe dignoſcitur [3]:in qua quandiu huius mundi ſphæra voluitur,honor ac memoria tantæ gloriæ, ſolemniter per totam Galliam celebratur.

1 *Glacies ſub corpore S. Benedicti ſoluitur.*
Pſal. 67. 36. & 144. 19. Mat. 26. 54.

2 *Nauis nat ſine remige.*

3 *Perpetuò; Feſtũ S. Benedicti celebrabitur.*

Quomodo floruêre arbores in hyeme.

CAPVT IX.

SEd iam veniendum eſt ad alia, non quidem Diuinitati mira: ſed hominibus hactenûs, cunctiſque retrò ſeculis inuiſa. Cum vero iam nauis portum Floriacenſem impingeret. Maxima Epiſcoporum Abbatum & Monachorum clericorúmque,vnâ cum plebeis turmis,multitudo concurrit:portantes Cruces,cereóſque,thuribula & Euangelij gemmatos textus,Pſallentes & dicentes. *Benedictus qui venit in nomine Domini* [4].Tunc leuauerunt Epiſcopi Beatiſſimum Patrem de naui, & impoſuerunt ceruicibus ſuis, ferre margaritum Domini. Incipiente autem proceſſione, ingens frigus, vt tunc temporis ſolet,cuncta obſtrinxerat arua.Res contigit mira ac vehementer ſtupenda. Nam cum per eam portam [5] quæ Paſchalis dicitur,ſanctiſſimi cineres inferrentur:ac ſi in medio Aprili,ita omnes

Mat. 23. 39.
4 *Epiſcopi, deferunt corpus S. Benedicti.*
5 *Porta Paſchalis, apud Floriacum.*

Digitized by Google

nes arbores eiuſdem loci tàm pomiferæ quàm agreſtes,ſpineta etiam & arbuſta [6] in flores eruperunt : vt palam cūctis innoteſceret,qualiter ſanctus Pater apud Omnipotentem Dominum noſtrum Ieſum Chriſti gloria & honore ſublimatus exiſteret. Nulla vox alia audiebatur, niſi, Gloria tibi Domine, quia nunc cognoſcimus,quid te donante accepimus.

6 Arbores in hyeme florēt.

Deponitur corpus S. Benedicti.

CAPVT X.

DEpoſitis autem ſacris pignoribus, in antefacto S. Petri Monaſterio, ibíque diligentia ſpeciali reconditis : Diuino celebrato myſterio, quique in ſua redière cum gaudio : Pſallentes Domino ac dicentes. *Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti.* Et hæc Feſtiuitas, Illatio vocatur Redditúſve. Per annū verò,ſancti Patris Diſcipulis,locum illum maximo ſtudio ingentíque deſiderio reſarcire,ac in priſtinum reſtituere modum curantibus : poſtea reuoluto anno,ipſo eodem die,Infulati Præſules Epiſcopali more : rogatu Abbatis ac Fratrum, leuauerunt tantum Patrem, & impoſuerunt ceruicibus ſuis,ſine pondere pondus, ſicque cum omni hilaritate cordis:quamquam pleni lachrimis [1]:portauerunt piiſſimum Patronum & impoſuerunt in proprium manſoleum in Eccleſia Beatæ Mariæ:quæ iam per biennium, ſui manſoris præſentia caruerat. Statuerúntque, vt quoniam & Relatio & Illatio eodem die annis reuolutis factæ fuerant, annuatim omni tempore futuri æui,ſolemniter eodem die, per totam Galliam celebrarentur.

Pſal.64.5.

1 Relatio ſiue Illatio S. Benedicti,per totam Galliā celebrari inſtituta, à Rege & Epiſcopis.

Explicit Liber Vnicus Diederici Monachi,ſyncerè ex Floriacenſi vetuſtiſſima membrana,diligentia Ioan. A. Boſco nunc primum editus.

Digitized by Google

☞ *Ingrati vel ignari aut saltem oscitantis animi nota fronti meo iure optimo inureretur: si Floriacensem Spartam quam nactus sum adornans, silentio praeterirem, egregiam exquisitámque Alphonsi ab Albena eruditi Albiensis Pontificis in libris de Origine gentis Capetiæ perquisitionem, qua firmis admodum stabilibúsque rationibus, errorem communi omnium omnino Historicorum Gallicorum consensu approbatum, convellit atque deijcit: nempè Carlomannum Regem de quo hîc sermo habetur, illegitimo prognatum concubitu. Nam vt ipse disertus Antistes, grauiter admodum edisserit, ex Ansegarda prima eáque vera atque legitima Ludouici Balbi Regis coniuge, natus fuisse dignoscitur. Quam licet, vt patri morem gereret cui hoc legitimum matrimonium (ita appellat eloquens Papyrius Massonius) inuisum erat, à se abalienarit, aliámque superinduxerit Adelaidem Anglorum Regis filiam, ex qua Carolum simplicem sustulit: haud tamen ea ratione efficere quiuit: vt quos Deus mutua animorum vtriusque connexione coniunxerat, separaret homo. Nam relinquet, ait Scriptura, vir, patrem matrémque, & adhærebit vxori suæ.*

Marc 10.7.

Hoc Eulogium Clarissimi Regis Carlomanni Manibus, ob ipsius erga Floriacenses & Patrem Benedictum studium, Regia liberalitate posteritati tam munificè consignatum, Ego ipse Floriacensis decoris amantissimus, atque vt vitæ instituo, ita animi propensione Patri Benedicto addictissimus, appendo. Egregiè comprobans, nulla vnquam Regum in sacratos Deo homines beneficia, tàm profundis temporum posse scrobibus obrui, quin quandoque iusto Dei iudicio, piarum & grauarum mentium viuaci conatu, etiam in hoc sæculo emergant erumpantve in lucem, eorúmque memoria à sycophantiis & calumniis strenuè ac fortiter vindicetur.

cetur. Caterum, quàm gloriosè Carlomannus Rex Beneficius regnauerit, quámque gnauiter Regni pondus ipse sua fortitudine, casui ruinaeve eripuerit, preclarè ipsius acta multis scriptorum encomiis celebrata, contestantur, ea qui scire auebit, fontes ipsos adeat.

Digitized by Google

TRACTATVS DE CONSERVATIONE CORPORIS S.

PATRIS BENEDICTI ABBATIS *in Floriacenſi Cœnobio, Authore Ioanne à Boſco Pariſienſi, ex fideli atque veraci Seniorum Floriacenſis Cœnobij relatu.*

Luc. 12. 7. Pſalt. 33. 21.

ETSI Deus Opt. Max. Sãctos ſuos tanto proſequatur honore, vt ipſorum *& capitis capillos numerauerit: cuſtodiátque ſollicitè* frequenter *eorum oſſa*, itavt *vnum eorum non conteratur* [1]. tamen quandoque pro ſuæ prouidentiæ diſpoſitione, exigentibus hominum peccatis, permittit: dilectorum ſuorum præclaras exuuias, à fidei hoſtibus haberi ludibrio, atque contemptui. In tantum, vt ipſorum oſſa hominibus malis auferat, ne illorum dignitas atque pretium; aliqua in re apud Diuinam ſuam clementiam, ſcelere pollutis ſuffragentur. Qua ratione, cùm noſtra ætate, mala ſuper terram multiplicarentur, & vix eſſet in omnibus omnium ordinum, ſiue Clericalium ſiue regularium ſiue & Laicalium claſſibus: qui purè timeret Deum, atque viam mandatorum ipſius, vel claudo pede ambularet, ne dicam curreret In vltionem peccatorum gentis noſtræ Franco Gallicæ [2], corpus Apoſtolici viri Martini Turonenſis tot annos cuſtoditũ, atque à Nortmannorum feritate mirabiliter olim ereptum: ſiuit ipſe Deus, in Caluiniſtarum diras deuenire manus: quæ illud immaniſſime voracibus flammis abſumpſerunt.

1 Cur Deus oſſa Sanctorũ aufferri quibuſdam permittit.

2 Exuſta à Caluiniſtis corpora. SS. Martini.

Digitized

pſerunt. eadē etiā ſeuitia corpora SS.[3] Irænei Lugdunenſis, Aniani [4], & Euurtij Aurelianenſium.[5] Franciſci Paulani Minimorum Inſtitutoris. & aliorum propemodum infinitorum Galliæ tutelarium Patronorúmque, in cineres redigentes : quæ longis ſæculis priſcorum Francorum Pietas coluerat, atque ſeruarat. Dum itaque Caluiniſtarum acerbitas, belluinuſve furor, tam enormiter, in ſacra Sanctorum Chriſti pignora, graſſaretur. Accidit, vt [6] Odetus Caſtullionęus Collignius, Cardinea Romanæ Eccleſiæ dignitate præfulgidus ab Ortodoxæ fidei dignitate, ad Caluiniſticum Dogma deflueret. Et quia pridem, Chriſtianiſſimorum Regum Galliæ fauor atque largitas, ipſum ad Commendatarium regimen celeberrimi Floriacenſis Cœnobij, annuente Romano Pontifice euexerat. Is depoſita fidei integritate, ſiue inopia preſſus: ſiue etiam animo à ſacrarum Reliquiarum veneratione abalienatus, ad dictum Floriacenſe Cœnobium quemdam, Nobilem quidem ſanguine, perfidia tamen ignobilem virum, ex clarat [7] Auentiniacorum apud Burgundos familia orum, qui Domus ſuæ præfecturam adminiſtrabat amandauit : vt cunctas Floriacenſis Cœnobij Reliquias, aureis argentíſque & gemmatis thecis incluſas, ſolerter ex inuentario ad ſe perferret. Ac licet iniquo id admodum animo tolerarent Floriacenſes plærique Cœnobitæ, ne tamen ipſe irritatus, animóque efferatus, eorum inſignem Baſilicam atque regularia ædificia cætera, ſæuóque crudeli aboleret incendio, ipſorum Monaſterium ſolotenus conſueto Caluiniſticæ genti more euerteret reſiſtendi : cùm eſſent impotes, dictum Auentinium haud prohibere qui vêre, quin ſecum omnia ipſorum Baſilicæ aurea argentea & gemmata vaſa abſportaret & conuaſaret, pluribus aureis & argenteis ſacrorum Euangeliorum atque Epiſtolarum codicibus, cum præcioſiſſimis Crucibus, Thuribulis & candelabris, Veterum deuotione comparatis atque coaceruatis. At verò dum inter frangendum auream [8] capſam in qua Corpus

3 *Irenei.*
4 *Annani & Euurtij.*
5 *Franciſci à Paula.*
6 *Odetus Caſtullioneus Cardinalis, Hæreticus, efficitur.*
7 *Auentinius, præpoſitus Domui Odeti, diripuit Floriacum.*
8 *Capſa aurea in qua Corpus S. Benedicti ſeruabatur.*

Beatiſſimi Patris Benedicti condebatur, quidam tunc Floriacēſis Prior, Antonius[9] Foubertus nomine, Auentinium cui ob Caſtullionenſem Dominū herúmq; ſuū, minime inuiſus erat: ſupplicibus verbis rogitaret, vt vel denudata ipſius Sanctiſſimi Patris Benedicti oſſa, integra ſeruandi ſibi poteſtatem faceret. vt potè quæ hero ſuo, nulli vſui forent aut commodo. Dei eximia benignitas. Auentinij cor, alioquin in ſacras Reliquias ſæuum, emolliuit, vt Fouberti petentis precibus annueret: ipſíque arculam ligneam è capſa maiori aurea ablatā, in qua oſſa Sāctiſſimi Patris recludebantur, tradidit: quàm dictus Foubertus Prior, vigilantiſſimè atque ſtudioſiſsimè in quodam præfati Cœnobij, ædis Abbatialis cubiculo, occuluit. Quo in loco vſque ad annum Domini[10] 1581. ſeruata fuit: ipſo quippe anno, intra capſam ligneam depictam, recondita extitit: atque in theſauraria collocata, vti actus infra poſitus teſtatur, & indicat.

9 Antonius Foubertus Prior Floriacenſis corpus S. Benedicti eripit.

10 S. Benedicti corpus, in quodam cubiculo aſſeruatur: vſque ad annum 1581

Dum vero Floriacenſe vulgus, cerneret capſam auream S. Benedicti, fruſtratim comminutam, ad portum Ligeris intra quoddam dolium deferri. quo [11] ad Inſulæ caſtrum, quòd erat Groloti Caluiniſtæ, Aurelianenſis Balliui, nauigio deportaretur, vbi tum Caſtullioneūs degebat [12]. Illachrimans, flexíſque genibus ac lugubri voce, clamitabat. En Sanctum nobis auffe- »
runt Benedictum. ad quas Floriacenſium quærulas voces, Caluiniſtæ baiuli aiebant. Iſtud eſt tantum capſæ ipſius aurum. Nam eius oſſa apud Cœnobitas, rogati reliquimus, atque hunc in modum abierunt.

11 Caſtrū Inſulæ Groloti Caluiniſtæ.

12 Populi dolor, in direptione Monaſterij Floriacenſis.

Rochus [13] verò Synſardus, Cœnobita Cantor atque Paroechus Floriacēſis: ob id quòd Paroechialis Eccleſia Floriaci, ſub titulo & nomine S. Sebaſtiani Martyris, erat ab antiquo cōſecrata: pari ratiōe duo integra oſſa femoris dicti Martyris, à præfato Auentinio petiuit & obtinuit: poſtquàm tibiam argenteam cataphracti more militis ocreatam, in qua incluſa erant: Caſtullioneo ferendam, Auentinius ipſe abſtulit. Quæ omnia, acciderē anno [14] 1562. Ipſo verò eodem anno, aliquā-

13 Rochus Synſardus, ſal uat femur S. Sebaſtiani Martyris.

14 Annus direptionis Floriacenſis Cœnobij 1562.

to

to poſt tempore.Condæi Principis, Ducis Caluiniſtarum ad Floriacenſe Cœnobium vt ibi metarét directi ſunt ab Aurelianéſi ciuitate milites, qui Baſilicam Floriacenſem omni relicta ab Auentinio ſupellectile ſpoliauêre,fruſtratímque ſanctorum [15] Mauri Phrongentij Martyrum & Pauli Leonenſis Epiſcopi & Confeſſoris, ligneas capſas conſcidêre : ſacra in eis reperta Sanctorum oſſa comminuentes,ſpargentes conculcantéſque:quæ ex hoc , amiſſa penitùs fuêre , nuſquámve reperta.Æreas deinde præſtantiſsimas Altaris maioris fuſiles columnas, Chori Aquilam æneam, cunctúmque Eccleſiaſticum ornatum abſtulerunt.Caluiniticas conciones in choro Baſilicæ habuerunt,& ita acerbè Cœnobitas diuexarunt,vt tandem maximam illorum partem abegerint.Corpore interea Patris Benedicti clanculum in præfato,vti relatum eſt,Abbatialis ædis cubiculo, vnâ cùm ſemore S.Sebaſtiani Martyris,aſſeruato atque recondito.

15 *Corpora Sanctorum Mauri & Phrongentij, Martyrũ atque Leonenſis Epiſcopi Pauli, amiſſa.*

Exſcriptum Auctentici Inſtrumenti, Repoſitionis Corporis S.Patris Benedicti Abbatis, intra Arcam ligneam Depictam. quæ nunc eſt in theſauracia Floriacenſi.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ANno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo,accidit.vt Florentiſsimum olim Galliarum Imperium à ſuis incolis & alumnis propter Regionis diſsidium,ciuilibus & inteſtinis bellis obſeſſum vndique & irretitum eſſet,At, qui pietatem impugnabant & impietati fauebant : omnia propemodum ſacra,vi & arte, ditioni & rappacitati ſuæ ſubegerunt: itavt inter tot ærumnas & incidentium procellarum tempeſtates,vix vllus reperiri potuerit locus ſacer:cui[1] pepercerit impia & ſacrilega manus. Nam præter trucidatos

1 *Caluiniſtarum dira rabies.*

Digitized by Google

cidatos vbique aut ſaltem fugatos Monachos, Sacerdotes, Moniales & cęteros Eccleſiarum miniſtros: templa omnia vel exuſta, vel ſolo equata, funditùs euerterunt. Aut ſi cui perpeceruſt, attamen ad vnum omnia confracta, vndique reliquerunt: ac illa vaſis conſecratis, prætioſis ornamentis, auro & argento, penitùs ſpoliarunt: deiectis ad ignem & exuſtis Sanctiſsimorum Patrum membris & oſsibus, quorum præſentia & præſidio, aduerſus hoſtes & inſultantium inimicorum conatus, tota Gallia [2] firmiſsima nitebatur anchora. Donec Deus ille Maximus, peccatis noſtris vehementer iratus. tanto præmio nos priuari iuſſerit. Tamen ſpeciali priuilegio, eidé placuit Diuinæ Maieſtati, vt hocce noſtrum celeberrimum & Regium Monaſterium [3], integrũ & erectum ſeruaretur. Et quòd eſt magis prædicandum nec minus gloriandum: tanta benignitate & fauore ampliſsimo, illa immenſa bonitas nobis cùm vſa eſt: vt Sacroſanctum Sanctiſsimi Patris Noſtri Benedicti Corpus, aurea & prætioſsima theca ab impiis & ſacrilegiis ſpoliatum, infractum tamen & integrum, nobis ad hanc vſque diem [4] remanſerit. Quamobrem, pacatis vtcumque ciuilibus Bellis, ne tanti Beneficij immemores, ingrati animi vitiũ incurreremus: & pœna gratiam ſequeretur. V. in Chriſto Pater ac Dominus Claudius [5] Subleſius Pius Abbas, hanc thecam pro ratione temporis, ſumptibus ſuis extruendam curauit: & in eadem. Sanctiſsimi eiuſdem Patris membra recondi mandauit. Quòd & factum eſt, 27. menſis Maij [6] anni 1581. in medio chori ſummi templi: adſtantibus Domino Priore cùm cæteris fratribus, tàm Officiariis quã clauſtralibus, Paroœcho & miniſtris eius, comitante etiam pia & catholica turba ex tota Paroœchia, & vicinioribus locis collecta: Pulſantibus omnibus templi campanis. Dominus dictus Prior Frater Ludouicus [7] Pothin, pretioſioribus ornamentis amictus, ſua Benedictione hanc conſecrauit: & aquæ ſacræ aſperſione perliniuit. Deinde graui ordine & inceſſu, itum eſt ad proceſsionem cùm omni modeſtia & pietate, electis

2 *Sanctorum corpora, Anchora patria.*

3 *Floriacenſe Cœnobiũ expillatum, at non demolitum.*

4 *Remanſit Corpus S. Benedicti.*

5 *Gallicè Sub loys.*

6 *Anni repoſitionis corporis S. Benedicti.*

7 *Ludouicus Pothin prior Floriacenſis.*

antea

antea & præmiſsis ad portandum feretrum quatuor probatiſsimę vitæ viris. Qua peracta, eodem animo eadémque pietate & grauitate, à dicto Domino Priore Miſſa de eodé ſancto ſolenniter celebrata eſt. In cuius fine idem Corpus Sanctiſsimi Benedicti, in antiquo & prę ordinato ſcrinio: inde reportatum & repoſitum eſt. Actum per me Scribam Cap. Anno & die prædictis, addito & expreſſo Sigillo Conuentus. [8] *8 Corpus S. Benedicti ad proceſſionem portatur.*

Signatum de Pothin, Sainſard, Dargery, Paris, Fimbaut, Foubert, Poulin, Moyreau, Desboys, Filland, & Bernard Secretario Capituli.

Cùm ſigillo Sancti Benedicti Floriacenſis. In quo eſt expreſſa ſedentis S. Patris Benedicti imago. Dextra baculum paſtoralem, ſiniſtra librum appertum tenétis: cuculo Monaſtico induti, aperto & nudo, cùm corona Monachali lata, capite. Et propè baculum, eſt * ſubtus librum + & ex vtra que parte ſedis eius, eminent duo capita beſtiarum ad ipſius crura, & inferius duobus pedibus ſedis, ſunt duo pedes aquilæ. Ex altera verò parte ſigilli maioris, eſt paruum ſigillum. habens dextram manú extentam Benedicentis more: ad magnitudinem groſſæ oliuæ, & in circuitu ſcriptum eſt, maiuſculis litteris. Dextera Dei, cùm + ſupra, inter duo vocabula.

In fine vero membranarum vetutißimarum Aymoini de Miraculis S. Benedicti, manu Ioannis à Boſco ſcriptum fuit.

Dei omnipotentis atque Beatiſsimæ Dei Genitricis Mariæ Benigniſsima largitate, necnon S. Patris ac Monachorum legiſlatoris Benedicti gratia: Hoc opus, inter multiplices huius Cœnobij Floriacenſis ærumnas, atque bellorum cùm Hereticorum tùm ciuilium fluctus,

ctus,Hoc inquam eximium opus, conſeruatum fuit:atque intra maiorem thecam in qua aſſeruatum eſt,& aſſeruatur Corpus eiuſdem S.Patris Benedicti,ad perpetuam poſteritati memoriam cùm Epiſtolis & Bullis præſentiâ dicti ſacri Corporis in hoc Floriacenſi Cœnobio conteſtantibus reconditum : die 19. Dec. 1604. Poſtquam ſumma fide & integritate exſcriptum fuit vt in lucem euulgaretur , opera & labore F. Ioannis à Boſco Benedictini Cæleſtini,qui propenſo in Patrem Sanctiſſimũ Benedictum ſtudio, atque deuotione,necnõ Rdi P.Ioãnis Fouberti Monachi Præpoſiti eiuſdem Floriacenſis Cœnobij , & Vicarij generalis D.Achillis Du Harlay Abbatis Commendatarij dicti Cœnobij, Floriacenſis,ope , Hoc authoris authographon conſecutus fuit : & poſt exſcriptionem fideliter, reſtituit. & ipſemet,dicto Fouberto aſpectante , intra arcam cùm ſacris oſsibus recondidit.

***

INVEN

Digitized by Google

INVENTARIVM AVCTENTICORVM RE-

scriptorum, pro vera corporis Beatissimi Patris Benedicti Abbatis Casinensis, apud Floriacum Galliæ præsentia.

In quatuor Capita, per IOANNEM A BOSCO *distributum.*

De Rescriptis Apostolicis.

CAPVT PRIMVM.

QVIA Apostolicis, aliisque Auctenticis Rescriptis, cuiusque rei veritas maximè omnium eluceſcit. Visum mihi est, præcipua quædam Auctentica scripta in ordinem redigere, quibus indubitata fides præsentiæ corporis Sanctissimi Benedicti Abbatis, apud Floriacum Galliæ, ab omnibus quantumuis morosis habeatur. Extant igitur, post tot incendia, atque direptiones, Sanctissimi & celeberrimi Floriacensis Cœnobij, in agro Aurelianensi constituti; duæ Bullæ[1] Leonis VII. Papæ, sub datum 5. Idus Ianuarij, & Kalendis Februarij, per manum Nicholai Primicerij, summæ Apostolicæ Sedis, anno Deo propicio Domini nostri Leonis Pontificis, & vniuersalis septimi Papæ, in sacra

[1] *Leo Papa VII. sedit ann. 940. aut paulò antè.*

ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli tertio & quarto, Indictione vndecima, ſcriptæ per manum Theodori Notarij, & Subdiaconi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Ianuario, & Februario, Indictione vndecima. Prior eſt ad [2] Odonem Religioſum, Abbatem venerabilis Monaſterij Sancti Benedicti, qui & Floriacenſis, in quo *Ipſe requieſcit corpore.* (Hæc ſunt ipſamet Apoſtolici Reſcripti verba.) In qua quidem Bulla, inter alia plura, Leo idem Papa ait: Inde ergò valdè gauiſi ſumus, quia prædictum Cœnobium Beatiſſimi Patris Benedicti, qui eſt Pater & Dux Monachorum, refloreſcere ad normam Monaſticæ Religionis audiuimus. Nam cùm ille Monaſticus ordo vbique ſit nimiùm imminutus, ſpes nobis ineſt: quia ſi in illo Cœnobio, quod [3] eſt quaſi caput ac primas omnium Cœnobiorum, vigor Monaſticus conualeſcat, cætera quaſi membra conualeſcent. Et ſub fine eiuſdem Bullæ, quæ ſatis prolixa eſt, ita loquitur Pontifex: [4] Liceat etiam quibuſque Religioſis viris, deſiderio melioris vitæ, ad ipſum Monachorum legiſlatorem confugiendo, in Floriaco manere. Poſterior eiuſdem Leonis VII. Papæ Bulla eſt directa Fratribus ac filiis, videlicèt Archiepiſcopis, & eorum Suffraganeis, [5] Guidoni Eccleſiæ Lugdunenſis, [6] Tutoloni Turonenſis, [7] Geruueo Bituricenſis, [8] Gerlanno Senonenſis, [9] Artaldo Remenſis, atque ſucceſſoribus eorum in perpetuum. In qua, poſt longum exordium, in hunc modum, circa medium, ſcribit: Vt autem ad rem veniamus, ob cuius occaſionem iſta dicere cœpimus. Intimatum eſt nobis, in Monaſterio admodum [10] Reuerendo vocabulo, Floriaco nominato, quod eſt in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & Sancti Patri conſtructum: vbi requieſcit Egregius Pater, Dominus noſter Beatiſſimus Benedictus, decus videlicèt gemmáque Monachorum, &c. Ac in fine: Sanè iſtam, per quam vobis loquimur epiſtolam, ſigillo Apoſtolicæ authoritatis inſigniuimus, & in Cœnobio Domni Patris Benedicti, conſeruandam tradidimus.

2 *Odo Abbas Floriacenſis.*

3 *Floriacenſe Cœnobium, Monaſteriorum caput.*

4 *In Floriaco, omnes Monachi poterant recipi.*

5 *Guido Lugdunenſis Archiepiſcopus.*

6 *Tutolo Turonenſis.*

7 *Geruueus Bituricenſis.*

8 *Gerlannus Senonenſis.*

9 *Artaldus Remenſis Archiepiſcopus.*

10 *Floriacum nomen Reuerendum.*

11 *Corpus S. Benedicti apud Floriacum.*

Poſt

Post Leonem VII. 12 *Alexander Papa II. Bullam sequentem, literis ferè ignotis scriptam, ac quasi Gothicis, dedit: quæ adhuc integra extat, vti ipsam hic describimus.*

12 *Alexander II. Papa.*

BVLLA ALEXANDRI II.
Papæ, qui sedebat anno 1062.

« ALEXANDER Episcopus, seruus ser-
« uorum Dei. 13 Guillelmo Venerabili
« Abbati Floriacensis Monasterij, 14 VBI
« VENERABILE CORPVS
« BEATI BENEDICTI RE-
« QVIESCIT: eiûsque successoribus regulariter in-
« trantibus, in perpetuum. Si in Apostolica Sede Præsi-
« denti, hæc sollicitudo & cura singularis incumbit, vt
« ex ipsa consideratione regiminis, omnibus Ecclesiis &
« venerabilibus locis, tàm in temporali defensione &
« corroboratione diligentiam, quàm in spirituali specu-
« latione & doctrina, quantum Deo auxiliante prævalet,
« vigilantiam adhibere debeat. Valdè congruit, vt earum
« prouectui & vtilitatibus, quæ sub tutela Sanctæ Ro-
« manæ Ecclesiæ specialiter constitutæ sunt: tantò im-
« pensioris curæ studium impertiatur, quantò & 15 gene-
« ralis prouidentiæ corpus cum cæteris, & singularem
« Apostolici priuilegij lineam, præ cæteris sortiuntur.
« Nos itaquè in Apostolatus administratione, non no-
« stris meritis, sed Diuina locati gratiâ, petitionibus tuis,
« charissime fili, & 16 frater in Christo Guillelme, cum
« omni charitate & benevolentia consentientes. Vene-
« rabili loco, cui præesse dignosceris, tibi quoque tuis-

13 *Guillelmus Abbas Floriacensis.*

14 *Corpus S. Benedicti apud Floriacum.*

15 *Papa Pastor generalis.*

16 *Papa Abbatem, fratrem vocat.*

Digitized by Google

que ſucceſſoribus, noſtræ Apoſtolicæ defenſionis & confirmationis priuilegia, prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta ſeruantes, impendimus. Statuentes, & Apoſtolica authoritate corroborantes, vt ipſum Monaſterium & poſſeſſiones eius, res tàm mobiles quàm immobiles, ſeu cuiuſcumque modi bona ſint, quæ nunc ibidèm iuſtè ſunt collata: vel in poſterùm, Deo annuente, à fidelibus conferenda, ſine omni inquietudine, ſub tua tuorúmque ſucceſſorum gubernatione, firma & inconuulſa permaneant, vt nulla poteſtas ſecularis, Eccleſiaſticâ, ſeu aliqua perſona magna vel parua, idem Monaſterium vel eius pertinentia, inuadere, vel comminuere, aut in quocumque moleſtare audeat: nec ſubiectas illùc perſonas, ſine voluntate Abbatis diſtringere: vel quidquid fiſcus exigit, aliquo modo præripere præſumat. Addimus etiam, [17] vt quia Venerabilis Pater Benedictus, Monachorum legiſlator, ex Diuina gratia, Dux eſt Monaſticæ Religionis: ſit etiam, qui eidem Monaſterio præfuerit, primus inter Abbates Galliæ. Nec aliquis de Ordine Sacerdotali, Archiepiſcopus ſcilicèt, aut Epiſcopus, aut inferioris Ordinis, eum inquietare, nec contra voluntatem ipſius, ad idem Monaſterium venire, aut [18] aliquam ordinationem facere, vel Miſſas celebrare præſumat. Vt omni tempore, quieti & ſecuri abſque omni moleſtia vel controuerſia, Monachi in eodem Monaſterio Deo deſeruire poſsint. Abbas verò qui ordinandus ibi eſt, cum electione Fratrum, propter vitæ meritum & honeſtatem morum, & non propter turpia lucra, ſeu pro pecunia eligatur: & abſque vlla calumnia, à quocumque Epiſcopo, prout ſibi placuerit, benedicatur.

De Sacerdotibus verò, aut Diaconibus ordinandis, id obſeruetur quod in Regula præcipitur. [19] Ne ſaltem aliquis Epiſcopus, ſubiectionem ab eis requirat, quos ordinauerit. Nec vmquam officio dignos ordinare differat.

Denique, [20] ſi contigerit vt Abbas accuſetur de criminalibus cauſis, non vnius Epiſcopi iudicio determinetur

17 *Abbas Floriacenſis, ratione corporis S Benedicti, primus inter Gallię Abbates.*

18 *Exempti Regulares nõ tenentur ab Epiſcopis accipere dimiſſorias litteras, ſed tantùm à ſuis Superioribus Regularibus.*

19 *Nota, quòd Epiſcopi non debent ſubiectionem exigere à Regularib⁹ exemptis, dum eos initiant ſacris, aut Sacerdotes ordinant.*

20 *Abbas Floriacenſis, tãtùm à Prouinciali Concilio, vel Papa, iudicari poteſt.*

« netur sententia; sed Prouincialis Concilij expectetur
« censura. Aut si fortè maluerit appellare Sedem Apo-
« stolicam, res ad Romani Pontificis defferatur audien-
« tiam. Et quotiescumque necessitas vrgebit, eum venire
« Romam, ei in omnibus liceat. Sed & soluendi, & ligan-
« di eam potestatem habeas, quam antecessores tui per
« Romana priuilegia, probantur habuisse. Quòd si pec-
« catis habitatorum terræ exigentibus, excommunica-
« tionis anathema ad eos peruenerit; id priuilegium ei-
« dem Monasterio indulsimus, vt Fratres eiusdem con-
« gregationis, exclusis aliis omnibus, ipsi absoluti Diui-
« num officium peragant. Visum quoque nobis est, vt
« hanc licentiam eidem tribuamus: vt Fratres, qui in
« quibusdam Cœnobiis degunt, quòd viuere regulariter
« nequeant, si voluerint studio meliorandæ vitæ, [21] ad
« ipsum Ducem Monachorum confugere, permittatur
« eis in eodem Cœnobio tamdiù degere, si contenti
« fuerint Monastica consuetudine, quousque in suis Mo-
« nasteriis videatur ordo redire. [22] Permittimus etiam,
« vt si alicuius de ipsis Fratribus onerosa conuersatio
« fuerit, ipse potiùs cum suo detrimento discedat, quàm
« alios inquinet.

21 *Floriacenses possint recipere omnes Monachos dissolutos.*

22 *Possunt & eiicere omnes discolos.*

« Hæc igitur omnia, quæ huius præcepti, decretíque
« nostri pagina continet: tàm eidem Abbati, quàm
« cunctis in eo, in quo est, ordine locóque succesturis, in
« perpetuum seruanda decernimus. Si quis verò Regum,
« Sacerdotum, atque quarumlibet personarum, hanc
« Constitutionis nostræ paginam agnoscens, contra eam
« venire temptauerit. Vel de Ecclesia Sanctæ Mariæ, cum
« omnibus appendiciis, pertinentibus ad ipsam Eccle-
« siam, quæ est in castro Sancti Brici, quam Robertus
« Dominus ipsius castri, ipsi Monasterio contulit, aliquid
« abstulerit: potestatis honorísque sui dignitate careat,
« reúmque se Diuino iudicio existere, de perpetrata ini-
« quitate agnoscat. Et nisi illa, quæ ab illo sunt malè
« ablata, restituerit, & digna satisfactione acta emenda-
« uerit: sub anathematis interdictione fiat, atque in æter-
« no examine, districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem

Digitized by Google

eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri » Iesu Christi: quatenùs & hîc fructum bonæ actionis » recipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ » pacis inueniant. »



Datum Lucæ, 7. Idus Nouembris, per manus Petri » S.R.E.Cardinalis, anno 11. Pontif.Dom.Alexandri Pa- » pæ, Indict. 10. »

Eugenius [23] *etiam III. ad* [24] *Macharium Abbatem, & Conuentum Floriacensem, Bullam dedit, in qua paulò post principium, sic loquitur.*

[23] *Eugenius III. vixit anno 1146.*

[24] *Machavius Abbas Floriacensis.*

[25] *Corpus S. Benedicti apud Floriacum.*

[26] *Licet Floriacensibus, quoſque irreformatos recipere.*

EA *propter, dilecte in Domino fili Machari Abba,* » *tuis iustis petitionibus, debita benignitate, gratum* » *impertientes assensum.* Prætatum Monasterium, in » quo, sicut Romanorum Pontificum testantur priuile- » gia, [25] GLORIOSI CONFESSORIS BE- » NEDICTI CORPVS REQVIESCERE » CREDITVR. &c. Et in fine: [26] *Fratribus autem,* » *qui in locis suis viuere regulariter nequeunt, studio me-* »

lioran

Digitized by Google

« *liorandæ vitæ, ad ipſum Ducem Monachorum confugere*
« *liceat, donec in ſuis locis Religio reformetur.*

Sub datum Sutrij, per manum Roberti S. R. E. Presbyteri Cardinalis,& Cancellarij, 17. Kalend. Maij, Indict. 9. Incarnat. Domini. Anno 1146. Pontificatus verò Domini Eugenij III. Papæ, anno 2. Amen. Amen.

Ego EVGENIVS Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



✠ Ego Albiricus, Hoſtienſis Epiſcopus. ff.
✠ Ego Rainerius, Presbyter Cardinalis. Tit. S. Priſcæ. ff.
✠ Ego Hubaldus, Presb. Card. Tit. S. Praxedis ff.
✠ Ego Humbaldus Presb. Card. TT. SS. Ioannis & Pauli ff.
✠ Ego Giſlebertus, Presb. Card. TT. S. Marci ff.
✠ Ego Guido Presb. Card. TT. SS. Laurentij & Damaſi ff.
✠ Ego Manfredus Presb. Card. TT. S. Sauinæ ff.
✠ Ego Vbaldus, Presb. Card. T T. S. ✠ in Ieruſulem ff.
✠ Ego Iordanus, Presb. Card. TT. S. Suſannæ. ff.
✠ Ego Odo, Diaconus Card. S. Gregorij ad velum Aureum. ff.

✠ Ego Guido,Diaco.Card.SS. Cosmæ & Damiani. ff.
✠ Ego Octauianus, Diac. Card. S. Nicholai in carcere Tulliano.ff.
✠ Ego Gregorius,Diac.Card.Sancti Angeli.ff.
✠ Ego Ioannes,Diac.Card.S.Mariæ Nonæ.ff.
✠ Ego Guido,Diac.Card.S.Mariæ in Porticu.

25 *Alexãder PP.*
26 *Araldus Abbas Floriacensis.*
27 *Eugenius. iij.*
Adrianus.
29 *Corpus S. Benedicti apud Floriacum.*
30 *Liber accessus ad Floriacum, irrefragabilis.*
Vixit anno 1288.

Visitur & incorrupta Bulla[25] Alexãdri iij. Papæ, Ad[26] Araldum Abbatem & Conuentum Floriacensem. In qua idem Pontifex, hæc verba ponit. *Præfatum Monasterium in quo sicut fœlicis memoriæ*[27] *Eugenij, Adriani*[28]*, & aliorum prædecessorum nostrorum. Rom. Pontificum testantur priuilegia*[29] GLORIOSI Cõfessoris CHRISTI *Benedicti Abbatis* CORPVS, REQVIESCERE CREDITVR, Et paulò ante finem[30], *Fratribus autem, qui in locis suis regulariter viuere nequeunt: studio melioranda vitæ, ad ipsum Ducem Monachorum confugere liceat: Donec in suis Religio reformetur.* Hæc bulla in fine habet, Amen.

Amen.

✠ Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
✠ Ego Hubaldus Holt. Episcopus.
✠ Ego Bernardus Portuensis & S. Rufinæ Episc.
✠ Ego Galterius Albanensis Episc.

✠ Ego

✠ Ego Hubaldus,Presb.Card.TT.S. ✠ in Ieruſalem.
✠ Ego Henricus,Presb.Card. TT.S.Anaſtaſiæ.
✠ Ego Guillemus,TT.S. Petri ad vincula Presb. Card.
✠ Ego Iacintus,Diac.Card. S.mariæ in Coſmedyn.
✠ Ego Adicio, Diaconus Card.S.Theodori.
✠ Ego Boſo,Diac.Card.SS.Coſmæ & Damiani.
✠ Ego Cinthius,Diac.Card.S.Adriani.
✠ Ego Petrus, Diaconus S.Euſtachij iuxta templum Agrippæ
✠ Ego Manfredus, Diac Card. S. Georgij ad velum aureum.

Datum Bituric.per manũ.Hermani S.R.E. Subdiaconi & Notarij,vij.Kal.Auguſti, Indictione XI. Incar.Dom. Anno Milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio, Pontificatus verò D. Alexandri Papæ I I I.anno I I I I.

Poſt Alexandrũ tertium:Clemens item tertius, in literis,ſub datum Viterbij iiij. Non.Auguſt.Pont.ſui anno iij.Ita alloquitur Floriacenſes. *Cupientes, vt Eccleſia Monaſterij veſtri,in honore Sancti Benedicti dedicata,congruis honoribus frequẽtetur.vniuerſis Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui eamdem Eccleſiam in die Natalis eiuſdem Sancti, & [31] Tranſlationis ipſius, &c.*Et centum dies Indulgentiarum largitur. *Vixit anno 1288.*

Deinde [32] Innocentius iij.Anagninus, Ad [33] Garnerium Abbatem ſcribens Floriacenſem, ſtatuit [34]: vt fratribus qui in locis ſuis regulariter viuere nequeunt: ſtudio meliorandæ vitæ, ad ipſum Ducem Monachorum Benedictum, in Floriacum confugeret liceat. Sub datum Vitetbij,per manum Ioannis, S.Mariæ in Coſmedyn Diaconi Cardinalis.S.R.E.Cancellarij.vj. Idus Iunij, Indictione xij. Incarnat. Dom.anno milleſimo ducenteſimo nono. Pontificatus ſui anno xij. Eſtque Hæc bulla,ſubſcripta à xiij.Cardinalibus, quorum nomina breuitati ſtudens non exſcripſi: ſed poſtea non exſcripſiſſe, me valde pœnituit.

Honorius [35] etiam iij.PP. dedit in die Dedicationis Floriacenſis Eccleſiæ,plures Indulgentias: aſſerens in Bulla ſua, terribilem & venerabilem hunc eſſe locum,

[31] *Tranſlationis S. Benedicti feſtum Indulgentiis decoratum. Vixit.1109.*
[32] *Innocent. iij. Papa.*
[33] *Garnerius Floriacẽſis Abbas.*
[34] *Liceat ir reformatis, confugere ad Ducem Monachorum S. Benedictum Floriacẽſem.*
[35] *Honorius iij.Papa.*

ob[36] reuerẽtiam PRÆSENTIÆ SANCTI BENEDICTI qui Monaſtici ordinis inſtitutor extitit, formáque gregis,& religionis exemplum. Dicitque, ſe teneri,tantò diem ipſius Eccleſiæ Dedicationis, maiori gratia præuenire, quantò Sanctum Benedictum terribiliorem fore credit: cûm ad ſuæ Eccleſiæ ſanctificationis augmentum, inuoçabitur. ſub Datum Lateran. iij.Non.Martij:Pontificatus ſui,anno ſecundo.

36 Vide præſentiam S. Benedicti. in Floriaco.

Præter quos omnes, extat adhuc integra Bulla Vrbani quinti. Qua præcipit: ad ſe ex Reliquis S.Benedicti Floriaco adferri,quàm integram tibi beneuolo lectori ſubiicio.

Vixit 1217
Vixit 1364

Vrbanus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectis Filiis Abbati & Conuentui Monaſterij Sancti Benedicti ſupra Ligerim, Ordinis eiuſdem Sancti, Aurelianenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad diuinum obſequium,& religionis,(in [37] qua ab annis teneris fuimus enutriti) augmentum; in loco[38] Montiſpeſſulani, Magalonenſis Diœceſis: vnum ſolemne Monaſterium Monachorum Ordinis Sancti Benedicti,facimus conſtrui. Cuius Eccleſiam,propriis intendimus manibus conſecrare:ac diuerſis ſacris Reliquiis munire. Cum itaque Monaſterium noſtrum,huiuſmodi Sanctorum Reliquiis ſatis, abundet: nóſque ad Beatum Benedictum Confeſſorem, præcipuam deuotionem habeamus, & de ipſius Reliquiis pro prodicto nouo Monaſterio habere velimus,aliquam congruam portionem, Diſcretionem veſtram hortamur attentè, vobis diſtrictè præcipiendo, mandantes quatenùs quartam partem vel circa capitis, & vnum os brachij dextri eiuſdem Sancti,(*cuius corpus [39] in veſtro Monaſterio requieſcere dicitur*) ac vnum,vel ſaltem duos palmos,ſindonis in qua huiuſmodi caput & brachium, inuoluta fuiſſe noſcuntur: Dilectis filiis, Raymundo Chabaudi Priori [40] Caroli loci eiuſdem Ordinis, & Petro de Chiſſiaco Rectori Eccleſiæ [41] de Eſcanno Aptenſis & Antiſiodorenſis Diocæſis, Nuntiis noſtris,latoribus præſentium (ſuper qua parte dicti

37 Vrbanus quintus Monachus fuit.
38 Monſpeſſulanus.
39 Corpus S. Benedicti apud Floriacum.
40 Karoli locus, Monaſterium.
41 Parochia de Eſcanno.

« cti capitis, arbitrio dictorum Nunciorum, nos ſtare
« volumus,) omni fraude ceſſante, ſtatim acceptis præ-
« ſentibus, abſque difficultate qualibet aſſignetis. per
« eos nobis reuerenter, ac fideliter deferenda [42]. Nulli-
« que perſonæ, cuiuſcumque ſtatus aut conditionis exi-
« ſtat: infra vnum menſem, à die qua ipſi Prior & Pe-
« trus, de Monaſterio veſtro cum huiuſmodi Reliquiis
« receſſerint: de præmiſſis quodcumque verbum, nutum
« ſeu ſignum, quomodolibet dicatis, ſeu etiam faciatis.
« Alioquin, vos & quemlibet veſtrum, contemnentes
« huiuſmodi noſtris obedire mandatis: Excommunica-
« tionis ſententia innodamus: à qua, nullus præterquam
« in mortis articulo, ab alio quam à Romano Pontifice
« poſſit abſolutionis beneficium obtinere. Et nihilomi-
« nus, te fili Abbas, à dignitate Abbatiali: & vos filij ſin-
« gulares perſonæ dicti Conuentus, Prioratibus, Eccle-
« ſiis, ac Officiis, & Beneficiis quibuſcumque, quæ vbili-
« libet obtinetis: ſi, & qui culpabiles fueritis in præmiſ-
« ſis, præſentium authoritate priuamus; ac perpetuo in-
« habilitamus, ad ea & ſimilia in poſterum obtinenda.
« Datum Auenione, ſeptimo Idus Ianuarij. Pontificatus
« noſtri anno tertio.

42 *Nota Papa inſſum.*

Sub plico. Nic. ℭ Super plicum à tergo, de Curia. ℭ Sanheti ℜ

A tergo vero dictarum literarum, ita ſcriptum eſt veteri caractere.

1364

Multis ſuſpirijs & lacrimarum effuſionibus, & anxietate maxima. Hæc Bulla, die Iouis ſexta die menſis Martij, fuit iuxta ſuam formam, per Reuerendum Patrem Ioannem [43] Abbatem & eius Conuentum, in Capitulo effectualiter executa: Anno iuxta computationem Gallicanam, 1364.

43 *Ioannes Abbas Floriacenſis.*

Vltimò, S. D. N. Clemens VIII. Nuper, digniſſimè Cathedræ Apoſtolicæ Præſidens Anno Domini, Milleſimo quingenteſimo Nonageſimo Septimo, ſub 1597

Digitized by Google

breui annulo Piſcatoris ſignato. Subſcripto M. Veſtrius Barbianus. Dat. Romæ, apud S. Petrum die vj. Decemb. Pont. ſui anno vj. Omnibus vtriuſque fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam Floriacenſis Monaſterij, in Sancti Sebaſtiani [44], ac Tranſlationis corporis S. Benedicti feſtiuitatibus, à primis veſperis vſque ad occaſum Solis feſtiuitatum huiuſmodi, deuotè ſingulis annis viſitauerint: & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſúmve extirpatione, ſanctæque matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint. Plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam conceſſit. ad decennium dumtaxat, Breui duraturo.

44 *Tranſlationis corporis S. Benedicti, dies.*

977.

1 *Gumboldus Epiſcopus.*

2 *Guillelmus Dux Vaſconum.*

3 *Richardus Abbas Floriacenſis.*

4 *Corpus S. Benedicti.*

5 *Hugo Trecenſis Epiſcopus.*

1075.

6 *Richerius Archiepiſcopus.*

7 *Robertus Epiſcopus Carnotenſis.*

8 *Raynerius Aurelianenſis Epiſcopus.*

9 *Gauffredus Epiſcop' Antiſiodorenſis.*

10 *Stephanus Comes.*

11 *Philippus I. Rex.*

12 *Vuillelmus Abbas Floriacenſis.*

De Reſcriptis Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum.

CAPVT II.

Anno Domini nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Indictione quinta, aliud extat confectum publicum Inſtrumentum, in quo hæc verba leguntur.

EGo [1] *Gumboldus Epiſcopus, & frater meus* [2] *Guillelmus Sanctio Dux Gaſconum, tacti Diuino amore, &c. Communi conſilio propinquorum ſeu fidelium noſtrorum, quemdam Clericum legationis noſtræ baiulum, ad* [3] *V. Abbatem Richardum, Fratréſque Monaſterij Floriacenſis, quod eſt ſitum in agro Aurelianenſi, ſuper fluuium Ligeris, vbi ipſe* [4] *Sanctiſſimus Pater & legifer Monachorum Benedictus, corpore à Caſino monte tranſlatus, requieſcit humatus: cum omni ſupplicatione direximus, & quæ ſequuntur.*

Poſtea [5] Hugo Trecenſis Epiſcopus, vt in ſuis literis patentibus continetur, de conſenſu ſui Capituli, & confirmatione Archiepiſcopi [6] Richerij, Roberti [7] Carnotenſium Epiſcopi, Raynerij [8] Aurelianenſis, Gauffredi [9] Altiſiodorenſis, & Stephani [10] Comitis. Anno milleſimo ſeptuageſimo quinto, Philippo [11] Rege Francorum regnante. [12] Vuillelmo Abbati Floriacenſi,

Digitized by Google

cenſi,& ſuis Fratribus, vt ſibi, ac Eccleſiæ ſuæ [13] B.Benedictum Patronum & Interceſſorem acquireret, *qui in Eccleſia Floriacenſi requieſcere dicitur*: multa bona dedit, & ſocietatem ſpiritualem atque carnalem, in mutua ſuſceptione contraxit. Dein [14] Helias Aurelianenſis Epiſcopus, Prioratum Sóliacenſem, de mandato [15] Innocentij Papæ III. pro reuerentia [16] *Corporis S. Benedicti, quod* (vt ipſe ait) *in Floriacenſi Cœnobio, Dei gratia, & prouidentia, requieſcit.* Conuentui Floriacenſi vniuit. Sub datum Floriaci, anno Incarnationis Domini milleſimo centeſimo triceſimo ſeptimo, Regni [17] Ludouici Francorum Regis, & Aquitanorum Ducis,anno primo.

Tandèm [18] Guillelmus, Dei gratia,Byturicenſis Archiepiſcopus, Aquitaniæ Primas, cùm *Sanctiſſimi* (vt ipſe in ſuis patentibus literis teſtatur) *Patris Benedicti* [19] *corpus, in Eccleſia Floriacenſi, ſicut ex Romanorum Pontificum ſcriptis auctenticis agnouerat, requieſceret: & ibidèm in humili loco eſſet ab antiquo repoſitum.Et [quod indignum erat] propè terram eſſent Reliquiæ eius reconditæ, qui viuens omnia contempſerat.* Placuit viro Religioſo [20] Guarino Abbati, & Conuentui Floriacenſi, vt ei ſupra maius altare, provt decebat,loculum miræ venuſtatis, & elegantiæ præpararent. *In quo quidem*, [ait ille] *Dominus Senonenſis Archiepiſcopus & nos,cum pluribus Epiſcopis, aſtante maxima Abbatum, Cleri, plebiſque multitudine, cum magna celebritate, in* [21] *feſto Tranſlationis dicti B. Benedicti,* [22] *Sanctiſſimum ipſius corpus, duximus reponendum.Cùm igitur dignum ſit, & ſaluti expediat animarum, vt in ſolemnitate repoſitionis Reliquiarum ſuarum,annis ſingulis,Sanctus Domini Confeſſor à fidelibus veneretur. Nos*, &c. *Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptimo.*

Conſequenter, ipſe Senonenſis Archiepiſcopus,has patentes literas dedit: [23] *Petrus, Dei gratia, Senonenſis Archiepiſcopus,* [24] *Odo Pariſienſis,* [25] *Manaſſerus Aurelianenſis,* [26] *Vvillelmus Antiſiodorenſis, &* [27] *Vvillermus*

13 *Corpus S. Benedicti.*
14 *Helias Epiſcopus Aurelianenſis.*
15 *Innocentius Papa III.*
16 *Corpus S. Benedicti.*
17 *Ludouicus iuuenis Rex.*
18 *Guillelmus Byturicenſis Archiepiſcopus.*
19 *Corpus Benedicti à terra leuatũ.*
20 *Guarinus Abbas Floriacenſis.*
21 *Feſtum Tranſlationis S. Benedicti.*
22 *Corpus S. Benedicti à terra leuatum, in arca ponitur.*
1207.
23 *Petrus Senonenſis Archiepiſcopus.*
24 *Odo Pariſienſis Epiſcopus.*
25 *Manaſſerus Aurelianenſis Epiſcopus.*
26 *Vvillel-*

mus Antisiodorensis Episcopus.

27 Villelmus Niuernensis.

Translatio S. Benedicti festum.

Corpus S. Benedicti Floriacensem.

mus Niuernensis,&c. *Vniuersitatem vestram scire volumus, quod anno Incarnationis Dominimillesimo ducentesimo septimo,in* [18] *festo Translationis Beati Patris Benedicti,quod est in mense Iulio, accessimus ad Ecclesiam Beati Benedicti Floriacensem. Et viris prudentibus conuocatis, & inspectis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ priuilegiis, verè cognouimus,* [19] *quòd tanti Confessoris præsentia, prædicta Floriacensis Ecclesia, insignis habetur. Verùm cùm pignora tanti Patris Religionis Monasticæ, essent quasi in abscondito, & tanquam candelabrum sub modio positum,vt lumen præberetur fidelibus à tanto luminari:de loco humili, qui datus ei erat ab antiquo reclinatorium, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis viris magni nominis adstantibus, in theca super maius altare posita reposuimus,auro,gemmis, ac argento pariter contexta.* Et quæ in Rescripto sequuntur,in quo largiuntur Indulgentias, ad Festum Translationis ipsius venientibus,& eius Reliquias visitantibus.

30 Clemens Papa VI.

31 Petrus Archiepiscopus Narbonensis.

32 Corpus S. Mauri Martyris.

33 Tybia S. Sebastiani.

Sed & anno 1348.Indictione 2.Nouembris 21. Clementis [30] Papæ VI. anno 7. ad petitionem Petri Abbatis, & Conuentus Floriacensis, magno populi adstante concursu: Petrus [31] Archiepiscopus Narbonensis, transtulit corpus [32] S. Mauri Martyris, tybiam [33] S. Sebastiani,& nonnullas alias Reliquias, ex capsa antiqua, & lignea,in aliam capsam argenteam super deauratam.

De Imperatoriis, & Regiis Rescriptis.

CAPVT III.

1 Ludouicus Imperator.

2 Adalgaud⁹, vel Adalgaldus, Abbas Floriacensis.

3 Corpus S. Benedicti.

4 Pipinus Rex.

CErnitur Rescriptum [1] Ludouici Imperatoris Augusti,ad Venerabilem virum [2] Adalgaudum,Abbatem Floriacensem:in quo disertè dicit, atque profitetur, [3] *Sancti Benedicti Abbatis corpus ibidem requiescere.* Testatúrque, auum suum [4] Pipinum, & suum patrem [5] Karolum Augustum Piissimum,multa priuilegia concessisse Floriacensi Cœnobio,inter quæ est discursus liber & immunis quatuor nauium super Ligerim:

de quo

de quo Adreualdus Floriacenſis mentionem agit lib. 1. cap. 19. de Miraculis S. Benedicti. Eſtque huiuſmodi Reſcriptum, datum Aurelianis, anno 5. Imperij ſui, Indictione 11. 6. Kalend. Auguſti.

5 Karolus Magnus.

Is ipſe Ludouicus Imperator Auguſtus, ad [6] Boſonem Abbatem Floriacenſem, teſtatur, Pipinum auum ſuum, dediſſe Eccleſiæ Floriacenſi [7] Sumcantum, cum omnibus terminis ſuis: eo quòd de ſalute animæ ſuæ, ac fratris ſui [8] Karolomanni cogitaret, de abluendis amborum peccatis, ac perpetuæ vitæ præmiis conſequendis. Sub datum 9. Kalend. Ianuar. anno 22. Imper. Ludou. Auguſti, Indict. 13. Actum Circiaco Palatio.

6 Boſo Abbas Floriacenſis.
7 Gallicè Sancchant.
8 Karolomannus frater Pipini.

Karolus [9] deindè filius Ludouici Auguſti Imperatoris, Francorum Rex, in ſuis patentibus literis, omnibus notum facit, quòd [10] Rodulfus Archiepiſcopus & Abbas Monaſterij Floriacenſis, *vbi* [11] *ipſe Sanctiſſimus Benedictus requieſcit corpore*, repræſentauit illi authoritatem præcepti Domini, & genitoris ſui bonæ memoriæ Ludouici Piiſſimi Auguſti, &c. Cuius precibus, ob amorem Dei, & Sancti Patris Benedicti, annuit, &c.

9 Karolus Caluus Rex.
10 Rodulfus Archiepiſcopus & Abbas Floriacenſis.
11 Corpus S. Benedicti.

Poſt ipſum, [12] Lotharius Rex Francorum, diſertè in literis patentibus, ad [13] Richardum Floriaci Abbatem, profitetur. [14] *Sanctum Benedictum, corpore Floriaci requieſcere.* Sub datum Verberiaco Palatio, Nonis Iunij. Regni ipſius 13. Indict. 10. Quod & in aliis literis, ſub datum Compendio Palatio Regio, anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo quarto. Regni ſui 21. Iterùm reinculcando fatetur.

12 Lotharius Rex.
13 Richardus Abbas Floriacenſis.
14 Corpus S. Benedicti.
974.

Poſt ipſum, filius ipſius [15] Ludouicus, etiam Diuina propitiante clementia, Franciæ Rex, in patentibus literis datis in Compendio Palatio Regio, anno Incarnationis Domini nongenteſimo octuageſimo ſexto, prima die Ordinationis ipſius glorioſiſſimi Regis, ad inſtar Ludouici Piiſſimi Auguſti, & progenitoris ſui Lotharij, ad [16] Amalbertum Abbatem Floriacenſem, his vtitur verbis: *Monaſterium Floriacenſe eſt conſtructum in honorem Sanctæ Mariæ, Sancti Petri Principis Apoſtolorum, Sanctique Benedicti Confeſſoris*, vbi ipſe

15 Ludouicus Rex.
986.
16 Amalbertus Abbas.

Digitized by Google

17 *Corpus S. Benedicti.*

ipſe Pater & Dux Monachorum [17] Benedictus, corpore quieſcit.

18 *Hugo Rex.*

19 *Oylboldus Abbas Floriacenſis.*

987.

[18] Hugo deniquè Franciæ Rex, in literis ad [19] Oylboldum Abbatem Floriacenſem, ſub datum Aurelianis, anno Dominicæ Incarnat. nongenteſimo octuageſimo ſeptimo. Anno Regni ſui primo. Explicitè teſtatur, [20] *Corpus S. Benedicti, apud Floriacum requieſcere.*

10 *Corpus S. Benedicti.*

De Reſcriptis Nobilium Virorum.

CAPVT IIII.

1 *Gautbertus Miles.*

2 *Hugo Abbas Floriacẽſis.*

Corpus S. Benedicti.

1006 5.

GAutbertus [1] Miles, in Donatione ſuorum bonorum [2] facta Hugoni Abbati & Conuẽtui Floriacenſi, explicitè fatetur, Floriaci [3] Corpus Sancti Benedicti Nobiliter quieſcere. Sub Datum Aurelianis, in præſentia & cùm ſubſcriptione Domini Regis, & Omnium Aulicorum eius atque plurium Regni Epiſcoporum, V I I. Kalend. Februarij, anno ab Incar. Domini Milleſimo ſexageſimo quinto. Regni Philippi Regis. quinto.

4 *Hugo Petuerenſis Miles,*

1007 1.

Et Hugo [4] Petuerenſis Nobiliſſimus Miles, in patentibus literis traditionis ſuorum bonorum Monaſterio Floriacenſi. ſub Dat. anno ab Incarnat. Domini Milleſimo ſeptuageſimo primo, Regnante Philippo anno Decimo Regni eius, ita loquitur: Qua propter, » ego Hugo Petuerenſis Caſtri Miles, ſanctæ conuerſio- » nis flagrans deſiderio, & labentis ſeculi tranſitoriam » pompã ducens pro nihilo: res hæreditatis meæ, trado » habendas & poſſidendas in perpetuum, Eccleſiæ ſan- » ctæ Dei Genitricis Mariæ, & Sancti Patris Benedicti [5], » *vbi ipſe Sanctus Pater humatus veneranter diuina præ-* » *deſtinatione, & ſua electione habetur.* vbi etiam, D.[6] » Abbas Guillelmus, Paſtoris officio fungitur.

5 *Corpus S. Benedicti.*

6 *Guillelmus Abbas Flor.*

7 *Richardus Archiepiſco. Bituricenſis.*

8 *Corconcellum. caſtrum.*

9 *Bernardus & Gelduinus milites.*

Eſt præterea Inſtrumentum publicum, confectum tempore [7] Richardi Archiepiſcopi Byturicenſis: quo conſtat, duos ſtrennos Milites de caſtro quòd [8] Corconcellum, à finitimis nominatur [9]: Bernardum & Gelduinum cùm omni ſua progenie, percitos fama benè flagrantis

flagrantis Eccleſiæ Floriacenſis [10], in qua, *Corpus Beati Benedicti Monachorum Legiſlatoris quieſcit.* Contuliſſe permiſſu dicti Richardi, atque fauore [11] D. Stephani Comitis, Abbati Guillelmo, & conuentui Floriacenſi; atque Dicto Sancto Benedicto [12], Eccleſiam Valliacenſem, & multas alias nominatas in inſtrumento inde confecto: anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſſimo quinto, menſe Martio.

10 *Corpus S. Benedicti.*
11 *Stephanus Comes.*
12 *Vallicēſis Eccleſia*
1243.

De Caſinenſi reſcripto, & aliis.

CAPVT V.

EXtãt & Literæ Caſiné. ad Floriacéſes, quæ legere erit iucundũ, in quibus maximè intueri licet, cõficta eſſe quæ de Corpore Sancti Benedicti proferunt ex Leone Hoſtienſi, Caſinenſes, Apoſtolica reſcripta. Non enim Oderiſius Abbas Caſinenſis, ſi ſuo tempore extitiſſent, ea tacuiſſet: cùm tantopere ſatagat, Miraculis atque reuelationibus, Caſinenſibus Corpus Sancti Benedicti vendicare. Quòd longè expeditiori via per teſtimonia Romanorum Pontificum ſi ad manum fuiſſent præſtitiſſet.

Tenor huiuſmodi Literarum ſic ſe habet.

ODeriſius [1] Dei gratia Cardinalis & Abbas, cùm omnibus fratribus Caſinenſis Congregationis, Sancto & Venerabili Abbati Guillelmo, omnique Ordini vel Congregationi Floriacenſis Cœnobij, Beatam vitam, & Hieruſalem cæleſtem.

Venient ait ſaluator *ab Oriente & Occidente, & recumbent cùm Abraham Iſaac & Iacob, in regno cælorum.* Neceſſe itaque & dignum eſt, vt qui ad illam peruenire ſocietatem æternę plenam charitatis, & inſatiabilis dulcedinis, enituntur: in preſentis vitæ tranſitu, mutuæ dilectionis colligati vinculo teneatur. Si enim

1 *Iſte fuit S. Oderiſius primus, qui viuebat* 1104. *& eſt Sanctus: fuitque Caſinẽſis Abbas xxxviij. qui cum Sanctus eſſet, noluit Leonis more, confingere reſcripta Papalia. Matt. 8. 13.*

ex

Digitized by Google

ex temporali cohabitatione, magna quædam & ſincera coaleſcit affectio:quanto magis qui in æternum cohæredes & conciues futuri ſunt, eorum debet adhûc mortalium,mentibus abundare dilectio? Denique cùm ſancta & Vniuerſalis Eccleſia, pro ſola ſpe ſuæ fidei, tanta neceſſitate, ad fraternam exercendam Charitatem conſtringitur:neceſſe eſt,vt quorum non ſolum fides,ſed & ordo vitæque profeſſio vna eſt : Monachorum charitas præcellere videatur. Quanto enim viciniores eſſe Diuinitati, ordinis ſublimitate cernuntur: tanto magis etiam in ſe debent præferre, puritatis,benignitatis, & ſimplicitatis exemplum. Quapropter, nos ex magna deuotione & ſincera charitate, decreuimus familiariter ſcribere ſanctitati veſtræ [2], vt veſtrum & noſtrum quaſi vnum ſit Monaſterium:& quodam ſpirituali atque inuiolabili amore, in perpetuum fœderemur.Si quidem, certa etiam & digna ratio eſt, vt noſtræ & veſtræ fraternitatis conuentus, alterutrum ſeſe præ cæteris diligant : qui pari gaudio, *habere ſe* [3] *incomparabilem theſaurum Reliquiarum Patris Benedicti exultant*. Licet à nobis haberi, multis [4] Miraculis,& prodigiis,ac [5] Reuelationibus, & quorundam etiam noſtrum oculis,ſit veritas comprobata [6]. Verum ſiue illud habere vos quælibet occaſio fecerit:ſiue quid illius habere gratulanter ſperatis. Singularis vtrique inuicem nobis, & præcipui debitores ſumus amoris. Igitur nos ſinceram vobis amicitiam, ſocietatémque promittimus : vt & vos etiam amici noſtri & ſocij exiſtatis,deuotiſſimè & humiliter flagitantes, expetimus. Itavt,ſi ab aliquo fratrum noſtrorum,ad veſtrum : aut veſtrorum, aliquando ad noſtrum Monaſterium ventum iri euenerit : confidenter quaſi propriè ſuum adueniat.Omnémque charitatem illic,& ſolatium neceſſitatis iuueniat:atque honorificè quandiu voluerit,ibidem commorari, habeatur licentia. Si quidem & nomina omnium viuentium noſtrûm, ad preſens vobis ſcripta, per Vualterium veſtræ Sanctæ Congregationis venerabilem fratrem direximus : atque veſtra nobis

2 *Vnio inter Caſinēſes & Floriacenſes.*

3 *Reliquiæ S. Benedicti.*

4 *Sapè tantũ miraſunt plura,quæ putamus falsò Miracula.*

5 *Reuelationibus falſis plerũque deludimur: Eccleſia Romana verò authoritas,vix, aut numquã decipi nos ſinit.*

6 *Vide quomodo ſub dubietate, & quaſi fatendo,vir iſte ſapiens & ſanctus loquitur.*

nobis inuicem dirigenda nomina, deſiderabiliter expectamus: vt noſtra inter veſtra, & veſtra inter noſtra nomina conſcribantur: quatenus & viuentes & defuncti, alternis interuentionibus, meritis & orationibus, protegamur.

Originale Iſtius ſocietatis, erat olim in altero textuum Euangelij deauratorum, in theſauro, Floriacenſi.

Alias ſocietates, contraxerant cum Floriacenſi Cœnobio [7], Garnerius Abbas, & Conuétus S. Martini Maciacenſis: Monachi Sancti [8] Michaelis [9], Caſæ Dei [10], Cabilonenſes [11], De Barduno [12]. Tyronenſes [13] B. Mariæ de Ioſaphat [14]. S. Martini Eduenſis [15], S. Fidis de Conchis, & alij, de quibus amplior fit mentio, in Floriacenſi auctentico Carthulario.

7 *Garnerius Abbas S. Martini Maciacenſis.*

8 *Monaſterium S. Michaelis in Tũbelina.*

9 *Monaſterium Caſæ Dei.*

10 *Monaſt. Cabilonenſe.*

11 *Monaſter. de Barduno.*

12 *Monaſte. Tyronenſe.*

13 *Monaſte. Ioſaphat.*

14 *Monaſte. S. Martini Eduenſis.*

15 *Monaſterium S. Fidis de Conchis.*

Mortuus, ad altare S. Sebaſtiani, apud Floriacum, reſurgit.

ANno Domini 1444. quidam puer Laurentij Couillautij, molitoris filius, à famulo patris, intra, cimbam, ad molendinum dum duceretur, fortuitò in aquam cadens; interiit. Qui eductus, atque ad altare S. Sebaſtiani martyris, quòd eſt in Floriacenſis Cœnobij Baſilica, deportatus, vitæ ibidem eſt reſtitutus. Et Monachus in Floriaco effectus, annóſque quinquaginta, poſtea in viuis ſuperextitit.

Explicit Inuentarium Auctenticorum Reſcriptorum, pro vera apud Floriacum Corporis Beatiſſimi Benedicti Abbatis præſentia.

R SERMO

Digitized by Google

SERMONES DVO DE SANCTO PATRE, BENEDICTO ABBATE.

Quorum prior, est Venerabilis Odonis Abbatis Cluniacensis atque Floriacẽsis.

Posterior, Aymoini Floriacensis, ex membranis Floriacensibus, ante annos circiter sexcentos scriptis. nunc primùm per Ioan. à Bosco in lucem editi.

SERMO VNICVS VENERABILIS ODONIS ABBATIS CLUNIACENSIS ATQUE FLORIACENSIS, DE S. BENEDICTO ABBATE.

FESTIVA Beatissimi Benedicti solemnitas, Christo Domino propitiante refulget, quæ fidelium cordibus: & affectum deuotionis augere, & spiritale gaudium afferre consueuit. Meritò siquidem tanti Patris memoriæ, idem fideles congaudent: vt illud Propheticum impleatur. *Dicite iusto quoniam bene.* Et item, *Memoria iusti cum laudibus.* Constat enim,

Isa. 3. 10. *Prouer.* 10. 7.

enim,quod vnumquemque ſanctorum Chriſtiana pietas tanto venerabilius colit: quanto celſius hunc à Deo decoratum cognouerit. Vnde & iſtum Patrem, Diuino quodam inſtinctu ſpecialius amat: eiúſque memoriam dulcius recenſet. Nimirum non neſcia, quod illum Omnipotens Deus, inter ſummos & electos ſanctæ Eccleſiæ Patres, mirum in modum proue-xit:& inter ſanctæ fidei fundatores, ac cæleſtis diſciplinæ cenſores, inſigniter ſublimauit. Quippè,quem ſancti Spiritus Kariſma, tùm miraculorum ſignis,tùm virtutum exercitu adornauit: vt dignus in mundo appareret, per quem, excelſioris ordinis multitudinem informaret. Inde eſt, quod & in hac ſolemnitate, &[2] in aliis ſancto nomini eius dicatis. quoties in anno, ſuis temporibus eueniunt: tàm deuotè tàmque libenter,& ex tantis partibus[3],ad eius ſacroſanctum tumulum tanti accurrunt.Nam non quique pagenſes,verum etiam plebs vrbana,Nobilibus viris conſerta, clericorum etiam honeſtis quaſi inflorata perſonis, lætabunda confluit: & commune patrocinium, deuota requirit. Nam quaſi parum eſſe deſiderio deuotorum,Deus proſpiceret: ſi ſemel tantum in anno, ſolemnitatem eiuſdem Patris fideles coluiſſent: exiſtere cauſas præſtitit:quibus & alias ſolemnitates, gaudio Chriſtianorum adaugeret. De ſancta videlicet illius[4]. Tranſlatione,necnon & Tumulatione: quas diuinitùs eſſe diſpoſitas: multa ſignorum documenta produnt. Quo videlicet in loco[5],tanta vt ita dixerim,tam mira Miracula, & in ſcriptura referuntur geſta, & ſub oculis patrata dignoſcuntur:vt ipſorum fulgor, etiam quoſque remotos, ad eius reuerentiam excitare potuerit[5]. Quæ,licet inſtante iam tempore Antichriſti, *cuius faciem*,(vt ſcriptum eſt)*præcedet ageſtas*:ceſſare videantur:præſtantior tamen ſanitas animæ, ſemper eius meritis obtenta præbetur. Ceſſare autem diuina Miracula, vel ibi, vel aliàs: noſtrorum enormitas, peccaminum facit:qui poſt reuelatam Chriſti gratiam[6], retro ſumus conuerſi.

1 *Sancti quo glorioſiores, apud Deum, eo apud homines venerabiliores.*

2 *Variæ ſolemnitates S. Benedicti.*

3 *Concurſus ad tumulum S. Benedicti, Nobiliũ etiã ac Clericorũ.*

4 *Trãſlationem S. Benedicti, Miracula patrant.*

5 *Vis Miraculorum apud Floriacum. Iob.41.13.*

6 *Miracula quare ceſsãt.*

3 De ipso quippe Domino Iesu Christo perhibetur,quia propter obcœcationem infidelis populi,nullam in Capharnaum potuerit patrare virtutem. Nos ergo non sumus digni,vt illo fauore sanctus iste Pater nos foueat, aut consolari dignetur : quo sibi placitos alumnos,lætificare consueuit. Hoc solum quippè magnum nobis debet videri:quod talibus præstat, vt eius sanctæ solemnitati possimus interesse : & de ipe misericordiæ eius gaudere. Nec minor est eius potentia vel pietas, quam si miracula fræquentaret. Sed nimirum necesse est, vt per omnem Ecclesiam cessantibus signis,manifestetur : qui sint illi, qui vniuersalé fidem, propter præsentia miracula, vel qui propter futuram beatitudinem,colunt.Quin & imminente iam terribili iudicio:sequaces AntiChristi,signa potius facient, vt *coram eis qui voluntariè peccant*,(vt scriptum est,) *offendiculum* ponatur. Necdum tamen eadem⁷ miracuia penitùs adhuc desunt , quoniam & ad sacrosanctum eiusdem Patris sepulchrum , & in aliis beatæ eius memoriæ locis, hæc etiam fieri non ignoramus.

Marc.6.5.

Exech.3.20.

7 *Miracula S. Benedicti.*

4 Signorum sanè inquisitoribus,qui vnumquemque Patrem sanctum , vel potentem, vel impotentem, ex raritate vel multiplicitate eorumdem signorum arbitrantur : illa Dominica exprobatio consideranda est,qua dicit.*Generatio mala & adultera,signum quærit.*Et illa præconis ipsius,exprobando dicentis,*Iudæi signa petunt*:quos alias Deo odibiles non tacet.Herodes autem, *qui* (vt scriptum est) *cupiebat aliquod signum ab eo videre*, nec in modico quidem , eius responsionem dignus fuit audire. Centurionis autem fidem,omni Israeli prætulit : qui ad serui curationem, solam eius iussionem,sufficere non dubitauit. Hæc exterius inferi , quorumdam tepiditas exigit : quorum deuotio,cessantibus signis frigescit.Porrò eidem Beatissimo Patri , sua prærogatiua admodum sufficit : qui tantopere fulgoris emicat, vt etiam remotissimos totius Christianitatis sinus , radiis suæ beatitudinis illustret.

Mat.12.39.
1. Cor. 1.22.
Rom.1.30.
Luc.23.8.
Mat.8.13.

Digitized by Google

ſtret. Nec Monachorum cohortes vbique terrarum diffuſæ, tantam eius celſitudinem ignorant: qui ſanctam ipſius inſtitutionem, præ cæteris ſectátur.[6] Ita vt etiam in ipſorum Patrum Cœnobiis, qui normam ſancti propoſiti fideliter ac religiosè promulgarunt[8]: hanc, proprij clientes eorum, malint profiteri. Non immeritò arbitrantes, quod hunc ſpecialiter, tamquam alterum Moyſem Deus prædeſtinauerit: per quem Monaſticæ legis decreta ſanciret.

5 Fuerunt quidam alij, ſicut iam dictum eſt, eiuſdem ſanctæ Inſtitutionis decretores[9]: ſed tamquam Moyſi, huic quoque dicatur. *Noui te ex nomine*, Iſte eſt, qui in hac Cœleſti diſciplina, placidius effulſit: Nam & ante Moyſem, Sacrificiorum cæremoniæ, & Circumciſionis ritus, frequentatiſſimo viguit vſu: qui tamen, ſpecialiter per eundem Moyſem inculcatus eſt. Sic ergo, & huic Beatiſſimo Legiſlatori non præiudicent alij Patres, qui ſanctæ Regulæ munia deſcripſerunt: ſed magis vt aſſertores eius ſancita confirment. Neque enim abs re, ſanctus iſte Moyſi comparatur, quandoquidem, non pauca magnalia penè ſimiliter, ab vtríſque geruntur.

6 Myſterij itaque maieſtate ſeparata, qua ſub Moyſe, *omnia in figura contingebant*. De cætero multa reperies, quæ ſimilia, tamquam ſub vno ſpiritu geſta; noſter iſte patrauit. Et hoc equidem priuilegium vtríſque eſt commune; quod ambo ſunt legiſlatores. Ille quærulas Hebræorum turbas, de Ægypto exire ſuaſit: iſte vero, quaſi de genuinis carnalium deſideriorum tenebris, multas ex populo acquiſitionis cateruas, ſuo ducatu abſtractas, ad terram viuentium introducit. Ille mare rubrum diuiſit: iſte poſt Petrum, inuſitato miraculo: diſcipulum equidem, ſuper aquas currere fecit. Dum planè in vtroque facto, liqueat rerum obſtare naturam: videris quid horum præcelleat. Vtrum vel æquale ſit, aquas diuiſiſſe: aut, ſuper eas ſicco veſtigio cucurriſſe. Ille in exuſtis aruis, aquam ſitienti populo de petra produxit: iſte de ſicca rupe, fontem

8 *Talia ſunt Mauri Monaſteriũ, à S. Martino, & Lyrinũ, à S. Honorato ante ſanctum Benedictum inſtituta, quæ hodie nihilominus, regulam S. Benedicti ſectãtur.*

9 *S. Benedictus cur Moyſi cõparatus.*

Exod. 35.12. *Geneſ.* 8. 20. 22.13 *& ibi.* 17. *&* 21. *cc.* *Exod.* 12.3. *Leuit. per totum.* 1. *Cor.* 10. 11. *Exod.* 14. *Exod.* 21.22. *Matt.* 14.25. *Greg.* 2. *Dialog.* 7. *Exod.* 17.6. *Greg.* 2. *Dialog.* 5.

fontem vſibus Monachorum elicuit: qui hodiéque in
Num.20.10. riuum fluit. Ille brutos mores Iudæorum,quos incredulos vocat & rebelles, virga legis coercuit: iſte Monachorum gregem, ſicut voluntariè auditu auris obedientem: quaſi vna perſona, propter vnum cor alloquens:filium nominat:& ſuaui iugo Chriſti ſupponit.

S. Benedictus in Prologo Regulæ. 7 Multa dici prætereà poſſent, quibus iſtarum perſonarum conuenientia patuiſſet. Et hunc quidem Beatiſſimum Patrem, legiſlatio, ſpecialiter Moyſi comparat. Sed magnitudo virtutum,atque ſignorum, quibúſque etiam excellentiſſimis viris, conſertum nihilominùs oſtendit.Sicut ille mirabilis eius vitæ relator,Papa videlicèt Gregorius adſtruit, qui adſignanter ex quibuſdam factis, ipſum aliquibus nominatim expreſſis coæquat, dicens inter cætera: Nam in aqua ex Petra »
Greg.2.Dialog.cap. 8. producta, Moyſem. In ferro verò, quod ex profundo »
4. Reg.6.6. aquæ rediit,Eliſæum. In aquæ itinere,Petrum. In corui »
obedientia, Eliam. In luctu autem mortis inimici, Da- »
2.Reg.19. 1. uid video, & perpendo. 10 Vir iſte Spiritu Iuſtorum »
Greg.2.Dialog.cap. 8. omnium, plenus fuit. Qui & in dono prophetiæ, & in »
10 *S. Benedictus plenus omnium iuſtorum Spiritu fuit.* digneſcendis hominum cogitationibus, atque in ſe- »
cretorum agnitione iudiciorum, valdè eum perſpica- »
Ibid.cap. 36. cem fuiſſe,non tacet. Poſtremò,quod inter plurima ſuperni muneris Kariſmata, adprimè diſertus fuerit. Et quod Monachorum Regulam, ſermone luculento, & diſcretione præcipua ſcripſerit,lętabundis auribus eorum narrat. Lætabundis, inquam,quia grande gaudium quibúſque ſanum ſapientibus hoc adfert: quòd eis ſuperna prouidentia, talem ac tantum Ducem, ac præceptorem conſtituit,quem ad promulgandam cœleſtis diſciplinæ legem, dignum & idoneum, totus mundus agnoſcat. Gaudent ergo, & quaſi præuium ſequentes, de eius nutu pendent,& cordis aciem in eum defigunt. Gaudent, quia per eius magiſterium, ad cœleſtis militiæ tyrocinium ſunt aſciti. Sperant ſub eius ducatu militantes,ad ſuperni Regis palatium intromitti. Et quod ſuis meritis nequaquam præſumunt,eiuſdem ſui Ducis interceſſione,adipiſci confidunt. Ad hanc itaquè lucernam,

itized by Google

nam, quasi in caliginoso vitæ huius stadio micantem, subindè respiciunt:& in ipsa vident,quò gressum operis tendant. [11] Lucerna est igitur Beatissimus Benedictus. Lucerna,inquam,ad hoc super candelabrum posita, vt ardens & lucens,sicut de suo Præcursore Veritas adtestatur, omnibus qui in domo Dei sunt,resplendeat. An & iste, superno amore non vehementer arsit? An & iste, cùm verbo & opere, tùm signorum splendore non reluxit? Est igitur lucerna. Sed qualiter eumdem præceptorem suum, immò & Dominum,legiones Monachorum decentius appellabunt? Dominum, inquam,siquidèm & Elias,dictus est Dominus Elisæi. Ergo pietatis affectu vocetur lucerna. [12] Sed quasi parum est,vocetur etiam stella. Non tamen qualiscumque:sed talis,quæ erudiens multos ad iustitiam,refulgeat,iuxta illud Danielis, in perpetuas æternitates. [13] Vocetur etiam Sol, quia fulgebit sicut Sol cum iustis, & nunc in Ecclesia, & tunc in Regno Patris eorum. Vocetur etiam Angelus, quia legem requirunt ex ore eius. Postremò videant & gaudeant,quàm propriè vocetur Benedictus, quem Deus adeò benedixit in omni benedictione spirituali. Et per quem tanti benedictionem, hæreditate possidebunt.

11 *B. Benedictus est lucerna. Matth.5. 15. Ioann.5.35.*

4.Reg.2.

12 *B.Benedict⁹ est stella. Daniel.12.13.*

Sol. Angelus. Matt.13.43. Malach.2.7. Ephes.1.3.

13 *S.Benedictus est Sol.*

8 Fateor enim, quòd eiusdem Patris dilectoribus adeò placet tali vocabulo censeri, quod solet maximè post Diuinum nomen, more Christiano versari. Quis enim piè loquens,aut Benedictum, aut benedictionem sub quolibet obtentu non dicat? Cæterùm laudes eius resonare,talibus vtcumque congrueret,qui iuxta Apostolum sciunt, *quæ est spes vocationis Dei.* Videlicèt & illius vocationis, qua non solùm cum aliis Christianis, communiter ad fidem vocati sunt:sed [14] etiam ad subeundum celsiorem gradum, per eumdem Patrem institutum, qui in vacuum, gratiam hanc nequaquàm accipiunt, sed quæ à Deo donata sunt,norunt. De quibus, propter cor & animam vnam, sub vnius populi vocabulo Deus dicit:*Obauditu auris obaudiunt mihi*,quem nimirùm *in Sanctis* eius, *laudare iubemur.* Sed quales

Ephes.1.18.

14 *Monachatus excelsior vocatione cõmuni, grad⁹. 2.Cor.6.1.*

Psal.17. 45. & 150.1.

cum laudare debeant, Scriptura non tacet, dicens ad ipsos: *Qui timetis Dominum, laudate eum.* Et item: *Laudabunt Dominum, qui quærunt eum.* Quo contrà: *Non est*, inquit, *speciosa laus in ore peccatoris.* Quid ergo de nobis censendum est, qui supra modum peccatores sumus, & laudes eius attemptare præsumimus? Sed Diuinæ pietatis diuitias attendentes, de eiusdem indulgentissimi Patroni misericordia, præsumimus.

Psal. 21. 24. 25. Eccli. 15. 9.

9 Deniquè eadem Scriptura, quæ in persona iustorum dicit: *Laudent eum cœli*, mox subiungit, *& terra*: ne peccatores desperarent. Nam adeò misericordiam suam Deus multiplicat, vt non solùm homines, sed etiam iumenta saluet. Ergo & nos, de eiusdem Patris laude, licèt indigni, gaudeamus. Et quamuis non sit nobis os aperire præ confusione; tamen illud Mosaicum vnusquisque nostrûm eidem dicat: *Scio, quia misericors es Domine.* Cum metu & spe præstolantes, vtrùm sicut [15] Regibus consuetudo est, vt in suis Nataliciis reos absoluant. Sic iste Princeps Dei, propter gaudium suæ sanctæ solemnitatis, vincula nostra relaxet. Siquidèm & illud occurrit memoriæ: quòd inter pretiosa filiorum Israël munera, etiam pilos caprarum quidam detulerunt. Et quia per illos peccatorum confessio designatur, saltem vel hoc vnum offeramus. Verùm si deest aurum sapientiæ, si argentum ritè laudantis eloquij, si diuersarum virtutum gemmæ. Postremò, si castitatis byssus miseris abest, vel prædictos caprarum pilos offeramus: quia fortè & ipsi, cum veraci confessione placebunt. Veraci scilicèt, quia quem adhuc ex consensu peccare [16] delectat: falsum est, quòd de præteritis verè pœniteat. Vt autem quiddam de humano vsu loquamur. Si quando paterfamilias, post tempus, domum suam reuertitur, omnis familia solet adgaudere. Cùm quidem & catelli exilientes, quodam gestu membrorum, se monstrant lætari. Quapropter, & nos, licèt iumentis insipientibus meritò simus comparandi: tamen si ob istius honorem solemnitatis, quæ eumdem nostrum Dominum, nobis quodammodò repræsentat,

Psal. 68. 35.

Psal. 35. 8.

15 Regum consuetudo.

Exod. 25. 4.

16 Quæ sit vera pœnitentia.

gauisi

gauiſi fuerimus: vel micas miſericordiæ eius ſperare, quaſi catuli ſub menſa poterimus. Et hoc non ex nobis, ſed ex bonitate Euangelici Regis, qui cæcos & claudos, ad conuiuium ſuum dignatus eſt aſciſcere. Benè ergo nobiſcum agitur, quòd idem paterfamiliâs, nos ſuis ſolemniis intereſſe non dedignatur. [17] O quanti ſunt etiam in remotiſſimis trans maria regionibus, qui tantoperè gauderent, ſi eis vel ſemel ad eius ſacrum tumulum accedendi poſſibilitas eſſet! Vndè etiam conſiderandum eſt, quid à Deo nobis donatum ſit. Ne fortè, ſi eius præſentiam minùs reuerenter ſenſerimus, aut infecto corde (quod abſit) in conſpectu eius vacui venerimus. Dicat ipſe propheticum illud: *Non eſt anima mea ad populum iſtum.* Et itèm: *Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.* Propterea cùm ad exemplum Euangelici illius Regis, intrauerit vt videat ſolemniſantes, tanquam diſcumbentes, (Nam cùm Spiritu Dei plenus ſit, nihil eſt in creaturis Dei, quod eum latere poſſit.) quiſque noſtrûm procuret, ne fortè paternos eius oculos, cordis amictu vel corporis offendat. Nam vt ipſe dicit: *Omnis exaltatio genus eſt ſuperbiæ*, per quam maximè *quiſque ſit abominabilis*, vt ſcriptum eſt, *apud Dominum.* Meminerimus tamen, quia ad ſupernum Iudicem, vel ad Senatores cœli placandos, recogitatio, ſeu confeſſio peccati ſpecialiter proſit, iuxta illud: *Narra ſi quid habes, vt iuſtificeris. Iniquitatem meam*, inquit, *ego agnoſco.* Et ideò quaſi ſecurus poſtulat: *Auerte faciem tuam à peccatis meis.* Quiſquis verò noſtrûm, vult ſui meriti faciem contemplari: neceſſe habet, vt in hoc [18] ſpeculum intendat, id eſt, vt eiuſdem Beatiſſimi Confeſſoris actus, ſollicitus perpendat. Inſpectis etenim, prout noſtra paruitas eſt, illius geſtis, vel quàtum nos in imo, vel quantum ipſe in ſublime ſit, animaduertere poterimus. Hinc de quolibet pœnitente ſcriptum eſt: *Reſpiciet homines*, id eſt, Sanctos, *& dicet: Peccaui.* Quoniam ad illorum ſpecioſitatem, conſiderat, quantum ſe deformem attendat. Quæ vtilitas autem de eadem confeſſione proueniat, ibidèm ſigna-

Luc. 14. 13.

17 *Deſiderium accedendi ad tumulum S. Benedicti.*

Iſai. 15. 1.
Ierem. 12. 2.

In Regula S. Benedicti, de gradibus humilitatis.

Prouerb. 12. 10.

Eſai. 43. 26.
Pſal. 50.

18 *Speculum eſt S. Benedictus.*

Iob. 33. 27.

Digitized by Google

Ibidem. tum eſt, cùm dicitur : *Liberemus eum de ſuperbia, & de his quæ fecit, vt non eat in perditionem.* At verò, quia
3 Eſdr. 9. 53. Scriptura iubet : *Sanctus enim dies Domini eſt, nolite*
Matth. 9. 15. *contriſtari.* Quod ex nobis, vel in nobis triſte eſt, omittamus : & quaſi nobiſcum ſit hodie ſponſus, gaudere præſumamus. Minùs verò noſtræ confeſſionis, velut ante pedes Paternæ pietatis offerentes, noſtrum poſſe in eius laude & admiratione, totum ſubleuemus. Eius verò laudes, quiſque tantò celſiori voce clamet, quantò hunc ardentiùs amat, vel eius vitam perſpicaciùs penſat, quæ nimirùm à ſui primordio, tota admiratione digniſſima eſt. Nam quàm magnificum illud eſt, quòd
Greg. 2. Dialog. cap. 1. paternas, vt fertur, eo deferente opes, admodùm domicilium ſibi Spiritus Sanctus, in eius ſacro pectuſculo collocauerat, qui eſſe Philoſophorum inania ſtudia, adhûc tenerrimus cognouit: qui grandæuo animo, iam tunc eremi vaſtitatem ſubire auſus eſt. Quod nec ipſe quidam Martinus, toto orbe mirabilis, feciſſe refertur. Et quia iugum non ſolùm ab adoleſcentia, ſed etiam
Ierem. 3. 27. ab ipſa infantia portauit. Vt ibidem Ieremias proſequitur, in illo cœleſti capitolio ſingulariter ſedebit. Nec ſine Diuino moderamine geſtum fuiſſe conſtat, quòd aculeos temptationis in ſeſe tam validos, ibidem expertus eſt. Sicut enim Dux bonorum Petrus, primò ſibi oſtenſus, eſt tunc Dominico gregi prælatus. Sic iſte Princeps Dei, tantorum millibus Monachorum præferendus, oportuit vt proprio diſcrimine probaret, qualiter ſubditis miſereri debuiſſet. Quia tamen, primò certaminis impetum fortiter deuicit, tale quid deinceps numquam ſenſit. Quàm obedienter ſanè, & quàm diſertè, priuato [19] bono quiſque debeat commune bonum præferre. Hic ſpiritalis diſciplinæ magiſter, in hoc ſuo facto demonſtrat. Quod mox vt expetitus eſt, dilectam ſolitudinem, ſe vincens deſeruit, & voto ſupplicum ſatisfecit. Quoniam vero ſancta atque admiranda eius geſta in promptu habentur, nos interim taceamus de illis. Hoc tamen ad ipſius honorificentiam referamus, quòd [20] non alius quilibet ex magiſtris Eccleſiæ,

19 Bonũ commune, priuato anteferendum.

20 Laus eſt S. Benedicti, quòd S. Gregorius Papa, eius vitam ſcripſit.

vitam

vitam tanti Patris digeſſit, quâm inſignis ille diſertiſſimus Papa Gregorius, qui totum quod ſcripſit, quaſi aurum refulget.

Diuinitùs [20] enim diſpoſitum eſt, vt cùm iſdem Excellentiſſimus Legiſlator in cæteris modis ſit à Deo decoratus : etiam hinc maiori authoritate, tam ipſe quàm legiſlatio eius roboretur : quòd eandem vitam, Summus Apoſtolicæ Sedis Pontifex ordinauit. Quæ ſcilicet vita,etiam ex occaſione Dialogi eius,pluribus innoteſceret:& non ſolùm apud Latinos, ſed etiam [21] apud Græcos notiſſima foret. Nec illud prætereat quòd omnimodis gaudendum nobis eſt. Hunc tantum ſplendorem in hanc noſtram occiduam regionem venire, diuino nutu donatum eſſe, Nec abs re credimus contigiſſe, quòd clientem vnicè dilectum Beatum videlicet Maurum, has in partes adhûc viuens direxerit. Et [22] demum ſe Transferri voluerit. Fortè enim,cùm ſancta mens eius adeò dilatata eſſet:vt omnem mundum ſimùl conſpiceret : Hunc locum, ſibi quodam occulto conſilio ſpecialiter delegauit : Viderit ergo quiſquis eſt, cui locus tàm multis vſquequaque tantum deſiderabilis,non negatur : quanti habendus ſit, quantáque reuerentia excolendus. Pondus quippe [23] cuiuſlibet reatus, non ſolùm ex intellectu gerentis,vel tempore : ſed etiam ex loco ſolet penſari. Hinc enim velut à maiori exprobatione, contra impium vox Diuina quæritur, dicens. *In terra ſanctorum iniquè geſſit, & nõ videbit gloriam Domini.Et item.Dilectus meus in Domo mea malè operatus eſt.* Alioquin, quem præſentia tanti Patris ad ſui reuerentiam non flectit: Spiritum Iudæ videtur participare. Cuius duritiam,nec viſio,nec locutio, nec conuiuium ipſius Domini, emolliuit. Inſpiciamus ergo,quid à Deo donatum eſt nobis : & oblatam gratiam, nullatenùs in vacuum recepiamus.Tãtus fulgor,cæcitatem mentis noſtræ illuminet Tanta pietas, duritiam emolliat. Tam potens medecina, vulnera noſtra ſanet.Si enim adhuc puerulus

21 *Dialogi S. Gregorij Græcè Tranſlati.*

22 *Cur ſe voluit in Gallias Trãsferri,S. Benedictus.*

23 *Circunſtãtia peccatorum.*
Iſa. 26. 10.
Iere. 11.15.

*Greg.*2.*Dialog. cap.*1.

puerulus ita capiſterium reparauit,vt nec ſciſſura quidem appareret : Nos , qui vaſa ad honorem in domo Dei per gratiam vocati ſumus , quia multas peccatorum ſciſſuras incurrimus, per eundem medicum qui iá ſuo regi ſocietatus eſt,reparari poterimus.Si nigredo ſcelerum nos decolorauit , non ſimus vt Ethiopes, qui non mutant pellem ſuam : ſed ad eius manum recurrentes,annonam miſericordiæ , ſicut ille coruus ab eò requiramus , Si etiam inter iniurioſos merito computandi ſumus , illum tamẽ affectum quo pro ſe odiente fleuit : ab ipſo repoſcamus. Neque enim ſupplices, quamuis indignos,aduerſabitur : qui pro perſeuerante in malitia lugebat. Gaudeamus ergo , & erga Dominum noſtrum , quo valemus adniſu , dilectionis adfectum exibeamus.Nam idcirco dimiſſa ſunt Mariæ peccata multa,quia dilexit multum.

Ibid.cap.8.

Luc.7.47.

Cæterum ad laudes eiuſdem Principis Dei:ſemper iuxta Pſalmiſtam, adiicere,cuiquam deſiderandum eſt. Sed nos affectum quidam exibere poſſumus, pefectionem verò tantæ rei , nequaquam explere ſufficimus. Quapropter eaſdem illius laudes,non vna vox, nõ vna congrægatio,neque vna vrbs vel prouincia proclamat: ſed vbicumquè ſancta Eccleſia diffunditur, per tribus, per nationes,per linguas , laus Benedicti frequentatur. Si enim *in multitudine populi dignitas Regis eſt* , vt ait Salomon.Quantum putamus eſſe dignitatem iſtius Regis , quem tàm numeroſus proſequitur exercitus Monachorum [24]? Quis vmquam Rex aut Imperator , in tantis mundi partibus imperauit , aut ex tam diuerſis nationibus, ſibi tantas legiones conduxit , quantas videlicet iſte , cuiuſlibet ſexus & ætatis , in Chriſti militia , voluntariè iuratas diſponit? Quem quaſi præſentem intuentes , & vexillum inſtitutionis ſequentes: Diabolicas acies viriliter infringuũt.Quibus illud Propheticum coaptatur,*erunt oculi tui, videntes præceptorem tuum.* Denique fidelis opinio eſt , quòd vnuſquiſque ſanctorũ cùm illis ſurget[25] in regeneratione, quos Domino acquiſiuit. Cùm igitur vniuerſi huiuſce inſtitutionis

Prou.14.28 **24** *Monachatus, quãtum per vniuerſum orbem diffuſus.*

Eſa. 30.21. **25** *Viris quiſque ſanctorũ cum ſuis in reſurrectione ſurget ſeductoribus, ſicut aliqui S.ui Patrum Auctorum aſſerunt.*

Digitized by Google

cutionis eius ſequaces, in vnum coacti fuerint: quale ſignũ Apoſtolatus Benedicto: tunc ille copioſus exercitus, ſe ipſum exibebit? O quali gaudio tunc ille tripudiabit, qui ſeſe illis cohortibus immiſcere potuerit! Nunc omnes, vel loco vel affectu vicini, in eum cordis intuitum dirigant: Omnia enim omnibus factus eſt. Habent enim pueri formam in puero quàm ſequantur, vt quoniam ad exemplum Iſaac Deo oblati ſunt: primordia ſua caueant fermentare. Ac deinceps quique per ætatum ſucceſſiones, ſint perfecti ſenſu: vt à paterna ſui nutricij pietate non degenerent. Ne forte ſi ab excellétiori gradu ceciderint, grauius elidantur. Sed & nos quicumque deliquimus, nullomodo ab ſperanda clementia deficiamus: quia viuens & poſt obitum, mortuos ſuſcitauit, confracta reſtaurauit, deſperata curauit.

Et quamuis non fecerimus eius voluntatem, Dominum tamen inuocemus eum, & ſint oculi noſtri in manibus eius intendentes: donec ipſe ſuos attollat ſuper nos, & miſereatur noſtri. Sit nobis ſemper Benedictus in corde, Benedictus in ore, Benedictus in actu, quatinus ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, vt illud Apoſtolicum imitantes, quæ vidimus in illo & audiuimus in illo & audiuimus ab illo, ſectemur: vt nobiſcum ſit. Deus pacis per ipſum, in ſecula ſeculorum. Amen. *Philip. 4. 8.*

Explicit Sermo venerabilis Odonis Abbatis de Beato Patre noſtro Benedicto.

Sancti iſtius Odonis Abbatis Cluniacenſis atque Floriacenſis, eximiam fuiſſe doctrinam cùm incredibili ſanctimonia coniunctam: omnes qui de eo agunt antiqui ſcriptores teſtantur. Nec mireris lector, hunc ſimul Cluniacenſi Floriacenſique præfuiſſe Monaſteriis. Nam vti ipſius vitæ Author, apud Surium Tomo 6. indicat: iuſſu ſummi Pontificis Leonis vij, diſciplinæ reſtaurande

da in Floriacenſi Cœnobio gratia, tanto oneri humeros ſuppoſuit. Porrò dum Floriacenſem conuentum moderaretur, ſuprapoſitum Sermonem, in feſto Tranſlationis S. Benedicti, Floriacenſibus Cœnobitis pronunciauit: iuxta quòd Aymoinus concione ſequenti ediſſerit. Obiit verò anno Domini 943. die 18. Nouembris. Refertque apud Surium Ioãnes Italus, eum ſcripſiſſe librum de Tranſlatione Corporis S. Benedicti, quem mirabili perquiſitum indagatione necdum reperire potui.

ALIVS SERMO IN FEſtiuitatibus Sancti Patris Benedicti editus ab AVA Floriacenſi Monacho.

Opera Ioannis à Boſco nunc primùm in lucem emiſſus.

IN Annuis terrenorum Imperatorum natalitiis: moris quondam fuit, à ſubiectis Regibus, maxima eis exiberi donaria. Studebat igitur vnuſquiſque, pro ſe: & ne alter in offerendis muneribus potior eò videretur, elaborabat. Quo exemplo, condecet vnicuique noſtrum, in ſolemnitatibus[1] Sanctorum placabilia Deo offerre munera. Et cui deeſt auri vel argenti copia, ſaltem deuotionis prætendat obſequia, fundat preces ad Dominum, vt ſuum ritè dignetur acceptare votum. Et quamuis non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris, tamen vnuſquiſque noſtrum ſtudere debet, vt iuxta Pſalmographi monitum. *In ſanctis eius laudet Dominum.* Quapropter amantiſſimi Patroni noſtri Benedicti, manſueta benignitate inducti, qua nos ſuis ſanctis

1 *Oblationes in ſolemnitatibus Sanctorum.*

Pſal. 150.

Digitized by Google

ctis interuentionibus adiuuare non desistit , dignum duximus vniuersa quæ de ipsius laude,à diuersis auctoribus sparsim descripta sunt : summatim in vnum colligere. & quasi quoddam munus nostræ seruitutis., in eius sacris solemniis , licet exiguum, tamen fidele persoluere.Vt & apud quamplures laus eius dilatata patefiat , & qui omnia volumina authorum habere nequierit:prçconia Alumni sui,in vnum collecta,si inuenisse gratuletur. Hoc ergo promissæ rei erit exordium.

2 Supernæ dignatio Maiestatis , electos suos cœlestibus munerans donis, in terris quoque eximiis laudum ditat præconiis. Quæ per seruos suos,summæ scilicèt eloquentiæ viros,dilatans in populis,quàm magni apud se sint meriti , facundis elucidari præstat scriptis. Vndè egregij meriti famulum Benedictum , tanto præ cæteris sanctæ Ecclesiæ Patribus donauit priuilegio,vt eius vitæ laudes,non quilibet Scholasticorum, verùm præcipuus Doctorum Gregorius , Sanctæ Sedis Apostolicus , mellitis dilatarit eloquiis. Et multorum quidèm Sanctorum,duo aut tria deflorauit Miracula. Hius autem;qualis ab ineunte ætate fuerit vita,quámque mirandum habuerit transitum,dulcissima promulgauit facundia. In cuius vitæ libro , inter alia huius Sancti præconia, eum aliquibus antiquis Patribus æquiparat, in quibusdam miraculorum gestis. Inter cæteros verò, Sancto Prophetæ Elisæo illum comparat. In ferro, quod ex profundo aquæ , ab vtrisque retractum memorat. Verùm nos salua ipsi Sancto Papæ Gregorio sua authoritate , liceat dicere , ipsius Sancti Prophetæ Elisæi gesta, Sancti Patris nostri Benedicti gestis, penè per omnia forè similia. Liceat igitur nobis, aliquid de ambobus, quasi concionando sermocinari. Interrogatus in Euangelio à Discipulis Dominus , de aduentu Eliæ,respondit : *Elias iam venit.* Et paulò pòst:*Si vultis scire,Ioannes ipse est Elias.* Apparet itaquè,cuius meriti Elias fuerit , cùm Ioanni æquatur , de quo ipsa Veritas testatur : *Quòd inter natos mulierum , nemo maior eo surrexit.* Is ergo , cùm rapiendus esset à Domino in cœlum,

2 *S.Gregor. Papa, præcipuus Doctorum.*

Matt.17.12.

Matth.11.11.

Digitized by Google

cœlum, habens Eliſæum diſcipulum, monuit eum, vt peteret quod vellet, & priuſquàm ipſe transferretur. Ad hæc ille: *Peto*, ait, *vt fiat ſpiritus tuus duplex in me.* Annuit ille: *Si tamen videris*, inquit, *quando tollar à te.* Vidit igitur, & quæ petiit impetrauit. Hæc idcircò retulimus, oſtendere volentes, quàm magni meriti Sanctus iſte Pater noſter Beatus exiſtat Benedictus, cuius opera, illi sũt per omnia ſimilia,[3] qui ſpiritũ Eliæ, ac per hoc, Ioannis Baptiſtæ duplici enituit gratia. Cuius acta Eliſæi videlicèt, cum actibus Venerabilis Benedicti comparata, in hunc modum viſuntur ſe habentia. Eliſæus poſt tranſlationem magiſtri, pallio quod illi ceciderat, Iordanem diuiſit, & tranſiit. Beatus Pater Benedictus, dilectum diſcipulum ſuum Maurum, ſuper aquas, ſui meriti virtute ambulare faciens, Placidum puerum iam demerſum, ad vitam reduxit. Quid horum præcellat, non eſt huius operis differere. Maximè cùm à Venerabili [4] Odone, hoc miraculum, Moyſis operi in diuiſione maris rubri comparatum, propriam habeat expoſitionem. Hoc breuiter intimaſſe ſufficiat, per Eliſæum, vnum in diuiſione aquæ patratum ſignum. Per Beatum Benedictum, in calcatione æquoris, ac ſaluatione Fratris, duplex apparuiſſe beneficium. Ibi veſtis cooperata eſt magiſtri, hîc ereptus puer, melotam Abbatis ſuper ſe ferri, ſéque ab ea, aquis eripi conſpexit. Reuertenti Eliſæo à tranſlatione Eliæ, filij Prophetarum etiam ab inuito exigunt, vt Dominum eius, quærere eis liceat: ne fortè in vnam vallium, aut in quemlibet montium, tranſlatus lateat. Quæſierunt ergo, ſed minimè repererunt. E contrà, Beatus Pater Benedictus, pro Dei amore, conſortia linquens hominum, & concaua petens rupium, à Presbytero diuinitùs monito, per deffoſſa terrarum, per prærupta quæſitus montium, & repertus: quòd Paſcha eſſet, eſt edoctus, & alimentis refectus. Aſcendentem ad montana Eliſæum, pueri cauillantes deridebant, dicentes: *Aſcende calue, aſcende calue.* Benedictum Patrem ad ſuperna magis ac magis animo ſuſpirantem, Dæmones qui vti-

4 *Reg.* 2. 9.

3 *Excellentia S. Benedicti, arguitè ſumpta.*

4. *Reg.* 2. 14.

4 S. *Odo, Sermonem fecit de S. Benedicto, qui ante hũc ponitur.*

4. *Reg.* 2. 16.

Greg. 2. *Dialog. cap.* 1.

4. *Reg.* 2. 23.

que

que in bonitate infantes sunt, maledictis lacessebant,
« dicentes: Maledicte,& non Benedicte, quid nobiscum *Greg. 2. Dia-*
« habes? quid nos persequeris? Verùm, derisores pueros, *log. cap. 8.*
egressi de silua vrsi, deuorauerunt. Maledicos Dæmones, æterni gehennæ ignes, perpetuò adurunt. Tribus Regibus, Rege scilicèt Israël,& Rege Iuda, cum Rege *4. Reg. 3. 16.*
Edom, aduersus Regem Moabitarum expeditionem agentibus, & siti laborantibus, iussit Elisæus in siccato torrentis alueo facere fossas, è quibus aqua progrediens, fatigatum satiauit exercitum. Venerabilis Bene- *2. Dialog. c. 5*
dictus Monachis, ex tribus Monasteriis à se constitutis, atque pro penuria aquæ ad se venientibus, præcepit cauare rupem, super quam tres à se impositos inuenissent lapides. Quo facto, fons continuò prodiit, qui hodiéque in riuum fluit. Mulier quædam, à creditore viri sui iam defuncti, calumniam patiens, virum Dei adiit Elisæum, consilium ab eo simúlque auxilium, ex- *4. Reg. 4. 6.*
petens. Cuius meritis, oleum quod mulier se professa fuerat habere, in tantum excreuit, vt & debitum creditori redderet, & ipsi, vndè cum filiis viueret, abundanter remaneret. Eodem modo dilectum Domino Benedictum quidam adiit, ære pressus alieno, duodeno scilicèt solidorum numero. Cui Pius Pater subuenit, *2. Dial. c. 27.*
tredecim solidos ei conferendo, quos diuinitùs susceperat: dans in mandatis, vt duodecim fœneratori redderet, tertiumdecimum ad vsus proprios retineret. Itémque, vase vitreo petenti Clerico, cum oleo dato, *Ibid. cap. 29.*
ad eius orationem, dolium vacuum ita repleuit, vt superexundans, pauimentum madefaceret. Elisæi virtus, *4 Reg. 4.*
Sunamitis filium, ab inferis, orando, reuocauit ad vitam. Venerabilis Benedicti meritum, rustici puerum, sanctis precibus, patri reddidit viuum. Commorante Elisæo in Galgala, cùm filij Prophetarum cum eo de- *4 Reg. 4. 40.*
gentes, mortiferum quid degustassent coctum in olla, ipsius medicante manu, euaserunt mortis discrimina. Nihilominùs Benedictus Pater, oblatum sibi à falsis *2. Dialog. fer*
Fratribus veneni poculum, per Crucis signaculum, re- *totum.*
degit in nihilum. Puerum quoque, qui flasconem à fi-

deli viro ſubmiſſum, furtim abſconderat, Prophetico ſpiritu, peſtem ſerpentis qui iam illud vas intrauerat, vt vitaret edocuit. Tertia, in hoc vno Eliſæi facto, Sancti Patris noſtri Benedicti virtus enituit, quando infectum veneno panem, ne peſtis ad plures ſerperet, per coruum longè proiecit. Ecce quanti apud Dominum meriti, rutilans Monachorum gemma exiſtat Benedictus, luce clariùs patet, qui in vno illius actu, quem Sanctus Spiritus duplici veſtierat dono, quadruplicì effulſit miraculo. In effuſo ſcilicèt veneno, in flaſcone cum ſerpente detecto, in obediente coruo, in pane mortifero longiùs proiecto. In quibus mirabilibus, quamuis & aliis poſſit æquari Patribus, præcipuè Sancto Eliæ: noſtri tamen hoc ſolùm exiſtit propoſiti, vitam huius Sancti, actibus conferre iuſti Eliſæi. Nempe [5] Eliſæus, de viginti panibus, eſum centum viris præbuit: paníſque ſuperfuit. Benedictus Dei famulus, Fratribus inopia laborantibus, collatione ducentorum modiorum farinæ, incertùm vndè aduectæ, Diuinitùs ſubueniri obtinuit. Laboranti Naaman Syro, peſtifera lepræ contagione, ab Eliſæo præceptùm eſt, vt lauaretur ſepties in Iordane. Iuit igitur, lauit, & mundatus, ad Syriæ regna regreſſus eſt. Puer autem quidam paruulus, Elephantino morbo percuſſus, ad Dei hominem Benedictum eſt adductus, qui priſtina ſanitate recepta, incolumis remeauit ad propria. Alter quoque, qui hauſtu veneni, varietatem incurrerat cutis, per eumdem virum Dei Benedictum, antiquæ redditus eſt formæ. Giezi puer viri Dei Eliſæi, per Spiritum Prophetiæ deprehenſus ſuſcepiſſe à Naaman veſtes & munera, ipſius etiam donatus eſt lepra. Monachus quoque hominis Dei Benedicti, itidèm Spiritu Prophetico agnitus, à Sanctimonialibus mappulas accepiſſe, [6] ſibíque eas in ſinum miſiſſe: mox confeſſa culpa: non pœna, ſed indulgentiſſimà donatus eſt venia. De ferro, quod ex profundo aquæ rediit, nobis tacendum, vt ſummo Præſuli Gregorio, congruus honor exibeatur, qui hunc Beatiſſimum Patrem noſtrum Benedictum in hoc ſigno, huic Sancto

5 Vide quartum librum Regum.

6 Vide totum ſecundum librum Dialogorum Gregorij.

Digitized by Google

Sancto exæquauit Eliſæo. Porrò,quòd Eliſæus,conſilia Regis Syriæ,Prophetico Spiritu, Regi Iſraël per internuncios denunciauit, aſſimilatur ei rei. Cùm Venerabilis Benedictus,ad Fratres qui parietem conſtruebant mittens, monuit vt ſibi cauerent, quia malignus ſpiritus, inſidians ad eos veniret. Sanè Eliſæus à Syris obſeſſus, Angelorum exercitum ſibi cœlitùs in auxilium miſſum, non videnti miniſtro oſtendit. Noſter Benedictus,licèt & in diſſimili re,ſimile quid egit: dum dilecto Diſcipulo ſuo Mauro, immundum monſtrauit Dæmonem, ab oratorio Monachum educentem. Eliſæus Syros ſe obſidentes, excæcatos in Samariam, ad Regem Iſraël deductos, non ſolùm occidi non paſſus eſt: verùm priſtino viſui reddidit, pane & aqua pauit, atque ad ſua redire permiſit. Venerabilis Benedictus, ſæuientem Zallam, ſibique pertinaciter minitantem, ſolo viſu terruit, cibo refecit: & vt deinceps minus crudelis eſſet, ſolo verbi præcepto effecit. Eliſæo prædicente, Regi Iſraël famem, quæ Syris obſidentibus Samariam, populum preſſerat, abundantiam frumenti ſequuturam: cùm vnus Ducum, ſuper cuius manum Rex incumbebat, incredulus ac rebellis Prophetæ exiſteret. Hæc ab eodem viro Dei audiuit: Videbis,inquit, & exinde non comedes. Qui in incredulitate permanens,iuxta verbum hominis Dei, ſufficientiam alimentorum vidit, & in introitu portarum, oppreſſus à populo interiit. Haud multùm diſpar huic cauſa extitit, cùm quidam Clericus, à Dæmonio per Benedictum Ieſu Chriſti Domini famulum liberatus,mandatum ab eo accepit,ne carnem comederet,néve ad ſacros ordines accedere auderet: quod ſi præſumeret, ſtatim iuri diaboli manciparetur. Qui in quantum eius iuſſa cuſtodiuit, incolumis manſit. At vbi inobediens, & quaſi ori Dei incredulus, ſacris ſe ingeſſit ordinibus: mox peruaſus à dæmone, in eadem pœna permanſit, vſque ad exitum vitæ. Azaële, qui pòſt regnauit in Syria conſulente Eliſæum, pro ſalute Benadab Domini ſui, inter alia, dixit vir Dei ad eum: *Scio*, inquiens, *quæ*

mala facturus ſis filiis Iſraël : Ciuitates eorum munitas »
capies, prægnantes diuides, infantes gladio interficies. »
Pari modo Rex Gothorum Totila, ad Dei hominem Benedictum veniens, atque coram eo proſtratus, & ab ipſo de terra eleuatus, hæc ſibi dicentem audiuit: Multa mala facis, multa mala feciſti, iam tandèm ab iniquitate compeſcere. Et quidèm Romam ingreſſurus es, mare tranſiturus, nouem annis regnabis, decimo morieris. Et licèt vti iam prædictum eſt, noſtræ non fuerit intentionis, niſi vt actus Sancti Patris noſtri Benedicti, cum actibus ſolummodò Beati conferremus Eliſæi: tamen, quia mentio Regis Totilæ, oportunam præbuit occaſionem, congruum viſum eſt, de quodam alio Sancto Propheta, dignum memoria retexere verbum, quod collatum, aſsimilari poſsit vni operum huius Incliti Confeſſoris. Deniquè vxor Ieroboam, qui peccare fecit Iſraël, conſultura pro filio ſuo ægrotante, Achiam Propheram, qui caligantibus præ ſenectute oculis, videre non poterat, adiit, mutato habitu, ne agnoſceretur quæ eſſet. Quam venientem, Venerabilis Propheta, non carnalibus, ſed ſpiritualibus intuens oculis, ait ad eam:

3 Reg. 14.

Iugredere, ingredere vxor Ieroboam: quare te eſſe aliam »
ſimulas? Huic rei illud eſt ſimillimum, quòd cùm Regi »
3 Totilæ nunciatum foret, virum Domini Benedictum, Prophetiæ habere Spiritum: hoc ipſum experiri volens, ſe quidem ad eum venturum eſſe mandauit. Miſit autem ſpatharium ſuum, cui Rigo nomen erat, Regiis indutum indumentis, cum magna obſequentum caterua, vt tàm ex veſtimentis, quàm ex Ducum obſequiis, Rex putaretur. Cui aduenienti, occurrens Dei famulus, adhuc longiùs conſtituto, clamans imperauit: Pone, »
fili, pone hoc quod portas, non eſt tuum. Quo cum ru- »
bore, ad Dominum ſuum reuerſo: ipſe Totila, per ſemetipſum ad Dei hominem acceſsit, & quæ prædicta ſunt Prophetiæ verba, ab eo audiuit.

3 Totila Rex.

Verùm, nos ad noſtrum redeamus Eliſæum. Noſtrum vtique, quia cuius opera, Sancti Patris noſtri Benedicti operibus ſunt ſimilia: hunc nos præ cæteris Prophetis.

phetis, dignum ducimus dilectione præcipua. Vltimum ergo eius miraculorum, cum vno, sed nequaquam extremo, mirabiliũ venerabilis Benedicti comparemus. Nam cum idem seruus Dei: è præsenti excessisset vita: post non longum tempus, quidam sepelientes hominem, visis latronibus, proiecerunt cadauer in sepulchro Elysæi. Cuius tactu, mox mortuus surgens, ad propria rediit. Per Beatissimum quoque Benedictum, ac eius venerabilem Sororem Scholasticam, dum ab Italiæ partibus, eorum sacratissima ossa, gaudenti inueherentur Galliæ[7]: duo mortui vitæ sunt redditi. Et hæc quidem quæ retulimus Beato Patri nostro Benedicto, & sancto Prophetæ Elysæo communia sunt. Veremur equidem, ne à quolibet amatorum, huius Egregij Confessoris, nobis obiiciatur: quod dum eum laudibus extollere cupimus, extenuasse visi sumus, cum eum vni solummodo Prophetæ comparauimus. Verùm, quisquis ille erit, sciat, & hoc sibi responsum esse deputet. Non nos illum cuilibet ex Prophetis, sed illi ipsum exæquasse, in quo duplex Eliæ requieuit spiritus. Et ne obiectio ista nobis præualeat, succinctim, si placet, coëquetur tam nouis quàm antiquis patribus. In restauratione videlicet capisterij Ioâni[8] dilecto Domini, qui fragmenta gemmarum coniunxit in solidum. In conuersatione eremi à pueritia, Eliæ, vel Baptistæ Ioanni. In dimissione prælationis, Samueli, seu ipsi Baptistæ Ioanni, qui summo progenitus Sacerdote, maluit eremi deserta incolere, quam Sacerdotij principatum tenere. In Prophetia destructionis Monasterij sui, seu subuersionis Romanæ vrbis: Isaiæ, vel potius Hieremiæ, qui ruinam vrbis Hierosolymorum, duplici planxit alphabeto. Domini quoque sui videlicet Redemptõris omnium Iesu Christi imitatus exemplum, in hoc facto est. Etenim benignus Iesus, odientis se Hierosolymæ ciuitatis, euersionem lachrymans prædixit. Eius autem verus famulus Benedictus, dilectæ sibi habitationis domicilia, diuinitùs euersioni gentium tradita, deflens ac ingemiscẽs,

7 *Ossa S. Benedicti in Gallia & Scholastica.*

8 *Historia S. Ioannis Euangelistæ, ab antiquo probata.*

prænunciauit. Enimuero,Eliam corui quondam pauêre miniſtri [9], Beatum Benedictum Patrem iter agentem,ſunt circumuolitantes ſecuti. Eliæ ad ſolos ciborum miniſtrauerunt vſus : Benedicto Patri non ſolum in tranſportatione venenati panis,verum etiam in comitatu ſeruierunt itineris. Comparetur , quia dignum eſt,in legiſlatione Moyſi. Quamuis à Moyſe, vni tantummodo genti lex data ſit, à venerabili Patre , vbicumque per tribus , per linguas , per nationes electi Dei dilatati , ſunt Paterna manſuetudine filij appellati : vt ſuaui iugo Chriſti , colla ſubmittant,admonentur.Et hæc quidam à nobis abbreuiato modo loquendi dicta, fautoribus tam Incliti Confeſſoris,oramus, [illegible]ud quaquam diſpliceant. Cæterum ea quæ à Beato Gregorio deſcripta ſunt , eius relinquimus excellentiæ. Hoc de nobis , procùldubio profitentes , nequaquam gloriam tanti Patris,noſtris laudibus eò propagari : quò eam promulgauit, dulcis eloquentia huius Præſulis. Qui videlicet Beatus Papa [10] , vti Ioannes, maioris eius vitæ deſcriptor,teſtatur:miſſis Anglorum genti prædicatoribus [11],huius manſuetiſſimi legiſlatoris inſtitutionem,poſt ſanctum Euangelium , præcipuè obſeruandam tradidit. Quique in Dialogo ſuo , poſt explanationem vitæ ipſius ſanctiſſimi Patris,quam ſecundo poſuit loco ; in tertio volumine, capitulo xvj. quaſi quæ memoria exceſſiſſent, quædam de ipſo intulit. dum de quodam Sancto viro [12] Martino nomine loqueretur,ita inquiens. Hic vir Domini,haud du- »
bium quin Martinus , cum prius in eodem monte ſe »
contulit , necdum clauſo ſpecu habitans, cathena ſibi »
ferrea pedem ligauit,eámque,ſaxo ex parte altera af- »
fixit:ne ei vltra liceret progredi, quàm cathenæ eiuſ- »
dem quantitas tendebatur:Quod vir vitæ Venerabilis »
Benedictus audiens , cuius ſuperius memoriam feci,ei »
per diſcipulum ſuum mandare curauit. Si ſeruus Dei »
es,non te teneat cathena ferrea , ſed Cathena Chriſti. »
Ad quam vocem , protinùs Martinus eandem compe- »
dem ſoluit.Sed nunquam poſtmodum ſolutum teten- »
dit

9 *Corui, Anes. S. Benedicti.*

10 *Ioannes deſcripſit, vitam S. Gregorij Papæ.*

11 *S. Benedicti Monachus S. Papa Gregorius extitit.*

12 *Martinus vir ſanctus Italus.*

Digitized by Google

« dit pedem, vltra locum, quo hunc tendere ligatum
« consueuerat. In quarto quoque volumine, dum de
exitu loqueretur animarum. miraculum quod in vita
ipsius Legislatoris nostri Benedicti descripserat, quódque pro sui magnitudine, apud infirmorum mentes
in dubium fortassis deuenire poterat, recapitulando
inferens: aliud quod minimè retulerat, subiunxit. Ait
« enim capitulo octauo ita. In secundo huius operis li-
« bro iam præfatus sum, quod vir venerabilis Benedi-
« ctus sicut à fidelibus eius Discipulis agnoui, longè à
« Capuana vrbe positus, Germani eiusdem vrbis Epi-
« scopi animam. nocte media in globo igneo, ad cælum
« ferri, ab Angelis aspexit. Qui eandem quoque, ascen-
« dentem animam intuens, mentis laxato sinu, quasi sub
« vno solis radio, cunctum in suis oculis mundum col-
« lectum vidit. Eisdem quoque Discipulis Beati Benedi-
« cti narrãtibus, didici: quia duo Nobiles viri atque ex-
« terioribus studiis eruditi, germani fratres, quorum
« vnus Speciosus, alter vero Gregorius dicebatur: eius
« se regulæ, in sancta conuersatione tradiderunt. Quos
« isdem Venerabilis Pater, in Monasterio quod iuxta
« Terracinensem [13] vrbẽ construxerat, fecit habitare: qui
« multas quidem pecunias in hoc mundo possederunt,
« sed cuncta pauperibus pro animarum suarum redemptione largiti sunt: & in eodem Monasterio permanserunt. Quorum vnus, scilicet Speciosus, dum pro vtilitate Monasterij, iuxta Capuanam vrbem missus fuisset: die quadam frater eius Gregorius, cum fratribus
« ad mensam sedens atque conuescens, per spiritum
« subleuatus, aspexit & vidit, Speciosi Germani sui ani-
« mam, tam longè à se positi, de corpore exire. Quod
« mox fratribus indicauit, & cucurrit. Iámque, eumdem
« fratrem suum sepultum reperit, quem tamen ea hora
« qua viderat, exisse de corpore inuenit. Verumtamen, à
« quodam huius loci Sapientium cui [14] Gauzbertus no-
« men, haud mediocriter studiis à pueritia liberaliter
« imbuto artium, huiusmodi præfatiuncula vitæ huius
« eximij Patris, superaddita est.

[13] *Monasterium apud Terracinam.*

[14] *Ganzbertus. Floriacẽsis Poëta.*

Germine, doctrina, meritis ac nomine clari
Abbatis, vitam continet iste liber.
Quem Deus aeterna faciens in sede potentem,
[14] Haeredem proprij nominis esse dedit.
Nam fuit, est, & erit, Benedictus iure vocatus:
Vt relegens eius gesta, probare vales.
De quibus, vt nulli dubitare liceret homonum:*
Eximium testem, promeruêre sui.
Romanus sed enim Praesul super aethera notus
** Gregorius, mundo haec compublicauit ouans.*
Schemate qua Dialogico, variauit honestè:
Lectori sermo gratior vnde foret.
Tum sequitur munus nobis diuinitus actum
Corporis eiusdem Patris, & ore Ducis.
Cuius ab exortu decoratur Nursia mater,
*Miratur puerum quem * piè Roma nutrix.*
Prouectu cuius veneratur Sublacus antrum,
[15] Pastoris fructus, sed Beneuentus habet.
[16] Florida Floriacus membra, de nomine, fundus
Aurelianensis, ast tegit ecce solo.
Gallia plaude satis, tanto donata patrono:
Eius & exemplis, te super astra leua.
Gloria Christe tibi, tali qui stemmate seruos
*Nobilitas proprios * : sicque paternè foues.*

14 Benedictus nominis Dei haeres.

* Liceat dubitare virorum.

* Mũdo Gregorius.

* Pia.

15 Casinum in agro Beneuẽtano positus est.

16 Corpus S. Benedicti apud Floriacum.

18 Faustus scripsit vitã S. Mauri cõfes.

* Carè adeoque foues.

Sanè post Beatum Gregorium [18]. Faustus vitæ sancti Mauri conscriptor, miraculum quoddam à benigno Patre nostro Benedicto patratum, sed ab eodem Pontifice præterminssum. Hoc modo refert. Quodam tempore sanctus Benedictus, à quodam Nobilissimo secundum seculi dignitatem viro exoratus est: vt ad domum eius dignaretur per semetipsum accedere. quo vxorem eius ac filium, quem nuper enixa fuerat, à dæmonio quo grauissimè pariter vexabantur, suis sanctis meritis & orationibus liberaret. At sanctus Domini, pro eo quod ei familiaris, pro aliquibus operibus

bus ab eo religiosè gestis existeret, ire non distulit, eósque integerrimè sanitati restituit.

Dehinc [19], Marcus quidam Poeta, ad eumdem Venerabilem Benedictum veniens, eiúsque magisterio se committens, aliqua in eius laude, Leuita ipsius, versibus exarauit. quæ ita se habent:

19 *Marcus Poëta, Discipulus S. Benedicti.*

De oratorio quod S. Pater Benedictus in summo monte condidit, vbi sacrificabat Ioui erronea paganitas.

CAPVT I.

Cæca profanatas, coleret dum turba figuras,
Et manibus factos crederet esse Deos.
Templa ruinosis his olim struxerat aris,
Queïs dabat obsceno sacra cruenta Ioui.
Sed iussus veniens, & eremo sistitur alta,
Purgauit sanctus hanc Benedictus humum.
Sculptáque confractis, deiecit marmora signis,
Et templum viuo, præbuit esse Deo.
Hûc properet cœlos optat qui cernere apertos,
* *Et hic memor & votum, semita dura, pium.* * Et seruet votum.
» *Semper difficili quæruntur magna labore,*
» *Arctam semper habet, vita beata viam.*
Hanc ego dum pressus, progressus fasce subissem.
Depositum sensi, pondus abesse mihi.
Credo quod & felix vita fruar insuper illa,
Ora pro Marco si Benedicte tuo.
Hunc plebs stulta locum quondam vocitauerat arcem,
Marmoreisque sacrum fecerat esse Deis.
Quem tunc si vero signasset nomine quisquam,
Tartareum potuit iure vocare chaos.
Ad quem cæcatis errantes mentibus ibant,
Improba mortifero reddere vota Ioui.
Sed puto peruersæ culmen signauerat aulæ,

Nomine nunc arcis, templa moderna vocant.
In quibus æterna damnorum porta gehennæ,
Arxque modo vitæ eſt, quæ fuit ante necis.
De qua ſtelligeri pulſatur ianua cœli,
Dum canit Angelicis turba beata modis.
De qua colloqueris vir ô Benedicte tonanti,
Monticola, & ſacri Dux eremita chori.

De Angelis qui oſtenderunt eiviam, qua pergere deberet.

CAPVT II.

AD quam, tu ex alio monitus cum monte venires,
Per deſerta tibi, Dux fuit ipſe Deus.
Námque duos iuuenes, biuium perduxit ad omne:
Qui te firmarent, quod ſequereris iter.
Hic quoque viuenti iuſtor[illegible] dixerat vni,
" His tu parce locis, alter amicus adeſt.

De tribus coruis quos alere ſolitus erat, qui eum à Sublacu, vſque Beneuentum, per quinquaginta ferè milliaria, ſunt ſequuti.

CAPVT III.

CRedéque ficta loqui, niſi ternis ſolus abiret.
Tres ſubito corui promeruêre ſequi.
Hic quoque te clamant, populos qui teſte requirunt,
Expectas noctis cum pia feſta ſacræ.
Qui velut orbati raucis, tibi fiere loquelis
Inſtant conuinctu quod caruêre tuo.
Te ſibi ſublato tenebris mons Cælius horret,
Et pallet nebulis concolor ipſe ſuis.

De

De Monachis, qui ex tribus Monasteriis, pro necessitate aquæ ad eum collecti, meruerunt ex petra aquam vbertim manantem adipisci.

CAPVT IIII.

MOerent, & largis distillant fluctibus antra,
Cúmque suis plangunt, arida lustra feris.
Ast tunc perdocto scopuli cessêre rubíque,
Siccáque mirandas, terra retexit aquas.
Certum est mons Christi, quod montibus imperet ipsis,
Subiectis pedibus, mons caput ipse tuis.
*Vt summum tu sancte Pater * vegetere cacumen,*
Submisso tumidam vertice planat humum.
Neve fatigentur qui te Benedicte requirunt,
Molliter obliquum ponit vbique latus.
[18] *Nunc mons ipse tamen, iustè tibi reddit honorem.*
Qui meruit tantum te decorante bonum.
Arida tu cuius, hortis componis amœnis,
Nudáque fœcundo palmite saxa tegis.
*Mirantur montes, scopula *, freta, nunc sua dona,*
Pomiferîsque viret, silua decora comis.
Sic hominum celeres in fructum dirigis artus,
Sicca salutifero flumine corda rigans.
Sic rogo nunc spinas, in frugem verte malignas,
Quæ macerant Marci, pectora bruta tui.

* Obscurum verbum.

18 Casini amantes.

* Scopuli.

Et hæc quidem Marcus in præconio spiritalis doctoris sui, Metricè lusit. Post eum Paulus sacri Cœnobij Casinensis Monachus [19], in historia Romana libro decimo sexto. taliter huius Sancti Patris nostri, facit
« mentionem. His ipsis temporibus, proculdubio quibus
« Bellisarius Patricius Vvandalos in Africa bello do-
« muit. Apud Castrum Casinum, post solitarium vitam,
« sancto degens Cœnobio, stupendis Beatissimus Pater
« Benedictus nec minus futurorum præscius, radiabat
« virtutibus. Porrò in historia gentis suæ [20], hoc est Lon-
gobar

19 *Paulus Lãgobardus, fecit historiã Romanam.*

20 *Idẽ fecit historiã gentis suæ.*

Digitized by Google

gobardorum vitam eiuſdem noſtri poſt Dominum Protectoris, Elegiaco metro deſcribere diſponens. Hoc ſumpſit exordium. Iuſtiniani Auguſti temporibus » qui Romanum Imperium felici ſorte rexit, qui & bella proſperè geſſit,& in cauſis ciuilibus mirificus extitit, » Beatiſſimus Benedictus prius in loco qui[21]. Sublacus » dicitur, qui ab vrbe Roma quadraginta millibus abeſt » & poſtea in caſtro[22] Caſino quòd Harum appellatur. » & magnæ vitæ meritis, & Apoſtolicis virtutibus effulſit. Cuius vitam ſicut notum eſt, Beatus Papa Gregorius in ſuis Dialogis,ſuaui ſermone compoſuit[23]. Ego » quoque Paulus, ipſius Sanctiſſimi Patris Monachus, » pro paruitate ingenij mei, ad honorem tanti Patris, » ſingula eius miracula,per ſingula diſtica,Elegiaco metro,hoc modo contexui. »

21 *Sublacus.*

22 *Caſinum olim Harum appellatum.*

23 *Paulus Monachus Caſinenſis.*

Ordiar vnde tuos,ſacer ô Benedicte triumphos?
Virtutum cumulos, Ordiar vnde tuos?
Euge Beate Pater,meritum qui nomine prodis,
** Fulgida lux ſecli. Euge Beate Pater.*
Nurſia plaude ſatis, tanto ſublimis alumno,
Aſtra ferens mundo. Nurſia plaude ſatis.
O puerile decus tracendens moribus annos!
Exuperánſque ſenes: O puerile decus!
Flos paradyſe tuus,deſpexit florida mundi,
Spreuit opes Romæ, Flos paradyſe tuus,
*Vas * pedagoga tulit confractum,pectore triſti,*
Lata reformatum, Vas pedagoga tulit.
Vrbe[24] *vocamen habens,tyronem cautibus abdit,*
Fert pietatis opem, Vrbe vocamen habens.
Laudibus antra ſonant,mortalibus abdita cunctis,
Cognita Chriſte tibi, Laudibus antra ſonant.
Frigora,ſlabra,niues perfers tribus impiger annis,
Temnis amore Dei, Frigora,ſlabra,niues.
Fraus veneranda placet,pietatis furta probantur,
Qua ſacer alius erat, Fraus veneranda placet.

* *Sæcli fulgida lux.*

* *Excuſſa antiquitas.*

24 S. Romanus.

Signat

Digitized by Google

Signat adesse dapes agapes, sed liuidus obstat,
Nil minus alma fides, Signat adesse dapes.
Orgia ritè colit, Christo qui accommodat aurem,
Abstemium pascens: Orgia ritè colit.
Pabula grata ferunt auidi ad spelea subulci,
Pectoribus latis, Pabula grata ferunt.
Ignis ab igne perit, lacerant dum viscera sentes,
Carneus ethereo, Ignis ab igne perit.
Pestis iniqua latens, oculo est deprehensa sagaci,
Non tulit arma crucis, Pestis iniqua latens.
*Lenia flagra vagam sistunt * modestimine mentem,* * Moderamine.
Excludunt pestem, Lenia flagra vagam,
Vnda perennis aqua, natiuo è marmore manat,
Arida corda rigat, Vnda perennis aquæ.
Gurgitis ima calybs capulo diuulse petisti,
Deseris alta petens, Gurgitis ima calybs.
Iussa paterna gerens dilapsus currit in æquor,
Currit vectus aquis, Iussa paterna gerens.
Prebuit vnda viam, prompto ad precepta magistri,
Cursori ignaro, Prebuit vnda viam.
Tu quoque parue puer raperis, nec occidis vndis,* * Mergeris.
Testis ades verax, Tu quoque parue puer.
Perfida corda gemunt stimulis agitata malignis,
Tartareis flammis, Perfida corda gemunt.
Fert alimenta Corax digitis oblata malignis,
Dira procul iussus, Fert alimenta Corax.
Pectora sacra dolent inimicum labe peremptum,
Discipuli excessum, Pectora sacra dolent.
Lyris amœna petens ducibus comitaris opimis.
Celitus attraheris, Lyris amoena petens.
*Anguis inique furis * Loco spoliatus & aris,* * Luco.
Amissis populis, Anguis inique furis.
Improbe sessor abi, sine dentur marmora muris:
Cogeris imperio, Improbe sessor abi.

Cerni

Cernitur ignis edax falsis insurgere flammis,
Nec tibi gemma micans, Cernitur ignis edax.
Dum struitur paries lacerantur viscera fratris,
Sospes adest frater, Dum struitur paries.
Abdita facta patent, patulo produntur edaces,
Muneris accepti, abdita facta patent.
Seue tyranne tuæ frustrantur retia fraudis,
Frena capis vitæ, Seue tyranne tuæ.
Mœnia celsa Neumæ nullo subruentur ab hoste,
Turbo ait euertet, Mœnia celsa. Neumæ.
Plecteris hoste graui ne lites munus ad aram,
Munus dum * fers aris, Plecteris hoste graui. * Fers dum
Omnia septa gregis præscitum est tradita genti,
Gens eadem reparat, Omnia septa gregis.
Fraudis amice puer suaso captaris ab Hydro,
Hydro non caperis, Fraudis amice puer.
Mens tumefacta sile, tacita ne carpe videntem,
Cuncta patent vati, Mens tumefacta sile.
Pellitur atra fames delatis cælitus escis,
Nilhominus mentis, Pellitur atra fames.
Pectora cuncta stupent, quòd eras sine corpore præsens,
Quod peruisa mones, Pectora cuncta stupent.
Vocis ad imperium sacris non esse sinuntur,
Intersunt sacris, Vocis ad imperium.
Tellus hiulca sinu, corpus propellit humatum,
Iussa tenet corpus, Tellus hiulca sinu.
Perfidus ille Draco mulcet properare fugacem,
Sistit iter vetitum, Perfidus ille Draco.
Exitiale malum capitis decussit honorem,
Id procul imperiis, Exitiale malum.
Fulua metalla pius nec habet, prómittit egenti:
Cælitus excepit, Fulua metalla pius.
Tu miserande cutem variant cui fella colubræ,
Incolumen recipis Tu miserande cutem.

Aspera

Aspera saxa vitrum rapiunt, nec frangere possunt:
Illesum seruant Aspera saxa vitrum.
Cur ò proconde times stillam præbere lechiti?
Dolia cerne. fluunt, Cur ô proconde times?
Vnde medela tibi spes est cui nulla salutis?
Qui semper metuis. Vnde medela tibi?
Ha lachrymande senex hostili concidis ictu,
Ictu sed resipis, ha lacrymande senex.
Barbara lora manus ignaras criminis arcent,
Spontè sua fugiunt. Barbara lora manus.
Ille superbus equo reboans clamore minaci,
Stratus humi recubat, Ille superbus equo:
Colla paterna ferunt extincti viscera nati,
Viuentem natum, Colla paterna ferunt.
Omnia vincit amor, vicit Soror imbre beata:
Somnus abest oculis, Omnia vincit amor.
Simplicitate placens instar petit alta Columbæ.
Regna poli penetrat, Simplicitate placens.
O nimis apte Deo, mundus cui panditur omnis!
Abdita qui lustras, O nimis apte Deo!
Flammeus orbis habet iustum super æthera nantem,
Quem pius * iussit amor, Flammeus orbis habet. * Vssit.
Ter vocitatus adest testis nouitatis habendus,
Carus amore patris, Ter vocitatus adest.
Dux bone bella monens, exemplis pectora firmas:
Primus in arma ruis, Dux bone bella monens.
Congrua signa dedit, vitæ consortia linquens.
Ad vitam properans, Congrua signa dedit.
Psalmicen assiduus, numquam dabat ocia plectro,
Sacra canens obiit, Psalmicen assiduus.
Mens quibus vna fuit, tumulo retinentur eodem,
Gloria par retinet, Mens quibus vna fuit.
Splendida visa via est, facibus stipata coruscis:
Qua sacer ascendit, Splendida visa via est.

Rupea

Rupea ſepta petens, nacta eſt errorre ſalutem:
Errorem euaſit, Rupea ſepta petens.
Poëmata parua dedit, famulus pro munere ſupplex,
*Exul, inops, tenuis, * Poëmata parua dedit.*
Sint precor apta tibi, caleſtis tramitis index.
O Benedicte pater, Sint precor apta tibi.

* Caramina. Carmina.

Hymnum quoque ſingula eiuſdem Patris miracula continentem, metro Iambico Archiloïco, ita texuimus.

Fratres alacri pectore,
Venite concentu pari:
Fruamur huius inclitæ
Feſtiuitatis, gaudiis.
Hac Benedictus aurea,
Oſtenſor arcti tramitis:
Ad Regna conſcendit Pater,
Captans laborum præmia.
Effulſit vt ſydus nouum,
Mundana pellens nubila:
Reſplenduit prodigiis,
Ventura ſeclo præcinens.
Laturus eſum pluribus
Sanis, reformat vaſculum.
Arctúmque dans ergaſtulum,
Extinxit ignes ignibus.
Fregit veneni baiulam
Crucis per arma, cymbiam:
Coërcuit mentem vagam,
Leni flagello corporis.
Funduntur amnes rupibus,
Redit calybs è gurgite:
Hoſtem ruina conterit,
Cedit fremens leo graue.
Immota ſit moles leuis,
Rogus migrat fantaſticus:

Digitized by Google

Fractum reuisit sospitas,
Excessus absentum patet.
Rector vafer deprænderis,
Inique possessor fugis:
Futura prænoscimini,
Arcana cor non contigit.
Fundatur ædes eminus,
Tellus vomit cadauera:
Dracone frenator fugax,
Æther pluit munismata.
Vitrum resistit cautibus,
Manant oliuo dolia:
Vinctum resoluit visio,
Vitam receptant funera.
Tanti potestas luminis,
Voto sororis vincitur:
Quo plus amat quis, plus valet.
Enare quam cernit polo.
Non ante seclis cognitum.
*Noctu iubar * effulgurat;* **Refulgurat*
Quo totus orbis cernitur,
Flammisque subuehi pius.
Hæc inter instar nectaris.
Miranda, plectro claruit:
Nam pinxit aptè lineam,
Vitæ sacræ sequacibus.
Iam dux alumni sat potens,
Adsis gregis suspiriis,
Gliscat bonis, Hydrum cauens.
Sit callis vt sequax tui.

Porro, desolationem ipsius sacratissimi montis Casini, quam beatus pater Benedictus, multo ante spiritalibus præuiderat oculis, necnon restaurationem eius, breuissimo narrandi genere curauit manifestare.

Digitized by Google

25 *Paulus Caſinẽſis licet inuitus, teſtimonium prabet. Trãslationi S. Benedicti.*

At[25] vero Tranſlationi ſacratiſſimi Corporis eiuſdem ſancti Patris ac ſororis eius Scholaſticæ, ad hunc Venerabilem locum Floriacum, licet inuitus, in ipſa Longobardorum hiſtoria teſtimonium præbuit. Quæ omnia, quia in primo libro Miraculorum, penè ipſius verbis exarata ſunt, nos interim ſuccincto genere narrandi, prælibaſſe ſufficiat. Illud ſanè non reticendum, quia Deo amabilis Abbas Odo[26], in laude eiuſdem Patris ſermonem facunda edidit eloquentia, & in ſermone quem de Sancto, conſcripſit Martino, huius non ſiluit præconia[27]. Smaragdus quoque, expoſitionẽ in ipſius Regulam commentatus, hos præmiſit verſiculos.

26 *Odo Abbas, edidit ſermonem de S. Benedicto. qui ponitur ſuperius.*

27 *Smaragdus Comentator regulæ S. Benedicti.*

Quiſquis ad æternum mauult conſcendere regnum,
Debet ad aſtrigerum mente ſubire polum.
Relligione pia, vitæ perquirere callem:
Scandere quo valeat, aurea regna celer.
Eſt Monachis Sancti Benedicti regula Patris
Perfectis: plana, ſuauis, & ampla via.
Aſpera ſed pueris, necnon tyronibus arcta:
Quos aluit gremio, lactea vita diù.
Hæc eſt ſancta via, prælucida ſemita cæli;
Carpere quam cupiunt, caſtra beata Dei.
Admonet hæc Monachos ſublimis Regula cunctos,
Vt rebus careant, regna ſuperna petant.
Propria dimittant, habeant vt propria cuncta,
Proſpera quæ ſociis calica regna manent.
Patribus à noſtris, in ſacro carmine legis,
Regia rectò gradis dicitur iſta via.
Hæc eſt vita bonis, necnon & norma ſalutis,
Arcus & arma piis, frigida tela malis.
Hanc nullus nolens, cupiens implebit & omnis:
Eſt quæ grauis grauibus, ſuauis & apta bonis.
*Florigeri Monachis * oſtendit hæc paradyſi*
*Regula, luciſluum * deſiderare locum.*
Hæc benè materno natos caſtigat amore,

* *Cæli iubet iſta docetque.*
* *Concupiiſſe locum.*

Arguit

Arguit erudiens, & ſine felle monens.
Hæc patienter eos tenero cum verbere nutrit,
Candida poſt obitum præmia multa dabit.
Pandit iter rectis, cæleſtia pandit amictis,
Currere ne pigeat, ſed patienter eant.
Examinat vitas, mores componit & ornat.
Librat & equiparat, & * moderando minat.
Ad nihilat paruum, iuſtum* conflaſcit vt aurum,
Limat & examinat, & poliendo librat.
Eſt ouibus virga gracilis, moderatio iuſta,
Lima pia * capiens, regna beata parans.
Arguit, obſecrat, increpat, atque libenter emendat,
Quos ſibi germano fœdere conſociat.
Nouit ad æternum Monachos perducere regnum,
Et ſociare choro dulciter Angelico.
Quamuis hæc ſocios cœli deducat ad alta,
Eſt tamen anguſtus callis, & arcta via.
Arcta pios celſi deducit ad atria regni,
Ampla malos putei mergit in ima nigri.
Nemo viam timeat Monachorum intrare per arctam,
* Ducunt ad aſtrigerum caſtra beata polum.
Ille poli poterit leuiter conſcendere celſa,
* Quem nocuo nulla pondere culpa grauat.
Aliger æthereus grauido cum corpore nullus
Verberat, æthereas ſæpè volando vias.
Nullus enim Monachus peccati pondere preſſus,
Stelligeri poterit regna ſubire poli.
Omnis enim Monachus lachrimis commiſſa lauare
Debet, & vlterius nulla lauanda pati.
Temperet interea Monachi diſcretio mentem,
Et via per medium regia ducat eum.
Vt caueat dextram ſolers, timeátque ſiniſtram,
Hortantur ſacra munia legis eum.
Triſtia non timeat, timeat ſed proſpera mundi,

* Et minuit moderans.
* Sic cõflat.
* Pie.
* Aſtrigero inducunt caſtra beata polo.
* Noxia quẽ nullo pondere culpa grauat.

Digitized by Google

Scandere tunc poterit, regna beata poli.
Quiſquis amat rutilos ſanctorum carpere fructus,
Actibus in cunctis conſocietur eis.
Moribus ornatus, & caſto corpore comptus
Viuat, & à Domino ſemper amatus erit.
* Sit. **Sic tacitus, humilis, mitiſſimus, atque benignus,*
Sit patiens, ſobrius, prouidus atque pius,
Indolis & doctis, ſapiens ac mente puſillus,
Conceptus, placidus, & benè cautus eat.
Excitet interea cordis compunctio ſontem,
* Mētis qui ſordes. ** Qui ſordes animæ, inluuiéſque lauet.*
Chriſmate perfuſo lachrymarum fuſio fonti
Æquiparat, maculas tergit vt ille nigras.
Tergit & ablutos paradyſi ritè colonos,
Efficit vt ciues iam ſine fine petat.
* Lauat. *Qui iugiter * laudes poſſint perſoluere grates,*
Viuere cum Domino, ſemper & eſſe ſuo.

28 Adhelmus Epiſcopus. Nihilominus[28] Adhelmus Anglus, primùm Abbas, poſt Epiſcopus factus: in libro De laude ſanctorum à ſe edito, huius S. Patris, hoc modo meminit.

Imperium mundi, florens cum Roma teneret,
Atque gubernaret, regnorum ſceptra per orbem.
Temporibus Fauſtus Benedictus claruit hiſdem,
Quem Deus Auſoniæ clemens indulſerat author.
Vt populum Domini, vadentem tramite recto,
Ferret ad æterni ductor veſtigia regni.
Quem prius abſtruſus ſæuis anfractibus error,
Truſit ad inferni torrentis tartara nigra
Sæpè tyrannorum contriuit templa priorum.
Qui Dominum lucis tenebroſo corde negabant.
Mox illic figens, victricia ſigna ſalutis.
* Ex. *Sic miles Chriſti, deuicto * hoſte triumphat.*
Baſilicam Domino reſtaurans æde renata,
Quis modus aut numerus, vel certe calculus index

Expla

Digitized by Google

Explanare valet virtutes illius amplas?
Quæ modulum & numerum excedunt, pro mole ſuorum,
Namque cadaueribus reddebat lumina functis,
*Quæ gelida mortis per vim fortuna * necarat.*
Auditu ſurdos,& claudos greſſibus ornat.
Ægrotos vegetat,membrorum viribus augens.
Dæmonis arma fugans,necnon & ſpicula frangens,
Hoſtibus exploſis,reſtaurat ſaucia corda.
Iſte capiſterium rimarum fragmine ruptum
Innouat,vt nutrix lachrymarum flumina fudit.
Peſtiferum calicem qui mortis pocula cinxit
Porrecta,rupit dextra per ſigna ſalutis.
Sic etiam calybem prolapſum gurgite Gothi,
Ad proprios iterum iuſſit remeare lacertos.
Primo qui ſtatuit noſtræ certamina vitæ,
Qualiter optatam teneant Cœnobia normam.
Quoque modo properet directo tramite ſanctus.
Ad ſuperûm ſcandens cælorum culmina cultor,
Cuius præclaram pandens ab origine vitam,
Gregorius Præſul carthis deſcripſerat olim.
** Donec ætheream felix migraret in arcem.*
Huius alumnorum numero glomerantur ouantes,
Quos gerit [29] in gremio facunda Britania ciues.
A quo iam nobis baptiſmi gratia fluxit,
Atque magiſtrorum veneranda caterua cucurrit.

* *Magis probo negarat.*

* *Æthereã donec.*

29 *Monachi S. Benedicti, Apoſtoli Anglia.*

Pari modo in præconio ſororis eius, Beatæ videlicet Scholaſticæ,aliquantos eidem carmini,taliter interſerit verſiculos.

Tempore Gothorum,fulſit virguncula quædam,
Quæ proprium ex ſchola[30] ſumpſit,Scholaſtica nomen.*
Hanc Deus vbertim cæleſti munere ditat,
Aurea virgineo lucrantem præmia voto.
De qua hoc præcipuum vitæ ramuſculus almæ

* *In hoc excuſanda antiquitas.*

30 *S. Scholaſtica, vnde dicta.*

Diuulgare ſolet, latus qua tenditur orbis.
Quod fratrem ſibimet germano fœdere iunctum,
Subnixis precibus geſtit compellere virgo,
* Acciperet. *Quatenus * acciperent ſacrorum dulcia noctu*
Fercula librorum, & ſancti conuiuia verbi.
Equibus affatim ſaturantur pectora plebis,
Atque ſaginantur ſanctorum corda virorum.
Sed fidus precibus frater non flectitur vllis,
Quin immo ſanctam contempſit voce ſororem.
Tum virgo Chriſtum pulſabat corde benignum,
Vt ſibi dignetur vulnus ſanare doloris:
Mox igitur calum nimboſo turbine totum,
Et conuexa poli nigreſcunt æthere furuo.
Murmura vaſta tonant, flammis commixta coruſcis,
Et tremuit tellus magno tremebunda fragore.
Humida roriſluis humectant vellera guttis,
Irrigat & terram tenebroſis imbribus aër.
Complentur valles, & larga fluenta redundant
Tunc manſit nolens, qui pridem ſponte negauit
Quod germana petit, deplorans anxia curis.
Sic Deus auſcultat deuota mente rogantes, »
Quamlibet à nullo ſolandi verba capeſſant. »
Et hæc quidam Adhelmus.

Ad extremum proprij clientes ipſius amantiſſimi
31 *Corpus S. Benedicti apud Floriacū.* 31 Patroni noſtri Benedicti, in præſentia Pretioſiſſimi Corporis eius apud Floriacum ſpeciali gratia educati, ad laudandum alumnum ſuum, haud ſegnes apparuerunt: in deſcribenda duntaxat Tranſlatione ſanctarum eius Reliquiarum, nec non miraculis, quæ per illum antiquis ſeu modernis temporibus, Chriſtus operari dignatus eſt. Nos quoque pro modulo noſtræ poſſibilitatis, poſt perſcripta quædam eius miracula, in ipſius laude hoc aggreſſi opus: videamus quibus adhuc ſanctis poſſit æquiparari Patribus. Æquetur fanè viro
Iudic.6. ſorti Gedeoni, qui hoſtes Iſraeliticæ plebis,

prælio

prælio aggreſſurus,prius Aram Baal de paterna exterminauit domo,nemúſque illi ſacratum,extirpauit. Sic & iſte fortis miles Chriſti, aëreis poteſtatibus,bellum in caſtro Caſino indicturus,oraculum Apollinis euertit : lucum ſuccidit,ac fanum eius,templum viuo præbuit eſſe Deo.Sanſon ille virorum fortiſſimus,mirabilium eius inuideat virtutibus. Ipſe etenim pro auulſione oculorum,deiecto ſolario,tria millia ſecum deleuit inimicorum. Hic autem Deo amabilis Benedictus , armis patientiæ fultus, inimicum ſuum Florentium, & deuitauit viuum : & ſolarij ruina contritum, fleuit fuiſſe defunctum.Sanſon neruos & vincula quibus ipſe ab inimicis alligatus erat, rupit : ac ſi ſtupea fila. Mitis Pater Benedictus , aliena , & quòd mirabilius eſt, ſolo intuitu, ſoluit ligamina. Thobias iunior , Archangelum Raphaëlem , meruit itineris habere ducem. Beato Patri Benedicto , duo Angeli in figura iuuenum apparentes : oſtendêre ei viam , qua ad caſtrum Caſinum pergere deberet. Daniel vir deſideriorum,ſagacitate aſtutæ mentis , furtiua Sacerdotum Belis deprehendit conuiuia.Strenuus Benedictus, Spiritus Sancti illuſtratus gratia : abſentium fratrum ſumptuoſa cognouit , ac detexit conuiuia.Ille Draconem extinxit , iſte fugitiuo fratri , Draconis ſpeciem obiecit, & antiqui hoſtis qui in ſerpente figuratur,callidas perſuaſiones , in eius corde mortificauit. De antiquis Patribus quibus aut æqualis miraculis , aut excellentior fuerit,ſatis dictum. Nunc iam , noui patres Teſtamenti perſcrutantes , inſpiciamus : quos aut potentia exæquet ſignorum , aut exuberet. Petrus [32] primus in Apoſtolorum ordine , primus ponatur in huius cauſæ ratione:cui hunc Inclitum Confeſſorem [33],Beatus Papa Gregorius non dubitauit coëquare , tàm in itinere aquæ,quàm in Sanctimonialium Excommunicatione. At [34] verò Doctori gentium illum coëquat, cùm cognita diuinitus Caſinenſis Cœnobij deſolatione,animas habitatorum eius loci , eum obtinuiſſe narrat , ita inquiens. Pauli vicem video tenuiſſe Benedictum

Iudic.6.

Iudic.16.

Thob.3.& 5.

Dan.14. 15.

32 *Petrus, primus in Apoſtolorum odine.*

33 *B.Benedictus,* S.*Petro Apoſtolo cõparatus.*

34 *B.Benedictus comparatus Paulo Apoſtolo.*

Greg.2.Dialog.

ctum, cuius dum nauis rerum omnium iacturam per- »
tulit, ipſe in conſolatione, vitam omnium qui eum co- »
mitabantur accepit. Ipſe ſanè egregius prædicator »
ſcribit de ſe, ter Dominum rogaſſe, vt auferretur ab
eò ſtimulus carnis, nec impetraſſe. Verax Gregorius
narrat de hoc ter Beato, poſt edomitam vepribus ac
vrticis carnis temptationem, tale quid deinceps eum
numquam ſenſiſſe [35]. Martinus ille toto orbe nomina-
tiſſimus, huius noſtri patris haudquaquam inuidet vir-
tutibus: quem ſecum gaudet regnare in cæleſtibus re-
gni ſedibus. Ille enim ab Aniciano, dæmonem qui eius
inſederat ceruicibus, ſola exſufflatione depulit. Iſte
duos Monachos, vnum ictu virgæ, alterum alapæ in-
cuſſione, ab antiqui hoſtis dominatione eruit. Brictium
ſibi derrogantem, abſens Martinus audiuit. Monachum
ſuperba in cogitatu loquentem, prouidus Benedictus
diuinitùs intellexit. Ampulla ſanctificatum à Martino
oleum continens, & in pauimentum marmore ſtratum
decidens, nequaquam confracta eſt. Vas vitreum cùm,
oleo, propter inobedientiam à Venerabili Benedicto
per feneſtram cellarij ſuper molem lapidum, projici
iuſſum: permanſit inleſum. Nec Anachoretarum choro
hic noſter patronus diſpar inuenitur, in ſignorum tro-
pheo [36], Macharius ille mirabilis, orationi inſtans, aſpe-
xit Dæmonem in veſte forata, varia vitiorum eremi-
tis ferentem pocula. Quem interrogans. Ohe maior »
ait, quo vadis? reſponſum ab illo accepit, quòd ad fra- »
tres iret, & varios affectionum guſtus illis propinare »
vellet. Præcipuus Monachorum Benedictus, dum ad
orationem pergeret, eundem antiquum hoſtem, in ſpe-
cie medici obuium habuit, quo tenderet inquiſiuit. Il-
le, reſpondit ſe ad fratres ire, potionem illis dare velle.
Macharius Theoctjſtum Dæmoniaca fraude vitiatum,
ſuis exortationibus, ad melioris vitæ reduxit ſtatum.
Benedictus ob diaboli deſpectum, vnum tantummodo
ſeni ab eò vexato incuſſit colaphum: & continuò red-
didit ſanum [37]. Anthonius inter Anachoretas eximius,
animam Pauli Eremitæ primi, vidit ab Angelis ad cæ-
lum

35 B. Benedictus in quibus S. Martino Turonenſi comparatus. S. Brictius.

36 B. Benedictus, Machario comparatus.

Greg. 2. Dia.

37 B. Benedictus comparatus S. Antonio.

lum ferri: ſinceritas Patris Benedicti, non ſolum ſororis Scholaſticæ ſpiritum, in columbæ ſpecie vidit ſcandere cælum: verum & Germani Capuani animam, in ſphęra ignea celſa penetrare polorum [38]. Illi ipſi antiquiſſimo, atque ideo primo Eremitarum Eliæ, quamuis iam per obſecundantes ſibi coruos ſit æquatus: videamus tamen, vtrum & in eius tranſlatione, ſit non diſpar à Deo iudicatus. Elias enim, curru igneo raptus eſt in cœlum. Amabilis pater Benedictus, via palliis ſtrata, ac inumeris coruſca lampadibus, alta conſcēdit polorum. Eliam dum tolleretur à ſe, flens inclamabat Elyſæus. *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael & auriga eius.* Diſcipulis venerabilis Benedicti, viam qua ad Dominum iocundus ibat magiſter, mirantibus: adſtans vir clarus. Haud dubium quin angelus, hæc verba conſolationis eſt effatus. Hac inquit via, dilectus Domino, cælum Benedictus, aſcendit. Hûc vſque quibus ſanctis hic Beatus Pater noſter Benedictus par apparuerit in Miraculis, diſputatum ſit: Nunc, eius dilectores ſuccinctim diſputando conſiderent, in quibus ſignis alios, excellere credendus ſit. Nam in eò quòd adhuc puerulus eremum petiit intrepidus, quodque carnis incentiua ſic edomuit in adoleſcentia, vt nulla deinceps libidinis pateretur certamina: aut rariſſima, aut nulla, aliorum iuueniuntur exempla. Quia verò eum, quem terra poſt obitum non tenuit, per impoſitionem Dominici corporis, ſepulturæ concluſit, & ligamina ruſtica ſolo intuitu ſoluit, Fratribus quoque quibus ſe ad conſtruendum Monaſterium venturum eſſe predixerat, apparuit Vniuerſum modum ſub vnius horæ momento conſpexit, via palliis ſtrata cœlos cōſcendit, vt pace omnium loquar ſanctorum, nullum ei video cōferendum. Licet enim [39] in trāſitu, Eliæ eum comparaſſe viſi ſumus: Hoc tamen humanis ſenſibus excellentius forè creditur. Quod hic amantiſſimus [40] Domini Benedictus, non ſubuectus aut raptus eſſe, ſed conſcendiſſe perhibetur.

De cætero, nos qui multa grauedine peccaminum preſsi, laudes tàm magnifici Patris agredi auſi ſumus,

38 *Elias primus Eremitarum.*

4 *Reg.* 2.

39 *In quibus S. Benedictus alios Sanctos excellit.*

40 *Pulchra obſeruatio.*

Digitized by Google

interim ſileamus:quia mens ſibi malè conſcia, pauet ſe tanta attemptaſſe prȩconia. Vnde huius Alumni noſtri, luce ipſa qua fruimur vitáque carioris Sanctiſsimi Benedicti,efflagitamus beneuolentiam : vt apud Omnipotentis Dei miſericordiam, peccatorum nobis obtineat veniam ,& per infinita ſecula , ſempiternam gloriam. Amen.

Explicit Aymoini Floriacenſis ſermo de S. Benedicto.

Verſus in hoc Sermone contentos, vt reperimus in textu reliquimus, Venerandæ Antiquitati deferentes:in margine tamen, nonnihil emendauimus

LIBER

Digitized by Google

LIBER VNICVS DE VITA SANCTI ABBONIS, FLORIACENSIS Abbatis, & Martyris.

Authore Aymoino Floriacensi Monacho.

EPISTOLA DEDICATORIA.

Reuerentissimæ vitæ viro. Domno Heruæo Clerico, Sancti Pontificis Martini Thesaurario. Aymoinus Monachorum Beati Patris Benedicti, sensu minimus, indeficientem æternæ vitæ thesaurum.

QVIA *superni gratia Redemptoris, tuam (Amantissime Domne) sibi vitam pudicam elegit ac placabilem, nos omnes quibus tua benignitas cordi est, gaudio gaudemus non modico. Reminiscimur enim, iucundam tuæ puericiæ indolem, quàm lenis sodalibus, quàm grata maioribus, (ac quòd magis est) quàm placita Deo fuerit, ac sanctis omnibus. Tua quoque sanctitas, memorem se forè ostẽdit, bonorum quæ in hoc sacro Floriacensi Cœnobio vidit, siue audiuit, exemplorum. Dúmque, quibus modis altioris vitæ vias incedat, cotidiè comminiscitur: præceptorum, ac assiduæ admonitionis nutritoris sui Sancti Patris nostri Abbonis, haud segniter recordatur. Cuius erga tuam dapsilitatem, sedula dilectionis curam, superfluum videtur*

S. Abbo Floriac. Abbas.

tur replicare.cum conſtet, id tuam beneuolam haud vnquam obliuiſci mentem. Vnde manu Sanctæ pulſatus charitatis,quia vel ab ipſo es dilectus,vel ipſum tua probatur dilexiſſe deuotio.ẽna dierum meam admonere dignatus ex paruitatem , vti vitam eius,ſeu quo ordine ad Martyrium peruenerit, literis mandare , ad multorum ſtuderem vtilitatem. Verum ego intelligẽs,hoc opus multorum diſplicere animis,tamen tuæ dilectioni quæ mihi à puero ſemper dulcis fuit,parere gliſcens:inerti licet ſermone,imperata ſtudui perficere. Et ſtoccipẽdens linguas derogantium , ad orationis tuæ , quam Deo beneplacitam noui,confugio auxilium:vt tuo interuentu,eius miſericordia,pro hoc opere, mihi conferat gaudia aterna.

Prologus Aymoini Floriacenſis ,in vitam S. Abbonis Abbatis & Martyris.

ANtiquæ Gentilitati , id quondam fuit ſtudij , vt eorum quos vnicè dilexiſſent, facta etiam inhoneſta,memorialibus mandarent literis : & pro illorum benè geſtis , laudes ſuis referrent Diis. Nobis verò qui per Chriſti gratiam , eorum euaſimus errorem , idem quidem ſtudium , ſed diſſimili intentione eſt habendum. Vt ſcilicèt Sanctorum vitas Patrum,ac Martyrum victorias, noſtris pandamus ſcriptis, poſt nos venturis ſeculis. Verùm hæc ipſa ad laudem noſtri referamus Creatoris, [1] per quem vel benè viuere, vel coronam potuerunt Martyrij percipere. Quapropter vnius dilecti Domini , Sancti videlicèt Patris noſtri Abbonis vitam, ſeu quo ordine peruenerit ad Martyrium,ruſticano licèt ſermone , aggrediamur ſcribere. Nec oportet quemquam dubitare , eum verè Martyrem forè, [2] quem conſtat pro veritate , quæ Chriſtus eſt , mortem pertuliſſe. Qui etſi non reuocabat homines à cultu Idolorum,laborabat tamen liberare,quod maius eſt, à ſeruitute vitiorum, [3] quibus qui aſſiduè dediti ſunt, non

1 *Sancti omnia à Deo habent.*

2 *Qui ſine verè Martyres.*

3 *Qui peccato ſeruit, demoni ſeruit.*

Digitized by Google

non Deo, ſed dæmonibus ſeruire probantur. Quòd verò non diù pœnis tortus eſt, nulla gloriæ eius vel laudi, damna infert: cùm conſtet, quoſdam Martyrum, ſola nominis Chriſti confeſſione, etiam abſque Baptiſmi perceptione, proprio per ſolam capitalem ſententiam perfuſos ſanguine, regna cœleſtia meruiſſe. Siu autem, quiſpiam idcircò ei crediderit derogandum, quòd in vita ſua, vix vllum mirabile fecerit ſignum, legat vitas excellentiſſimorum Doctorum Auguſtini, & Hieronymi, & in eis non prodigia temporàlium ſignorum, [4] quæ faciunt plerumque mali; ſed vitæ puritatem, doctrinæ ſalubris eloquentiam, & fidei inueniet laudari conſtantiam. Licèt hic ter Beatus, in vita ſua, non caruerit miraculorum gloria. His ergo contra obloquentes, ſi fortè aſſurrexerint, præmiſſis, iuuante nos Chriſti gratia, ac huius Sancti orationibus, propoſitum aggrediamur opus.

[4] *Miracula non reddunt, homines ſanctiores.*

Origo, & pueritia S. Abbonis.

CAPVT PRIMVM.

VEnerabilis igitur Abbo, [1] Aurelianenſi ortus eſt in pago. Cuius patris vocabulum Lætus, matris Ermengardis extitit. Quos quidem, non vana tumens & nobilitate ſuperbus alebat ſanguis; ſed tamen, auis atauiſque deriuata eos honeſtabat libertas. Quódque omnibus ſuperexſtat cauſis, timor Domini, moribus adornabat honeſtis. Talibus ergo Abbo ortus parentibus, in Floriacenſi Monaſterio, ſcholæ Clericorum, Eccleſiæ S. Petri obſequentium, traditur literis imbuendus. Diuina pro certo, vt credimus, id præordinante prouidentia, vt inde primordia ſumeret literarum, vbi poſtmodùm pleniſſimè fluenta doctrinæ, mentibus erat propinaturus ſapientiam ſitientium, redderétque illis, ſeu eorum poſteris, duplicatum ſuſcepti fœnoris fructum, à quibus ſimplicia tantùm acceperat rudimenta elementorum. Erant in eodem Cœnobio, duo præcellentes viri, quos carnis affinitas matri eius propinquos eſſe

[1] S. *Abbo fuit ciuis Aurelianenſis.*

Digitized by Google

effecerat: vnus dicebatur Gumboldus,qui relictis huius ſæculi nugis, ob Dei timorem, habitum Monaſtici ſuſceperat ordinis. Alter vocatus eſt Chriſtianus, qui ſub clericali veſte, Chriſto ſtudebat deſeruire, graue ſibi formidans diſpendium imminere, ſi eius non ſequeretur pro poſſe mandata:à quo nominis etiam proprij, duceret ſtigmata. Ambo amoris Domini igne feruentes,ambo in ordine Presbyteratus,[2] cum ſacrificio noſtræ redemptionis, ſeipſos quoque Deo in ara immolantes cordis.Horum itaquè feruenti admonitione, genitores memorati pueri Abbonis, ipſum ad ſeruiendum Chriſto, & Sancto Patri tradiderunt Benedicto.

2 Miſſa, ſacrificium noſtræ redemtionis.

☞ *Schola quondàm adeò inſignes atque celebres, in Cœnobio Floriacenſi habebantur, vt ſcholaſticorum in eis numerus,plus quinque millibus recenſeretur. Hi, Didaſcalis ſuis, muneris honorarij gratia, pro candelis, Edictiſve,in Pariſienſi Academia,noſtra ætate,Claſſium moderatoribus exiberi conſuetis: bina manuſcripta (eo quòd necdum typographica ars emerſerat)offerebant volumina. Quorum numeroſitas, locupletiſſimam Floriacenſem conflarat Bibliothecam, quam annis Domini 1561. & 62. diritas (aluinitica, inæſtimabili literariæ rei iactura,diripuit,diſſipauit,laceranit.*

S. Abbo efficitur Floriaci Monachus,dignéque in adoleſcentia vitam inſtituit.

CAPVT II.

AGebat eodem tempore, paſtoralis curam ſollicitudinis, in hoc ſacratiſſimo Floriacenſi loco, Reuerendiſſimus Abbas,[1] Vvilfaldus vocabulo, Deo charus,& omni populo. Huic igitur, à parentibus, iam dictus bonæ indolis Abbo puer,'traditus eſt, vt eius magiſterio eruditus, Chriſti efficeretur famulus. Ante quem, cùm in Conuentu Fratrum fuiſſet adductus, ab eo

1 Vvilfaldus Abbas Floriacenſis,vir magnus.

eo quo vocaretur nomine, eſſe dicitur inquiſitus. Ille continuò interroganti reſponſum dedit, Abbonem ſe dici aſſeruit. Tum Sanctus vir Vvilfaldus, Prophetico « mox Spiritu afflatus, alludens ad nomen: Abbo, ait, ſi « vltima immutetur litera, Patrem ſonat in Achiuorum « lingua. Et conuerſus ad puerum: Hinc iam, inquit, pue- « rorum dulciſſime, talem te Chriſto exibe, vt dignus in- « ueniaris tui nominis appellatione. Annuat hoc Omni- « potens Pater, *à quo omnis paternitas in cœlo nomina-* « *tur, & terra.* Téque ſua faciat ſeruare præcepta, vt ad « gaudia poſſis peruenire æterna. Poſt hoc dictum,[2] Monachicum ei tradidit habitum, facta priùs per parentes ſolemni traditione:[3] iuxta quod in Sancti Patris Benedicti, continetur diſcretiſſima inſtitutione. Traditus itaquè ſcholis, nulli ſodalium videbatur grauis. Inerat ei columbina ſimplicitas, ſerpentinæ copulata aſtutiæ, vt & per manſuetudinem leniret beniuolos, & per prouidæ mentis acumen, deuitaret ſubdolos. Iam verò literariæ artis profunda, tanta adhuc puerulus rimabatur inſtantia, vt à didaſcalis ſemel audita, firmiter intra cordis conderet arcana. Egreſſus pueritiæ tempora, frequenti meditatione, adoleſcentiæ ſatagebat reprimere vitia, ſciens ſcriptum: *Quia frequens meditatio, carnis eſt afflictio.* Quam idcircò iugi literarum exercitio domare curabat, vt ſpiritui eam ſeruire cogeret. Nec tamen vti à quibuſdam iuuenum fieri aſſolet, ob ſtudium lectionis, intentionem deſerebat deuotæ orationis. Religionis namque propoſitum Monaſticæ, quod habitu portendebat, id tota mentis deuotione diligebat. Et[4] quaſi pro quodam leuamine, poſt precum ad Dominum miſſa libamina, liberalium artium ſumebantur exercitia. Erat ei hoc præcipuum, adhærere lateribus ſenum. Et licèt certis horis, condiſcipulorum gauderet ſocietate ſuorum, in competentibus temporibus, vicinior efficiebatur ſenioribus.

Ephes. 3. 15.

2 *S. Abbo fit Monachus.*

3 *Regula S. Benedicti, cap. de profeſſione.*

4 *Literis nauare debent Monachi, gratia exercitationis: Orationi verò, gratiæ officij, ac vocationis*

Digitized by Google

S. Abbo ſit Rector ſchola Floriacenſis, & ad ſtudia pergit.

CAPVT III.

1 S. Abbo ſit magiſter ſcholarum, apud Floriacum.

CVm verò iam ad tantæ profeciſſet faſtigium ſcientiæ, vt aliis quoque percepti talenti, valeret donatiuum erogare. [1] Imbuendis præficitur ſcholaſticis. Quos ille per aliquot annorum curricula, lectione ſimul & cantilena, cum tanta erudiuit cura, vt palam ſe gaudere monſtraret, quòd pecuniæ ſibi creditæ lucra, augmentare valeret. Verùm ipſe adhuc maiora gliſcens ſcientiæ ſcrutari arcana, diuerſorum adiit ſapientiæ officinas locorum. Vt quia Grammaticæ, Arithmeticæ, necnon Dialecticæ, iam ad plenum indaginem affigerat, cæteras ingenio ſuo pergeret ſuperadjicere artes. Quapropter Pariſios, atque Remos, ad eos qui Philoſophiam profitebantur profectus, aliquantulùm quidem in Aſtronomia, ſed non quantum cupierat, apud eos profecit. Inde Aurelianos regreſſus, Muſicæ artis dulcedinem, quamuis occultè, propter inuidos, à quodam Clerico, non paucis redemit nummis. Itaquè, quinque ex his, quas liberales vocant, pleniſſimè imbutus artibus, ſapientiæ magnitudine cunctos præibat coætaneos. Supererant Rhetorica, necnon Geometria, quarum plenitudinem etſi non vt voluit attigit, nequaquam tamen ieiunus ab eis funditùs remanſit. Nam & de Rhetoricæ vbertate facundiæ, [2] Victorinum quem Diuinæ interpres legis Hieronymus, præceptorem ſe habuiſſe gloriatur, legit. Et Geometricorum multiplicitatem numerorum, non mediocriter agnouit. Sic demùm viuaci mentis ingenio hæc vniuerſa, ſtrenuè aſſequuto, facilis erat eorum operatio. [3] Denique, quoſdam Dialecticorum nodos ſillogiſmorum, enucleatiſſimè enodauit, Compotique varias & delectabiles, ſecularium in morem tabularum, texuit calculationes. De Solis quoquè, ac Lunæ, ſeu Planetarum curſu, à ſe editas diſputationes, ſcripto, poſterorum mandauit notitiæ.

2 Victorinus Rhetor, S. Hieronymi præceptor.

3 S. Abbonis opera varia.

S. Abbo

Digitized by Google

S. Abbo, doctum in Angliam pergit.

CAPVT IIII.

INtereà legatio Gentis Anglorum, ad Floriacenſe venit Cœnobium, poſtulans aliquem ſibi ſapientum concedi virorum. Eadem quippè natio ad amorem Sancti Patris Benedicti, memoratíque loci, duabus ex cauſis, maximè acceſſit. [1] Vna quidèm, quia Beatus Papa Gregorius, miſſis ad eam conuertendam fidei Chriſti prædicatoribus, eiuſdem dilecti Domini Benedicti Regulam obſeruandam, ſpecialibus inculcauit. Alia quidèm, eo quòd vir quidam magnæ apud eos nobilitatis, [2] Oſuvaldus vocabulo, ſpreto ſeculo, ad ſeruiendum Chriſto, in memorato Floriaco conuerſus eſt Cœnobio. Ex quo ob bonæ vitæ meritum, à Rege ipſius prouinciæ, ad Archiepiſcopatus aſſumptus gradum, Deo, ac patrono ſuo Sancto Benedicto, in regione Anglica conſtruxit Monaſterium. Ex illo itaquè Cœnobio, hi fuêre legati, quos ad Floriacum aduenisſe ſuperior retulit ſermo. Prœrat per iddem tempus Sanctæ Floriacenſi congregationi, Reuerendus Pater [3] Oylboldus, vir ſecundum ſeculi dignitatem genere ac moribus clarus. [4] Qui non tàm imperioſa authoritate, quàm manſueta verborum lenitate, ab hoc Beato exegit viro Abbone, quatenùs ad inſtruendas eiuſdem nationis hominum mentes, Diuina atque humana ſapientia, qua ipſe inſigniter pollebat, ire non recuſaret. Cui ille, iuſſionis haud ſegnis executor factus, obedientiæ ſibi familiaris intuitu, quò nitebatur, proficiſci non diſtulit. [5] Et quamuis inuidi ac calumniæ compilatores, eidem Dei homini perſuadere conarentur, Abbatem memoratum malo accenſum dolo, ipſum trans maria ideò velle dirigere, vt nunquam amplius inde valeret redire. Ille tamen de Dei fitus bonitate, illud Apoſtolicum ſemper reuoluebat in corde: *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Verùm aliter ſe rem habere, oſtendit apparatus itineris, qui magnificus à Domno Oylboldo proficiſcenti collatus eſt.

1 *Regula S. Benedicti Profeſſores, Apoſtoli Angliæ.*

2 *Oſuvaldus Archiepiſcopus, Monachus Floriacenſis extitit.*

3 *Oylboldus Floriacenſis Abbas.*

4 *Subditis imperãdi modus efficax, à bonis imitandus Abbatibus.*

5 *Inuidi, ſemper diſſenſiones ſerunt, & omnia in peiorem partem interpretantur. Rom. 8. 28.*

Digitized by Google

6 A Morinis breuis tranſitus ad Anglos.

Cúmque ad [6] Morinos ventum eſſet, à quibus breuiſſimus ad Anglos tranſitus eſt, per vnum fermè menſem in litore reſedit, prohibentibus nautis, mare turbidum ingredi. Tædio itaquè longæ defatigatus moræ, vna dierum progreſſus ad portum, euocatum interrogat nauclerum, an tutò mare ingredi poſſit. Cui nauclerus, nunc quidèm nequaquam vtile forè dixit. Sed ex auarum ſpiramine ſe intelligere, quòd non diù, proſpera abeſſet nauigatio. Tunc vir Domini ait: Si, inquiens, » Omnipotenti Deo, interuenientibus Sanctiſſimi Patris » noſtri Benedicti meritis, placet, vt ego ob aliorum vti- » litatem, hoc tranſeam pelagus: ventura luce, placidum » efficiatur mare. Sin aliàs Summo placuerit Opifici, » data die, retrogrado calle incipiam regredi. Igitur ad » hoſpitium regreſſus, Monachum quemdam, qui legatis ſe deducentibus præerat, Riculeum nomine admonet, vt in commune Dominum orarent, quò, ſi illi propoſitum non diſpliceret, itet proſperare dignaretur: ſi verò id reprobaret, cordibus eorum, voluntatem ad propria redeundi inſpiraret. Quo annuente, poſt [7] veſpertinam ſynaxim Deo perſolutam, ambo ad [8] orandum ſolo proſternuntur. Finita oratione, quieti membra dederunt. Et ecce crepuſculò ſequentis diei, affuit nuncius naucleri, magna eos ad proficiſcendum voce inclamans. Itaquè aſcenſa naui, comitantibus aliis octo nauibus, cùm in altum proceſsiſſent, [9] repentè conſpiciunt Marſuppas, & Porcipiſces in fluctibus ludere, Balenas dorſa in modum maximorum tectorum attollere. Hæc omnia indicia imminentis tempeſtatis fore, vir Dei à nautis audiens, ad orationum recurrit nota præſidia. Nec defuit effectus eius precibus. Deniquè orta tempeſtate, nauis in qua homo Chriſti reſidebat, cum aliis duabus, quæ illam ſequutæ fuerant, illæſa ad portum perlata eſt: reliquæ verò ſex, ſimul cum hominibus, procellis & impulſu piſcium quaſſatæ, perierunt. Hoc ſignum per eum Dominus operari dignatus eſt, cùm adhuc [10] Leuitarum fungeretur officio.

7 Veſpertina ſynaxis.

8 Modus orandi.

9 Signũ tempeſtatis.

10 S. Abbo Leuita.

S. Abba

S. Abbo in Anglia docet, ac honore afficitur.

CAPVT V.

TAndèm post longos terræ ac maris excursus, Anglorum intrauit fines. Primùm itaquè omnium, [1] Rameſense S. Benedicti adiit Cœnobium. Sic enim appellabatur ille locus, qui à Venerabili Osuvaldo, illis in partibus est fundatus, cuius superiùs mentionem fecimus. In quo, qui Abbatis fungebatur officio, [2] Germanus dicebatur vocabulo, & ipse ad tanti gradus honorem, ex hoc sacro Floriacensi assumptus Monasterio. Vbi dum Sanctus Domini Abbo, per duorum fermè annorum moratur spatium, aliquos Monachorum scientia imbuit literarum. Intra eorumdem sanè spatium annorum, Regem adiit Anglorum, ac eius Ducem Hehelguinum. Sed à Rege verba tantùm, à Duce verò condigna suæ Sanctitati suscepit munera, atque in magna apud eum, quamdiù cum ipso fuit, est habitus reuerentia. Pontificum quoque Venerabilium, sæpe nominati Osuvaldi, ac Beatæ memoriæ Dunstani, amica sibi familiaritate vsus est. Horum prior Eboracensium: sequens [3] Cantuariorum Archiepiscopus fuit. In quorum vita moribúsque, sibi benè complacuisse Christi ostendit gratia, eorum tumulos, nunc vsque, Miraculorum illustrando gloria. Hi in tanta admiratione, hunc Beatum habuère virum, vt in eo retinendo, charitatiua, & vt ita dictum sit, discordi inter se, dissiderent concordia.

1 *Cœnobium Rameſense in Anglia.*

2 *Germanus Abbas, Monachus Floriacensis.*

3 *S. Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis.*

S. Abbo, Anglia Floriacum reuertitur.

CAPVT VI.

PEr idem tempus, à Venerabili Abbate suo Oylboldo, literas suscepit, paternæ duleedinis sollicitudine refertas. In quibus inter alia monetur, vt ad sua quamtociùs reditum mutaret, ac desiderantum se conspectibus repræsentet, De quibus, nos principium, & quædam alia excerpentes, huic inseruimus volumini.

Digitized by Google

Hoc ergo ipſa epiſtola habebat exordium:Præſcientia » Dei Abbas Oylboldus, & omnis concors Patris Bene- » dicti congregatio;Dulciſſimo Fratri Abboni,quidquid » Pater filio, quidquid amicus amico. Gratiæ Omnipo- » tenti Deo , qui tuo inſpirauit cordi , vt in Babylonica » captiuitate , memor eſſes , gratiſſimæ Syon. Hoſtiam » iubilationis immolamus , quòd per tuas literas , cor » noſtrum lætificatum eſt , & quòd de te maximè time- » bamus,à memoria & mente noſtra expulit.Verè fauus » diſtillans ſunt labia tua , quæ diſtillauerunt verborum » fluenta,ſuper mel & fauum, gutturi noſtro dulcia, quæ » ſuper aurum & argentum recepimus,penéſque nos ſer- » uamus. Atque poſt pauca:Quamdiù tu lucerna ardens » & lucens , & cæteri quoquè Soles , domum Domini, » prudentiæ, iuſtitiæ,& temperantiæ ſpeculo irradiaſtis: » gaudebant Patres in filiis , lætabatur Pater noſter Be- »

1 *Philoſophia docebatur apud Floriacum.*

nedictus in ſuis alumnis , quos ab ipſis incunabulis [1] » educauerat , Philoſophiæ alimentis. Tandèm , ipſe vir » Domini Abbo,iuxta commonitionem honorabilis Pa- tris ſui Oylboldi , natiuæ faciem ſtatuens reuiſere tel- luris , à memoratis Pontificibus , optimis honoratus muneribus. Et à Venerabili quidèm [2] Dunſtano , magnifica excepit munia, in argento, Sancto Patri perferenda Benedicto. A Domino verò Oſuvaldo, [3] cum gratia Presbyteratus, etiam cuncta eidem gradui congrua miniſteria , eſt adeptus. Rediens igitur, multiplicem ſecum aduexit gazam , in ſuis ſpeciebus dignam vitæ eius continentem ſignificationem. [4] Nam armillæ torqueſque aureæ , congruam benefactorum dictorúmve eius,ſignificauêre remunerationem:veſtes verò Sacerdotales,præſentis futuræve gloriæ portendebant nitorem. At aureus Calix , & numeroſum argenti nomiſma, innocentis puritatem vitæ, ac rutilantis præſagiebant eloquij iubar.Quibus omnibus, poſt ſuam ad Floridi nominis Cœnobium reuerſionem , ita mirificè pollebat, vt in multorum & quos anteà latuerat,notitiam deueniret.

2 *S. Dunſtani munera, S. Benedicto apud Floriacum directa.*

3 *Abbo fit Presbyter.*

4 *Armillæ & torques Monacho erudito datæ.*

I O A N

Digitized by Google

IOAN. A BOSCO SVPER PLVRIVM

Cœnobiorum, à perfectione Regular. Benedict. obseruant. in plerisque Gall. Monast. decessione Breues Tibreni.

M. ALEPH.

QVomodo sedet in Galliis apud plærâque Cœnobia depressus Benedictinus Sanctissimus Ordo, factúsque est quasi exutus decore antiquo & pristina gloria, à quo veræ pietatis normâ doctrinæque lucé, olim Pontifices, Reges, & populi solebât mutuarit

2. BETH.

Ploret, quia multi in eo Cœnobitæ dùm Deo strenuè militare deberent atque ex puro & sincero mundum affectu spernere; secularib. rursum se implicât reb. sensímque labent, ac caducor. impetu abrepti; internarû passionum reformationé, filialem cum Deo vnionem, assiduum sacrarû literarum, post regular. persolut. sitè preces, in solitudine ac silétio studium, atque animarû, (quantum Cœnobitica institutio permittit) iuuamen deserunt ac fastidiunt, ex quo ab hominibus, propter illos, totus penè Ordo exiguo iam in prætio habetur.

3. GIMEL.

Migrauit & cotidie migrat quilibet purioris animi vir, discretionis assequutus annos & nacta facultate legitima, ab eiusmodi in quibus Regul. nó custod. Monasteriis, propter difficult. tuendæ inter plures remissè cóuersantes, Deo solénibus votis núcupatæ seruitutis. Et dum in singularibus beneficiis inter gétes habitat, vt inueniat requié, ex insperato miratur se ab omnibus vitiis (quæ plus cæteris regularem vitam professos ob illorum status eminentiâ infestant) pulsari, & quandoque apprehédi: inter singularis habitationis angustias.

7. DALETH.

Viæ Syon lugent, eo quòd iam vix reperiatur vir vel adolescens indole paulò limpidiore, qui S. Benedicti Ordinem apud talia Cœnobia velit sua spôtè profiteri: at si qui iam annos pubertatis excedunt, professantur, aut ad ea ex aliis Monasteriis aduolent, beneficiorum atque officiorum commodo inescantur, aut defectu mentis corporisve notabiles à parentibus

preceptionis,& quandoque prætio intruduntur, vel prolis laxioris faſtidio, dum adhuc puerili ſunt, obtruduntur. Vnde calore natiuo cum annis ſuccreſcente,vel libertatis dulcedine pruriéte,ob ſpiritualis educationis penuriam, ipſi iugum Dei excutere ſatagunt, aut ſi aliqua occaſione portare compelluntur: ſub onere gemunt. Sed & in ſimilibus ſanctimonialiũ Cœnobiis,virgines alieno impulſu detruſæ,tædio,grãdiores effectæ, ſqualent,& ipſæ oppreſſæ amaritudine.

n. He.

Facti ſunt hoſtes Ordinis S.Benedicti apud Gallias in capite: carne mundóque pluribus ipſius nominetenus profeſſoribus,dominantibus: quia pluſquam par eſt,relicta penè pietate quæ ad omnia vtilis eſt, ſcientiáque Dei neglecta quæ carnis iugulat vitia ac animi ſtrangulat paſſiones,ſectatur tanquã verum iter perfectionis, geſtationé tantũmodo habitus regularis irregulari & ab Inſtitutoris mẽte aliena forma compacti, abſq; ipſius myſticæ ſignificationis exhibitione. Vnde Regulare ſchema in illis,vix à ſeculari amictu diſcretum,ſæpè captiuũ ducitur ante faciẽ carnis tribulãtis.

1. Vau

Egreſſus eſt, ptoh dolor! à filia Syon omnis decor eius, dum à pleriſque Benedictinorum Cœnobiis interna recollectio atque doctrina ſunt effugatæ, ac ipſarum loco,cuique quod ſibi arridet permiſſa eſt faciendi facultas. Vnde facti ſunt hodie plurimi Cœnobiis Præfecti, velut arietes amplius gregem in orbita continere nó valentes, abierúntque etiam ipſi abſque fortitudine,ante faciem ſubſequentis.

i. Zain.

Recordare vel nũc Sacer Ordo dierum afflictionis tuæ,& præuaricationis omnium deſiderabiliũ tuorum (internæ ſcilicet dulcedinis, bonarum literarum,obedientiæ,atque Apoſtolicæ vitæ cõmunis)quæ habebas olim,dum caderent Gẽtiles in manu tua hoſtili. Vacas iam otio in multis tuis alumnis, atque poſt abſolutas regulares preces, ignauiæ aut illicitis incũbendo negotiis,à bono quieſcis,ad ruinã tuam ſic(crede)quieſcendo

cendo laborans. Vidéntque te Neotherici hoſtes tui, & talia tua deridenť Sabbata.

ה. He th.

Peccatum peccaſti, recedendo à ſenſu tui Inſtitutoris : propterea deſpicabilis factus es. Omnes qui te olim glorificabant, modò ſpernunt te: & ad nouos Ordines: meditationi, ſacris ſtudiis, & ſaluti proximi, poſt moderatas vocales Dei laudes, vacantes, conuertuntur : quia vident ignominiam & ſterilitatem tuam : tu autem gemens, conuertere retrorſum.

ו. Teth.

Sordes tui, id eſt, peculium in pedibus tuis. Non es recordatus finis tui, qui à Patre Benedicto in Regula præfixus tibi fuit. Nempe vitia eradicare, cum Deo vniri, proximi ſalutem promouere. Vide, Domine, afflictionem tanti Ordinis, quoniam in Galliis, malum eius occaluit valdè.

י. Iod.

Manum ſuam miſerunt hoſtes Cœnobiticæ vitæ, ſæculares, ad omnia deſiderabilia eius : quia non iàm, vti quondam, Angelos, ſed homines vitiis & inertiæ deditos, vident ingreſſos Sanctuarium eius. De quibus S. Benedictus, & veteres Cœnobiorum Inſtitutores præceperant, ne intrarent in Eccleſias ſuas.

כ. Caph.

Omnis populus eius gemens, & quærens panem, explosa vita Apoſtolica, atque communi. Et Prælatis, ea quæ Regula ſtatuit, ſubditis minimè impertientibus, dederunt pretioſa quæque pro cibo, & ſibi neceſſariis, aut honeſtis alimentis, ad refocillandam animam. Ex qua re, factus eſt Ordo vilis, ac oneroſus : eo quòd neceſſum eſt, vt qui in Dei mandatis haud delectatus, cum mundo iocundari nitatur.

ל LAMED.

O vos omnes cæteri, qui nunc in Galliis floretis, ac feruetis noui Ordines, tremite, & pauete ad iudicia Dei. Attendite, & videte, ſi eſt deſpectus, ſicut deſpectus meus: quia abieci mentalem orationem, ſacrarum literarum ſtudia, vitámque communem.

מ MEN.

De excelſo Dominus miſit ignem in oſſibus meis, dum S. Abbonis Martyris, atque Floriacenſis Abbatis, vitam lego, quæ erudiuit me: factáque eſt ipſa rete pedibus meis. Conuertam me retrorſum, & ipſius Deo gratam, Regulæ S. Benedicti conuenientem, atque proximo proficuam, viuendi rationem ſectabor.

נ. NVN.

Vigilauit quippè vſquè modò, iugum miſeriarum mearum: ac licèt infirmata ſit virtus mea, non tamen dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere.

ס. SAMECH.

Abſtulit, ſcio, Dominus, omnes magnificos meos, de medio mei. Ego verò pietate, & ſacra lectione, cum Dei gratia efficiam, vt per Summi Pontificis Pauli V. indefeſſam vigilantiam, & Chriſtianiſſimi Henrici IIII. Regis, ad deperdita reſtauranda, de cœlo miſſi, fauorem, atque benignitatem, refloreſcat decor meus.

ע. AIN.

Idcircò ego irrequietabiliter non ploro, nec oculus meus deducit deſperationis aquas: quia longè non eſt factus à me conſolator, nec penitùs facti ſunt filij mei perditi: ſed quia apud vicinas prouincias, & in meo ſinu, plures eximios Patres gero, qui (ſi eos Chriſtianiſſimus

niſſimus Rex accerſiuerit) me priſtino reſtituent nitori.

ה. Phe.

Expandit iam quædam Gallicana congregatio,quodammodò ad Deum manus ſuas. Sed dum Camelli, qui in ea ſunt,gibbos ſuos deponere horrent, facta eſt quaſi Ieruſalem polluta menſtruis, inter eos. Nec enim ad hoc , ſacrum Concilium Tridentinum , Congregationes Monaſticas in Prouincias reduci inſtituit, vt Epiſcoporum iuriſdictioni tantùm,Cœnobia ſubduceret. Verùm, vt magis, mutuis ad virtutem impulſionibus, antiqua in Ordinem ſanctitas reuocheretur.

ץ Sade.

Iuſtus eſt Dominus , qui non patitur ædificium carne cœptum, ſpiritu conſummari. Audite,obſecro,vniuerſi Benedictini. Vt quid fruſtrà , labore & expenſis conſumimini?Supra vires eorum,qui illud attemptant, eſt iſtud reformationis negotium.Nunquam enim Dominus permittet , ab his qui communem vitam nolent verè atque perfectè amplecti , Ordinem S. Benedicti reformari.

ק. Coph.

Vocaui (ait Inclitus ille ſacérque Ordo) omnes amicos meos , ad Congregationes cœtûſque generales:& ipſi deceperunt me,ſéque ſimul.Sacerdotes mei, & ſenes mei,in vrbe quæ caput eſt Regni, atque in Regia Aula litigando,inuicem conſumpti ſunt : quia quærebant ſua, non quæ Ieſu Chriſti : noluerúntque relinquere cibum ſuum, dignitates,beneficia, officia, atque primos recubitus in Cathedris,& vocari Rabbi:quibus næniis,hactenùs miſeras ſuas refocillarunt animas.

ר. Res.

Vide,Domine, & ſuſcita cor Pulli Diuinitatis Henrici IIII. Regis , Franco-Gallici decoris,per omnia

reſtauratoris, vt incipi efficaciter genuinam & ſinceram,non verò fucatam, atque exteriori tantummodò ſtibio perlinitam curet reformationem: ordiendo à Sanctuario Floriacenſi, *in quo abſque aliqua ambiguitate, ad eximiam Regni ſui gloriam, Sacer iacet Benedictus, Monachorum Dux atque Pater.* Quia cùm illud ob preſentiam Corporis Sancti Legiſlatoris Benedicti, ſit Ordinis iſtius in Galliis cor. Si cor ſubuerſum ſit, ſemper in amaritudine vniuerſus Ordo erit. Hoc verò iam felicibus auſpiciis in Luſitania, Hiſpaniáque, à Regibus curatum,atque effectum: & illis ſplendorem, & Ordini vitam attulit, ipſis Regnis vtiliſſimam, ac Eccleſiæ Dei iucundiſſimam.

℣. Sin.

Audierunt cæteri Ordines, quia Ordo Gallicanus S. Benedicti ingemiſco ego: & quòd ab annis centum, vſque ad hanc diem, non fuit in me congregatio, quæ in veritate conſolaretur me. Nam licèt ante dimidium ſæculum,Caſalis Benedicti cœtus inſtitutus fuerit:non tamen vſque adeò ramos expandit, vt totum meum corpus ſub vmbra ſua contegeret.Noua verò ac nupera Gallica reformatio,quia in ſuis initiis deſuper irrorata minimè fuit:ſterilis effecta eſt,ſéque totam litibus & iurgiis mutuis implicando, vulneribus confodit vitalíque ſanguine exhauſit.Neotherici autē,alij qui cæteris feruidiores reputantur:quia noua quæque, hominum alliciunt animos. Audierunt malum meum, lætati ſunt, quia tu Domine Deus feciſti. Sanctuaria mea ab Optimatibus, intuitu meæ in Rempublicam (vt aiebant) aridiratis, variis extorſerunt artibus. Quaſi ego ipſe Benedictinus Ordo, iam pluſquàm millenarius, dum antiquarer & ſeneſcerem,multis in Gallis, ac diuerſis orbis reformationibus,per varias ætates non refloruerim:iuuentutémque meam ad inſtar Aquilæ, non renouarim. Quaſi is haud ſim, qui S. Franciſcum Aſſiſiatem Minorum Patriarcham,à cunctis,initio erectionis ſui Ordinis exploſum, benignè ſuſcepi, & prima

Eccle

Ecclesia atque tecto, donaui. Qui Angelicum Doctorem Thomam Aquinatem, Prædicatorum decus & ornamentum, atque Theologorum verticem, in Casino, & pios mores, & elementa literaria docui. Qui Ignatium Loyolam, seculo bellum indicentem, in Monteferrato amplexus fui, & cœlesti militiæ ascripsi: in Casino exercitiis spiritualibus perpolliui, atque confirmaui: & Romæ, apud Sanctum Paulum, vota Deo nuncupantem sua sodalitûmque, excepi. Qui viginti quinque Summos Pontifices, cũ innumeris purpuratis Patribus, atque Archiflamminibus, Antistitibus, & Abbatibus, Ecclesiæ protuli. Qui tres Imperatores, vndecim Imperatrices, viginti duos Maximos & strenuos Reges, vnam & quadraginta Reginas, infinitósque Principes viros, ac fœminas, meis sacratis lacernis atque colobiis vestiui, peplisque & flammeis obnupsi. Qui inferiores terræ partes penetraui, Antipodas adiui, Americæ Peruanæ Apostolos dedi, & Noui orbis, atque Indiarum Protopatriarchain, è meis Monserratensibus visceribus peperi. Qui vniuersum penè Septentrionem, atque adeo plures Europæ partes ritibus Euangelicis concluſi. Parisiensem, & alias sparsim per orbem Academias, erexi. Qui denique, vt alia innumera sileam, libris & scriptis mundum, Ecclesiam optimis moribus variis vtilibus institutis & diuitiis, necnon cœlũ Sanctis repleui, locupletaui; propagaui. Verùm, postquàm adduxerit mihi Dominus diem consolationis, illi qui modò me subsannant, fient similes mei.

Prima pars Chronicõ fratrũ minorũ. Surius post S. Antonium in vita S. Thomæ. Ribadeneira in vita Ignatij. Vvionius mul: in Ligni vita locu.

Gonsalues Ferdinandus Ouetensis, Histor. gener. Noui orbis, lib. 2. cap. 8. Genebrardus lib. 4. Cronol. Petrus Cieza, 2. part. hist. Indicarũ, Fungus in hist. Gallicarum rerum Indic. lib. 1. c. 2.

Π. Thav.

Ingrediatur minimè, Domine Deus, per merita serui tui Patris mei Benedicti, omne malum aduersantium mihi, coram te: nec vindemies eos, sicut vindemiasti me, propter iniquitates meas. Sed me senescentem, veterum (quæ antiquitas ad prodigium vsque erexit, quæque posteritas miratur, & ostentat) instar ædificiorum, restaura, fulci, & adminicula. Alios flo-

rentes Ordines, quorum portionem ætas hæc vidit, tuere,atque conſerua. Cunctíſque Spiritum tuum innoua, atque irrora: vt omnes, iunctis lacertis, vitia ſuperemus,paſſiones domemus, Peccatores ad te adducamus, tuam ab Hæreticorum latratibus & morſibus Eccleſiam tueamur, atque Chriſtianiſſimi Dauidis Franco-Gallici Henrici IIII. Regis noſtri,Coniugis eius caſtiſſimæ,lectiſſimæque,Sobolis denique eorum fauſtæ ac felicis, atque totius Monarchiæ Franco-Gallicæ, Maieſtatem, amplitudinem, & tranquillitatem,precibus, concionibus,libris editis,& fideli opera,propagemus,ad laudem & gloriam Dei.

S. Abbo Electione Fratrum & Regis aſſenſu,fit Abbas Floriacenſis.

CAPVT VII.

POſtea factum eſt,vt Vener.Abbate Oylbaldo humanis rebus exempto, communis Floriacenſium electio fratrum vſque perferretur, hunc ſibi Patrem poſtulantium. Præerat per idem tempus Regiæ Francorum aulæ,Princeps [1] Hugo nomine, qui conſenſum præbere non diſtulit.Et quamuis vt in talibus fieri aſſolet, aliqui ex fratribus,huic electioni peruicaciter reniſi eſſent, tamen plurimorum, & vt poſt patuit,ſanioris conſilij,prævaluit authoritas [2]. Suſceptum ergo vir Deo dignus Abbo, paſtorale officium, vti ille qui quid ſuſcepiſſet intelligeret: irreprehenſibiliter diſponere,pro poſſe ſatagebat. Monebat ergo ſubditos, vitiorum abdicatis ſpinis, in areolis cordium,diuinarum ſerere aromata virtutum. Iam verò contra vitia carnis,iugem aiebat debere haberi pugnam.Omníque induſtria inueſtigandum, quibuſnam armis, quis eius repugnet oblectamentis [3]. Ad quòd explendum, poſt orationum vota, poſt ieiuniorum virilia certamina, multum prodeſſe cenſebat literarum ſtudia, maximéque dictandi exercitia. Quarum ipſe peritudioſus exiſtens,nullum penè intermittebat tempus, quin legeret ſcriberet,dictaretve.Extant multa ſcriptorum eius inſignia

1 *Hugo Rex Francorum.*

2 *S. Abbo,efficitur Abbas Floriacenſis.*

3 *Poſt ieiunia & orationem, labor ſtudendi, dictandi verò præcipuè, carnem domat.*

Digitized by Google

ſignia,quæ proprio,indigeant volumine[4].Nos interim aliqua,futuris profutura ſeculis,ſuccinctim noſtris inferimus carthis. Nempe poſt elucidatos vt prælibauimus dialecticos Syllogiſmos, poſt exaratas Compoti calculationes, poſt Solis ac Lunæ viarum declaratas dimẽſiones. in Diuinas quoque animum intendit Scripturas. Aſſumpriſque ex plurimorum Patrum auctoritatibus ſententiis, velut prudentiſſima apis, variis fauos componens floribus, mellitum defloratuit opus. Quod licet ad præſens non reperiatur, partim noſtrorum negligentia, partim extraneorum ſubtractum cupiditate[5]. certum tamen eſt, id circo eum excerpſiſſe, quò haberet ad manum defenſiones,contra Pontificem Eccleſiæ Aurelianenſis, non recta quædam ab eo exigentem.

4 *Scripta S. Abbonis.*

5 *Scripſit S. Abbo defenſiones,contra Aurelianenſem Epiſcopum.*

S. Abbo affligitur, & Apologeticum ad Reges ſcribit.

CAPVT VIII.

DEnique cum idem vir Domini paratus eſſet iuxta Apoſtoli præceptum,*ſubdi etiam omni humanæ creaturæ,propter Dominum:* intelligens tamen, loco quem regebat, poſtmodum poſſe officere, ſi ei modos ſubiectionis quos requirebat,ad ipſius libitum penderet:id facere in omni ſua recuſauit vita. Vnde idem Pontifex[1] Arnulfus nomine,animaduertens nec ratione,nec diuinarum legum eum poſſe conuinci altercatione : manifeſtum ſe ei oſtendit inimicum. Qua de re actum eſt, vt ſatellites memorati Pontificis, eundem virum Dei,Turonis ad feſtiuitatem ſancti Martini properantem,noctanter aggreſſi, grauibus afficerent contumeliis : quibuſdam obſequij illius hominibus ad necem vſque vulneratis. Quam rem præfatus Antiſtes cùm in reliquis actibus ſuis,honeſtis ſemper ſe demonſtraret pollere moribus,nequaquam,vt par erat, indignè tulit. Verum propter vulgi famam,aliquos eorum qui hoc perpetrauerant ſcelus, quaſi pro ſatisfactione, vt virgis cæderentur,ante eum adduxit.Sed Dei ſeruus

1 *Pet.2.13.*

1 *Arnulfus Epiſcopus Aurelianenſis.*

Rom.2.22.

per

perpendens hæc non recta fieri intentione, ſinùlque, memor Domini per ſcripturam dicentis, *Mihi vindictam, & ego retribuam.* quæ offerebantur accipere noluit. Et quia vindictam ſumere per ſemet diſtulit, vt à Domino vindicaretur emeruit. Etenim quoſdam ex ipſis morte ſubita interceptos, in lectulis ſuis repertos mortuos: alios in rabiem eſſe verſos, fama vulgante didicimus. Enimuero quia difficile eſt in proſperis inuidia carere, à quibuſdã aliis Præſulibus, necnon noſtri ordinis viris, videlicet Monachis, quos nunc nominibus propriis deſignare ſuperuacuum fore credidimus, æmulo lacerabatur dente. Qua propter ad Dominos rerum, Inclitos ſcilicet Franciæ Reges, Hugonem ac eius filium Rotbertum, à quibus pro ſummæ æquitatis ac veritatis tramite, quàm ipſe Dei famulus inoffensè diligens, tenebat, quàm maximè amabatur [2] Apologeticum ſcripſit librum. Cuius hoc exiſtit exordium. Sæ- »
pè contingit, vt dum nimius inſurgentium calamitatum »
horror, mentem fatigat ipſo horrore, non ea quæ dice- »
re debuerat, turbatus animus expediat: ſed phantas- »
mate cogitationum aliorſum raptus, quæ tacenda ſunt »
dicat [3], ac quod eſt conſequens, quæ dicenda taceat. »
Semper enim ſummæ tranquillitatis quietem diligit, »
qui veritatis archanum ratiocinando diſponere geſtit. »
Quapropter ab ipſis diſciplinarum rudimentis, ſicut »
ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat ani- »
ma mea, laborioſum ſpiritualis Philoſophiæ otium: »
cùm ad multorum vtilitatem, verterem, in honeſtum »
negotium. Cum meis peccatis propedientibus, e ò relicto, quodammodo ad ſeculi ſollicitudinem ſum redu- »
ctus, qui ſub cura paſtoralis regiminis, cotidiè ſuſten »
tor aqua anguſtiæ, & pane tribulationis. Corrodit me »
canino dente, æmulorum ſupplantatrix calliditas, cir- »
cumlatrat aduerſariorum frequẽs acerbitas. Nec aliud »
contra me immurmurant, niſi quòd Monachorum Se- »
natum ſaluum eſſe velim. Noſtræ Reipub. augmentum »
quæſiui, ac cauillationi inſidiantium, authoritate qua »
valui contradixi. Nec abſcondi omnino miſericordiã »
&

Rom. 12. 22.

2 *S. Abbonis Liber Apologeticus ad Reges.*

3 *Quid agat animi perturbatio.*

Digitized by Google

« & veritatem,à conſilio multo.* Pro huiuſmodi malis,
« meo inſidiantur ſanguini,me ſuccenturiatis inſequun-
« tur odiis. Adeò vt nec Regia Maieſtas eos deterreat,
« quin me clanculum trucident, ſi eis locus tempuſue
« arrideat. Vnde ſedulus in orationibus meis, Dominum
« deprecor: vt iudicet & diſcernat cauſam meam ſolitò,
« eripiátque ab homine iniquo & doloſo. Hæreticorum
autem, in hoc eodem libro faciens mentionem, poſt
« nonnulla alia,hæc interſerit. Omnes inquiens hæreſes,
« ita perſecuti ſunt patres noſtri, vt primitus fide expo-
« ſita, explorarent in ſuis Conciliis,ne quis ſentiret con-
« trarium ipſis Apoſtolis Qui [1] repertus, abſque vlla di-
« latione, aut ad corpus Eccleſiæ eſt reductus: aut vſque
« ad erroris abrenuntiationem, percuſus Anathemate.
« Katholica priuatus eſt communione. Nec magis ſer-
« pentem tangere vitanerunt orthoxi, quàm adhære-
« re huiuſmodi lepra contaminatis. Vnde in Canonibus
« prohibemur, ſi nos catholicos eſſe ſcimus: ne cùm eis
« ſaltè oremus. Nam ſub [2] Marciano Principe,apud Cal-
« cedoniam [3], xv. & eò amplius dierum actio de hac re
« ventilata eſt, reſidentibus Epiſcopis D C. & vt quibuſ-
« dam placet, M. C C. Quibus omnibus pius Princeps
« ex ſuarum rerum copia, ſumptus abundanter præbuit,
« quoad omnes Hæreticos à ſe repellerent,id eſt eos qui
« in verbo vel opere, aliter quàm ſancti Apoſtoli ſenſiſ-
« ſent. Quo facto, in tantum fidei puriras placuit Pio
« Principi,vt eam ipſe cùm ſua coniuge,ſub cyrographo
« hoc publicè profiteretur coram illo magno Concilio,
« Cuius Piam Religionem,imitamini Domini noſtri Hu-
« go & Roberte chariſsimi Reges: ſi in terra viuentium,
« Chriſto vultis eſſe heredes ac cohæredes. Et de Regno
« veſtro omnem hæreticam prauitaté depellite, vt Deus
« vos cuſtodiat in æterna pace. Et poſt pauca. Inter reli-
« quas, Hæreſes etiam de * oratione Eccleſiam, in his
« deflens exſurrexiſſe regionibus, Hæc infert. Caueat
« inquiens,quicumque vult ſaluus eſſe, eam,haud dubiè
« quin Eccleſiam,alicuius alterius, [4] niſi ſolius Dei poſ-
« ſeſsionem credere. Vnde Petro Principi Apoſtolorùm
dicitur

1 *Hæretici ſemper à Catholicis conuicti atque que fugati.*
2 *Marcianus Imperator Pius.*
3 *Concilium Calcedonenſe in quo* DC. *vel* MCC. *Epiſcopi adfuêre.*
* *Forte legendum deſolatione vel inuaſione.*
4 *Eccleſia ſolius Dei poſſeſſio.*

zed by Google

Matt.16.18. dicitur. *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram, ædificabo*
Matth.21.13. *Eccleſiam meam.* Meam inquit,non tuam. Et Chriſtus
Pſal. 92.5. alibi.*Domus mea,domus orationis vocabitur.* Pſalmiſta
quoque. *Domum tuam Domine, decet ſanctitudo* [4]. Si
4Verè Petri non eſt Eccleſia ſed Chriſti Petrus autem,eſt Vicarius Chriſti. ergo Eccleſia non eſt Petri, cuius erit? Aut ſucceſſores
Petri audebunt poteſtatem ſibi vendicare, quam non
habuit Petrus Princeps Eccleſiæ? Certe Kariſsimi Prin-
cipes, nec catholicè viuimus,nec catholicè loquimur,
quando illam Eccleſiam dico eſſe meam, ille,alteram
dicit eſſe ſuam.Ac veluti quædam iumenta, comparati
5 Symonia. iumentis inſipientibus, vtráſque aliquando [5] venales
proponimus,propoſitáſque ab aliis, emere non formi-
damus. Eſt etiam alius error grauiſsimus, quo fertur
Altare eſſe Epiſcopi, & Eccleſiam alterius cuiuſlibet
Domini:cùm ex domo cóſecrata & altari,vnumquod-
dam fiat, quòd dicitur Eccleſia, ſicut vnus homo,
conſtat ex corpore & anima.Videte æquiſsimi Princi-
pes, quò nos ducit cupiditas,dum refrigeſcit charitas.

Notabile Concilium prouinciale.

CAPVT IX.

1 Concilium Prouinciale, apud Sandyonisianũ Cœnobium.
2 De laicis decimas poſſidẽtibus, vide Choppini ſacram Policiam.
3 Seguinus Archiepiſcopus Senonenſis, nititur vſurpare Primatum Gallicanæ Eccleſiæ.

IN illis ſane diebus, in [1] Monaſterio S. Dioniſij haud procul à Pariſiis, Concilium aggregatum eſt quamplurimúm Epiſcoporum. Qui cum de fidei puritate, de corrigendis tàm ſuis,quàm ſubditorum prauis moribus, ſermocinari debuiſſent, iuxta vulgare prouerbium, cunctum ſuum ſermonem [2], ad Decimas verteruut Eccleſiarum. Quas laicis, ac Deo ſeruientibus Monachis aufferre moliti, reſiſtente eis in hac re, hoc V.Dei cultore Abbone, promiſcuam in ſe vulgi concitauêre manum. Ortáque ſubito ſeditione, tantus in Epiſcopos timor irruit, vt publica ſtatione relicta,paſſim quiſque diffugeret,Inter quos [3] Seguinus Senonum Archiepiſcopus, Primatum Galliæ in ea Synodo ſibi vſurpans,Primatum quoque fugæ arripuit. Et inter fugiendum, ſecuri inter ſcapulas ictus, lutóque à popularibus oblitus,ægrè euaſit.Vni quoque Epiſcoporum,

timor

timor fugienti tam veloces addidit alas, vt affluentiſſimo prandij apparatu; quem ſibi extruxerat, relicto, vicinæ vrbis Parriſiorum mœnia, fugitabundus expeteret. Totam ergo tantæ calumniam iniuriæ, tàm à Præfato Arnulfo quàm à reliquis Pontificibus, ſub ſemet deuolui perpendens. Hic Deo Deuotus Abbo, in eodem Apologetico non ſolum ab hoc, verum & à quibúſdam aliis, hoc modo ſe purgat obiectis. Nec me « veſtro, ait Regibus, aliorúmque ſapientum examini « ſubduco, qui contra Canones ſenſiſſe ſuſpicor. In Epiſcopos, manum Monachorum mouiſſe accuſor, veſtram « beneuolentiam, proprio Epiſcopo tuliſſe blaſphemor, « quibúſdam excommunicatis participaſſe criminor. « Sed eſto, cui ſententiæ Canonum contradixi, qui in illo « Concilio, vix appertum librum videre potui? Aut Cócilium illud fuit! vbi conciliati venerunt, & diſconciliati receſſerunt? cùm ibi diſcordes reconciliari debuerint, aut Canonica deſtrictione mulctari. Quid in « me ſingulariter commiſerunt Epiſcopi, vt eis ſaltem « cogitatione obeſſe voluerim, præſertim cùm non « inimicum: ſed fide & opere amiciſsimum, grauiora « pericula pertuliſſe cõtigerit? Ecce corã Deo in Chriſto « non mentior, quia audita inſequentiũ conclamatione, « vltra quàm dici poſsit indolui, recordatus priſtinę amicitiæ & beneficiorum tanti viri, cuius nix venerandum « caput oſtendit, excepta Primatis prærogatiua, & Sacerdotali infula. Qua ſuggeſtione vos decepi, vt veſtram beneuolentiam optimis aufferretis, malemeritis « conferretis? Num ego Deus ſum, qui mutat mentes, « mutat corda, mutat regna & tempora? Verè fateor « me magicam ignorare, nec aliquid malarum artium « didiciſſe. Atque paulò pòſt, hæc addit. Denique quod « excommunicatis me miſcuiſſe aſſerit, eius exemplo « vtique feci, qui filios Belial nocturno latrocinio in « meam necem graſſantes, recepit: poſtquam eos ana« thematiſauerat ſuus Archiepiſcopus, ſingularis meriti « Seguinus, & [4] Odo Carnotenſium Epiſcopus, necnon « & alij magnæ vitæ & religionis viri. Et iniqua indi-

[4] *Odo Carnotenſis Epiſcopus.*

gnatus exurgere iudicia, execrantis voce proclamat. O tempora! ô mores! certè qui volunt exequi in fabrateria mendacij, cupiditates ſuas prauas, ipſi nituntur condere leges iniquas. Ad vltimum ſua non ignorans multis diſplicere ſcripta, Regibus ſeſe commendat, præcipuè Domno Rotberto [5], quem ſcientem literarum, ac idcirco, diligentem fore nouerat ſtudioſorum, ſcribens in hæc verba. Præterea Dominos meos cum familiariter alloquens bona ſuadeo, multorum animos ſcio contra me concito. iuxta illud Comici. *Obſequium amicos, veritas odium parit.* De quorum animoſitate non multorũ moueor, dulce decus meum Rotberte, quem attauis Regibus editum, Diuina Pietas perduxit ad Regni faſtigium; ſi poſt Dominum & ſanctos eius, veſtro ſpecialiter ſuſtentor auxilio & conſilio, cuius mentionem in cotidianis orationibus meis, numquam prætereo.

5 Rotbertus Rex doctus.

Terentius.

De conſiliis S. Abbonis.

CAPVT X.

BErnardo [1] etiam Abbati Bellilocenſium, inter alia, duarum mittit textus Epiſtolarum, quarum non putauimus prætermittendã commemorationem. Hunc ſanè Bernardum, Pater Hugo haud infimo inter proceres Aquitanicos ortus loco, ex copioſa filiorum caterua Deo obtulerat ad ſeruiendum [2]: ac ad Floriacenſe Sãcti Patris Benedicti Cœnobium miſerat, literis imbuendum. Quem hic totius bonitatis plenus Abbo, ex præcepto Abbatis ſui honorabilis Richardi, ſuſceptum, valde dilexit, & in quantum temporis opportunitas adriſit, liberalibus artibus erudiuit. Sed idem Bernardus, non longo annorum interiecto ſpatio, à Patre ſuo euocatus [3], Solemniacenſi Abbatia, quam ſanctus quondam conſtruxit Eligius, eſt donatus. Ac non multo poſt, Bellilocenſem locum, quem eius genitor iure Belli, armíſque conquiſierat victricibus, eſt adeptus. Cui cum [4] Vuillelmus Comes Tholoſa

1 Bernardus Abbas Bellilocenſis.

2 Nobiles, liberos ſuos ad ſcholas Floriacẽſes mittebant.

3 Solemniacenſe Monaſterium.

4 Vuillelmus Comes Tholoſanus.

Digitized by Google

Iosanus, Cathurcensem [5] Præsulatum quem nunc regit, committere disposuisset. Et ob hoc, tàm ipse Comes, quàm & Archiepiscopus Byturicensium, sub cuius Diœcesi eadem Ecclesia consistit, non minimam pecuniæ summam ab eo exigerent, ad hunc alumnum suum sanctum dirigit Abbonem, quid facto opus esset interrogans. Ad quem ille [6], Karitatiuam direxit Epistolam, ita se habentem. Quia te diuina pietas, seruum « suum multis honoribus admodum extulit, quos virtutum prærogatiua adeo excolis, vt te imitabilem præbeas pluribus bonis: hortor & admoneo, vt tuæ memor professionis, illos gradus excellentiæ appetas, in quibus Dominum non offendas. Et post aliquanta, eos denotans qui gratiam sancti Spiritus vel vendunt, vel emunt, hæc dicit. Huiusmodi emptores, quasdam velut telas aranearum texunt, quibus se deffendunt, quod non benedictionem, sed res Ecclesiæ possessuri emũt [7]. Cuius vero possessio est Ecclesia, nisi solius Dei? Quis eius Dominus nisi Deus? Quia etsi præsens Ecclesia indiget duobus aduocatis, vno in rebus temporalibus, altero in spiritalibus, neutrum tamen habet vt Dominum, qui eam vel vẽdere possit, vel emere, quàm Christus redemit suo sanguine. Dánsque ei consilium, huiusce modi clausula finem imponit Epistolæ. Numquam ergo inquiens fieri hæreticus vllo modo acquiescas, quia inaniter de peccatis pœnitentiam agit, qui eam fidem impugnat, quam sub sanctis Apostolis Catholica tenuit Ecclesia. Verum, Bernardus tandem aliquando bonorum huius vitæ pertæsus, videns multorum frigescere charitatem, & ideo superabundare iniquitatem, deliberauit animo, relictis omnibus quæ possidebat, Hierosolymam petere. Quod iter, à Patre eius, pœnitentiæ voto [8], ante omnes ferè in hoc tempore Galliæ habitatores cœptum, ac percursatum fuerat. Nec tamen hoc absque sui sententia didascali aut consilio, perficere disponens, ad Floriacum venit Monasterium, secreta cordis sui, huic suo totius bonitatis patefacturus magistro. Ille, Hierosolymitano interdi-

[5] *Cathurcẽsis Episcopatus.*

[6] *Epistola S. Abbonis ad Bernardum Abbatẽ Bellilocensem.*

[7] *Symonia.*

[8] *Quando primum incœpta sunt à Francis, Ierosolyma adiri.*

ćto itinere, ne omninò eius voluntati contraire videretur. Romam petere, montem [9] Garganum adire conceſſit. Paternóque affectu, attributis comitatui ſiuè obſequio illius aliquibus ſuorum, cum fraterna eos ſiuit abire benedictione. Qui propinquorum ſuorum æquè limina Apoſtolorum adeuntium coactus quærelis: dicentium eius abceſſu, clandeſtina inter ſe conſurrexiſſe bella, Conſtantinum Presbyterum quem ei vt obſequeretur, Pius magiſter, ipſi delegauerat: ex itinere ad eum remittit, mandans ſuorum neceſſitudine, ſe domum redire compulſum. Non tamé quippiam ſe ſine eius præcepto acturum, quin potiùs ei per omnia, vti prius ſpoponderat pariturum. Simulque quæſtione propoſita, inquirit vtrum nam melius eſſet cuncta relinquere, an vt ſuis præſidio foret, ſeculo ſpecietenus deſeruire? At veritatis amator Abbo, apicibus ad eum directis; & quid ſibi rectius videretur exponit; & quid ipſe tenere malet, liberam dat eligendi copiam. In quibus, nó ſolum ipſum Bernardum Abbatem, ſed etiam vniuerſos viæ eius conſortes, aut graui laborauiſſe incommodo, aut mortem obiiſſe condolens deflet. Inter quos Domnus Remigius Monachus [10], qui poſt, cellæ in qua idem Beatus Abbo corpore humatus quieſcit, præfuit, ab eodem Dei viro, ad obſequium memorati Abbatis, nunc Epiſcopi, directus, magna vi febrium vexatus eſt. Sed nos memoratos apices, ad demonſtrandum huius hominis Dei benignitatis affectum, ex integro huic volumini inſerere dignum duximus: in Reliquis eius Epiſtolis, abbreuiationi operam daturi. Eſt enim huiuſmodi. Domno meo Abbatum Chariſſimo Bernardo, ſeruus ſeruorum Dei Abbo. Suſcepi V. in Chriſto, viuas tuæ peregrinationis literas, & ex penè mortuo Presbytero addidici, quid inter fluctus cogitationum ſemiuius lugeas, quem concepti voti impotem, patriæ calamitas impræſentiarum reddit, & innatam deuotionem, vt opinor, diſtulit, non funditùs extinxit. Quod audiens, fateor nimis indolui, & lachrimando dolori

ſatiſ

9 *Mons Garganus.*

10 *Remigius Prepoſitus Regula.*

Digitized by Google

« ſatisfeci: quandoquidem tui deſiderio gemebat cir-
« cunſtans fratrum maxima multitudo, & omnibus in
« commune gementibus,redibat ad memoriam, quod
« vir magnæ grauitatis Hugo, tui comes itineris,& ſo-
« cius laboris, multis bonis flebilis occidit, nulli flebi-
« lior quàm tibi, pro cuius amore, poſt Dominum, Pa-
« triam,parentéſque relinquês,exul vitam finiuit. Cúm-
« que ſatis egiſſem mœroris,tandem mihi conſului,quia
« tibi abſenti non potui, quem in orationibus interdiu
« videre videor. Dum Omnipotenti Deo ſacrificium
« ſpiritus contribulati,offerre non deſiſto. Si quidem,id
« nimium extimui, quod baiulus legationis innotuit,
« vultum videlicet veſtrum ita emarcuiſſe, vt vix quea-
« tis ſubſiſtere: non ſolum deſtitutus ſobrietate & ami-
« citia defuncti, verum etiam robore corporis. Vereor
« itaque ne inſidiæ diaboli quæ multæ ſunt, & vias ſer-
« uorum Dei ſpinis circumſepiunt, te à via mandato-
« rum Dei auertant, & retro reſpicere compellant,
« *priuſquam ad Segor paruulam ciuitatem* deuenias, in *Geneſ.*22.
« qua tuam animam ſaluans,ſaluare queas.Scio etenim
« quod nunc tibi circumſtrepunt Propinquorum greges,
« Militum phalanges, amicorum multitudines, & ſuc- 1.*Reg.*6.12.
« centuriati, declamatoriè perſuadent:quod ſibi,non ti-
« bi,vtile diiudicant. Sed domi vitulis relegatis, noſti
« quid vaccæ fecerint,quæ mugientes arcam teſtamenti
« portauerunt: & non declinantes ad dexteram vel ad
« ſiniſtram Betſamis, pertulerunt. Cuius facti non im-
« memor, recordare, quod in ſacrificio iubetur offerri
« cauda hoſtiæ. Nec vlla rei familiaris cogitatio ſubre-
« pat, quæ te à recto itinere dimoueat. Nam occurrit
« animo quod mecum familiariter locutus es,dum Ro-
« mam proficiſci decreuiſſes, conſulens, vtrum ſcilicet,
« relinqui deberet ſemel ſuſcepta cura Paſtoralis regi-
« minis:& oporteret dare libellum repudij fratribus &
« filiis, qui nobis aduerſantur in via Dei? Cui cum ego
« reſpondiſſem, quod authoritate Patrum certum no-
« ueram, & creditis ouibus mortem prævalere perſen-
« tiſcerem, te infructuoſum ſaltem tibi perſuadere nec

ausus sum nec debui,exemplum proponens Pauli Da- »
mascum fugientis, & Beati Patris Benedicti Mona- »
chorum Legislatoris. Denique in multis causis,occa- »
sio se immergit: quæ difficultatem contrariæ legis, »
bono exitu meliorem reddit. Quis enim non laudet »
curam pastoralis regiminis,si prosit? Quis rursus non »
laudet,in se,beneuolentiam Pastoris, si aliis non pro- »
sit? Solet nempe esse in præceptis diuinis [11], quod & »
in antiquis reperitur edictis. Lex est. Si quis masculus »
templum Veneris fuerit ingressus, capite puniatur. »
Quidam iuuenis præteriens templum Veneris, intus »
matrem cædi conspexit: & introgressus eam eripuit. »
Accusatur contra legem feciſſe. Defendit se ille legi »
paruisse. & inter dissidentes, si proculsori ignominia »
non prosit, iuuat ex circumstantiis occasio pietatis. »
Idem est in nostris Euangeliis, vbi præcipimur non »
solum vxorem relinquere,sed etiam odisse,proposito »
præmio, quod qui hoc fecerit,centuplum accipiet,& »
vitam æternam possidebit.Rursus qui vxorem dimise- »
rit:non quidem præmio,sed eo supplicio dignus scri- »
bitur,quo mœchi damnari præcipiuntur.Porrò,& qui »
matrem eripuit, & qui vxorem dimisit, vterque præ- »
iudicium patitur, si supplicio punitur: quoniam inde »
authori legis se placere putat, vnde offendisse præiu- »
dicatur. Qua propter Dilectissime, non bonum malo »
melius existimes: sed bonũ,bono melius credas:& ex »
contrariis sententiis, eam eligas, qua viciis abrenun- »
cies,& moralibus virtututum exercitiis crescas.Deni- »
que dũ Abbatis onus portare debeas, an debeas de- »
ponere addubitas.Discretionẽ qua maximè opus ha- »
bes, matrem virtutum assumas, & conscendendo tri- »
bunal conscientiæ, iudicio discute, quid vtilius hone- »
stiusve sit animæ tuæ. Nam officium Abbatis implere, »
& lucrum animarum quærere honestissimum est: cui »
non impossibile est. Cui vero malitia subiectorum im- »
possibile est,quid supereſt,nisi vt honestium putet,Di- »
uino parere oraculo, quo scriptum est. *Fili miserere* »
animæ tuæ placens Deo? Sanè & apud Ezechielem,spe- »
culator

11 *Leges pro rerum circũstantiis debẽt interpretari.*

Eccl. 30.24.

by Google

« culator clamans & non auditus, animam ſuam liberat:
« & apud Benedictum Patrem, Paſtor ſpretus & con-
« temptus abſoluitur, qui omnem curam exhibuit cre-
« ditis ouibus. Cæterum V. Pater, ſaltem in feſtiuitate:
« Patris noſtri Benedicti quod tibi placeat innoteſce
« vt certi eſſe poſſimus quamtotius, de tua quam opta-
« mus ſalute.

12 *Feſtiuitas Patris noſtri Benedicti.*

Sanctus Abbo Romam proficiſcitur, vituperia Laudeſque mali & boni Pontificis, recenſentur.

CAPVT XI.

INterea eximius Abbo, condigno apparatu Romam proficiſcitur: Priuilegia Eccleſiæ ſibi commiſſæ corroboraturus, imo renouaturus. Sane non qualem voluit aut qualem debuit, ſedis Apoſtolicæ Pontificem nomine [2] Ioannem inuenit. Nempe turpis lucri cupidum, atque in omnibus ſuis actibus venalem reperit. Quem execratus, perluſtratis orationis gratia ſanctorum locis, ad ſua rediit, emptis optimæ ſpeciei aliquantis Holoſericis palliis, ornatui Eccleſiaſtico congruis. Porrò paucis labentibus annis, occaſio ſe præbuit, vt [3] rogatu ac precibus Glorioſi Regis Rotberti, Romuleam repedaret ad vrbem. Præcipua verò, earum pro quibus directus eſt cauſarum, hæc fuit: Quia [4] Arnulfus Remorum Archiepiſcopus, abſque iuſta audientia, ſede ſuæ priuatus, cuſtodiæque fuerat mancipatus. Ob hoc, Gregorius [5] qui Ioanni in Apoſtolica ſucceſſerat ſede, non ſolum Nobilitate generis, verumetiam probitate clarus mentis [6], toti Regno Francorum, Anathema ſe inuecturum comminatus eſt. Hac igitur ex re Italiam repetere, ſeruus Chriſti Dei cogitur. Et quamuis mole corporis grauaretur, Nam in tranſmarinis regionibus, peregrinorum ciborum inuſitata qualitas, decoctæque potionis hauſtus, corpus eius pingue reddiderat: nequaquam tamen labore fatigabatur. Nec vero ipſa eius pinguedo, vllam ei ingerebat dehoneſtationis maculam. Et

1 *Priuilegia Eccleſiæ.*

2 *Ioãnes Papa, vituperatus.*

3 *S. Abbo, rogatu Regis Rotberti Romam vadit.*

4 *Arnulfus Archiepiſcopus Remorũ.*

5 *Gregorius Papa laudatus.*

6 *Papa minatur ſe inuecturũ Anathema Regno Francorum.*

Digitized by Google

cupidus pacis cum foret, leue ducebat omne genus defatigationis: Dummodo eum reperiret virum, per quem, fama vulgante audierat, ad priſtinum poſſe ſtatum, reſigionis reſurgere normam. Profectus ergo, Romana iteratò reuiſit mœnia, vbi eo quem quærebat nequaquam reperto, per concaua vallium, per prærupta montium, inueſtigans: tandem in finibus Spoletanorum inuenit. Cúmque ſe inuicem duo Eccleſiæ lumina conſpexiſſent: gaudio vltra quàm credi poſſit gauiſi magno, in mutuos ruunt amplexus. Et prior veræ humilitatis cuſtos Abbo, ſalutatoria à parte Regis depromit verba. Tum ſacerdos verè Apoſtolicus, reddita benedictionis recompenſatione, ait Beato viro. Bene te aduenisſe gaudeo fili Eccleſiæ, veritatíſque, vt comperi, cuſtos ardentiſſime. Etenim ſurdus de te rumor meas repleuerat aures, te tàm diuina quàm humana pollere ſapientia: nec qualibet amicitia, à iure æquitatis abduci poſſe. Verè fateor, me iam dudum deſiderauiſſe tuum intueri vultum: tuo concupiuiſſe amicabiliter perfrui alloquio. Fruamur ergo cupitis ſermocinationibus, alterníſque diuinarum atque mundanarum lectionum, aliquandiu mentem releuemus ſtudiis. Porrò, vnum te volo noſſe, legationem tuam me benignè ſuſcipere: & quæque ſuaſeris, me facturũ fore. Tuum autem erit petere, meum vero petitis pro poſſe aſſenſum prębere. Noui namque, nihil te contra ius faſque poſtulaturum, ac ideo, me tibi contraire ſcio non eſſe æquum. Poſt hæc verba, omnibus ei collatis victui neceſſariis, ad hoſpitium ſiuit abire. Sicque octo fermè diebus eum detinens [7], & frequenter conuiuio ſuo eum aſciſcens: cunctis pro quibus ierat libens annuit.

[7] *Papa, S. Abbonem ſuo cubiculo communio.*

S. Abbo obtinet priuilegia Pontificia, & Papæ mandata fideliter exequitur.

CAPVT XII.

TVnc verè ſollicitus Paſtor Abbo, memor vtilitatis loci, quem regebat, Priuilegium illi Apoſtoli-

cæ

cæ vtilitatis fieri rogauit. Quod Deo dignus Papa tàm fauorabiliter largitus est, vt non solum nullum pecuniæ quæreret lucrum [1], verum thimiamate ac planeta, qua inter Missarum vteretur solemnia donatum: eumdem Dei famulũ gaudentem, ad proprium remisit solum. In eo sanè Priuilegio, & inter alia cõtinetur, vt Episcopus Aurelianẽsis, nisi inuitatus, Floriacũ nequaquam adeat Cœnobium. Néve vmquam quilibet Pontificum, eidem Monasterio diuinum interdicat officium, etiam si tota Gallia ob populi peccata, anathematis feriatur vindicta à sede Apostolica. Sed ne quis eos, Domnum dico Apostolicum & Abbonẽ sanctum, existimet in hoc facto, contraria Regulis Sanctorum sensisse Patrum: necessariũ nobis visum est, ex Epistolis. Magni Papæ Gregorij, pauca de pluribus hîc exempla inserere, in quibus exquirendis: pia huic Beato viro semper fuit intentio [2]. Sciebat namque, illum nũquam vel sensisse vel scripsisse, cõtra Canonum decreta. Scribit ergo idem egregius Papa Gregorius [3], Maximiano

« Rauennati Episcopo, inter alia. Quoties pro vtilitate
« Monasterij sui ad Põtificem Romanum, Abbas venire
« vel transmittere fortè voluerit: id ei modis omnibus
« liceat. Quod vero ab Episcopis & Clericis, Monasteria inquietari non debeant, tàm memorato Pontifici, quàm eius antecessori [4] Ioanni, frequentibus scripsit Epistolis. Luminoso [5] quoque Abbati, de eadem re, in-
« ter cætera, sic ait [6]. Castorio inquiens fratri & Coepi-
« scopo nostro, nostra præceptione transmissa, ei succes-
« soribúsque eius, à te Monasterióq; tuo, cunctam læsionis abstulimus funditùs potestatẽ: vt nec vltra in vestro
« verseretur grauamine, nec Monasterij res describat,
« nec publica illic debeat esse processio. Ad eũdem etiã
« Castoriũ, post aliqua ita scribit [7]. Missas ait illic, haud
« dubiè quàm in Monasterio, publicas per Episcopũ fieri omnino prohibemus: ne in seruorũ Dei recessibus,
« popularibus prębeatur vlla occasio cõuentibus, & simpliciores ex hoc animos, plerũque quod absit, in scandalum trahat, frequẽtior quoque muliebris introitus.
«

1 *Sũmi Pontificis munera, S. Abbonis data. Thimiama & Planeta.*

2 *S. Gregorij laus.*

3 *Maximianus Rauennensis Episcopus.*

4 *Ioãnes Rauennẽsis Episcopus.*

5 *Luminosus Abbas.*

6 *Castorius Episcopus.*

7 *Missæ publicæ, earum olim in Monasteriis fieri prohibitæ.*

Digitized by Google

Quod autem Diuinum officium, Monaſteriis interdici non oporteat. Ioanni Epiſcopo de Vrbe-veteri ſcribens, ita aſſerit[8]. Agapitus Abbas Monaſterij ſancti Georgij, inſinuauit nobis, plurima ſe à veſtra ſanctitate grauamina ſuſtinere: & non ſolum in his quæ neceſſitatis tempore Monaſterio aliquod poſſint ferre ſubſidium, verum etiam in hoc Monaſterio Miſſæ prohibentur celebrari, ſepeliri etiam ibidem mortuos interdicis. Quod ſi ita eſt, à tali vos hortamur inhumanitate ſuſpendi, & ſepeliri ibidem mortuos vel celebrari Miſſas nulla vlterius habita contradictione permittas, ne denuo quærelam de his quæ dicta ſunt, prædictus vir Venerabilis, deponere compellatur. Verum de his ſatis dictum, Nunc cœptæ narrationis ordo repetatur. Regreſſus itaque honorabilis Abbo, ad Regem, à quo miſſus fuerat: cuncta pro quibus ierat perfecta nunciat. Arnulfum Remenſem cuſtodia exemptum, Pontificatui reſtituit[9]: pallium illi à Domno Papa directum reddidit. Poſt hæc, per internuncios ipſi Venerabili Apoſtolico Domno Gregorio, amicabiles plenáſque reuerentiæ dirigit literas. In quibus innoteſcit, ſe cuncta vti iuſſerat perfeciſſe. Quarum iſtud eſt exordium. Domino ſemper in Chriſto Venerabili S. Romanæ & Apoſtolicæ ſedis Præſuli[10], ac ideo vniuerſalis Eccleſiæ Doctori, ſuus illius, Abbo Floriacenſium rector in Chriſto Salutem. Sæpius contingit vt puritas integræ veritatis, vacillet ſententia malefidi interpretis. Quod ego Venerabilis Pater cauens, veſtri animi ſenſa fideliter ſimplicitérque vt precepiſtis deprompſi: nec animoſitatem Regis perhorrui, dum fidem quàm vobis promiſeram, ex aſſe ſeruaui. Quandoquidem, nihil addidi, nihil minui, nihil immutaui, nihil reliqui. Horum omnium, ipſe Arnulfus è cuſtodia liberatus & abſolutus, teſtis eſt: cui veſtrum pallium coopertum obtuli, quomodo illud acceperam ex ſanctis manibus veſtris. Meminit & in fine earum, planetæ ab ipſo ſibi datæ, ita inquiens. Nam liberalitatis veſtræ memor, vt ſeruus Domino gratias

8 *Agapitus Abbas.*

9 *Palliũ Archiepiſcoporum.*

10 *Papa vniuerſalis Eccleſiæ doctor.*

« gratias refero, qui inter Missarum solemnia, munere
« vestro vsus planeta, vestri nullo modo obliuiscivale-
« leo in meis oblationibus. Cæterum vobis semper pa-
« rere decreui, cuius Apostolatum Deus custodiat, in
« æterna pace.

Lucubrationes S. Abbonis.

CAPVT XIII.

OThoni[1] quoque Imperatori, Epistolam versibus conscripsit Exametris, nullis sapientium istius temporis comparandam, Carminibus. Ex Porphiriano vtique sibi codice exemplar sumens: hunc versum, materiam & quasi fundamentum totius constituit operis. [1] *Otho Imperator.*

Otto valens Cæsar, nostro tu cede cothurno.

Is nempe versus in eadem desinit litera qua etiam incipit, sicque fit, vt ipse principia versuum omnium, finemque tenens: per medium quoque Epistolæ erectus, itemque in transuersum in modum crucis incedat. Ipse nihilominus clausula carminis fieret. Atque hoc modo contingit, vt & ipse sexies diuersis modis legatur, & quatuor quadrangulos in Epistola faciat, in quibus quadrangulis quatuor nomina erectim posita leguntur, In duobus quidem Otto & Cæsar, In aliis vero Abbo & Abba, quæ minio scripta, licet separatim hoc sonent, tamen cum aliis versuum literis in ordine rediguntur, cuius series Epistolæ, huius modi continetur ordine.

Otto valens Cæsar, nostro tu cede cothurno.
Tot Felix attauis, quot cœlo sydera lucent.
Te Dominum sibi, Saxo Tulit, & Roma notauit.
Orbis & ipse cupit, solo contentus alumno,
Virtutum titulis, & vir cognoscetis actu.
Ac domitor patriæ, pacis sectator in aula
Lumen vbique micans, iubar lucendo velut Sol

Ergo

Ergo Dei ſolita , reddentur ſancta benignè
Nec decerit virtus omnis, qua gratia culmen
Scandit .·.·.·.·.·.
Certe nos omnes tibi Cæſar .·.·.·.·.
Ar .·.·.·.·.
Et .·.·.·.·.
Summus chara viris,ac ſenis plena colonis
A patris Imperio non .·.·.·.
Rexit eum ſolers & regnans Induperator
Nunc Auguſte tuum,ponit venerabile nomen
* Tu cede. *Otto valens Cæſar noſtro * incede cothurno*
Solus enim .·.·.·.·.
Totus auo ſimilis,ſi te noua vita reſignat.
Rex fuit ille potens,Romanæ legis amator.
Omne decus patriæ, ſolio prognatus auito
Tempora pacis erant, tali dum iure vigeret
Vir tantus,quem ſic,duxi deſcribere verſu.
Cur ergo natale tnum .·.·.·.·.·.
Cætera in Authographo omnino legi præ vetuſtate ne-queunt.

2 Odilo Cluniacenſis bat. Corruptio in textu.

Sed & idem venerabilis Abbo ad [2] Odilonem Cluniacenſium Abbatem Venerabilem ſanæ & Religioſæ vitæ virum , ſcribens , quid capitula eræ ſiue adnotata .·.·. Euangeliis habentur,inter ſe diſcrepent,quid ve de .·.· aperta ſatis enodatione declarat , Exiſtunt & alia ad alios huius Sancti Patris ſcripta , quæ ne lectori faſtidium generent,nunc interim tegantur per ſilentium. Vnum illud non omittendum:quod [3] Ciclos annorum Incarnationis Dominicæ,ab Incarnati Verbi initio ,ad ſua vſque tempora , iuxta veracem Euangeliorum fidem correxit : atque ad annos poſtea circiter mille quingentos nonaginta quinque, dilatauit. Cuius operis præfatiunculam , Fratribus ac filiis ſuis,nobis ſcilicet Floriacenſibus conſignans Monachis,mentionem facit anni tranſitus Sanctiſſimi Patris Benedicti.

3 Cicli annales.

Lepro

Digitized by Google

Leprosum S. Abbo mundat.

CAPVT XIIII.

SVfficiat iam nunc laudem fidelis linguæ eius, ſtiliſque politi, quantum poſſibile fuit, deprompſiſſe elegantiam. Illud celebri fama in populos propalare digniſſimum, nequaquam hunc beatum virum à Deo expertem miraculorum relictum, dum adhûc carne preſens incoleret ſeculum. Quinpotiùs eius ſibi monſtrauit placuiſſe vitam, quam Miraculis voluit eſſe inſignem. Eadem autem tempeſtate, fuit quidam homo, quem dira lepræ perfuderat macula. Hic admonitus eſt per ſomnium, vti ab hoc Dei homine, ſuæ ſanitatis quæreret auxilium. Qui veritùs per ſeipſum accedere ad eum, quemdam boni teſtimonij optimæque conuerſationis adiit Monachum, nomine Eliſerium, huic eidem Sancto familiariſſimum. Illi ergo ſuæ neceſſitatis exponit cauſam, manifeſtataque viſionis modum. Reuelatum quippe ſibi fuiſſe aiebat, debere eumdem Chriſti famulũ aqua exorcizata manus abluere: quam videlicet aquam, ipſe æger ſuſcipere deberet, languentiáque membra perfundere. Audiens hæc Monachus,
« primo detrectauit fidem eius adhibere dictis: ſimûlque
« eum his cœpit obiurgare verbis. Cur inquiens O ho-
« mo, nos temptatum aduenis, ſomniorum tuorum deli-
« ramenta pro veris inferendo? Noli, noli, falſis tuis adulationibus, noſtras mentes ſeducere velle. Tum ægrotus perſanctè deierat, ſe nullam fallaciæ nebulam prætendere, quin potiùs vera allegare. Abiit ergo frater ille ad hunc de quo ſermo vertitur ter Beatum: & Diuinum, quod à languente audierat, ei pandit oraculum.
« At ille paulò commotior & indignantis vultu
« expreſſo, penèque inlachrimans. Non inquit hactenùs
« ea vobis contuli exempla, vt me adulationis quis æſti-
« met deſiderare obſequia. Quapropter ſi meum te vis
« vocari & eſſe dilectum: caue ex tuo ore iſtud deinceps
audiam verbum, præcipuè cum ad iſta, me nullatenùs ſciam

ſciam fore idoneum, & sãctorum talia ſint geſta viro- »
rum.Cui cùm à fratre obiiceretur, non oportere illum gratiam ſibi diuinitùs collatam occulere, quæ ſaluti petentium crederetur poſſe prodeſſe, præſertim cùm id ille recta & ſimplici fide,non adulantium perſuaderet voto:tandem ſe vinci paſſus eſt. Allatáque Benedicta aqua, manus lauit,memorato Monacho tribuit, vt eam poſcenti infirmo perferret, imperauit. Acceptam ille aquam leproſo perfert, eique infit. Nunc inquiens, tua infirmitas palam cunctis eſt. Si ergo tuis nos vis »
fidem accommodare ſermonibus, poſtquam te his »
perfudéris aquis, die tertia noſtris temet viſendum re- »
præſenta obtutibus. Fecit æger vt ſibi imperabatur, & ecce ante tranſanctos præfati termini Soles, dudum diſcolor: cunctis naturali videbatur reinduta ſpecie. Quòd vbi fratri illi perſpicaciter credibile apparuit, mox homini Dei quæ fuerant acta, indicare curauit. A quo ſub terribili Chriſti nominis inuocatione,interdictum ſuſcepit: ne hoc vlli hominum, ipſe, vel is qui ſanatus fuerat innoteſcerent: quandiu ipſe ſanctus in corpore maneret. In qua re, Domini Chriſti & Redemptoris noſtri imitatus exemplum eſt: qui ſanatum à ſe alloquens leproſum, *Vide ait nemini dixeris.* Hæc nobis poſt huius ſanctiſſimi viri tranſitum, præfatus Domnus Eliſierius ſub atteſtatione retulit veritatis: quæ nos abſque detrimento veri,augmentove falſitatis, ſimpliciter referre ſtuduimus. Ille venerabilis Eliſierius ante peractum ex quo iſta nobis retulit annum, laudabilis vitæ diem clauſit vltimum.

Matth. 8. 4.

Baſilicam Floriacenſem S. Abbo adornat.

CAPVT XV.

NOn abhorrere à recto laudis creditur genere, ſi ea quæ ſub ipſo, vel per ipſum, ad ornatum domus Dei quæ eſt Eccleſia, geſta ſunt: noſter explicet ſermo.Maximè cum inter Salomoniaca præconia, hoc præci

Digitized by Google

præcipuè laudetur, quòd templum Domini magnificis extruxerit impenſis. Et quamuis eius tenues copiæ, diuitiis nequeant locupletis Salomonis adæquari, tamen quæ provt pauper quem regebat locus, tempúſque malignum perſuaſêre, acta ſunt: ſilentio non ſunt digna obnubulari [1]. Namque anteriorem tabulam Altaris ſanctæ Dei genitricis Mariæ, ab anteceſſore eius Domno Oylboldo auro conſtrui cœptam, ad perfectum vſque perduxit. Duas circumiacentes, argento opertas augmentari fecit, & vt breuiter multa perſtringamus, ſex altaria tàm eius, quàm Monachorum ſub ipſius regimine conſiſtentium deuota intentione: argentis ſibi affixis, præfulgent laminis, Vnum videlicet ſub nomine Patris Benedicti Deo dicatum, aliud ſub nomine Summæ ac Indiuiduæ Trinitatis, ſancti quoque Sthephani, & ſancti Aniani, nec non ſancti Ioannis Euangeliſtæ, fratríſque eius Beati Iacobi. Sed & paries ligneus [2] circa tumulum Incliti Confeſſoris Chriſti Benedicti locatus, ſimili eſt comptus ſpecie metalli: atque in eo quædam Miraculorum eiuſdem Dilecti Domini, celatoria arte perſpiciuntur expreſſa, Hæc itaque & alia nonnulla ſub egregio Patre Abbone in Floriacenſi Cœnobio perfecta ſunt, inſtantia & procuratione honorabilis Monachi Gaufredi, cui ipſe ſacrorum commiſſerat cuſtodiam theſaurorum. Cuius etiam Gaufredi ſollicitudine, gazophilaciũ lapideum eſt conſtructum, ad repellendam ignis, ſi, quod abſit, ingrueret, violentiam ſatis idoneum. Eodem dequo loquimur venerabili Patre Abbone ſumptus ſubminiſtrante, de cuius vitæ moribus & ſcriptis, quia multa retulimus, ne faſtidioſi in multiloquio ſimus lectori, ſtilum ad eius enarrandum vertamus tranſitum.

1 *Aurea anterior tabula maioris altaris Floriacenſis.*

Alia minores argentea effecta.

2 *Tumulus S. Benedicti.*

S. Abbo ad Cœnobium Regulæ pergit.

CAPVT XVI.

IGitur cùm hic Deo amabilis hominibúſque Venerabilis, Abbo, per ſexdecim annos continuos, in à Deo

Deo ſibi cõmiſſo paſtorali deſudaſſet officio. Vuaſconiam proficitur. Eſt in illis partibus Monaſteriũ quoddam [1] Squirs vt fertur antiquitus nominatum : à modernis contrario nunc vocabulo , Regula vocitatum. Nulla quippe religionis norma , nulla aut rara bonæ conuerſationis ſaltem veſtigia,vſque ad hæc in eodem loco , apparuêre tempora [2],Id Guillelmus Sanctionis filius Burdegalenſium Comes , ac totius Guaſconiæ Dux,audita fama religioſę vitæ Domni Richardi Floriacenſium Abbatis,ipſi,ſucceſſoribúſque eius , ad regendum dudum commiſſerat:vti in libro [3] quem de vita vel actibus Abbatum noſtri loci ſcripſimus, pleniùs explanatum eſt. In quo loco , tàm ab ipſo Venerabili Richardo,quàmq; à duobus eius ſucceſſoribus Amalberto ac Oylboldo , diu multùmque elaboratum eſt, quo verè is locus , per habitatorum conuerſationem: vocabulo vteretur ſuo. nec quicquam vtilitatis actum. Poſt quos,dum hic vir Beatus Abbo,regiminis adeptus eſſet gradum,quibuſdam ſibi perſuadentibus,quatinùs eò profiſciſceretur:reſpondebat cùm ioco,ſe illuc iturum , quando eum ſatietas cepiſſet vitæ.Et quamquam id ipſe ludens diceret,tamen ita,ſe poſt rei habuit exitus. Ferebatur denique nulli prædeceſſorum eius poſt iter Guaſconiæ , diù viuere licuiſſe , Tandem ipſe ad iam dictam pergit patriam , eius regionis adit Comites,memorati filios Guillermi [4] , Bernardum & Sanctionem.eumdem locum non pro ſuo,ſed ipſorum diſponit libitu.Et tunc quidem proſperè ad ſua rediit,quibúſdam ſuorum quaſi ob tutelam loci relictis. Verùm hi quos relinquebat , perfidiam Guaſconum veriti , & tunc inuicti remanſerunt:ac poſtmodum multis à Guaſconibus perpeſſis iniuriis,cùm his quos illis veluti adiutores miſerat:ad eum reuertuntur. Qui eorum inertiæ culpam fore nactus, alios mittit : qui quòd priores neglexerant,corrigere curarent.Illi ſimilia paſſi , legatos ad eum dirigunt , quid paterentur intimant , ac ni maturatò ſibi ſubueniatur,locum deſerturos, atque ad propria minitantur ſe regreſſuros. Vnum hoc ſibi ex ſenten

1 Squirs Monaſterium.

2 Guillelmus Comes Burdegalenſium, & Dux Guaſconiæ totius.

3 Aymoinus ſcripſit librũ de vita Abbatum Floriacenſium, quem reperire non potui.

4 Bernardus & Sãctio Comites Burdegalenſes.

Digitized by Google

sententia Comitum notum fore mandant: liberiorem sibi quàm priùs,affuturam loci potestatem:si semel ad eos adeat & tam Comitibus quàm [5] etiam Malguino Vicecomiti, quem ipse eis Aduocatum dederat, quid ipse velit,verbotenus declaret.Quos manere decreuerit,mansuros:quos exire iudicauerit, memoratos polliceri Principes,vi se expulsuros,

[5] *Malguinus Vice-Comes.*

Iterum, Regulam S. Abbo proficiscitur.

CAPVT XVII.

TAndem talibus impulsus allegationibus, impendente iam vltimo vocationis suæ die, secundò iter arripit. Hos ex Monachis itineris Comites assumens: supranominatum Remigium, méque qui hæc scribo [1] Aymoinum, cùm Guillelmo suæ venerantiæ, iuxta Abbatum morem [2], tùm baiulo. Iámque in via constitutus,legatis qui pro se venerant, imperat se antecedere. Comites Aduocatúmque certos de suo aduentu reddere,ne moram colloquij faciant, dum ipse ad eos venerit,procurare. Ipse in nullo negligens vtilitatis Cœnobij quòd regebat,Pictauos pergit [3], Guillelmum illius vrbis adiit Comitem, pro iuuamine possessionis Monasterij sui,quæ falx dicitur, calumniis aduocatorum valde oppressæ:eum rogaturus. A quo die dicta, in qua sibi post suam regressionem, ab eodem Comite iusta deferretur audientia:pro re alia,aliquantas perinibi moras nectit. Fortè Abbas Monasterij Sancti Cypriani,in suburbio Pictauorum siti, eidem sancto consanguinitate coniunctus,vocabulo [4] Gisleber-tus, crimine falso impetebatur. Is eum humilima detinuit prece,vti suæ causæ quàm in proximo ventilandam autumabat: interesse dignaretur.Sed cùm improbus subsedisset accusator, manifestúsque fieri vereretur:vir Domini Abbo qui cunctis iniuriam patientibus quantum in se erat,opem ferre cupiebat,literas eidem propinquo suo, ex sua parte [5] Abbati Cluniacensium Odiloni, cui idem Monasterium subiectum erat per-

[1] *Aymoinus Comes itineris S. Abbonis.*

[2] *Baiulus Abbas.*

[3] *Guillelmus Comes Pictauensis.*

[4] *Gisleber-tus Abbas S. Cypriani Pictauensis.*

[5] *Monasterium S. Cypriani pictauensis, subiectũ Cluniaco.*

Digitized by Google

ferendas tradit. Quæ videlicet literæ, & vltimæ Epiſtolarum eius exiſtunt [6], & apud nos cùm reliquis conſeruantur, Ipſe iter quòd cœperat maturare contendit. Nos ergo quinta poſtquam ibi aduenieramus die, celebrata Omniũ Sanctorum ſolemnitate, quinta equè feria, inde progreſſi, per [7] Karrofenſe Monaſterium, ad [8] Nantoliacum deuenimus Cœnobiolum, in honore Sanctiſſimi Patris Benedicti fundatum. Vnde digredientes Sabbathorum die [9], Engoliſmam aduenimus, à qua vrbe, die Dominica egreſſi: dùm incerti pro aduenientis noctis hoſpitio, ac idcirco mœſti incederemus: oſtendit Dominus nobis, nequaquam ſe oblitum illum ſanctum habere virum, in cuius obſequio iter illud conficiebamus.

6 *Epiſt. S. Abbonis habet vir eruditus Pafy. Maſſonius Gr eas magno Reipub. detrimento occultas retinet.*

7 *Karrofenſe Monaſteriũ.*

8 *Nantoliacum.*

9 *Engoliſmã.*

S. Abbo, in itinere, deuotè à fidelibus Nobilibus ſuſcipitur.

CAPVT XVIII.

NAm dum ad caſtrum cui [1] Alba terra nomen eſt tendere deliberaſſemus, repente Dominus ipſius caſtri, Nobilis vir nomine [2] Giraldus, poſt tergum noſtrum celerrimè adueniens apparuit. Qui dũ inquireret qui nam eſſemus, & Beatum Patrem noſtrum Abbonem adeſſe cognouiſſet: gaudens ob eius præſentiam, ait ad eum Dominum inquiens fidémque meam teſtor, me admodum gaudere, quòd te Domine viderè merui. Nam bonitas & ſapientia tua, vniuerſo noſtro pervulgata ſunt orbi. Vnde ſi tuæ placet benignitati, hoſpes tibi ero in hac nocte perliberalis, cuncta victui neceſſaria tribuens. Fecit vt dixerat, & vſque ad noctem permanens, etiam in obſequendo, famuli fungebatur officio, Cùmque iuxta [3] quamdam ſui iuris Eccleſiam, nobis hoſpitium præbuiſſet: ad memoratum caſtrum incibatus abiit. Poſtero die, in ſtatu perſeuerans heſternæ beneuolentiæ, obuiam ei proceſſit: præmittens per internuncios piſcium xenia: eúmque per aliquot deducens milliaria, tàm ipſi homini Dei, quàm his qui hoſpi-

1 *Albaterra caſtrum.*

2 *Giraldus Albaterræ Dominus.*

3 *En Eccleſia iuris Nobilis viri.*

Digitized by Google

tij gratia comitabantur, duces viæ largitus eſt. Sic demùm Benedictione poſtulata, atque percepta, gaudens regreditur ad ſua. Hæc ideò retulimus, vt apertè clareat: huic ſancto viro numquam defuiſſe Diuinum, vbi humanum putabatur defore auxilium. Nec tunc ſolummodo, verum in omnibus itineribus eius, ac præcipuè per vniuerſam quàm ea tempeſtate tenuit viam: ſicut Domini à ſeruis, ita à cunctis per quos tranſitus fuit, iocundus ipſius præſtolabatur aduentus. Porrò nos eadem die qua de Alba-terra promouimus, tranſmeato [4] Ella flumine, vna cum beato Abbone, in villa quæ [5] Ad Francos dicitur hoſpitati ſumus. Suſcepit nos inibi [6] genitrix mea, Memorati Militis Geraldi conſanguinea, vocabulo [7] Annenrudis, cum quanta potuit humanitatis exibitione. Hæc deuotionis & obſequij feruore, circa eumdem Dei flagrans hominem: obnixè orabat, vt biduo apud eam manere dignaretur. Quod ille vehementer abnuit, & die data, ſuis vt viam maturatò capiant imperat, Túmque primùm quaſi preſagus, brachium in quò poſt percuſſus eſt, dolere ſibi præduxit.

4 *Ella flumen.*

5 *Ad Francos, villa.*

6 *Aymoini Patria, qui Aymoinus Nobilis ſecũdum carnem extitit.*

7 *Annenrudis Aymoini genitrix.*

S. Abbo tandem Monaſterium Regulæ intrat.

CAPVT XIX.

INde ad Dordonæ fluenta ventum, quò enauigato amne, Guaſconiæ fines ingrediuntur. Tranſmeantibus Dornoniam, antequam ad præfatum veniatur Regulę Cœnobium [1]: Aroth ſeu Codrot torrens occurrit. Quem dum tranſire eſſet neceſſe, vir Dei lintrem quæ perexigua illo habetur in fluuiolo, dum aſcendit: ea introrſus à lutoſo litore relabente, cinculotenus penè in aquam decidit. Mirum dictù, veſtigiis paululùm madefactis, in reliquis indumentis vix tenuis apparuit humor. Tranſmeato ſane hoc peſſimi occurſus torrente: poſtero die ad Monaſterium Regulæ ventum. Et primo quidem die, cùm quiete manſerunt: ſecundo ſane, inter noſtros & Guaſcones, iurgium propter cibaria

1 *Codrot ſeu Aroth torrentur.*

Digitized by Google

equorum ad veſperum ortum, vixque à maioribus ſedatum eſt. Quod vbi in craſtinum V. Pater Abbo cō-perit, ſuos vehementer redarguit, cur inermes & inter infenſam ſibi gentem, bella cierent. Monebatque patientiam ſeruare, donec ipſe cùm Comite ac loci Aduocato colloqueretur: qui iam iámque affuturi credebantur. Tum demùm ſuas ſuorúmque quos primitùs ibidem reliquerat, iniurias, ad libitum vltum iri pollicebatur. His ac ſimilibus verbis, ſuorum furibundos ſedare temptabat animos. Erat ea die celebris vniuerſo orbi Beati Pōtificis Martini Turonici ſolemnitas, & ſanctus vir magna cordis, ac corporis alacritate, Miſſarum feſtiua celebrauit ſolemnia. Qua die & ſequenti quæ Dominica fuit, idem Dei famulus Abbo, poſt Sancti ſacrificij per ſeipſum oblationem, ac corporis refectionem, montem in quo Monaſterium ſitum eſt vndique perluſtrans; laudare ſimul ac mirari, non ſolùm loci firmitatem, verùm etiam maximorum, quæ inibi fuerant ædificiorum fundamenta cœpit. Horum itaque locorum ſitum à ſancto viro laudatum: ſuccinctim literis mandare, opportunum fore credimus.

Situs Monaſterij Regula deſcribitur, & S. Abbonis mors.

CAPVT XX.

MOnaſterium Regulæ in honore Principis Apoſtolorum Deo dicatum, in monte eſt poſitum. Qui videlicet mons à tribus lateribus, Orientali, Aquilonali, & Occidentali, aliis cingitur montibus, à meridie Garonna vallatur flumine, periculoſáque vallis voragine. Ab oriente inter ipſum & alterum montem, valis exiſtit peranguſta: per quam fons meat, quam incolæ [1] Moſellam nuncupāt. ſimili modo ab Occidente, alterius fontis rapido alluitur curſu, cui [2] Moſa nomen eſt. Hæc nomina à [3] Francis illis impoſita æſtimantur, qui à magno Karolo, ad tuitionem prouinciæ ibi relicti ſunt. Non longè quippe ibi, abeſt palatium ipſius magni

1 *Moſella fons.*
2 *Moſa fons.*
3 *Præſidium Francorum à Karolo magno, in Guaſconia conſtitutum.*

Digitized by Google

magni principis Caſſignogilum: ſed quaſi tribus milliariis. In quo idem Imperator, vxorem ſuam Ludouici Pij matrem, grauidam reliquit: dùm contra Sarracenos expeditionem in Hiſpaniis egerer, Quod [4] & Eynardus vitæ illius relator ſcribit, & [5] nos in librum Miraculorum Sancti Patris Benedicti, breuiter expreſſimus. Locus ſane Regulæ ob ſupradictam poſitionem non facilè hoſtium patuiſſet acceſſui, niſi ab Aquilone parua ei adiaceret planicies, cui conditor municipij, vel vt quidam volunt ciuitatis, turrim quadris lapidibus exſtructam oppoſuit. Quæ nunc ruinarum tantummodo ſuarum inditia præfert, Igitur tàm huius quàm cæterorum ædificiorum dirutos parietes, & per deuexa totius montis latera, propter firmam cementi tenacitatem dependentes, homo Dei cõſpicatus: admiránſque: læto nobis adridens vultu, inſit. Potentior inquiens nunc ſum, Domino noſtro Rege Francorum intra hos fines, vbi nullus eius veretur Dominium: talem poſſidens Domum. Sed heu proh dolor aliter quàm ei ac nobis vtile fuit, huius loci parabatur poſſeſſio. Denique malignorum factio, qui illis quos ipſe ſanctus Pater ad eũdem miſerat locum irrogauerant iniurias, in id iam conſpirauerat: vt ex qualibet occaſione commoto tumultu, tanta famulos ipſius cædis contumelia afficeret, quatenùs nec ipſe, nec quilibet alter, eos vlterius adire auderet. Quod verò mortem illius inter dolos machinata ſit, non verè ſcitur, niſi quia is, qui eum percuſiſſe dicitur, in iurgio noſtris dixiſſe fertur: pro nihilo ſe ducere, ſi lancea ventrem eius transforaret. Secunda igitur Feria, qua ſancti Confeſſoris Bricij agebatur feſtiuitas, Monachum qui hos eſſe dicebatur machinatus dolos: ſanctus Pater noſter Abbo increpare cœpit [6] quòd ſine eius licentia, de Monaſterio egreſſus, foras manducare preſumpſiſſet. Hic Anezan nomine dicebatur proprio, gẽte barbarus ac vocabulo. Qui dum ſancti viri increpationem ſe patienter ferre ſimulat, ſed circumſtantibus contumaciæ verba reſpondet: Subito auditur clamor mulierum iuxta morem

4 *Eynardus ſcripſit vitam Karoli Magni.*

5 *Aymoinus ſcripſit miracula S. Benedicti ſuprapoſita.*

6 *Non licebat olim Monachis vigẽte diſciplina, extra Monaſterium ſine licentia manducare.*

rem gentis illius,vbi seditio oritur, aut mors hominis interuenit,conclamantium. Tum ille perfidus solo nomine Monachus,ad eos qui se circunstabant infit. Núc inquiens dicetur,meo monitu,hoc esse ortum scandalum. Cui,quidam ex his qui aderant. Si ait id metuis, nobiscum ad hos sedandos progredere motus. Verum eo differente, ad nostros reprimendos, is qui monita dederat,cursim progreditur. Caúsa autem ortæ seditionis, hæc erat. Tam Francis quàm Guasconibus se alterutrùm conuiciis lascessentibus, vnus Francorum nimium impatiens conuicij Domino suo illati,conuiciatorem baculo inter ceruicem & scapulas ictum, humi prostrauit. Eo prostrato, tàm nostri quam seditiosi,semet mutuò lapidare cœperunt. Interea,vir Domini Abbo, intra claustrum Monasterij residens, & quasdam computi ratiunculas dictitans: tumultuantium clamore exaudito,foras ab inferiori montis parte progreditur: & ad reprimendos suos,qui superiora occupauerant loca festinans[7]: ab vno aduersæ partis satellite, lancea tàm validè vulneratur in læuo lacerto: vt interiora costarum, adactum penetraret ferrum. Qui percussus, non clamauit, non titubauit, aut cadentium more loco motus est: verùmtamen hoc tantum dicens, Iste ait seriò hæc fecit: ad domum vbi sui famuli hospitium habebant, ascendere cœpit. Sustentabat autem eum,frater quidam nomine Guillelmus,cuius supra meminimus. Ego vestigia eius persecutus, conspicio super limen domus, quam vir sanctus ingressus iam erat: partem coagulati sanguinis. Interrogánsque de quo foret, hoc a Dei homine responsum accepi. De me inquit est. Testor Dominum, continuò mihi steterè comæ. Horrórque infusus corpori,rauciſonam reddidit vocem. Nondum enim quispiam animaduerterat, eum in carne esse vulneratum: sed tantum indumenta æstimaba nus fuisse perforata. Itaque aio ad eum,quanam in parte inquam, tibi Domino meo,illatum vulnus est? Tùm eo eleuante brachium vt plagam detegeret: repentè ab intimis costarum

7 S. Abbo, lancea vulneratur.

rum receſſibus, vnda ſanguinis prorumpens, manica laxioris[8] pelliceæ excipitur. Verùm ipſe nihilo triſtior, nec vultus colore mutato, cùm me trepidare magis magiſque ſenſiſſet: tàm ex faciei permutatione, quàm ex verbis quærimoniæ, alacri vultu & penè ridenti ſimilis, ait. Quid tu inquiens ageres, ſi ipſe vulneratus eſſes? Attamen noli metuere, Quin potiùs foras ad noſtros progredere, eóſque ad me venire facito, vt hæ ſedentur turbæ. Quod cum feciſſem, illíque obtemperantes ingreſſi eſſent. Ipſe iam exanguis factus, inter manus diſcipulorum famulorùmque ſe ſuſtentantium: Idibus Nouembris [9], ſpiritum reddidit. Retulerunt autem qui eius ſanctum finem videre meruerunt (nam ex ob ſedandos tumultuantes forinſecus remanſeram) hunc ipſius vltimum fuiſſe ſermonem. Miſerere inquiens Deus Omnipotens animæ meæ, locóque ac congregationi, quam nunc vſque, te concedente rexi. Et ille quidem hæc effatus, vt prædictum eſt, animam efflauit. At ſeditioſi domum in qua Beatus Pater iam defunctus à ſuis lamentabatur, circundantes: obſeratos ſuccíderunt cardines oſtiorum. Sicque furens ingreſſa turba, aliquibus vulneratis [10], cubicularium viri Dei vocabulo Adelardum, qui caput Domini ſui propriis genibus ſuppoſitum, lachrymis rigabat: ad necem vſque fuſtibus præaccutis ac lanceis conciderunt, qui ægrum vſque ad tertiæ feriæ diluculum protrahens ſpiritum, defecit ac mortuus eſt: ſepultúſque in clauſtro Monaſterij. Iuxta quem quoque, cuſtos equorum ipſius ſancti, poſtea tumulatus eſt. Qui tunc quidem vulneratus, vſque ad diem Feſtiuitatis S. Andreæ languit: ſicque obiit. Cæterum tantæ cladis compilatores, certiſſimè agnoſcentes Beatum obiiſſe Abbonem, certatim cuncti in fugam vertuntur. Ita vt terris reddito die, ne mulieres quidem in vniuerſis forenſibus ipſius villæ, inuenirentur domibus. Quatriduo poſt obitum ſancti viri, morati ſumus: commorante ſemper nobiſcum ob cuſtodiam noſtri, quodam honorabili viro nomine Guillelmo Orioli

8 *Abbates olim induebant veſtes pelliceas.*

9 S. *Abbo meritur.*

10 *Abbatis Cubicularius.*

filio, qui videlicet Guillelmus gratia beatum virum vidēdi,eadem die cum quibuſdam aliis ibidem aduenerat.Eoque viſo,ad mætatum ſuum,quaſi milliario ac ſemis diſtans à Monaſterio, ſeceſſerat. Is vbi noſtræ miſeriæ nuncium accepit, ad noſtrum auxilium cum ſuis velociter accurrit. Hi ergo corpus Beatum quod adhuc in domo in qua animam Creatori reddiderat, ſuper nudam penè humum iacebat:tapeti impoſitum, ad nos vſque pertulerunt: noſtris propter caliginem noctis, è clauſtro Monaſterij minimè exire audentibus.Dubitatū aliquandiu eſt,quonam in loco poni deberet.Tunc in commune placuit,vt quando innocenter,ac pro veritate quæ Chriſtus eſt,interemptus erat: in Eccleſia poneretur. vbi vſque ad diluculum feriæ quartæ,duabus videlicet noctibus vnáque die[11], eum cum quanta potuimus Pſalmorum & lachrymarum deuotione,ſepultum ſeruauimus. Referri nequit,qui luctus quive gemitus, ab his qui ad eum viſendum è propinquis venerant locis,editus ſit,cum eum quem viuentem cernere concupierant, mortuum conſpiciebant.Contemplabantur ſanè vultum eius adhuc ſudario, nequaquam opertum, qui dormiētis potius quam mortui ſpeciem ex rubore præferebat. & lachrymis opplebantur: incredibiléque dum aduiueret videbatur,eum tam ingentem poſt obitum,non ſolum à ſuis, verum etiam lachrymoſum ab extraneis habiturum planctum. Nam quilibet aduenirct notus ſeu ignotus, eius viſo corpore, ſiue poſt tumulationem ſepulchro, continuo in lachrymas prorumpebat. Matutino ſanè tempore feriæ quartæ, cum ipſis quibus indutus erat veſtimentis[12], vti mos eſt ſepeliri interemptos, inlotus etiam,lapideo tumulatus ſarcophago:in interioribus cryptæ,ante altare ſanctiſſimi Patris Benedicti. Et quidem ſatis decentiſſimè ſi non ei tam inſperatus contigiſſet finis vitæ. Sed ſcriptura teſte, nouimus, *quia Iuſtus quacunque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.*

11 *Modus cu ſtodiendi defunctorū corpora.*

12 *Interēpti cū ſuis olim veſtimentis ſepeliebātur.*

Sap.4.7.

Reditus

Reditus familiæ Sancti Abbonis ad Floriacum, & Abbatum Galliæ ad eumdem locum adunatio.

CAPVT XXI.

NOs igitur quarto à tumulatione sancti corporis die inde digressi, per biduum à [1] Vicecomite Amalguino, eiúsque vxore Osemberga detenti, charitatiuo sumus affectu. Cuius mulieris benignissimam erga nostros compassionem, nobis ad conclusionem voluminis tendentibus, breuiter memorare congruit. Nam ipsa viro suo, vt vulneratos retineret etiam nolentes suasit. Retentis autem, ipsa cuncta tribuit necessaria, non solùm languentibus, verùm etiam eorum seruientibus, atque equis, qui omnes sexdecim erant numero. Medicum ipsa quæsiuit, eíque pro sanandis equis, ipsa pretium præbuit. A me quoque, vt cum eis remanerem, non solùm mansueta prece, verùm quadam imperiosa [2] consanguinitatis exigit authoritate. Hi verò, qui sani euasêre, à Procuratoribus eius, ipsa præcipiente, per omnes ipsius possessiones, quæ in itinere erant, honorificè susceptí; tristem tanti doloris nuncium, per omne spargentes iter, tandèm Floriaco Cœnobio intulerût. Quis tunc luctus, quíve dolor, tàm nostram sanctam inuaserit Congregationem, sermo explicare non sufficit: cùm ab his quoque, quibus eius grauitas onerosa videbatur, inconsolabiliter lugeretur. Auxit hunc ingentem dolorem, [3] aduentus plurimorum Abbatum, in imminente Sancti Patris Benedicti solemnitate, quæ in mense colitur Decembri, confluentium. Horum alij ab ipso, ob quasdam ordinandas vtilitates, erant euocati; alij suarum necessitatum certis ex causis, eum consulturi aduenerant. Inter quos Reuerendus Cluniacensium Abbas Odilo aderat, charitatiuo laudabilis in Domino familiaritatis glutino, ei in omni sua coniunctus vita. Talium itaquè præsentia, & ipsius absentia, propter quem venerant, ingerebat mœstitiam, & nostris ampliorem addebat

1 *Amalgninum Vicecomes.*

2 *Osembergæ Vicecomitissæ, consãguineæ Aymoini.*

3 *Aduentus plurium Abbatum Galliæ ad Floriacum, in hyemali festo S. Benedicti.*

Digitized by Google

dolorem, quòd tali forent Paſtore deſolati, cuius prudens conſilium, aliorum expeterent Prælati Cœnobiorum.

Hæc de vita, moribus, & actibus, necnon Martyrio Sanctiſſimi Patris noſtri Abbonis, partim à fidelibus viris audita, partim à nobis viſa, adte, Reuerentiſſime Clericorum Heruee, vt tua ſanctitas petiit, veraci pro poſſe relatu ſcripſimus. Nunc tuam expoſcimus benignitatem, quatenùs pro nobis Domini implores clementiam, vt ſi quid fortè eum in noſtra offendimus narratione, ipſe ſua piiſſima indulgere dignetur miſeratione. Et qui eius ſepulchrum dignatus eſt Miraculis illuſtrare, mihi facultatem dignetur conferre, in ſequenti volumine, ea ad laudem nominis ſui fidelibus manifeſtare.

Librum Miraculorum B. Martyris Abbonis Floriacenſis, integrum reperire nequiui: eius verò tantùm inuenta fragmenta quædam, vltimi capitis loco ſubieci.

De Miraculis S. Abbonis.

CAPVT VLTIMVM.

1004. ANno Incarnationis Dominicæ milleſimo quarto, Indictione ſecunda, die menſis Nouembris decimotertio, martyrizatus eſt Venerabilis Abbas Abbo, cuius dies paſſionis, cùm celebri tranſitu S. Bricij, tùm etiam feſtiuitate cuiuſdam Sancti nomine [1] Herardi, inſignis habetur. Cuius Sancti caput in Monaſterio Regulæ, reliquum corporis in quadam ipſius Cœnobij cella humatum ſeruatur. Porrò de honorando Patre noſtro, ea quæ per eum Dominus operari poſt eius tranſitum decreuit miracula, literis mandare dignum duximus, ad notitiam poſterorum. Dum igitur adhùc inhumatum corpus eius in Eccleſia ſeruaretur, cuidam debili,

1 *Nescio quisnam ſi Sanctus iſte Herardus.*

Digitized by Googl

debili,quem longa vis febrium macerauerat,per viſum reuelatum eſt, vt ſi ſanus eſſe vellet, dexteram manum eius ablui aqua poſceret,ipſéque eam in potum ſumeret. [1] Quod cùm à Domino Remigio Monacho, eius loci poſteà Præpoſito, popoſciſſet, ac impetrauiſſet, hauſto potu, priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati.

1 Debilis curatur.

Dein verò, [2] die ſecunda obitus ipſius Sancti viri, vna ex his mulieribus, quæ clamore ſuo ſeditionem concitauerant, mente capta, totóque nuda corpore, per Eccleſiam rotabatur. Poſt hæc, lepra percuſſa, & à conſortio hominum expulſa, vſque ad finem vitæ, non eſt mundata.

2 Mulier efficitur inſana ac leproſa.

Porrò, die quarta, dum cuſtos Eccleſiæ duas lucernas menſuræ ſemipedalis, poſt ſynaxim Completorij accendiſſet: vnam ante altare Sancti Petri poſuit,alteram ante ſepulchrum Martyris Abbonis. Cúmque ad Matutinos ſurrexiſſet deſignandos Hymnos,eam,quam coram altare Sancti Petri poſuerat,arſam reperit:illam verò,quam ad caput tumbæ Sancti viri poſuerat, penè integram ſe reperiſſe profeſſus eſt,quæ vſque manè ſequentis diei, perduràſſe viſa eſt.

Cæcus [4] quidam erat Petragorici Pagi, cui per viſum reuelatum eſt,vt ſi videre vellet,ſepulchrum huius Sancti expeteret, vt eius interuentu, à Domino lumen reciperet. Qui cùm iuxta præoſtenſam viſionem, ad locum Regulæ acceſſiſſet, ac ad Sancti tumulum aliquantas peruigiles duxiſſet noctes,viſum recepit. Vndè partem hæreditatis ſuæ,Sancto Petro, ac Beato Benedicto, necnon Sancto Martyri Abboni, illíſque famulantibus largitus, ad propria rediit.

4 Cæcus videt.

Alter [5] quoque cæcus de pago Burdegalenſi, per viſum itidèm admonitus eſt, vti Monaſterium Regulæ adiret:inibi eſſe Sanctum,per cuius meritum Dominus ei lumen condonaret. Qui præcepto parens, locum adiit, ſpatio fermè dierum octo, ante tumbam pernoctauit. Vna verò noctium,dum Fratres ad Matutinos ſurgerent Hymnos, puerum ante ſe iacentem excitauit, dicens: Surge, vt pariter matutinalibus poſſimus intereſſe

5 Alter cæcus illuminatur.

intereſſe officiis. Cui cùm ille, non ſe habere vbi accen- »
deret lumen, obtenderet: Video, ait, lucernam ante al- »
tare Sanctæ Crucis ardentem. Ad hæc, puer: Si vides, »
inquit, vade, & eam hûc defer. Abiit ille, & apprehenſo »
lumine, in ſuperiora cryptæ ad eos, qui pſalmodiæ in-
ſiſtebant, abſque ductore aſcendit. In craſtinum Fratri-
bus cuncta, quæ ſibi acciderant, referens; ad reddendas
Deo laudes, eorum mentes accendit. Fidem verbis eius
accommodabat, tàm decora canities, quàm etiam vul-
tus, ac totius corporis honeſtus ſtatus.

Explicit liber Aymoini Floriacenſis, de vita, morte, & Miraculis S. Abbonis Martyris.

TOR

Digitized by Google

TORTARII FLORIACENSIS
VETERES VERSVS, DE
Translatione Corporis Sancti Mauri Africani, Martyris.

Apud Floriacense Cœnobium, Corpus Sancti Mauri Martyris, priusquàm illud Caluinistæ, anno 1562. vti anteà relatum fuit, comminuerent, atque spargerent: religiosissimè asseruabatur. Cuius passionem, translationemq;, Tortarius Monachus Floriacensis, ante sexcentos annos, carmine cecinit. Narrando, Sanctum quemdam Antistitem Britanum vocabulo Hebrem, à Nortmannorum furore, cum dicti Martyris corpore, ad Floriacense Monasterium confugisse.

In hunc igitur modum, Tortarius recensita Martyris Mauri passione, quam, vtpotè cunctis exploratam, prætermisit, eius translationem explicuit. Ipsiusq; versus venerandæ antiquitatis gratia, inemendatos lectori deprompsi.

AFfuerunt Romæ, præscripto tempore mensæ,
Cives Basanici, Pœno de sanguine creti.
Mercandi causa, linquentes Africa rura.
Cognoscũt[1] Maurũ, Pœno de semine natum.

1 S. Maurum Afer.

Ipsius

Ipsius hi nocte, rapiunt venerabile corpus.
Condit aromatibus pia nautica concio, membra,
Ambit linteolis forti religamine strictis.
Condit sarcophago, quod quærens reperit, apto.
Ascribit titulum, clausi iusti monumentum.
Maurus pro summi Diuino nomine Christi,
Ferro percussus, iacet hoc in marmore clausus.
Defert sarcophagum post hæc, ad litus amicum,
Imponit naui, comitante inuamine Christi:
Qui sacrum corpus, properat perducere quò vult.
Audiuit sæuus quod erat gestum [2] *Celerinus,*
Illicò funestam truculentus concipit iram.
Dæmonis arreptus furia, stimulisque citatus,
Imperat adduci sibi nautas, voce minaci,
Curritur. Ast illi, crudelia iussa tyranni
Audierant, & mox dispersi, quò tulerat sors,
Euasere minas tumido a iudice quassas.
Infrendens animo crudelis prædo ferino,
Certat defunctum disperdere, perdere viuum
Quem voluit, sed non valuit: cœlum quia iunit.
Ergo sepultura sperat priuare suprema.
Nauim sarmentis mandat stipare putatis,
In pelagus duci, nequit & dum ripa videri,
Ignem supponi, puppim, corpúsque cremari.
Perfida turba, sui complet præcepta magistri.
Impletur nauis, siccis variisq́, alimentis:
Gratis Vulcano consumere cuncta parato,
Altius inq́, salum, proram cum remige ducunt.
Tendunt interius, dum perdat litora visus.
Supponunt flammam, satagunt ardere carinam.
Igne suppositio, redeunt, narránique cruento.
Iussit vt incensam Iusti cum corpore cimbam,
Credidit insulsus, grata quæ referunt, Celerinus.
Sed vetuit flammis, pia Christus membra cremare,

[2] *Celerinus Præfectus.*

Nosse

Nosse capillorum numerum, qui clamat, eorum,
Se sibi qui tradunt, qui totam spem sibi subdunt.
Et per Psalmigraphum occinit, quòd non perit unum
Ossibus ex Sanctis. Mors cùm sit amara malorum.
Hic sibi quò placuit, nauim se remige dùxit.
Ipse fuit velum, rexit moderamine clauum.
Dirigit ad litus promissum, nobile corpus,
Nullius clari radios interrogat astri
Non Tauri rutilum cornu spectare sinistrum.
Non iuuat extensi promisere brachia Cancri.
Sydera nec Piscis, nec consulit astra Bootis.
Non caput Andromedæ, non cauda regit Cynosuræ.
Excitat inuisas Helenæ nec stella procellas.
Non vexare fretum, valet ensifer Orion.
Istria laurigeri ditatur corpore Mauri:
Urbe[3] Farentina, degens videt vt pia turba,
Appropiare sua, tranquilla per æquora ripæ,
Obuia tota ruit, vix vnus in vrbe remansit.
Obstupuit primò, casu perterrita tanto.
Nauim circumdat, quid ferret scire laborat.
Cum lapide sculpto, sarmentum conspicit intro.
Reliquias ignis, quem vis Diuina refrixit.
Et partim canas, mirâtur inesse fauillas
Partim sarmenti, carbonum frusta cremati.
Miratúrque ratem, non passam funditùs ignem.
Illæsum titulum, titulique stupet monumentum.
Percurrens oculo quod erat scriptum studioso.
Martyris hîc nomen legit, extremúmque laborem.
Reddita certa, Dei certo de munere Christi,
Feruet lætitia pia plebs, promiscua turba,
Cum pueris iuuenes, cum proiectis seniores,
Infert deuotè, plaudens vrbi memoratæ:
Persultans hymnis, & laudibus Omnipotentis.
Magnificans illum, qui præstat grandia, Christum.

[3] Farentum ciuitate.

Collo

Collocat in ſacro, clariſſima pignora templo.
Hic cultu celebri veneratur in vrbe fideli,
Omnis amat magnum, colit omnis & Iſtria Maurum.
Vrbſque Farentina, per eum fert maxima, famâ.
In qua per famulum, peragit magnalia Maurum.
Actor virtutum Chriſtus, Dominus Dominorum.
Hic optata ſalus egris reddi perhibetur,
Cæcatis viſus, hîc perfectè reparatur,
Emoritúrque phreneſis, & horrida frigore febris.
Hîc lepra curatur, virtus inimica fugatur,
Linquit membra malus conceſſa diu ſibi morbus,
Hîc prece victa pij, peſtis fugit inuida, Mauri.
Redditur auditus ſurdis, claudis quoque greſſus,
Firma manus mancis, neruorum robora curuis,
Hîc glaucoma cadit, capitis dolor aufugit omnis.
Vlcere roza cutis, fit Mauri munere leuis.
Gutta fugit ventris, reſtinguitur hic ſacer ignis.
Dæmon hîc inuitus poſſeſſor deſerit artus.
Hic loquitur mutus, ſiccatur hîc humor aqueſus.
Hic pereunt omnes bachantis Dæmonis artes.
Quiſquis adit Maurum, ſibi ſentit adeſſe propinquum:
Et quod depoſcit, miratur ouans adipiſci.
Ergo Farentina poſtquàm per ſecula longa
Martyris vrbe, ſacrum iacuit corpus tumulatum.
Diſponente Deo, qui nutu cuncta benigno
Tempora definit: procûl hinc ſacra membra remouit.
Sed reor hoc factum, quia Mauri nomen honeſtum
Diuulgare Deus decreuit, ſpargat vt eius
Per populos famam, maiori culmine dignam.
Creſcat vt inde ſalus cunctis, hunc qui venerantur.
Hac ratione viros exciuit, ſed ſibi notos
Qui maris vndiſoli, ſulcantes æquora remis,
Longè ſemotos fines adiêre [4] *Britannos.*
Hi tulerunt ſecum Mauri corpus venerandum.

4 *Corpus S. Mauri Martyris in Britannia.*

Hoc

Hoc ibi depositum virtutum luce coruscum,
Respersit totos sancto rumore Britannos:
Nam pro diuersis veniebant vndiquè morbis.
Semper enim Maurum comitantur dona salutum.
Phœbus vti nebulas propellit lampade cacas.
Maurus languorem meritis sic dissipat omnem.
Hypocrati nullum, Galeno spondeo nullum,
Asclepio nullum fore: Maure volet vbi lucrum.
Nullius Peoniis, vbi Maurus erit, locus herbis.
Nil agit hîc vnguem, vbi Maurus adest, medicamen.
Martyris ergo sacri corpus coluêre Britanni.
Donec [5] *Nortmanni, fontis gens nescia sacri,*
His infesta foret: supremáque damna pararet.
Sordida dæmonicis, quæ se deuouerat aris.
Quæ non lota sacro, vastabat cuncta, lauacro.
Hinc & Christicolis magis impacata catervis,
Egit multiplices ea gens phanatica cædes.
Testatur Turonis, Carnotus, & Aurelianis,
Beluacus, Meldis, Lutetia, necnon Trecassis,
Pictauis, Arnernus, Niuernis, seu Rotomagus,
Andegauis, Biturix, Nanetis, seu Noniomus.
Vrbes & plures, quas versu dicere non est:
Quas hæc incendit gens impia, seu spoliauit.
Nam tunc Francorum virtus emortua Regum,
Non poterat vires gladio frenare rebelles.
Tota intestino dum fervet Gallia bello:
Propterea Gallis instabat barbarus hostis.
Donec dante Deo, prostratus [6] *Rege Rodulfo,*
Submisit nostris, sua colla potentibus armis.
Eius barbariem, dum vitat Episcopus Ebrem,
Assumpto magni pretioso corpore Mauri,
Quod sibi commissum, fulvum servabat vt aurum:
Aufugit, patria, Mauro comitante, relicta.
Et fugiens pagum devenit ad Aurelianum.

[5] *Nortmanni idololatra.*

[6] *Rodulfus Rex.*

In quo Cœnobium fama referente locatum
Audit Floriacum, ſub religione probatum,
Ad quod diuertit, Patrémque videre popoſcit.
7 Ricardus Abbas Floriacenſis. *Tempore quo magnus ibi præfuit Abba 7 Richardus:*
Quem ſic alloquitur, ſubmiſſo lumine, Præſul:
O decus Abbatum, lampas clariſſima Patrum: »
Audio te tantum, quantum decet eſſe magiſtrum. »
Téque, tuóſque ſacram, directo tramite normam »
8 Corpus S. Benedicti. *Obſeruare, pius quem conſtituit Benedictus.* [8] »
Eius & hanc charis ædem membris decorari. »
Præſul & ipſe fui: ſed linquens agmina plebis, »
Nomine pro Domini curam Paſtoris abegi. »
Accipe, méque gregi ſocia Pater alme fideli: »
Induc ad niuei caulas, bone Paſtor ouilis. »
Gratum eſt, vt coram Legiſlatore, *rependam* »
Seruitium Domino, præſente mihi Benedicto: »
Illius & normam iuxta deducere vitam. »
9 Omnes Epiſcopi olim Papæ dicti. *Quàm me barbarico* [9] *Papam contradere ludo.* »
Non tua denariis replebo marſupia multis, »
Sed dabo theſaurum, quo ſit tibi vilius auum. »
Trado tibi Maurum, Chriſti teſtem pretioſum. »
Gaudet vir gnarus, tali rumore Ricardus,
Reſpondétque viro prudenti famine ſancto.
Sancte vir, Angelicum repræſentas mihi vultum. »
Grates reddo, parem dederit Dominus: quia talem »
Non te Diſcipulum præſumam dicere noſtrum. »
Oro, magiſterij conſcius digneris haberi. »
Membra quidem clari meritis ampliſſima Mauri, »
Sunt potiora mihi, quàm pondera ſi dabis auri. »
Præſul agit grates, pullas ſumit illicò veſtes:
10 Monachorum niger amictus. *Induitúrque* [10] *nigra, Patre conſecrante, cuculla.*
Vixit abhinc multos ſacri æmulus Ordinis annos.
Sancti Reliquias Abbati tradit habendas.
Excipiunt Fratres, ſua fletibus ora rigantes,

Fun

Fundunt letitia, lachrimarum flumina multa,
Æde locant ſancta pia cum geſtamine membra.
Sis quantus ſignis vbi nunc oſtendis tupertis,
Maure ſacer meritis, fiducia preſtita nobis.
Si ſeviat peſtis, ſi deſint aura ſalubris,
Si deſiuunt pluuiæ, torrente paluſtria Sole,
Si grando ſegetes, ſi flamma vorax premat ædes,
Siue ruens imber, noceat ſi putridus aër,
Inguina ſi tument, ſeu ſera ſorte tepeſcunt,
Curritur ad Maurum, peribus miſerante flagellum.
Impetret æterna qui nobis premia vitæ.
Maure ſacer meritis, exaudi vota precantis.
Quod dedit exiguus Tortarius accipe munus.
Mille ſui verſus, ſua demant crimina mille.

Sed & Rodulfus Floriacenſis, Hymnum hendecaſyllabicum, paſsionem, ac tranſlationem dicti Martyris graphicè concinnentem edidit, quem nulla ratione membranarum tenuitas atque vetuſtas, legi integrè permiſit. Vnde nolui truncatum exibere lectori.

Z 2 S E X

SEX AVTHORVM VARIA FRAGMENTA,

Translationi, & Repositioni Corporis Sancti Benedicti apud Floriacum, adstipulantia.

PRIMVM.

Ex historiæ Ioannis Monachi Itali, libro 3. cap. 12. qui vitam S. Odonis Abbatis Cluniacensis describit, apud Surium, tom. 6. Nouembr. 18.

POST eam persequutionẽ, quæ facta est in Galliis, sub [1] Nortmundo sæuissimo Nortmannorum Rege, Fratres Floriacensis Monasterij, ob hostium metum, huc illúcque dispersi, in illud reuersi sunt. Sed quod sine dolore animi dicere non possumus, lócum illum sanctissimum, iunctis quidem corporibus, sed dissectis animis occupabant. Cùm autem quandoquè in Monasterio residerent, & inter se corrixarentur. Quidam ex eis, confecto negotio, quod ei ex obedientia exequendum erat, domum reuertens, ante fores Monasterij, obuium habuit S. Benedictum, qui sic ei dixit: Denuncies Fratribus meis, quandoquidèm [2] me non sinunt quiescere, me iam hinc recedere: nec huc reuersurum esse, donec ex Aquitania quemdam adducam virum, qui sit secundùm cor meum. Fratre autem volente interrogare, quis esset: Ego sum, inquit ille,

[1] *Nortmundus Rex Nortmannorum.*

[2] *Corpus S. Benedicti.*

ille, Benedictus. Itaquè, Frater ille properè hoc indicauit Fratribus. Sed miseri illi tanto orbati Patre, non se dederunt lamentis & [3] precibus, quibus non rarò minæ Omnipotentis Dei auerti solent: sed ascensis equis, passim eum inquirere cœperunt, vt inuentum, vel vi, vel precibus reuocarent. Sed cùm illum non inuenirent, Fratrem, qui hæc dixerat, perpetuo ludibrio habuêre. Per id tempus, [4] Helisiardus Comes Illustris, qui nunc Monachus est, audiens infamem illorum Monachorum vitam: Abbatiam illam, à Rodulpho Francorum Rege petiit, & impetrauit. Patríque nostro [5] Odoni tradidit. Deindè adiunctis sibi duobus Comitibus, & Episcopis, cum eodem Patre nostro Odone, ad illud Monasterium venit. Sed vbi id Monachi illi perceperunt, correptis armis, alij in ædificiorum tecta se recipiunt, tanquam hostes suos, lapidibus, & telis, eos depulsuri: alij muniti clypeis, & accincti gladiis, Monasterij aditum obseruant, aiúntque, se potiùs mortem oppetituros, quàm aut eos patiantur ingredi, aut alterius instituti Abbatem admittant. Interim ad se re-

[3] *Preces non rarò iræ Dei auertunt.*

[4] *Elisiardus Comes, fit Monachus.*

[5] *S. Odo Cluniacensis.*

« dennt. En videmus, inquiunt, quid nobis minatus sit « Pater Benedictus. Heu! cur non credidimus Fratri « nostro? Videmus iam fieri, quod ille forè prædixit. An « non hic est Odo ille Aquitanus, quem sæpè suspicati « sumus eum esse, quem B. Benedictus dixerat. Heu! cur « non vltrò illum nos inuitauimus. Hæc cùm dicerent, nihilominùs pergebant inuenire viam, qua illos repellerent. Erat inter eos Frater quidam Vulfaldus nomine, annis iuuenis, sed bona indole. Per eum crebrò inter vtrosque discurrentem, quædam Romana priuilegia & edicta Regalia Patri Odoni miserunt, quibus cautum erat, ne quis alterius Congregationis, vllo vnquam tempore, Prioris illic officio fungeretur. Ei autem dixit B. Odo, se pacificum venire, neminem lædere, nulli nocere velle: sed tantùm ad Regulæ præscriptum corrigere constituisse, si qua emendatione habeant opus. Et his quidèm, & consimilibus verbis, Beatus vir, eorum animos, per internuncios assiduè permulcebat.

Digitized by Google

Sed cùm viderent illi, nihil se suis conatibus efficere, ad alia se vertunt: modò ad Regem prouocant, modò Odoni necem minantur. Atque hunc in modum, triduj tempus exactum est.

CAPVT XIII.

1 *Asellum equitabat Beatus Odo Cluniacẽsis Abbas.*

TAndem vir sanctus nobis inscientibus [1], ascenso asello suo, properè contendit ad illud Monasterium. Episcopi vero & Comites, cum suis eum insecuti: clamant post eum. Quo abis pater? Vis ne in mortem ruere? Cernis ne paratos illos esse, ad necem tibi afferendam? Quo puncto temporis ad eos perueneris: eo ipso morieris. Itane de tuo interitu illis gaudium, nobis luctum exitialem allaturus es? Quicquid autem illi vociferarentur: ille retineri non potuit. Sed sicut scriptum est, *Iustus quasi Leo confidens, absque terrore erit.* pergebat constanti animo. Mira profecto dicturus sum. Vbi propius ad illos accessit, & agnitus ab illis est, qui eum antea nouerant: adeò repente mutati sunt, vt non immeritò de illis dici posset. *Hæc mutatio dextera excelsi.* Videre tùm licebat, eos proiectis armis, otiùs ei occurrere obuiam: atque eius vestigia complecti. Quæ res nobis omnibus incredibilem lætitiam attulit. Et ne sim lõgior, Monachi illi, Odonem sibi Patrem accipiunt: cæteri domum proficiscuntur.

Proverb. 28.

Psal. 76.

2 *Carnes Monachis interdictæ.*

Postea verò, cœpit eos hortari vir sanctus [2], vt à carnibus abstinerent, studerent parsimoniæ, nihil ceu proprium possiderent: si quid apud se clam haberent, id instar Apostolorum & credentium, coram omnibus à se rejicerent.

Act. 2. & 4.

Sed quia illi, res Monasterij, non in commune possederant, sed pro suo arbitratu inter se partiti erant: sibique eas priuatim vendicarant, vt viderunt id sibi deinceps minimè permissum iri, maluerunt amicis & fautoribus, immo hostibus & profligatoribus, hactenùs iniustè possessa, præter ius fásque elargiri, quàm ad Canonis Monastici præscriptionem, iis renuntiare. Quibus autem renunciarunt, ea cum illis quæ Abbas

Odo

Odo attulerat,in victum insumere nitebantur: vt absumptis omnibus: vel *inuitus*, eis carnium vsus permittere cogeretur.Itaque perpetuò expetebant pisces. Porrò pius ille vir,libenter eis suppeditabat omnia,vt ab illo vno eos cohiberet.Atque ita factum est,vt ille largiendo, atque illi commedendo: penè omnia consumerent. Instabat interim Pater noster fide intrepidus, spe securus, charitate inuictus,nihil hæsitans,secundum illam Domini pollicitationem.quod,*Quærentibus primùm regnum Dei,omnia adijcientur*,se haudquaquam derelictum iri. Interea dum hæc fiunt [3].B. Benedictus cuidam fratri in visione apparet: inter alia,iubet eum dicere Patri Odoni,vt ob pecuniæ defectum nil trepidet, nec pro obtinendis rebus necessariis anxius sit: se crastina die missurum ei solidos centum,& altera hebdomada tantam diuersarum rerum copiam,vt in multum tempus fratrum vsibus sufficere queant. quod quidem ita factum est. Permulti vero ex circumuicinis regionibus,ad Beatissimum Patrem Odonem confluentes, eius magisterio freti,suauis obedientiæ iter complecti cœperunt: vt postea cælum scandere mererentur. In tantum enim fama sanctitatis eius increuit, vt non modo laici & Canonici ad eum se adiungerent:sed [4] etiam Episcopi, relictis sedibus suis, eius Monasterium peterent;vitámque Monasticam consectarentur. Cernere tum licuit, locum illum,tamquam euulsis sentibus,nouas proferre fruges: & velut ex areæ tritura, crebris verborum flagellis pulsatos, excussis vitiorum paleis, purum in horrea Domini frumentum inferre.

Mat. 6.

[3] *B. Benedictus apparet.*

[4] *Episcopi apud Floriacū fiunt Monachi.*

CAPVT XIIII.

CVm aliquando vir sanctus in alio hæreret Monasterio, die festo B.Benedicti appropinquante: ad hoc voluit reuerti Cœnobium, vt *apud illius sacrum* [1] *corpus*,nocturnas vigilias,piè ac religiosè celebraret. Nocte vero illa quæ eius solemnem præcessit diem:Ante lucis ortum,matutinæ laudes cantabantur.

[1] *Corpus S Benedicti. apud Floriacū.*

Quidam autem è fratribus noctis vigiliis fatigatus, nonnihil quieſcere voluit. Apparuítque ei B. Benedictus,& cum ei ſe indicaſſet. Abi inquit, dic fratribus, » me hac nocte cum eis eſſe non potuiſſe, reuera autem » hodie me illis adfuturum.Ait autem frater.Et vbi ho- » die fuiſti Domine? In Britania inquit ille. Et frater. » Quidnam ait illic feciſti? Reſpondit B. Benedictus frater Litfredus, animi ſuperbia elatus, hoc relicto » Monaſterio,traiecit in Britanniam:vbi hac nocte mor- » tuus, Dæmonibus prædæ fuit. Sed me cum illis con- » fligente. coacti ſunt illum relinquere. Id vero fratre » ſummopere admirante,B.Benedictus adiunxit. Si res hæc, vſque adeò tibi admirationi eſt[1]: Noueris pro » certo, ab eo tempore quo hoc conditum eſt Mona- » ſterium, quotquot hîc fratres è vita deceſſerunt, eos » omnes requiè ſempiterna perfrui. Tùm porrò frater » ad eum.Quandoquidem inquit mi Domine,hodie no- » biſcum te fore dixiſti: fac nos quæſo certiores, qua » hora venturus ſis:vt tibi honorificè occurramus. Re- » ſpondit. Ego vero fratribus tale ſignum exhibebo:vt » me præſentem adeſſe, nemo poſſit ambigere. Rurſus » dicente fratre.Ecquonam apparatu talem excipiemus » Patrem, aut quænam officia, quemve cultum tribue- » mus tibi?Sanctus Pater reſpondit. Si[3] lautiores epulæ » ſollicitos vos habent:piſcium vobis copia ſuppetit.At fratre illud negante, Dicatur inquit ille piſcatoribus, » ne ad Ligerim piſcatum eant: ſed ad Monaſterij pa- » ludem. His dictis expergiſcitur frater[4], & cum lo- quendi adeſſet tempus: omnia quæ audierat,fratribus indicauit. Certi ergo de tanti Patris aduentu,admo- nente[5] illos Beato Odone: ſtudebant ſinguli de ſuo pectore, ſpiritualia ei munera offerre. Atque ita fa- ctum eſt, vt diem illum hymnis & orationibus exige- rent. Porrò famuli qui piſcatum ierant, non ad Palu- dem vt iuſſi erant:ſed ad Ligerim abiêre.Quorum te- meritas,id habuit præmij: vt ad tertiam ferè horam, multo labore nihil poſſent capere. Reuerſi igitur ad Monaſterium, ſciſcitantibus aliis cur vacui redirent;

1 *Res mira. & à Patribus ac Cœnobitis Floriacenſibus ſedulò pen ſanda atque expendenda: nam ſolum ſanctorũ oſſibus refertum ipſi cotidie veſtigio premũt,ve autem ei qui in terra ſanctorum iniqua gerit.*

3 *Lautiores epulæ in feſtis diebus.*

4 *Silentij regularis finis.*

5 *Sermonem tunc fecit ſuperius poſitũ.*

Digitized by Google

præ

præ pudore, non fuêre ausi suam fateri inobedientiam: sed quod ore illi promere nolebant: facies rubore suffusæ, facilè prodebant. Itaque, Oeconomus. Noui inquit temeritatem vestram, sed vel nunc ad paludem abite ocyùs. Eunt quamprimùm, tantámque piscium vim repentè comprehendunt: vt penè nullus ambigeret, eum qui coturnices olim in deserto populo Israëlitico suppeditauit: etiam in paludem illam, pisces immisisse. Tanta enim exinde illic piscium copia est, vt numquam desint qui capiantur. Atque ita factum est, vt palus quæ prius ranas edere solebat: deinceps piscibus abundaret. Hoc vero Miraculum, Beatus Odo in [6] libro illo quem de Translatione sancti Benedicti scripsit, luculenter commemorat.

6 Hic liber, est maximo meo dolore aut amissus, aut adeò occultatus vt reperiri quàtumuis quæsitus, non potuerit.

CAPVT XV.

AD hanc autè Beatissimi Benedicti solénitatè, ex locis propinquis multi cõuenêre, & in iis cõplures cæci, claudi, paralytici, variisque afflicti morbis: expectantes cælestem visitationem, & aduentum B. Benedicti. Iussit verò Sanctus Pater noster Odo: vt ante Missam nulli ex eis, cibus præberetur. Postquam sacrificij tempus aduenit: omnes in templum ingressi sunt. Tanta est enim illius amplitudo, vt nullus cogeretur manere foris. Cùm autem caneretur hymnus Angelicus [7] Gloria in excelsis Deo: magno quodam fragore, templi fores subito concussæ sunt, & mox reseratæ: ita vt omnes ingenti horrore correpti, retro respectarent. Sub illo autem fragore, morbidi omnes qui illic erant curati sunt: & lampades Ecclesiæ omnes accensæ sunt. Tum verò perspicuè, cognouerunt omnes: B. Benedictum, sicuti ipse dixerat, eò aduenisse. Tanta autem omnium animi pietate & deuotione perfusi sunt: vt præ immenso gaudio non possent erumpentes cohibere lachrymas. Nomina fratrum illorum quibus hæc reuelata fuêre, mihi Pater Odo indicare noluit: quo fit, vt dubium sit, num ipse vel alius, eas viderit visiones.

Digitized by Google

Hactenùs Ioannes Italus In vita S.Odonis Cluniacenſis apud ſurium.

SECVNDVM FRAGMENTVM.

Ex libro Gallico [1] *qui Mare Hiſtoriarum vocatur.*

1 *Mare Hiſtoriarum.*

ANno 1393. Regnante in Gallia Carolo ſexto, Ioannes Biturigum Dux:aſſenſu Cœnobitarum, efferrè fecit à Monaſterio Sancti Dioniſij,ad ciuitatem Pictauenſem,capitis Diui Hilarij partem : quàm aurea theca ad inſtar capitis fuſa,incluſit:& in tanti muneris compenſationem, ipſis Sancti Dioniſij Monachis , aliquam Capitis,brachiíque Sanctiſſimi Patris Benedicti, attribuit portionem.

TERTIVM FRAGMENTVM.

Ludolphus [1] *de Columna in Breuiario Hiſtoriali,agens de* [2] *Leone Secundo,ita ſcribit.*

1 *Ludolfus de Colomna.*

2 *Leo 2. Papa.*

CIrca iſta tempora , ſecundum Paulum qui Longobardorũ ſcripſit hiſtoriã:corpora Beati Benedicti & Sororis ſuæ ſanctę Scholaſticæ,in Franciã ſunt trãſlata.Cauſam quoque Traſlationis, prædictus Paulus dicit,fuiſſe ſolitudinem loci,ſcilicet Montis Caſini. Nam Rymoaldus[3] Rex Beneuentanus,filius Grimoaldi Regis Longobardorum : prædictum locum deſtruxerat.Qui quidem Rymoaldus,totam Apuliam ſuæ poteſtati ſubiugauit. *Et Inferius. Idem in* [4] *Zacharia Papa ait.* Demùm Karlomannus.Filius dicti Martelli,Romã proficiſcitur:& coram Zacharia Papa ſe totondit : & à dicto ſummo Pontifice veſtes ſacras accepit : & ad montem Caſinum ſe tranſtulit. Et Pipinus frater ſuus totum Dominium aſſumpſit.Dicti Pontificis tempore, Monachi montis Caſini cum Karlomanno Romam venerunt.humiliter ſupplicantes Papæ , vt Regi Francorum

3 *Rymoaldus Rex Longobardorum.*

4 *Zacharias Papa.*

Digitized by Google

rum Pipino, literas dirigeret : vt corpus Beati Benedicti quòd Floriacenſes. Monachi furati fuerant, Monaſterio montis Caſini reſtituerent. Annuit Summus Pontifex,& per ſolemnes nuntios, dicto Pipino Regi , ſuas literas deſtinauit : quos Rex præfatus benignè recipiens , Quod petiuit Frater , mandauit fieri: tùm propter reuerentiam Romanæ Eccleſiæ, tùm propter præſentiam Fratris ſui, quem tenero diligebat affectu. Tradiditque eis in Comitatu, Remigium Archiepiſcopum Rothomagenſem: cum tribus aliis, ad celerem expeditionem facti atque ſolemnem Cúmque ad Floriacenſe Monaſterium acceſſiſſent : Monachis Floriacenſibus ieiunantibus & flentibus, Nuntij qui Corpus aufferre debuerant , percuſſi ſunt cæcitate: & ſic ab opere incepto deſiſtunt.

Ita Landulfus à Colomna.

QVARTVM FRAGMENTVM.

Ex vita. Karoli magni apud [1] *P. Pithœum Impres. Pariſiis.* M. D. LXXXIII. [1] *P. Pithœus.*

POſt Dagobertum, regnauit Clodoueus filius eius, qui habuit ſanctam [2] Batildem in matrimonio, quo tempore Sancti Benedicti Corpus Tranſlatum eſt de Beneuento in Franciam, in villa Floriaco. [2] *S. Batildis Regina.*

Ibidem in Annalibus vetuſti ſcriptoris, ad annum DCCCXXVI.

DVm hæc aguntur, Hilduuinus Abbas Monaſterij Sancti Dioniſij Romam mittens : annuente precibus , Eugenio Apoſtolicæ ſedis tunc Præſule. Oſſa Beati Martyris Sebaſtiani accepit , & ea apud Sueſſonam ciuitatem, in Baſilica Sancti Medardi collocauit: vbi dum adhùc in loculo ſicut ablata erant ; inhumata iacerent : tanta ſignorum ac prodigiorum multitudo claruit : tanta virtutum vis in omni genere ſanitatum,

per

per diuinam gratiam enituit: vt à nullo mortalium, eorumdem Miraculorum aut numerus comprehendi, aut varietas valeat enarrari.

Et ibi alio loco, nempe in vita Ludeuuici Pij.

PEr idem tempus, Hilduuinus Abbas Monaſterij Beati Dyoniſij, Romam Monachos petitionis ſuæ baiulos, ad Eugenium Sanctæ. Romanæ ſedis Præſulem miſit: flagitans oſſa Beati Sebaſtiani Martyris, ſibi tranſmitti: vius deſiderio, Domnus Apoſtolicus ſatisfaciens, per predictos miſſos, ſacratiſſimi militis Chriſti exuuias miſit. Quæ religioſiſſimè à prædicto viro ſuſceptæ, atque interim cùm loculo vectario vt allatæ ſunt: iuxta Corpus Beati Medardi poſitæ. Quibus ibi conſiſtentibus, tantam Deus per præſentiam aduentus eorum, mortalibus attribuit virtutum copiam: vt multitudo numerum excedat. Porrò qualitas fidem ſuperet, niſi eis auribus credatur, quibus perſuaſum eſt: nihil repugnare diuinæ iuſſioni. Sed omnia poſsibilia eſſe credenti.

Hactenus veteres ſcriptores in Pithoëo. Qui iuſtorum Commentariorum, pluribus Floriacenſis huius Bibliothecæ locis, vicem ſupplere poſſunt.

QVINTVM FRAGMENTVM.

Ex Adonis Treuerenſis Martyrologio, quod ipſe tempore Gregorij Septimi Papæ ſcripſit. Circa annum Domini 1081.

VIdus Iulij, Trãſlatio S. Benedicti Abbatis. Poſtquam enim (ſicut ipſe viuens prædixerat) Monaſteriũ eius à gentibus eſt vaſtatum, Domino reuelante: repertum eſt corpus eius: & in Gallias Tranſlatum, atque in territorio Aurelianenſi, Monaſterio quòd vocatur Floriacum, condigne ſepultum Tranſlatum eſt pariter etiã Corpus Beatæ Scholaſticæ. Virginis ſororis

ris eius,atque in partibus Cœnomanenſium,religioſorum deuotione conditum.Cuius animam idem vir Dei è Corpore egreſſam, vidit in Columbæ ſpeciæ cæli ſecreta penetrare.Corpúſque eius ſecũ in vno iuſsit poni ſepulchro,vt quorum mens vna ſemper in Deo fuerat, eorum quoque Corpora nec ſepultura ſepararet:

Hic præclarus Pontifex,poſt Leonẽ Caſinatem ſcripſit. Et licet aſſiduus eſſet Romanorum Pontificum Aula, vt Aloyſius Lipomanus indicat: Bullas tamen quas Leo ipſe confingit: vt potè numquam datas, in recenſenda Tranſlatione S. Benedicti haud pertimuit Cæterum ſi quod veriſſimile ex coniectura mihi ſuadent expromere liceret: dicerem Neothericos quoſdam Caſinates, Leoni Hoſtienſi(vt ab eius & antiquitate & dignitate ſibi cõpararent fidem atque authoritatem) parium ſuppoſuiſſe,cuius ſi rediuiuus eſſet: ſe minime patrem inſcriberet. Nam quod rem vrget vehemẽter,illud eſt. Quod S.R.E. Cardinalis,multa de Pontificibus ſummis ſui ſeculi dicat, quæ veritati nulla ratione quadrare conuincuntur.

SEXTVM FRAGMENTVM.

Ex Breuiario Valiſoletano Impres.1598.

REgale primariúmque Monachorũm Congregationis Valiſoletanæ Cœnobium, Corporis S.Benedicti particulam quamdam ab Henrico III.Caſtellæ & legionis Rege,dono olim accepit:cui ingens acceſsio facta eſt,integro * femoris eiuſdem Sancti oſſe, ex [1] Monte peſſulano Galliæ Narbonenſis vrbe,in Hiſpaniam deportato,ac in eodem Valiſoletano Cœnobio,re priùs iuxta Conc. Trid. decreta diligenter examinata & Apoſtolica authoritate comprobata,ſolemni pompa recepto. Philippo ſecũdo Rege Catholico, vt cunctis ex Regio Senatu primoribus, Clericis omnibus, omniúmque ordinum Monachis comitantibus, modo & ordine quem ipſe Rex præſcripſerat: in idem Cœnobium inferretur,iubente 5.Id.Iulij, 1594.

* *Brachij.*

[1] *Vide bullam Vrbani ſupra pag. 248.*

ERV

Digitized by Google

ERVDITI VIRI [1] D. CAPELLETI, VICARII GENERALIS REVERENDISSIMI EPIscopi Cœnomanensis, ad Dominum Ioannem à Bosco Cælestinum.

1 D.Capellerus Vicarius Generalis Episcopi Cœnomanensis.

EPISTOLA.

CONFECTA nonnullarũ huiusce Diœceseos Ecclesiarum Visitatione, reuersus domum: literas tuas, septimo die mensis elapsi perscriptas, accepi: Móxque votis tuis facturus satis, quemdam [2] Ecclesiæ collegiatæ. D. Petri Canonicum, mei amantissimum rogaui, me cognitione imbueret eorum omnium, quæ de [3] Trãslatione Sacri corporis. D.Scholasticæ, in prædicti templi archiuis, reperirentur. A quo cùm manuscriptum obtinuissem, ex eius lectione didici, tempore Clodouæi Filij Dagoberti, maxima Italię parte à Longobardis vastata: & potissimum Casino monte funditùs euerso, Berrario [4] Cœnomanensi Episcopo, ac Monasterij Floriacensis Abbati reuelatum: ac præceptum fuisse diuinitùs: ad montem Casinum transmitterent: qui. D. Benedicti. Sanctæque Scholasticæ Corpora. ad ferrent. Quod feliciter peractum fuit. Quamuis autem, cùm ab Episcopo, tùm Abbate amandati homines: simùl iter emetirentur: sua tamen vtrique occultarunt negotia, neque communicarunt inuicem, donec ad locum deuenere. Demùm cæleſti luce corpora venerãda illustrante ac prodente: etiam intempestæ noctis silentio: eadem detexerunt. Et cum fuissent ab Italia in Cœnobium Floriacense reuersi: ipsamet agnouerunt, alterum ab altero miraculo quodam secreta. Cum enim ossa minora, vt quæ D. Scholasticæ esse arbitra

2 Ecclesia Diui. Petri Collegiata, in Ciuitate Cœnomanẽsi.

3 Corpus S. Scholasticæ apud Cœnomanos.

4 Berrarius Cœnomanensis Episcopus.

Digitized by Google

bitrarentur, ſelegiſſent: & maiora ex aduerſo collocaſſent. Poſteriora, cuiuſdam Iuuenis Cadaueri impoſita: defunctum adoleſcentem ſuſcitarunt: priora vero, huius luci vſura priuatam puellam, reduxerunt ad vitam. Cuius quidem ſanctiſſimæ Scholaſticæ corpus, Epiſcopus ille Cœnomanis condidit, in baſilica, quam in hunc finem Apoſtolis Petro & Paulo ædificandam curauerat. Vbi etiamnum quieſcit [5], incluſum argentea capſa nobiliſſima, quatuor ingentibus columnis æneis ſubnixa. Singulis annis in perpetuam [6] iſtius Tranſlationis memoriam: vndecimo menſis Iunij die, feſtiuitas magno populi concurſu celebratur [7]: corpúſque venerandum, per ciuitatem anleis atque ſtromatibus vicatim ornatam, circumducitur. Et quod pompam ſplendidiorem efficit. Illud eſt [8]. Quod anno M. D. L X I I. cùm orthodoxæ fidei hoſtes Caluiniſtæ, ciuitatem hanc inuaſiſſent: & ſacras ædes diripuiſſent. Dei prouidentia afflictam vrbem chariſſima patrona manere deſtitutam nolente: prætacta capſa, ſeruata fuit illæſa [9]. Ipſi porro hæretici, in peruigilio tanti feſti, noctu auſugerunt eodem anno: quomodo Aſſyrij tempore Sénacherib nemine licet inſequente: cùm ne turmæ vllæ quidem eſſent in tota prouincia, quæ partes Catholicorum tutarentur: rumore dumtaxat territi, quo ferebatur, ingentem armatorum copiam, ad [10] Cardinalem Remboilletum confluere. qui tum [11] Ronnoyæ degebat. Verum, tam optatam liberationem, omnes nulli alteri quàm huius virginis efficaciſſimis precibus, atque meritis, aſcribendam: optimo iure duxerunt. Hæc ſunt Domine, quæ ad tua ſcripta reſpondere poſſim. Si alia in re opera mea indigneris, hominem beneuolum & amicum inuenies. Cœnomanis 7. Octobris 1604.

Tibi addictiſſimus, veluti frater,
ac ſeruus in Domino.

CAPELLETVS.

5 *Corpus S. Scholaſtica, eſt in area capſam argenteam.*

6 *Tranſlationis S. Scholaſtica feſtum annuum.*

7 *Corpus S. Scholaſtica, per Ciuitatẽ Cœnomanẽſem, annuatem cum maxima pompa defertur.*

8 *Caluiniſtæ anno* M. D. LXII. *Cœnomanos inuaſerunt.*

9 *Miraculũ in feſto ſanctæ Scholaſtice.* 4. *Reg.* 19.

10 *Cardinalis Ramboilletus.*

11 *Ronnoya.*

Digitized

Tibi

Ex Breuiario [1] *Aurelianenſis Eccleſiæ, quæ celebrat feſtum Illationis S. Benedicti 4. Decembris, ſub nomine S. Benedicti de redditu.*

1 *Aurelianenſis Eccleſia.*

CVm Dani ſeu Nortmanni, vniuerſam penè Galliam incurſionibus vaſtarent, ac latrociniis: Bona pars eorum Monachorum qui Floriacenſe Monaſterium incolebant, Aureliam migraſſe fertur: atque eò ſecum B. Benedicti reliquias aſportaſſe: vt eas ab iniuria & inſolentia militum vendicarent. Captum vero Floriacum à Danis direptum eſt, Monachique omnes qui in eo reperti ſunt, crudeliter trucidati. Poſtremo & ipſi Dani, à [2] Comite quodam Giſlolfo exacti atque deleti ſunt. Monaſterium autem à Monachis qui ſuperſtites fuerant reſtitutum. Cum vero Beati Benedicti Reliquias eo referre vellent, nauiculæ impoſuerunt, fluménque Ligeris, quod gelu contractum erat, ſtatim diſſolutum ac peruium factum eſt: & ſine remige, nauis Floriacum eſt delata, quo cum appuliſſet, Pridie Idus Decembris: arbores non ſine miraculo, velut ineunte vere, omnes efloruerunt. Hoc miraculum feſtiuitati hodiernæ cauſam dedit. Præterquàm quòd diuina reuelatione admonitus Mummolus Abbas; hac ipſa die Corpus B. Benedicti, Floriaci, tumulo honorifico legitur olim condidiſſe.

2 *Giſlolfus Comes.*

Hactenus Breuiarium Aurelianenſe.

TRIVM

Digitized by Google

TRIVM GRAVISSIMORVM AVTHORVM, ET SI non omnino Translationi S. Benedicti aduersantium, eam tamen admodum seuerè discutientium, fidelis & verax Relatio.

Primi Authoris, nempè Eruditi & Religiosi Patris Iacobi Breulij Veterani Sangermani Pratensis Parisiensis Cœnobitæ Relatio, ex ipsius ad D. I. A Bosco Cælestinum Epistola, data xj. Augusti 1604.

VENERANDE Pater, vt reuocarem in dubium S. Benedicti Translationem: non tantum authoritati Fasciculi temporum sum innixus, vel etiam Bullis Vrbani [1] secundi siue etiam [2] Paschalis item secundi. Verum maximè Bullis [3] Alexandri II, Benedicti octaui, & Clementis quarti. Confirmantis Bullam Vrbani secundi. Præter quod Chronicon Casinense lib. 2. c. 44. sanationem [4] Henrici sancti Imperatoris recitat: quam accidisse ait, postquam ab animo errorem Translationis corporis sancti Benedicti in Gallias depulit. Atque ob eam rem cap. sequenti scribit. *Sanè quoniam de corpore Beati Benedicti, quod verè in Casinensi loco requiesceret: visione ac sospitate fuerat certissimus redditus: vbicunque postmodum scripturam Translationis eiusdem sancti Patris inuenire potuit, flammis exussit. &c.* Atque etiam ibi dicitur. Hanc Translationem esse friuolam, atque confictam. & cap. 48. refertur visio [5] Adamo Monacho facta, qua confirmatur, eorpus sancti Benedicti esse in Casinensi Cœnobio: nec translatum fuisse. Et lib. 4. cap. 31. narratur. Quomodo Paschalis

1 *Vrbanus.*
2 *Paschalis.*
3 *Alexander II.*
4 *Henricus S. Imperator.*
5 *Hac historia ex suo fundamento vacillat. Nã tunc temporis Monasterium S. Paulo Romæ, de quo in ea fit mentio erat, subiectũ Abbati Cluniacensi.*

lis 2. Papa cum eſſet, Floriaci, in die prę ſumptæ Tranſ- »
lationis prohibuerit hoc feſtum celebrari, iuſſeritque »
Maiorem miſſam de feria dici. Scio omnes authores »
qui ſunt contrariæ ſententiæ. Verùm Bullas Pontifi- »
cum eamdem obſirmantes, non vidi: réque exſcripti »
earum me facias participem obnixè rogo. Ipſe demi- »
ror, quod cum eiuſmodi Tranſlationem credatis: eius »
tamen feſtum non colatis. Nos illud colimus xj. Iulij »
die, mutato duntaxat nomine Tranſlationis, in nomen
Venerationis Hactenùs Breulius in dicta Epiſtola, qui
tamen annotauit in Chronici Caſini Editione, Baro-
nium nominare mendaciorum effictorem eum qui
literas Caſinenſi Chronico adiunctas ſcripſit, dolere
que: quod ab aliquo otioſo fuerint confictæ, atque
minimè à ſacri Ordinis viris eruditis penitùs obli-
teratæ.

Secundi Grauiſſimi Authoris, videlicet, Polyhiſtoris Cardinalis Baronij relatio.

Polyhiſtor Baronius.

CArdinalis vero Polyhiſtor de ea Tranſlatione. Tomo 8. Annal. Eccleſ. ſub anno 664. in hunc modum ſcribit.

Acta Aigulfi docent, quibus & alij complures ſcri- »
ptores adſtipulantur, ipſum miſſum a Mummolo Ab- »
bate Floriacenſi Caſinum, ad aufferendas inde ſacras »
Reliquias ſancti Benedicti Abbatis. addunt alij, & »
Scholaſticæ ſororis eius à Cænomanis vel Aurelia- »
nenſibus eſſe ſublatas Id cum plærique tradant, haud »
conſentiunt tempore. Cum alij ad Martini Papæ Pon- »
tificatum, alij ad Deodati tempora referunt, At alij »
ſunt innumeri qui contradicunt, adeo vt etiam diplo- »
mata afferant [1] Romanorum Pontificum, id teſtantia. »
Cuius etiam probationis genere, nec careat pars ad- »
uerſa. Sed refugit animus tam denſum controuerſiæ »
huius ſpinetum adire: quod horret, vel è longè ſpecta- »
re. Prætermiſſis igitur omnibus his, ac ſi non extarent, »
perplexitatum ambagibus, reuocata ad ſuum princi »
pium quæſtione, modo tantum quid [2] ſuadeant con- »
iecturæ, »

1 Bullæ Pontificum Romanorum.

2 Omnes hæ Coniecturæ Cardinalis Baronij, in Apologia diſſoluuntur.

Digitized by Google

" iecturæ,velut è ſpecula attentius contemplemur: non
" vt quid verum ſit definiamus.Sed tantum,quid veriſi-
" mile conſideremus.

" Certum eſt,à Longobardis Caſinenſe Cœnobium
" deuaſtatum.Sed rogo te?Num Monachis illis Caſinen-
" ſibus Romam migrantibus, quibus curæ fuit menſu-
" ram quoque panis & vini ſecum ferre, nulla [3] fuit ra-
" tio ſacrorum oſſium ſanctiſſimi Benedicti, & ſi non
" ſecum aſportandi:ſaltem occultandi: vel cuſtodiendi
" ea [4], alicuius Monachi anachoreticam vitam illic du-
" centis aſſiſtentia? Ita planè ſenties,neque enim fas eſ-
" ſe videtur exiſtimare, tàm ſacra pignora Benedicti &
" Scholaſticæ, illic fuiſſe penitùs abſque cultu aliquo
" derelicta, à Monachis Caſinenſibus [5] Romæ degenti-
" bus.Cùm videamus exemplis,quoſuis, etiam Regula-
" ris diſciplinæ ſolutiſſimos Monachos: ſui ipſorum in-
" ſtitutoris memoriæ tenaciſſimos eſſe, vt pro ea con-
" ſeruanda,parati ſint vitam quoque profundere. Certè
" quidem, quando Brixianus ad inſtaurandum locum
" perrexit, aliquos ibi reſidere inuenit. prout Paulus
" Diaconus docet lib.6.c.40. Vel ſi velimus nimia oſci-
" tantia ſtertiſſe omnes, vt abſque cultu veneranda ly-
" pſana dereliquerint.Quomodo transferre ea Romam
" ad Lateranenſe Cœnobium in mentem potuit non
" veniſſe, tot præterlabentibus annis? Quod cum eos
" non feciſſe conſtet. planè cultum tunc & cuſtoditum
" fuiſſe locum illum,aliquando reſtituendum argumen-
" to eſt.

" Rurſum ſi innotuit Gallis, & iis magnopere exul-
" tantibus corpus S.Benedicti Floriacum eſſe tranſla-
" tum [6]? Cur non Floriacum,ſed Caſinum à Francorum
" Principibus,& aliis innumeris vndique confluentibus,
" poſt hæc;frequentes fuerunt pietatis ergo peregrina-
" tiones ſuſceptæ?Quam autem frequens & crebrima
" ex toto penè orbe, ex tranſalpinis vero potiſſimum,
" peregrinatio ad Caſinum montem fuerit,quæ ſuis lo-
" cis dicenda inferius erunt,apertè docebunt.Sunt hæc,
" quæ vt duximus, coniectura opinari nos admonet.

[3] *Nõ potuerunt auffer-re,adeò ſubitus eos hoſtiũ circumuenit incurſus.*

[4] *Ibi Monachi remanſerunt aliqui.*

[5] *Singulis annis, xij. Monachi Romæ. Caſinũ mittebantur.*

[6] *Hæc Coniectura pariũ premit, infraque diſſoluitur.*

Digitized by Google

Scimus tamen antiquiorem omnium Paulum Diaconum lib.6.c.1.qui hoc ſeculo vixit,& Monachus in dicto Caſinenſi Cœnobio,diem extremum clauſit. Quæſtionem ita dirimere, vt dicat tranſlata oſſa fuiſſe, remanſiſſe vero in puluerem redactas carnes. Sicque idem intelligit quod ait inferius,dum agens de reſtitutione Monaſterij Caſinenſis facta per Petronacem, Corpus ipſum ſancti Benedicti illic eſſe,abſque dubitatione teſtatur [7]. cuius authoritas apud me plurimum valet lib.6.cap.13.vet. & 40. nouæ ædit.Plantin. Vtcunque ſit , venerari fideles piè ſanctèque corpus integrum,vbi tenuis puluiſculus habetur alicuius ſancti , quod eiuſdem ſit virtutis , cuius integrum corpus docet Nazianzenus in Iulianum.Hæc Baronius.

7 Certè benè ac prudèter. Baronius in ſententiam Pauli Diaconi vadit. Nazianzen. in Iulianum.

Cuius verba appertè ſtare è parte Floriacenſium, infra in Apologetico docebo. Dum ipſius coniecturas diſſoluam.diſſoluam inquam iubare hiſtoricæ veritatis.

Tertij Authoris graviſſimi,nimirum Vvionij Relatio.

NVnc verò ante lectorum oculos, veluti in vna eademque tabella,volo quicquid de hac re ſcripſerit Domnus [1] Arnaldus Vvionius Caſinenſis Congregationis Monachus , atque Nobilis ſcriptor in ſuo Ligno vitæ excuſſo Venetiis 1595. ſtatuere. Cùm enim veritas ſibi ipſi ſemper conſtet : ex eius verbis videbitur , quid fidei ſit adhibendum, vel Anaſtaſio [2], vel Leoni hiſtoricis Caſinenſibus:qui tot in locis ſibimet repugnant. Leoni certè (ſis is ſit vero Leo Hoſtienſis) plurimùm defero. At memoria complector, prudentem æquè ac veram , Cardinalis Polyhiſtoris ſubmonitionem quam 8. Annalium Eccleſ. tomo ad annum 186.ita poſteris inculcare ſtuduit. In his inquit quæ rerum geſtarum veritatem ſpectant , quàm frequenter accidit falli etiam prudentiſſimos , non in antiquis tantummodo:ſed & in his quæ facta eſſe dicuntur , in eodem loco quo ipſi ſunt & quo viuunt tempore

1 Arnaldus Vvionius.

2 Anaſtaſius Pſeudo-hiſtoricus Caſinenſis.

Digitized by Google

" tempore, Ob ídque nihil eſt, vt quantauis ſiue Sancti-
" tatis, ſiue doctrinæ cuiuſlibet prærogatiua viri, quod
" non factum ſit vmquam, quod factum eſt aſſerentis,
" ipſi veritati poſſit præiudicium inferre. Cùm in his
" quæ ſunt facti non dogmatis: potuerit quiſque ſanctiſ-
" ſimus atque doctiſſimus fidei Orthodoxæ profeſſor,
" atque defenſor, aliquando falli. Nec enim eminentia
" alicuius viri efficere poteſt: vt quod mendacium eſt,
" veritas ſit: & quod perinde ac verum, ab eo falſum
" aſſertum eſt, recipiatur ab omnibus. Sed & accidere
" ſolet interdum, vt aliquid vulgo allatum, ſi quis cer-
" tos velit examinare teſtes an verum ſit, neminem id
" ſeriò teſtantem inueniat: fiátque vt quod ab homini-
" bus dici iactatur, aſſeratur à nemine, rumórque ille
" euaneſcat in auras. In hunc modum ſapientiſſimè at-
que veriſſimè Card. Baronius. Itaque Vvionius in pri-
mis ita ſcribit, in Catalogo Abbatum Caſinenſium.
Ligni vitæ, parte prima.

Sanctus [3] Bonitus Abbas Caſinenſis quintus, cuius tempore crudeliſſimus Beneuentanorum Dux [4] Zotho, noctu Caſinum ingreſſus, locum in prædam & direptionem dedit: & ad ſolum vſque *ſubuertit*. Quæ celeberrima Monaſterij clades illa fuiſſe videtur, quam Diuo Gregorio teſte, Sanctiſſimus Pater Benedictus futuram prædixit, affirmans vix apud Deum potuiſſe obtinere. Vt ex eo loco ſibi *animæ concederentur*. Dum autem Longobardi prædæ aſportantæ eſſent intenti? Bonitus Abbas cùm omnibus Monachis euaſit, textum Regulæ propria S.P manu conſcriptum, pondus libræ panis, ac vini menſuram, necnon & veſtimenta ac calciamenta eiuſdem Patris ac ſororis eius ſecum ferens. Romam incolumis peruenit [5]. Singulo quoque anno Monachos duodecim à Laterano ad Caſinenſe Cœnobium, *Ad S.P. Benedicti Corpus cuſtodiendum*, tranſmittentes. Habitauerunt autem Monachi Caſinenſes in Lateranenſi Monaſterio, à tempore Pelagij I I, ſcilicet ab anno Domini 589, annis 130. nempe vſque ad annum Domini 719. qui fuit Sancti Gregorij I I. Papæ,

3 *S. Bonitus Abbas Caſinenſis.*

4 *Zotho Dux.*

5 *Ex hac relatione Coniectura Baronij ſuperius poſita ſoluũtur.*

Digitized by Google

annus quartus. Hæc Vvionius. Qui etiam eodem loco, in Annotatione & [6] Leonem & alios ſcriptores Caſinenſes in numero annorum quo hæc facta ſunt, non ſemel erroris arguit. Sed & in rei materia ac fide hiſtorica conuellit [7] Anaſtaſium (ſi tamen is, alibi ait, hiſtoriã reportationis S. Benedicti ſcripſerit. maledictis in S. Aygulfum refertam.) authoritate [8] Caroli Sigonij doctiſſimi & diligentiſſimi authoris. Dum non Gregorij 3 aut Leonis aut Sthephani quòd ipſe Anaſtaſius pſeudo malè notauit ſuaſione, Sed Zachariæ auxilio Petronacem ad reſtaurandum Caſinum ſe accinxiſſe narrat. Notat etiam ibidem Vvionius cap. 4. Petrum [9] Diaconum vocare Ioannem ſecundum, quemdam Abbatem decimum Lateranenſem, quem ipſe Anaſtaſius Romanum vocet: adeò interſe de nomine ſuperioris ac prælati ſui, & proprij illorum ferè temporis, non conueniat [10], ob quòd ipſorum fides, in aliis meritò vacillet. Idem etiam Vvionius ibidem cap. V. in nota, oſtendit inter ſe diſſidere Leonem & [11] Petrum Diaconum ſcriptores Caſinenſes, nec ſibi inuicem in ſuputatione Abbatum Caſinenſium concordes eſſe [12]. Reprehendit & Leonem in notis ſui Martyrologij Monaſtici ad diem vigeſſimum primum Martij circa tempus Obitus ipſius Beatiſſimi Patris Benedicti, malè ab ipſo annotati. Qui & in textu eiuſdem Martyrologij quinto Idus Iulij. Hæc verba poſuit [13].

Eodem die Tranſlatio Sancti Benedicti Abbatis Patris „
noſtri. Poſtquam enim ſicut ipſe viuens prædixerat, Mo- „
naſterium eius à gentibus eſt vaſtatum. Domino reuelan- „
te Corpus eius repertum eſt. Et pars eiuſdem in Gallias „
Tranſlata, atque in territorio Aurelianenſi Monaſterio, „
quòd vocatur Floriacum condigne, ſepulta. Tranſlata eſt „
pariter pars Corporis Beatæ Scholaſticæ virginis ſororis „
eius, atque in partibus Cœnomanenſium, religioſorum „
deuotione condita. Deinde annotat his ſermonibus. „
Huius Translationis memoriam faciunt Vſuardus, „
Galeſinius, & Maurolicus, hac die [14]. Eam celebrant „
Eccleſiæ Mediolanenſis, Cordubenſis, Conſtantienſis
Curienſis

6 *Caſinenſis Leo erroris ab Vvionio ſoda Caſinenſi arguitur.*

7 *Anaſtaſiũ Vvionius cõuellit.*

8 *Carolus Sigonius nobilis author.*

9 *Petrus Diaconus.*

10 *Vacillat fides Caſinẽſium authorum in multis.*

11 *Diſſident inter ſe Authores Caſinenſes.*

12 *Reprehenditur Leo Caſinenſis.*

13 *Vvionius Tranſlationẽ S. Benedicti ex Adone recenſet.*

14 *Eccleſiæ Mediolanenſis, Cordubẽſis, Curienſis & omnes Gallicanæ celebrant Tranſlationem S. Benedicti.*

Digitized by Google

" Curienſis, Omnes Gallicanæ & aliæ permultæ : vt ex
" earum tabulis & Kalendariis videre eſt. Reuerendi ve-
" rò patres [15] Congregationis Bursfeldenſis, ſub qua pri-
" mitus educatus ſum:ne incidant in bullam Vrbani ſe-
" cundi, qui hanc Translationem celebrari cauit. Com-
" memorationis Sancti Patris noſtri Benedicti feſtum
" diem, hac die ſolemniter, ſub titulo. Summi minoris
" celebrant. Traduntur autem huius Sanctiſsimi Patris
" noſtri Translationes duæ, præſens de qua agimus. quã-
" do ſcilicet deportatus eſt à Sancto Aygulfo in Gallias:
" & altera quando reportatus eſt de Galliis ad montem
" Caſinum. de qua die 4. Decemb. agemus. Ambæ autem
" literarum monimentis proditæ à [16] Theodorico Mo-
" nacho ordinis S. Benedicti. Et Anaſtaſio Bibliotheca-
" rio Monacho Caſinenſi, cuius exemplar M S. apud me
" eſt tali exordio. Beatiſsimus P. Benedictus multis co-
" ruſcus virtutibus &c. Sic autem finit. Ego Anaſtaſius
" Apoſt. Sedis Bibliothecarius, iuſsis Sanctiſsimi Stepha-
" ni Papæ 2. parens. Hæc omnia prout ipſe oculis pro-
" priis vidi ac manibus contrectaui, apicibus tradidi
" ad poſterorum memoriam & Dei Omnipotentis lau-
" dem atque Eccleſiis Chriſti longè lateque conſtructis,
" direxi. per omnia Benedictus Deus, Hæc Anaſtaſius,
" Qui quomodo hęc Trãslatio facta fuerit, quantúmque
" Reliquiarum aſportatum hac aperit periodo. Regnã-
" te Conſtantino qui & Conſtans dictus eſt, Conſtanti
" ni filio orbis Monocratore. Quidã Aygulfus cùm ſuis
" complicibus Caſinum adueniens, dum cum Fratribus
" quos ibi reperit, ſe manere ſimularet, effracto à latere
" Patris Benedicti eiúſque ſororis ſepulchro : abſtulit
" ferè dimidiam partem Sanctorum oſsium occultè, &
" fugam petiit &c. Quæ enarrare longum foret. Prioris
" huius Translationis meminerat Petrus in Cathalogo
" lib. 6. c. 86. Vincent. in ſpec. lib. 23. cap. 123. Sigebertus in
" Chron. ad annum 646. Matth. Palmerius in Chron. ad
" an. 704. Matth. vueſth. in Florib. Hiſt. ad an. 681 Regino
" Abbas Prumiæ Chron. lib. 1. ad an. 612. Faſciculus tem-
" porum ad an. 664. Mart. Polonus in Chronico lib. 4. in

15 *Congregatio Bursfeldenſis.*

16 *Is eſt Diedericus ſupraposítus.*

Digitized by Google

Adeodato Pontifice & Infiniti, quos silentio præterimus, ne rem faciamus longiorem quam oportet. De eadem egregium sermonem habuit Domnus [17] Odilo Morimundi Abbas, qui est in Monasterio nostro S. Benedicti Mantuani, & Casini MS. Extat & officium proprium de eadem Translatione in breuiariis RR. PP. Cluniacensium, cum sacro hymno à S. Petro Mauritio Abbate composito, metro Choriambico & Gliconico qui talis est.

Claris [18] *coniubila Gallia cantibus,*
Lateris Benedicti Patris ossibus,
Fœlix quæ gremio condita proprio,
Seruas membra celebria.
Miris Italiæ fulserat actibus,
Gallos irradiat Corpore mortuus,
Signis ad tumulum crebrius emicat,
Illustrans patriam nouam.
Hic vatum veterum facta resuscitat,
Morti quod libuit mortuus imperat,
Extinctum propriis ossibus excitat,
O quam mira potentia!
[19] *Nauis per fluuium nat sine remige,*
Mirando glaciem desecat impetu.
Sancti membra ferens obuia Flumini,
Undas reuerberat.
Eductum fluuio sensit vt arida,
Non curans gelidi frigora temporis,
Vestit cuncta sese illico floribus,
Mutata facie soli.
Iam cœlo residens, ô Pater Optime,
Diuinis famulos imbue regulis,
Angustum peruiter scandere largiens,
Dona Regna perennia.
Cunctorum Dominans Omnipotentia,
Qui de sede Poli conspicis omnia,

17 *Error est hic, posito Odilone pro Odone Cluniacensis cuius sermo supraponitur. Claruit vsque ad annos Domini 1157. quo obiit.*

18 *En ossa Patris Benedicti Vir decretorum sedis Apostolicæ obseruantissimus alia ea esse in Gallia testatur. Vbi ergo Pontificum Romanorum Bullæ id credi antea vetantes, quas tanto studio mundo obtrudere Casinates conantur?*

19 *En secunda Translatio, quam Vvionius in gratiam suorum, ad Casinum factam interpretatus est, sed quam ingenuè appello ipsius conscientiam.*

Psal.

Pſallentium placidè ſuſcipe cantica,
Votis voce precantia.

Verum enimuero [20] Leo.Card.Epiſco.Hoſtienſis,& Monachus Caſinenſis, ſcriptórque Annalium eiuſdem Monaſterij.non deſtitit locupletiſsimis teſtimoniis, & obſignatis Summorum Pontificum ac Imperatorum tabulis, aliiſque argumentis contra differere plànèque affirmare illius Sanctiſsimi patris corpus, in Monaſterio Caſinenſi reconditum, indeque translatum non eſſe,idque præcipue lib.2.c.45.& 48, vbi etiam opinionem Pauli Diaconi Monachi de hac Translatione [21] refutat.Res eſt à multis controuerſa, quæque maiorem tractatum requirat : & ideo facta ne veraciter eiuſmodi Translatio, an non : alio loco diſputandam reſeruamus.

20 *Leo ſolus Tranſlationẽ S. Benedicti, abnegat.*
21 *Ita certe refutat, at debili ariete.*

Idem ipſe Vvionius,in Martyrologio Monaſt.pridie
« Nonas Decembris. ita in textu habet *In monte Caſi-*
« *no* [22] *Relatio Sancti Patris noſtri Benedicti & Sanctæ*
« *Scholaſticæ Virginis ſororis eius, ex Cœnobio Floriacenſi*
« *in Gallijs,ad ſuum Monaſterium.*Et inferius in notis ad
« Decembris.4.

22 *Relatio Corporis S. Benedicti.*

« Hanc Tranſlationem ſiue Relationem potiùs, in-
« quit, hac die annotant [23] Maurolycus, & [24] Molanus,
« in Addit. ad Vſuardum. Notatur & in Kalendariis [25]
« Monaſterij S.Georgij Maioris Venetiarum.His verbis:
« *Tranſlatio Corporum Sancti Patris noſtri Benedicti, &*
« *ſororis eius Scholaſticæ,ex Gallia, ad montem Caſinum.*
« Hiſtoriam huius Tranſlationis fusè deſcripſerunt [26]
« Theodoricus Monachus Benedictinus, & Anaſtaſius
« Bibliothecarius Monachus Caſinenſis, quæ reſeruatur
« penes me M.S. [27] in qua *tamen multa ſunt caſtigatione*
« *digna.* Agunt de eadem Vincentius in Speculo, lib. 23.
« cap. 155. Antoninus in Summa Hiſtor. part. 2. Mat-
« thæus Vveſtmẽſis in Floribus Hiſtoriarum.Hugo Flo-
« riacenſis Monachus,& Petrus Æquilinus in Catalogo,
« lib. 6. cap. 81. Diuerſo tamen modo, vt ex Hugonis
« ipſius verbis quæ ſequuntur,videre eſt:*Anno*,inquit,*de-*
« *cimo Conſtantini IIII. Caſinenſes Monachi, authore*

23 *Maurolycus.*
24 *Molanus.*
25 *Monaſterium S.Georgij Venetiarum.*
26 *Diedericus.*
27 *Notat fidem Anaſtaſij, quem caſtigatione dignum Vvionius in pluribus cenſet.*

Carlomanno Rege Francorum,à Zacharia Papa impe- »
trarunt, vt eis corpus S. Benedicti à Floriacenſibus red- »
deretur. Qui venientes Floriacum, dum corpus leuare »
vellent, tali cæcitate percuſſi ſunt, quòd ſe inuicem vi- »
dere non poterant: nec à Deo vſque lumen eis reſtitutum »
eſt, donec intelligentes, corpus ſanctum ibi quieſcere »
velle, id dimittere propoſuerunt. Hæc Hugo. Cuius ſen » tentiam omnes præfati ſequentes, longiorem narratio- » nem ſuis inſeruerunt ſcriptis. Aduentum quidem Car- » lomanni Regis & Monachi, ad Monaſterium Floria- » cenſe, vt oſſa ſanctiſſima Caſinum reduceret, deſcri- » bentes. Sed reductionem præfatarum Reliquiarum, ob » miraculi nouitatem, [28] abnegantes. His tamen argu- » mentis occurrit, Anaſtaſius Bibliothecarius, totius rei » geſtæ oculatus teſtis, qui quomodo hæc Tranſlatio » facta fuerit, quóve tempore, & qua ratione huiuſmodi » eis cæcitas euenerit, ſimpliciter veraci ſtilo aperit, ſic inquiens:

28 *Et mirabo abnegantes.*

Tunc Sanctus Papa Carlomannum Caſinenſem Monachum cum aliis duodecim, de eadem Congregatione Fratribus, ad Patris Sancti Benedicti, eiûſque ſororis Reliquias Caſinum reducendas, in Franciam ſecum ire præcepit. Nocte autem illa, quæ diem præcedebat, qua nuncij Pontificis ad Caſinum venturi erant, Sanctiſſimus Pater Benedictus vnà cum ſorore ſua, Carlomano apparens, dixit ad eum: Surge, & de noſtra Congregatione tecum Fratres aſſume, provt ab omnium Dominatore præfixum eſt & ordinatum: Galliam perge, & ex hoc loco oſſa noſtra furto ſublata, recipiens, ad hunc locum reducere, & in priſtino ſepulchro recondere ſtude, quia te largiflua Omnipotentis clementia, ad tantum negotium peragendum elegit.

Et infrà: Pipinus autem Rex, iuxta quod iureiurando Beatiſſimo Stephano Papæ, & Carlomanno fratri ſuo, de ſanctis Reliquiis promiſerat. Omnes Duces regni ſui euocans, iuſſu iam dicti S. Stephani Papæ I I. vnà cum Carlomano fratre ſuo, & duobus filiis ſuis, necnon & Anthcario & Rothardo Ducibus, Ægidio quo-

que

Digitized by Google

« que Rothomagenſi Archiepiſcopo, quem Stephanus « Papa Sanctiſſimus in tanto negotio ſuum Vicarium di- « miſerat, &c. Aurelianum aduenit. Horum itaquè ad- « uentum, Carlomani ſcilicèt, atque Pipini, Monachi de Monaſterio Floriacenſi cùm agnouiſſent, diſſoluta ſunt extemplò viſcera eorum,& conturbata corda. Sanctas quoquè Patris Benedicti Reliquias de loco, in quo abſconditæ ſunt, auferentes, in alio loco occultauerunt,intra ambitum ſcilicèt Eccleſiæ:ipſique Monaſterium egredientes, fugæ latibulum ſumpſerunt. Cúmque Eccleſiam hi omnes cum exercitu Francorum Lotharingorum,Alemanorum,Suæuorum,ac Burgundionum, ingreſſi fuiſſent, & ea quæ Monachi egerant, agnouiſſent, vltrà modum accenſi, foſſores quamplurimos aggregantes,ac totam Eccleſiam altiùs erudantes,quod deſiderabant inuenerunt.At Ægidius Rothomagenſis Archiepiſcopus, dum ſanctas Reliquias, non propter Caſinenſem Eccleſiam, ſed propter lucra ſua tollere vellet,ſubitò factæ ſunt denſiſſimæ tenebræ, ità vt alter alterum non videret: nullúſque ad tangendas iam dictas Reliquias, accedere poterat. Stupebant enim nerui eorum. Tum Carlomanus ad Regem Pipinum fratrem ſuum conuerſus, ait: En frater amantiſſime,vt video, fraus eſt in negotio. Quamobrem, ſi fraternitati noſtræ æquum videtur,promiſſionem Deo faciamus,ac Sanctiſſimo Patri Benedicto, ſi nobis ſeruulis ſuis ſanctas Reliquias hinc leuare permiſerit, nobíſque in tanto negotio opitulatus fuerit, vt Caſinum reportentur, & in ſuomet ſepulchro cum aliis Reliquiis ibi dimiſſis,recondantur. Quia,vt video,Ægidius Archiepiſcopus, auaritiæ face ſuccenſus, ad lucra ſua, non ad proficuum Caſinenſis Eccleſiæ laborat: & vt ſua ſint, concupiſcit efficere. Annuit Rex Pipinus, & provt frater ſuus dixerat fecit. Necdum votum expleuerat, & ecce lux intolerabilis ſuper eos de cœlo deſcendit, & audita eſt vox de cœlo, dicens: Cur moras teritis;id propter quod veniſtis; perficite. Quia Deus, & eius amantiſſimus Apoſtolus Ioannes, hîc eſt. Ægi-

dius

dius autem Rothomagenſis Archiepiſcopus, qui vices Stephani Sanctiſsimi Papæ I I. ibi fungebatur, tanto roboratus & animatus oraculo, Sancti Patris Benedicti Reliquias inde eleuans, Carlomanno Caſinenſi Monacho tradidit,quas ſigillo Regali conſignans,cum fratre ſuo Rege Pipino,& omnibus qui cum eo ad tantum negotium perficiendum,à Stephano Papa Sanctiſſimo directi fuerant, Cœnomanum deuenit, & Virginis Chriſti Scholaſticæ patrocinia de Caſino ſublata, inde eleuans, cum fratris ſui Benedicti ſanctuariis iunxit: & annulo ſimiliter Regali conſignans, reuerſi ſunt Pipinus & Carlomanus cum ſanctis Reliquiis, & vbicumque Sancti Patris Benedicti, Scholaſticæque ſororis eiuſdem Reliquiæ, de loco ad locum conuenirent: meritis illic Patris Sanctiſsimi Benedicti, eiúſque Sororis, & Carlomanni Sanctiſsimi, ſanitatis medelam conferunt patrociniis.

Et circa finem: Stephanus Papa, & cum eodem Rege, &c. Ad Caſinenſe Cœnobium venerunt, inæſtimabili luce à Francia vſque Caſinum Deo illos comitante,ſuper Reliquias lætificati ſunt.Cúmque montem aſcendiſſent,idem Sanctus Stephanus Papa I I. ſecum ſeptem Epiſcopos Cardinales euocans, vnà cum Carlomanno,Sancti Patris Benedicti ſepulchrum, eiúſque ſororis Virginis Chriſti Scholaſticæ, eis referare præcepit. Quo aperto, duas contiguas ſepulturas inuenerunt, & poſuerunt in dexteram partem ſepulchrorum, loculum marmoreum quatuor pedum longitudinis, latitudinis verò penè duorum, in quo oſſa Sancti Patris Benedicti, eiúſque ſororis: quæ de Neuſtro Franciæ reducta fuerant, cum aliis oſsibus ibi inuentis, recondiderunt. In ſiniſtro autem ſepulchrorum latere, loculum ex lignis Sethim eorum puluerem continentem poſuerunt. Recondiderunt autem eos ita: Capita eorum contra chorum, pedes contra altare Sancti Ioannis Baptiſtæ habentes. *Hactenùs Anaſtaſius, cum cæteris quæ ſequuntur.*

Repoſitæ verò ſunt Reliquiæ prædictæ, die 4. Decembris,

cembris, vt aſſerit etiam Petrus Diaconus, in ſupplemento ſuo, ad Anaſtaſium Bibliothecarium. Is porrò Vvionius vltimò, nota ad 3. Septembris, ita ſcribit, in S. Aygulfo Martyre: Ad rationes quas Anaſtaſius Bibliothecarius Monachus Caſinas, in libro de Tranſlatione corporum Sancti Benedicti, & Scholaſticæ, adfert, Sanctum ſcilicèt [30] Aygulfum, ob latrocinia & peruerſum vitæ genus, occiſum aſſerens. Non eſt quod immoremur, cùm quòd eius verba, hiſtoriam ex ſe multùm [31] ſuſpectam reddant: tùm etiam, quòd ſi eiuſmodi verba eius ſint (quod credere non poſſum) illa ex animi paſsione dicta eſſe, manifeſtum eſt. Hactenùs Vvionius, cuius verba in ſequenti Apologiſmo ſub lance appendam, vt lectoribus patefiat: ad quos num Gallos, an Italos, Floriacenſes, an Caſinenſes, veritas inclinet.

30 *Vide blaſphemias Anaſtaſij.*

31 *En ingenua, ingenui Cœnobitæ confeſſio, & ante ora Caſinenſiũ facta.*

Explicit grauiſſimorum trium Authorum Relatio.

IOANNIS A BOSCO

BREVIS APOLOGISMVS.

DIù multùm dubitaui, tot teſtimoniorum monimentis, tot Pontificiis Bullis conſignatam, à [1] Leone Caſinenſi, & aliis ipſius ſequacibus, Corporis Sanctiſsimi Patris Benedicti in Caſinenſi Cœnobio præſentiam, impugnare: verebar etenim, ne à tantis deſciſcendo teſtificationibus, quæ iam authoritatem apud plures vſu obtinuerant: vel ſtultus, vel nimium audax, ac temerarius exiſtimarer. Verùm, cùm in [2] Leonis narrationibus, multa, ac penè omnia, me haud leuiter admonerent, de earum veritatis, atque integritatis certa fide dubitandi, immò & penè compellerent, meus animus grauiter admodùm angebatur. Nam in agro Aurelianenſi, apud Floriacum, [3] tota erat Gallia conſtans fama, ipſius Beatiſsimi Abbatis corpus haberi,

1 *Leo Cardinalis Hoſtienſis.*

2 *Leonis plera-que narrationes fluctuant.*

3 *Corpus B. Benedicti eſſe in Agro Floriacenſi, tota Gallia credit.*

Digitized by Google

haberi, aliáſque eius Reliquias, diuerſis aliis Franciæ locis, clariſsimo cultu, incredibilique religione, thecis pretioſiſsimis, reconditas exiſtere. Tandèm verò, eximio, & propemodùm inexpectato Dei munere effectum eſt, vt Floriacenſe Monaſterium adirem, in quo ipſius Sanctiſſimi Patris benignitate, inter fragmenta Nobiliſſima ac locupletiſſimæ quondam eius bliothecæ, [4] à Caluiniſtis direptæ atque exciſæ, ſtudioſiſſimè perquirens, reperi vetuſtiſſima multa opera, ſexcentis ab hinc ferè annis, & edita, & ſcripta: (vt ipſa præ ſe fert caracterum facies, Lugduni Galliarum à grauiſsimis & ſapientiſsimis viris ſolerter explorata, atque probè recognita) incredibili Diuinitatis prouidentia, non ſine apperto miraculo, inter propemodùm innumera incendia, & excidia, eiuſdem Floriacenſis Cœnobij reſeruata. Quorum ope & auxilio, Deus ipſe, ea quæ iam non eſſent in hominum memoria, vocaret tanquam ea quæ reuerà ſunt: conuelleretúrque firmiſſimis rationibus, Caſinenſium quorumdam Authorum, de corpore Sancti Benedicti aſſertio, quæ iugi ac penè aſsidua inculcatione, altiores egerat in animis hominum radices. Adeò, vt etiam in errorem mitterentur electi atque præſtantes Gallici aliquot Scriptores. Imò verò integræ nonnullæ Congregationes, ipſius Beati Patris ſodalitio aſcriptæ. Quæ ficte Bullarum Pontificiarum ſuppoſitarum fulmine, exterritæ, è ſacris ſuis diariis expunxerunt Tranſlationis eius feſtum, tanto olim decore, támque feſtiuis gaudiis apud eas, celebrari conſuetum. Aſt præſtantiores quæque Gallicanæ Eccleſiæ, aliæque multæ toto orbe celeberrimæ, vt in Italia Mediolanenſis, in Germania Curienſis, & rotæ Hiſpanicæ, ex Breui Clementis VIII. Papæ, longè acriori iudicio, mentíſque viuaciori acumine, totius rei veritatem expendentes, explosis Salmoneis Caſinatum Bullis: illud etiam num conſtanter colunt, ac venerantur. Multùm diſsimiles, his credulis nimiùm Authoribus, puſilliſque Monachorum gregibus, qui oſcitantes, atque Gallicæ dignitatis, parum memores: ſtatim

4 Floriacenſis Nobiliſſima Bibliotheca ab Hæreticis Caluiniſtis direpta.

ſtatim ad primos, eóſque leues, Caſinatum ictus, terga aut verterunt, aut vt ignaui manus dederunt, ſéque ſtramineis vinciri loris pedatim pertulerunt.

Aduerſus eos vt potè aduerſus proditores Domeſticos atque familiares, primum initurus certamen: non multo negotio ipſos fundam. ac profligabo, vnico telo detectionis erroris Caſinẽſium ſcriptorũ, quos violatæ veritatis arguo. aliorum Caſinenſium authorum atque adeò Monachorum, cùm veteris [5] Pauli Diaconi, tùm noui Arnoldi Vvionij ipſorum ſodalis, de [6] vniuerſa Republiqúa Benedictina optimè meriti fide & authoritate.

[5] *Paulus Diaconus Monachus Caſinenſis.*

[6] *Arnoldus Vuionius, Monachus Caſinenſis laudatus.*

Res verò mihi longè operoſior, cum emerito milite atque adeo veteri Imperatore Polyhiſtore Cardinali Barronio. Cuius coniecturas, & ipſius Vvionij verba, ipſáque Aymoini, ac Floriacenſis noſtræ veteris Bibliothecæ iam reuelatorum Authorum lectio, poſtquam perſe diſſoluerint, ad ipſiuſmet ſubſellia iudicij lubens recurram. Etenim filo veritatis, è tam anfractuoſo labyrintho eductus, ipſe apertè ac manifeſtè in ſententiam Pauli Diaconi initio vadit, ac deinde ſplédore atque lumine multæ lectionis illuſtratus, tandem Annalium ſuorum Tomo Vndecimò fateri manifeſtè compellitur, Sancti Patris Benedicti oſſa, quandoque in Gallias translata fuiſſe. Hunc autem, ſi vel ad mea, imò veritatis caſtra ſuorum verborum retibus captiuum pertraxero: iam debellatum eſt iam trihumphi ſtruendus apparatus, iam lauri gerendi Gallis, iam palmæ, iam arcus triumphalis ab eis, eíſque eſt erigendus.

Certè vt optimi Ducis imitatione bellicas meas acies, ordine atque ratione inſtituam ac collocem: totus rei inter Caſinenſiũ ſectatores. Floriacéſiúm atque propugnatores cardo in hoc vertitur. Vtrum aliquando Corpus S. Benedicti in Gallias Translatum fuerit Ac, ſi probetur Translatum fuiſſe: Quomodo, quo tempore, & à quibus ad Caſinenſe Cœnobium fuerit relatum. Et quidem, quod aliquando Translatum fuerit, Sole clarius eſt: cõſentiétibus atque aſſerentibus id vna

voce

voce omnibus penitùs authoribus Italis, & Casinensibus ipsis Germanus, Hispanis. denique toto orbe Christiano id fatente atque confirmante. Vnico duntaxat Leone excepto Casinate historico, cuius authoritas vtrum debeat, totius orbis consensum euertere, atque proculcare. Quiuis cordatus apud se reputet. Certè Polyhistor ille Cardinalis, cordatiùs multò, occulato penè testi Paulo Diacono adhæsit, quam Leonis narrationi, qui lõgo admodum post tempore vixit, quemque merito ille, Tom. 11. Annal. ad annum 1059. dicit glorianter ac mendatiter est loquutum. Accuratéque Vvionius in suo Monastico Martyrologio hanc Translationem veram fuisse agnouit, nihili faciens Leonis assertionem, consensu totius orbis Authorum explosam. Ego cõstat translatum fuisse, vel ipsismet hostibus annuentibus. At nunc, vtrum aliquando relatum Casinum fuerit, solerter est expendendum. Hîc etenim est controuersiæ nodus, visus grauibus aliquibus viris, inextricabilis: mihi vero admodum solutû facilis, si methodo veritas ipsa examinetur.

Casinenses duo dicunt.

Reportatum fuisse.

Pontifices summos Translationis, eius festum celebrari vetasse.

Vnicum tantum reportationis veterem Authorem in medium adferunt Anastasium M.S. à quo omnes exscripserunt. Verum eius fidem & authoritatem admodum eleuat Vvionius[7], vti verbis ipsius constat, per me iam ante in Relatione trium authorum [8] adductis, atque in margine adnotatis. Sed quid dico eleuat? imò & quodammodo, illum Anastasium Authorem fuisse historiæ eiusmodi Reportationis, penè inficiatur. Certè nullius ponderis quisquis tandem fuerit, esse debet omnibus bonis ac Romanam Ecclesiam suspicientibus Christianis is Anastasius: qui maledicta, probra & blasphemias congerit in[9] sanctos, Martyrologio Romano ascriptos. vnde nec in eo refutando quem detestor vt blasphemum, maledicumve, operam

7 Anastasius, admodũ dubius ab Vvionio reputatur.

8 In notis sui Martyrologij ad 3. Septẽb. historiam Anastasii multum suspectam facit: dicitque se credere non posse eã ipsius esse.

9 Anastasius quia blasphemus refutandus.

Digitized by Google

onere inſtitui: nec enim fidem ipſe meretur. Ipſius
ſſor Leo Caſinenſis reportatum non probat, qui
t contra totius orbis conſenſum, aſportatum vn-
a fuiſſe.

olus Neotericus, Caſinenſis Author, mihi refutan-
venit Vvionius, vir ſpectatæ ingenuitatis ac fidei,
etſi vt Caſinenſium ſodalis, eis adbládiri videatur:
is tamen veritatis proſtratus, ita rem pertractat, vt
pſius verbis facilè veritas negotij queat ab ocula-
e deduci. Hic igitur, Decembris quarto, Reporta-
iem S. Benedicti ad Caſinum, ſuo Martyrologio in-
ait. At quibus rationibus? Quòd hanc Relationem,
uit, annotant hac die Maurolycus, & Molanus. Ita
iotant, admitto. Sed non ad Caſinum, at ad Floria-
m. Háncque Relationem Eccleſia Aurelianenſis colit
que celebrat.

Scio ego, ipſius Relationis hiſtoriam ſcripſiſſe Die-
ricum, quem ipſe Theodoricum vocat. Sed oſtendat
heodoricum ſuum ex vetuſtiſſimis membranis, di-
ntem, hanc Relationem ad Caſinum factam: & ali-
uod noſtræ cauſæ forſan inferet præiudicium. Alle-
at & ſuum Anaſtaſium manuſcriptum: [10] ſed quia, vt
pſe fatetur, ac profitetur, nonnulla ſunt in eo caſtiga-
tione digna: priùs non ab aliquo vel Floriacenſi, vel
Caſinenſi didaſcalo caſtigetur, verùm à Romanæ Ec-
leſiæ magiſtris: & tunc à talibus caſtigatus, admitte-
tur, qui verbis ſenſúque diſcolus, à ſuis ipſis reſpuitur.

10 *Anaſtaſius caſtigatione dign⁹.*

Omnes prætereà Authores, quos citat Vvionius,
pro ipſa Reportatione, contra ipſum faciunt, ſi rectè
inſpiciantur, vt ipſe admittere compellitur, dum ipſos
indicat ſequutos fuiſſe ſententiam Hugonis Floria-
cenſis. qui Reportatum fuiſſe negat Caſinum, ſed Flo-
riacum. Ergo cùm Authores, quos citat, Hugonem ſe-
quantur, ſe ſuo Vvionius gladio confodit, ſuámque
aſſertionem, ipſemet Dei iudicio deſtruit. Ac ſi tacitus
diceret: Ego Caſinenſis in Italia, non queo abſque pu-
dore veritati Tranſlationis Sancti Benedicti accedere;
victus tamen rei ipſius clariſſima luce, dum cunctos

Authores;quos pro meæ aſſertionis fulcimento,in medium adduco, ſequutos Hugonem Floriacenſem, qui Relationem ad Floriacum tuetur indico.Ipſorum teſtimonio aliter me ſentire,quàm ſcribo profiteor.

Sed Pontifices Summi, eius Tranſlationem aut negant, aut *celebrari prohibent.*

Nullus Summus Pontifex negauit. Oſtendimus ſuperiùs, Autographorum exſcriptionem Romanorum Pontificum, eam adſerentium. Nullum Auctenticum atque originarium poſſunt Caſinates oſtendere, negantium. [11] Alioquin Romana Eccleſia, quod nefas eſt dicere,ſed & cogitare,diſſidij cauſam, ſuis Bullis inter Chriſtianos ſereret. Sed adſit Palladij Caſinenſium, nempe Bullæ Vrbani II. Cenſoria è brachio Polyhitoris Baronij vibrata virga.

11 *Nota hâc rationem.*

Is igitur Tom.2.Annal.Eccleſiaſt.ad annum 1097. in hunc modum ſcribit:*Porrò de tantare, nempè ſanitate Vrbani II. Papæ, & præſentia corporis B. Benedicti apud Caſinum. Editum habetur diploma Vrbani Papæ, quo infertur Anathema,aduerſus eos,qui corpus S.Benedicti in Caſino monte eſſe negarent: in quo & enarrata hiſtoria copioſiùs recenſetur.At vt verum fatear,non leuia de impoſtura ſigna continet. Vtpotè, quòd cùm huiuſmodi factum contigiſſe dicatur hoc anno, nempè ante Troianum Concilium, quod ſequenti anno celebratum conſtat. Diploma tamen Vrbani datum anno nono eius Pontificatus legitur, in fine ipſius. Quo non Capuæ, vbi Diploma datum habetur.Sed in Gallijs eumdem Pontificem in Conciliis celebrandis immoratum eſſe, Bertholdus Conſtantienſis eius temporis ſcriptor accuratiſſimus,& alij omnes docent. Præterea,nulla quoque cohærentia in aliis ibi appoſitis temporum notis vllatenùs reperitur. Dum ibi in fine ſic legitur: Dat. Capuæ. Kalend.Aprilis,per manus Ioannis Cardinalis,Indict.13. anno Domini 1093. Pont.verò D.Vrbani Papæ II. anno 9. At tempore illo anni Redemptoris 93. non Indict. 13. ſed prima numeratur.Nec Vrbani Papæ annus nonus,ſed ſextus ordine ponitur. His accedit, quòd ſi ab Vrbano Papæ*

eiuſ

« *eiuſmodi fuiſſet diuulgatum Diploma, quomodo Petrus*
« *Venerabilis Cluniacenſis Abbas, Decretorum Romano-*
« *rum Pontificum obſeruantiſſimus, paulò poſt hac, ſacrum*
« *Hymnum canēdum edidiſſet de Tranſlatione S. Benedicti*
« *in Gallias, vbi & miraculis coruſcare teſtatur? Sed ſatis*
« *hæc. Et ſi ſciamus concitari in nos odium Monachorum,*
« *ſed præſtat anteferre omni humano reſpectui veritatem.*

Tam graui ictu Caſinates ferit, hiſtoriæ ſacrę Princeps.

Nulli etiam Summi Pontifices, feſtum Tranſlationis Sancti Benedicti coli prohibuerunt. Aliter Viennenſis, & Narbonenſis Apoſtolicæ, & Lugdunenſis Eccleſiæ, omnes antiquiſſimæ, necnon Pariſienſis, Aurelianenſis, immò vniuerſæ Gallicanæ, quæ etiamnum illud ſolemniter colunt, rebelles ſunt Sanctæ Rom. Eccleſiæ. At, quàm ęgrè ferret Mediolanenſis Eccleſia, à tam inclito Pontifice Boromæo Cardinali, in antiquum nitorem reſtituta: quàm, inquam, ægrè ferret, ſe aduerſariam ac rebellem Sedi Apoſtolicæ, ſi veritate Bullæ Caſinates nitantur, reputari? quàm dolenter omnes Hiſpanicæ, ſe argui neglectus ac deſpectus ſanctionum Summi Pontificis, perferrent: Si ipſæ verè ſanctiones latæ vnquam, à Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Præſulibus fuiſſent.

Adeò verum eſt, eas vnquam latas fuiſſe: ac verum eſt, tot præſtantes Eccleſias, quæ feſtum Tranſlationis S. Benedicti per vniuerſum orbem celebrant, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ rebelles exiſtere, vel excommunicationem incurriſſe. Adde, quòd Clemens Papa VIII. qui apicem Romani Pontificatus ante paucos menſes præclarè regebat, Indulgentias in feſto Tranſlationis S. Benedicti, Floriacum adeuntibus, largitus eſt. Quem, haud probabile eſt, aut ſuorum anteceſſorum voluiſſe vnquam conſtituta labefactare, aut de re inter tot ſcriptores agitata, veram ſententiam ignoraſſe.

Ergo ne Alexander II. contra ſe diploma Caſinenſibus dedit. (Nam ex Leone Caſinéſi conſtat, ipſum Eccleſiam Caſinenſem conſecraſſe, & plures Cœnobitas Caſinenſes ad purpuram & mitras euexiſſe.) Cuius pro veritate Corporis S. Benedicti, apud Floriacum, extat

tissimarum cuiusque partis Christiani orbis, quæ vniuersali ferè Concilio æquipollet, maximè si adsint Romanæ, vt adsunt, Ecclesiæ approbationes. Vnde verè & ingenuè cogimur credere, *Corpus Sãcti Benedicti apud Floriacum Galliæ consistere.*

Ad coniecturas deniquè Cardinalis Baronij respondet tacitè Vvionius, dum quanta festinatione recesserint Casinenses, tempore quo Longobardi ipsorũ Cœnobium diripiebant, narrat, & minimè neglectum fuisse S. Benedicti sepulchrum probat, eo quòd annis singulis duodecim Monachos ad custodiẽdum corpus S. Benedicti è Laterano ad Casinum trãsmissos recitat: quibus Aygulfus secũdum ipsum se fictè immiscuit, quò ei facilius sanctum thesaurũ absportare liceret. Quòd verò peregrinationes frequentes Transalpinorum ad Casinum, in testimonium adducat, hoc nihil efficit: alioquin & frequens totius orbis ad Betleem Palestinæ concursus hodiernus, Præsepe Dominicum ibi adesse conuinceret, quod tamen Romæ esse scitur. Et ad S. Sebastianum in Catacumbis, hominum appulsus: ipsius nũquam corpus ad Gallias fuisse translatum. Quod nihilominùs ipsemet Baronius admittere compellitur. Quanti verò fuerit habitum ab vniuerso orbe, Floriacense Cœnobium, Authores nostri veteres non vno loco disertè explicarunt. At tandem ipse sapientissimus Baronius, manus dedit, faciléque se sententiam Gallorum approbare, Tomo suorum Annalium vndecimo expressit.

Ob quam rem, huic controuersiæ finis apponatur, ac cineres Beati Patris Benedicti apud Casinum relictos fuisse, quibus ex liberalitate Floriacensis Abbatis Medonis aliqua ipsius posteà ossa adiũcta fuêre: Corpore verò, Galliam magno suo commodo atque honore decorari, credatur, & tàm leuiter à quibusdam Monachis explosum Translationis eius festum, quàm citò pristinum nomen atque decorem apud omnes recuperet.

Omnia verò, quæ hîc dixi, aut alibi dicam, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ censuræ lubens & volens submitto.

Breuis Apologissimi Finis.

PRÆFATIO AD VETERES CONSVETVDINES MONASTERIJ *Floriacenſis Ex vetuſtiſſimo ante ſexcentos annos Scripto membraneo Codice, fideliter exſcriptæ, per Ioannem à Boſco.*

DECREVERAM Benigne lector, ſilentio præmere quas nactus fueram vetuſtas Floriacenſes conſuetudines, vtpotè cogitans nullo vſui antiquariæ rei futuras eas eſſe poſſe, ob quædam in eis de Monachorum eduliis admixta. Verũ Tractatus eruditi atque prudentis viri Ioannis Sauari, quem nuper de confratriis Gallicè edidit, mihi aliam longè mẽtem ſuggeſſit. Præſtat verò viri de re literaria optimè meriti ipſa verba legere, quæ his Floriacenſibus antiquis conſuetudinibus, præfationis loco eſſe queant, meque ab omni non ſolum calumnia eximant, ſed optimè egiſſe comprobent. *Ipſe ergo capitibus* 8. *&* 9. *Tractatus de Confratriis, in hunc modum diſſerit.*

Ioannes Sauaro vir prudẽs & eruditus.

D. Ciprian. de dup. Mart. D. Auguſt. Epi. 64. *D. Chry. ſer.* 129. *Siden. ep.* 17. *l.* 5. *Concil. Cabilo. l. c.* 19.

Non ſolum ob honorem Martyrum, qui primi honore affecti ſunt, eorũmque natale celebratum, verum etiam Confeſſorum ac Eccleſiarum Encæniorum, fuerunt acta conuiuia. Ob quam rem Feſtinare & Feſtina, pro Conuiuari & Conuiuiis dicimus, quia conſuetum erat Diebus Feſtis Conuiuia agere. Quæ cauſa extitit, cur Concilia prohibuerint Quadrageſimæ tempore Sanctorum feſta venerari, ipſáque in aliud tempus reiecerunt, ne ſolitis conuiuiis Quadrageſimæ rigor violaretur. Nefas quippe erat, Feſtis diebus ieiunium obſeruare. Atque inde eſt, quod magnus ille Pontifex

Digitized by Google

[1]Remigius legauit supremis tabulis fertilẽ vineam.Nepoti suo Agatimero, ea conditone vt is, eiúsque successores, annuum Sacerdotibus[3] Laudunẽsibus in Beatæ Mariæ celebritate instruerent epulum Eulalius etiam[4] Attonæ Ecclesiæ Archipresbyter,cùm Sacerdotes & clericos in festo [5] S. Vitalinæ conuiuio excipere vellet, eique vinum deesset, miraculosè ipsi vinum fuit Sanctæ illius beneficio, inueniendi tributa facultas. Quod testatum posteritati Greg. Turonensis Nobilis author reliquit.Qui etiam lib.2.de Miraculis S.Martini cap.16.testatur, cum Bellouacum quandoque peterat, ac in vado Ligeris cõsistisset,audisse se à Nauclero quòd cùm is in Epyphaniorum festo nihil haberet, quo solito lautius epularetur. Conuersus ad B. Martinum, hoc modo ipsum orauit. Oro S.Martine, vini consequendi mihi copiam facito,nec patiaris me,(aliis hilariter conuiantibus) egere.Quo dicto,piscis ingens de flumine exiliuit. Quem Nauclerus accipiens, vini habendi modum est assecutus,ac cum domesticis egregiè conuescendi. Quæ miracula confirmant, conuiuia festis diebus fieri consueta,Deo ingrata haud existere: ac vt talia, Karolus Magnus ea Cœnobitis, præcipuis anni festis concessit : sigillatim verò in celebritate titularis sancti.Sed & Carolus Caluus à Monachis Diui Germani pratensis fieri permisit, Nec non Ranco Aluernensis Põtifex Rotberto Abbati Casæ Dei indulsit, vt is cum sex Monachis,totidemque Conuersis eiúsque successores,die solemni Assumptionis B.Mariæ, Splendidius in Refectorio conuiuarentur. Sed & S. Illidij Cœnobitæ.Festis Natiuitatis Domini Paschæ & Penthecostes à Domnis Abbate Decano ac Coquinæ officiariis,quatuor ferculis reficiebantur, quod ius,supremus Parisiensis Senatus, ipsis ac cæteris idem habentibus, astruxit.Hæc Sauaro.

2 *Agatimerus nepos. S. Remigij.*
3 *Laudunum*
4 *Atonna.*
5 *S. Vitalinæ*
Greg.Tur. de Miracul.Confes.cap.5.
Carol.mag. addit.1.c.47. Aymon.lib.5. cap.14.Hist. Rotberti M. S.Monast.Casæ Dei.
Ritualis lib. M.S. Monast.S. Illidij. Raguiol.li.6.

Veterum Consuetudinum Cœnobij Floriacensis.

CAPVT I.

EX quo [1], O incipitur,nullus sanguine minuatur,nisi cui in capitulo petita venia conceditur. Ea die,

1 *Antiphona O.*

qua canitur O, pictantia de bono vino, in refectorio ad prandium cum phialis propinanda est, & in vigilia Natiuitatis Domini.

Antiphonam O prima die dicit Abbas. Secundam Prior, Tertiam Ortolanus, Quartam Celerarius, Quintam, Thesaurarius, Sextam Præpositus, Septimam Armarius, Octauam Magister operis, erat & Capicerius.

2 *Quatuor tempora.*

In diebus [2] Quatuor temporum, generale piscium à Celerario procuretur.

In vigilia Natiuitatis Domini Lampades cereæ & septé cereiitres ante Aquilam, quatuor in circuitu sepulturæ Regis illuminentur. Pallio albo altare pallietur, dorsatibus melioribus chorus ornetur, & iunco spargatur.

Ianuæ capitij aperiantur,

Aurora apparente pulsatur scilla. Seruitor incensat Conuentum.

A Natiuitate vsque ad octauas Epyphaniæ. locutio fit in Claustro.

3 *Thurificatio altarium.*

Ante [3] Matutinum, omnia Altaria Sacrista thurificat. Bonus ignis, à seruitoribus nocte Natiuitatis Domini fit.

Lauabunt faciem, & pectinabunt Monachi.

4 *Quadragesima.*

In [4] Quadragesima libra panis maior solito & delitior, & vinum melius quàm alio tempore debet esse.

In vigilia Natiuitatis Domini, quando in Capitulo, Natiuitas Domini à puero pronunciatur, omnes in faciem cadant, & tunc in silentio dicant ter, *Gloria tibi Domine qui natus es de virgine.* Et post lectionē [5]. Fit Sermo.

5 *Sermo.*

6 *Magnæ deuotionis Indicium.*

In [6] eadem vigilia, post Completorium ponit Capicerius cereos ante vnumquodque altare: qui accensi possint sufficere tota nocte donec diescat. Et ante matutinum Sacrista maturius surgens cæteris, accensis cereis super altare Patris Benedicti, reuestitus cuncta Altaria thurificet, quæ sunt in Monasterio.

Cum dicitur. *Omnes ipsum adoremus*, venia petitur.

Sub nonam lectionem, introducuntur famuli à Subcame

camerario in Calefactorium, vt faciant ignem optimum Fratribus.

In die Natiuitatis Domini, omnes debent communicari,& [7] ad pacem accedere.

[8] Hodie, id eſt in Natali Domini, à Præpoſito de Euera villa,procurabimur in Refectoria.

In die S.Ioannis: Duo Sacerdotes ad veſperas debent exire capati per retro chorum,thurificantes Maius Altare,& redire in chorum cum thuribulis,& Cõuerſis,incenſaturi Conuentum.

Hodie procuramur à Priore de Stampis.

In die Innocentium, procuramur à Priore de Gieino.

In die Circunciſionis debemus habere generalem refectionem à Celerario, de reditu [9] Maioriarum, quod minus fuerit,Domnus Abbas adimplere debet.

In die Epyphaniæ ad proceſſionem, portantur duæ Cruces aureæ,& dextera aurea,& procuramur in Generali refectione,à Præpoſito de Villa Abbatis.

Feria tertia ante feriam quartam.Cinerũ,Ad laudes & ad Veſperas priuatis diebus,oremus pro omni gradu Eccleſiæ dicatur, vſque in Cœna Domini. Pſalmi proſtrati poſt laudes incipiuntur, Septenarium & tricennarium in Conuentu, & alterum tricennarium à Presbytero [10] ſancti Lazari. A Sacerdotibus quoque ſeptem miſſæ priuatim, Cæteri clerici tria pſalteria Conuerſi 200. Dominicas Orationes, tàm pro fratribus noſtris,quàm pro his quos in ſocietatem noſtram & fraternitatem ſuſcipimus, quorum obitum ignoramus. Et ſciendum quoniam,quicunque Pſalmos proſtratos,& proceſſiones de Quadrageſima,vel Mandatum trium pauperum qui craſtina die incipietur, perdiderit: veniam in Capitulo, ſicut pro Regulari hora petere debet.

[11] Feria quarta in capite ieiunij,& per totam Quadrageſimam, fratres poſt Nonam pergant in dormitorium, diſcalciatique, & ablutis manibus, petant chorum.

7 *Pax precedit Communionem.*

8 *Lautiora in feſtis Cõuiuia.*

9 *Les Maiories eſtoyent quatre petites iuſtices, que tiennent quatre hommes qui aſſiſtent encore à Fleury les bõnes feſtes, auec leurs verges, & courtes robbes.*

10 *Eſt parua Capella in margine foſſatorũ Monaſterij Floriacenſis ſtans adhuc anno 1605, dicta noſtra Domina de Cõceptione.*

11 *Feria 4. Cinerum.*

Digitized by Google

Domnus Abbas vel Sacerdos,si ipse non adest,cum stola tantum,benedicit Cineres de cremiis sarmentorum,quæ & studiosè mundantur, & cribrantur à Sacrista.

Benedictione peracta, imponit cuiúsque capiti: Et cineres dantur omnibus,etiam infantibus,& ad extremũ infirmis. Tunc Domno Abbati vel Sacerdoti,Prior dare debet, vel vnus de Prioribus, si ipse non adest.

Post Missam, ablutis pedibus de aqua calida quam Subcamerarius debet præparare: ad secundũ signum redeunt ad ı x. & post ı x. in refectorium. Vbi libra panis maior solito, & delicatior debet esse: & vinum melius,quam alio tempore.

Celerarius Dominica 3.& v.feriis pisces,vel valentiam piscium donat. Cæteris diebus Arentia, & milium per totam quadragesimam,quod Præpositus debet ministrare.

Quarta & vj.feriis,herbas crudas debemus habere de hortolano, & in ieiuniis quatuor temporum per annum similiter.

12 *Vide devotionem.*

[12] Residuum vero cinerum, qui in hac die fratrum capitibus imponuntur, ab Infirmario conseruantur: vt morientibus fratribus substernantur.

13 *Processiones.*

Omnes[13] processiones Quadragesimæ nudis pedibus fiant,nisi Domnus Abbas vel Prior, propter frigus iuncta qualibet pœnitentia,eas calciatis pedibus fieri concesserit.

Sabbatho in capite Quadragesimæ, Post vesperas appenditur velum inter chorum & altare: & cuncta aufferuntur ornamenta. Quæ vero aufferri nequeunt, velantur. Item Aquila [14], Tabernaculum Patris nostri Benedicti, capsa sancti Mauri, & Crucifixus. Altaria capitij palliis operiuntur.

14 *Tabernaculum S. Benedicti.*

In crastino dum Missa matutinalis canitur, Tapete in capitulo sternitur, super quo [15] omnes libri de armario allati ponuntur.

15 *Vide Reg. S. Benedicti c. de observatione Quadragesimæ.*

Post explanationem Regulæ, Armarius recitat in tabulis omnium fratrum nomina, quibus præterito anno

anno eadem die libri dati ſunt.

Cum quilibet fratrum nominatur, ſurgit,& librum ſuum ſuper tapetum ponit.

Poſtea dantur libri vnicuique,qualécunque petierit.

Iunior autem Armarius, ſcribit nomina fratrum & librorum quos acceperint, ex vna parte : & alter, ex altera.

Poſt dationem librorum , reportantur libri in armario.

Quo facto , ſi quis frater librum ſuum non perlegerit:pro indulgentia veniam petit. Demùm Circatores ſurgentes,ante Abbatem veniunt.Deinde,datur ab Abbate fratribus [16] licentia cum diſcretione & moderatè ieiunandi,& vnum Pſalterium ex cõſuetudine. *16 Obedientia regularis.*

Ipſo die ab Armario reficimur, vnum tamen generale piſcium & Saporem,cum copia boni vini.

In iſta prima Dominica Quadrageſimę,eſt Cõuentus in albis.& in refectorio debet habere piſa attrita, & duo fercula,cum pitantia vini.

Dominica quarta in Quadrageſima, eſt Conuentus in albis. & in refectorio debet habere duo fercula, cum pitantia vini.

Sabbatho in Paſſione,Hymni cantantur magis protractè & diſtinctè,quàm alio tempore. *Nota.*

Dum cantatur *O crux aue* , omnes pariter genua flectunt.

Nullus ſanguine minuetur,vſque in Paſcha : niſi cui in capitulo petita venia concedatur.

Dominica in Ramis Palmarum , duæ fiunt proceſſiones. vna per clauſtrum poſt matutinalem Miſſam, ſicut mos eſt in Dominicis. Poſterior ad Floriacum. Præëunt vexilla & Dracho. Deinde omnes Cruces,& Capſa S.Mauri à duobus albatis Sacerdotibus , à Subdiacono vnus textus , & duo candelabra à duobus pueris. Deinde nouicij & cæteri ſicut ſunt in ordine. Ad vltimum Domnus Abbas cum càppa rubea & virga paſtorali. Exeuntes per portam Auſtralem quæ eſt ſub turrim.

Præpo

Digitized by Google

Præpositus vero prouideat antequam processio procedat, vt via sit munda & honesta; vel vbi non, ibi ponant famuli sui, ostia domorum. vt honestè conuentus procedat. Et cum ventum fuerit vbi sermo debet fieri ad populum. Præpositus sedes Conuentui debet præparare, & sedem Abbatis ibi debet deferre. Similiter ante portam Abbatiæ, vbi *Gloria laus* canitur, debet conuentus paratas sedes inuenire. Et cum processio procedit, famuli Præpositi, à turba Conuentum vndique debent custodire.

Peracto Euangelio, benedicat Abbas tàm palmas quàm flores seu buxeas, quas Camerarius quærere & præparare debet. Tunc Thesaurarius cum Capicerio, distribuat fratribus tàm palmas quàm flores, quibus peractis fit Sermo ad populum.

Post Sermonem, egreditur Conuentus ordine suo sicut prius. Ad portam Burgondiensem fit statio. Vbi ventum fuerit ante portam Monasterij, sedente Conuentu, foribus clausis, intus Monasterium à 4. fratribus cantatur. *Gloria laus*. Et extra Monasterium ante fores, versus capsam S. Mauri cantant duo fratres, *Pueri Hebræorum*. Qua dicta portæ apperientur. & Conuentu ingrediente in Ecclesiam subtus [17] capsam S. Mauri, procedit Sacerdos cum ministris indutis rubeis casulis, & palmas ferentibus.

17 Subtus capsas sanctorũ transeunt Christiani.

Dum in Missa cantatur Tractus, Capicerius debet Scillam modicè pulsare, vt omnes qui muri ambitu continentur, festinent ad audiendam Passionem, & ad[18] Offerendam debent omnes adesse.

18 Offerẽda in Missis.

In hac die Meridianæ incipiunt. Post refectionem pausent fratres in lectis, donec per campanam Ecclesiæ expergefiant: & lauatorio petito, dùm manus suas pueri lauerint, pulsetur Nona à Capicerio, qua decantata itur ad Refectorium. Tunc aqua à refectorario procuretur. ab hebdomadariis præteritæ & præsentis hebdomadæ, in phialis propinanda.

Hodie est Conuentus in albis, & in refectorio debet habere duo fercula, cum pitantia vini.

Feria

Feria 2.hebdomadæ ſanctæ poſt Miſſam de ſancta Maria, legitur Pſalterium in choro, ad finem dicitur Requiem & debent omnes proſtrari ſuper formas.

Cereus Paſchalis debet hodie fieri, & in Refectorio procuramur à Priore Caſtri noui.

Feria 4. cum ventum fuerit, vbi legitur in Paſſione, *& velum templi ſciſſum eſt.* Deponatur cortina,& inter ianuas ferreas & altare tantummodo, his tribus diebus eſt expenſum velum.Et à tertia vſque ad prandium, remouetur ad partem Meridianam cotidiè, à cuſtodibus Eccleſiæ.

Nocte antequam veniat Conuentus, accenduntur xxiiij. cerei ſuper pronas, & vnus in medio. qui extinguuntur, &c. Et x v. Canticagraduum ſub ſilentio ab vnoquoque dicuntur, & poſt ſingulas inciſiones, ab vnoquoque procumbitur ad formas, & venia petitur, atque [19] Matutinum canimus ſicut Canonici. Cum venitur ad Laudate Dominum de cælis, vbicumque ſtant [20] iuuenes,cuſtodes ibunt iuxta eos. Similiter quoque ad locum puerorum, ſtabit vnus magiſter,donec matutini finiantur. Capicerius debet extinguere omnia luminaria Monaſterij, & accubitat Conuentus ſuper formas,pueris non ſuper ſedilia,ſed ad terram proſtratis.

19 *Tenebræ.*

20 *Iuuenibus adhibita cuſtodia & pueris.*

Signo facto à Domno Abbate vel priore,conſurgũt omnes, & laternis cùm lumine apportatis, per magiſtros puerorum & iuuenum, & aliis luminaribus per ſecretarios, donec Conuentus poſſit exire,eunt Dormitum.

Poſt primam decantant Pſalteriũ, poſt ſedẽt in clauſtro donec ſignum audiant, vt ſe calceent:& lotis manibus & pexis capitibus, tertiam poſſint præuenire. Dum tertia cantatur, noua calceamenta à famulis Camerarij in Capitulo apportantur.

Finito autẽ ſermone,iubente Domno Abbate ſurgit Camerarius & ſufraganeus eius: & per eos, fratribus noua calceamenta erogãtur. Accipientes noua reddunt vetera, vt pauperibus tribuantur. Poſtea fit Abſolutio.

Sciendum

Sciendum autem quod qui voluerit Missam cantare antequam nouus ignis benedicatur,sine igne cantare debet,non tamen aliam quàm de die. His tribus diebus, pacis osculum non accipimus,sed pariter omnes communicamus, sicut in die Resurrectionis.

Post Capitulum fit rasura.

Ipsa die post Capitulum,sacerdos qui Missę minoris hebdomadarius est,cùm Diacono, cantat Missam de die ad altare sanctæ Crucis ad [21] centum pauperes : & finita Missa, singulis singulæ dentur hostiæ non consecratæ. Qui pauperes ab hospitario eliguntur, vt tales sint:quibus pedes conuenienter lauari possint.Postmodum conductis in hospitale, bina dantur edulia,fabarum scilicet & milij. Deinde à famulis Eleemosinarij & Hopitali,aqua calida pedes eorum lauantur.

21 *Centum pauperes in die Iouis S.æ Floriacensibus etiam hodie 1605. reficiuntur.*

Post Nonam Conuentus albis induitur, & Priores mutantur versus altare. Quando Dom. Abbas venerit in chorum, incipit psalmum. Et mox fit processio per claustrum ad nouum ignem consecrandũ ante ostium eleemosinæ.Qui ignis lucet industria Præcentoris:è lapidéque Berillo [22] producatur, vel è scilice excutiatur. à famulo tamen Sacristæ præparatur & accenditur. Ad processionem portatur aqua Benedicta & thuribulum sine igne,& Crux,& Dracho in pertica. Vnus verò de infantibus in consa à magistro suo præparata, affert candelam accensam, vt præsto sit ignis, si extinguatur,qui in ore Draconis portatus.

22 *Berillus Lapis.*

Ipso die portatur Draco à Thesaurario, In castrino à Priore,in Sabbatho ab hebdomadario maioris Missę. Ad processionem primum ibunt pueri cùm magistris. Deinde D. Abbas alba parata & virga pastorali ornatus,& cappa candida.postea Priores, ad vltimum Nouicij.Cùm offerenda canitur, accedit ad altare Armarius, vt prouideat de Hostiis ministratis à Secretario, & ponat ad consecrandum quantum necesse fuerit Fratribus,ipsa die & in crastina.

Post Missam,cùm omnes in choro adunati fuerint & Dom.Abbas aduenerit,Ibunt in refectorium, vt celebrent

brent cœnam.Primum ibunt pueri cum magiſtris, Poſtea Dom. Abbas, deinde Priores,ad vltimum Nouicij Deſtribuuntúrque à fratre qui piſtoribus præeſt,panes azimi Fratribus: Refectorarius debet præuidiſſe,vt antequam Couuentus veniat,in ſingulorum cyphis vinum propinet.

Interim autem in parte clauſtri Monaſterij, pauperes ſtant introducti à famulis Eleemoſinarij & Hoſpitarij, Cùm autem videbitur Abbati vt ſurgat : exeunt eò ordine quo ingreſſi ſunt. Qui cùm oſtium refectorij egreſſi fuerint,diuertunt ſe pueri cùm magiſtris in partem Clauſtri,quòd ante refectorium eſt,faciúntque ibi Mandatum,ad [23] duodecim pauperes.

23 *Duodecim alij pauperes.*

Dom.verò Abbas vſque ad oſtium eleemoſinæ procedit, aliis ſequentibus , ſicut ſunt Priores.Tunc Dom. Abbas,vel ſi ipſe abſens fuerit,Armarius incipit , *Dominus Ieſus*.Et mox ſuper genua,venia ab vniuerſis petitur.Et poſt D.Abbas,& cùm eo vnus vel duo de choro ſuo,acceptis conchis & aqua, incipiunt lauare pauperibus pedes , & totidem alij de alio choro eodem modo poſt eos,& alij poſt illos,ſicut ordo illorum eſt, venientes. Poſtquam autem quiſque ſuo pauperi lauerit pedes , eodem modo lauant aliis & manus , reincipientes à prioribus,& oſculari debent pedes & manus. Non tamen ſine precepto Prioris,mos eſt hoc fieri.Debétque Camerarius miniſtrare omnia ad mandatum pertinentia,excepto vino.Quo facto,& tabula à Priore percuſſa,priùs vino in aliquot ciphos infuſo:Abbas de loco ſuo eleuata manu ſub ſilentio,dat Benedictionem ſuper potũ & tunc quíſque , ſicut manus, etiã pedes lauent , propinant potum, quòd in ciphis à cuſtode vini appoſitum eſt : & cùm ipſo potu dantur & à ſingulis fratribus , ſingulis pauperibus duo denarij, quos Camerari⁹ miniſtrat.Quo peracto,percutit Prior tabula ter vt omnes ſurgant : ſedent enim omnes dum potus miniſtratur. Sed dum pedes & manus lauantur, ſedent qui voluerint ſicut in choro ad horas. Poſtquã autem ad tabulæ percuſſionem omnes ſurrexerint,

Dicet

Dicet D.Abbas.*Suscepimus*, &c.

Post prandium omnes Dormitorium ascendentes, diurnales calceos ponũt, & nocturnales induunt. postea in parte claustri Cellarij veniunt, vt pedes abluãt.

Post mensam, eat Domnus Abbas cum sociis suis in Eleemosinam,ad faciendũ mandatum [24] XII. pauperibus,vt pedes & manus eorum abluat, Deinde ipsis singulis offerat panem & vinum, cum duobus arenciis. Et XII. denarios.

24 *Alij* 12. *pauperes à prioribus.*

Post prandium seruitorum, itur conuentualiter ad bibendum in refectorium, postea sedent in claustro. Cùm Domno Abbati placuerit, Prior percutiet tabulam ad Mãdatum in capitulo.Tunc hebdomadarij cocci,primum lauant pedes fratrum & puerorum.sed non tergunt. Postea Domnus Abbas lauat pedes omnium, tergit & osculatur. Et aquam etiam præbet omnium manibus, tergendo & osculando.

In Capitulo duo senes designãtur,qui extra capitulum Domno Abbati & omnibus adiutoribus eius pedes & manus lauent. Et Subcamerarius debet omnia necessaria ad Mandatum pertinentia ministrare.

Post Mandatum,offerat in refectorio Abbas potum singulis fratribus,osculando eis manum, etiam infantibus. Completorium vnusquisque dicet per se sub silentio,& cæteras horas,præter Matutinas, Psalterium Letanias & seruitium Altaris, vsque ad seruitium in Sabbatho.De [25] oleo infirmorum præteriti anni si quid residuum fuerit, in loco apto & mundissimo reconditur vel igne crematur: quando nouum oleum ad nos à præposito Villaris, infra octo dies delatum fuerit. Hodie [26] fit eleemosyna de pane & vino, omnibus qui voluerint.

25 *Oleum Infirmorum.*

26 *Magna Eleemosina quæ etiã anno fit 1065.*

Feria 6.in paraseeue,ad Primam omnes nudis pedibus vadunt:sic permansuri vsque post orationem Vesperarum,qua in silentio finita:Psalterium decantetur. Altaria omnia cum vino & Aqua benedicta lauantur, buxoque & ysopo deterguntur.

Abbas venit in chorum,cappa rubea indutus, baculum

lum paſtoralem manu gerens.

Ad paſſionem quando dicitur *Partiti ſunt veſtimenta*, Duo Diaconi, nudant altare ſuis linteaminibus. Duo ſacerdotes candelabra deferunt, & vnus veſtitus caſula incenſum, quando defertur ad Altare ſacra Euchariſtia.

Communicat Abbas tàm ſe quam cæteros. ita quòd de Corpore Chriſti nihil remaneat vſque mane.

Illud verò Corporale vbi Corpus Dominicum reconditum fuit, debet Capicerius ſeruare & abluere, antequam in eò cantetur.

In [27] refectorio panis & herbæ crudæ miniſtrantur potus in Iuſtitiis ſicut aliis diebus ponitur, ſed totus ad eleemoſinam datur, ſimiliter & fabæ. *27 Prandium Paraſceues.*

Poſt méſam eat Dom. Abbas cum ſociis ſuis in eleemoſinam ad mandatum, vt duodecim pauperibus pedes & manus abluat. Deinde ipſe ſingulis ſingulos offerat denarios. Similiter & in craſtino faciat.

Poſt prandium ſeruitorum, ſicut aliis diebus itur in refectorium ad bibendum. Sed nihil ibi niſi, qui voluerint, ſicut ad prandium, aquam bibent.

De Collatione itur in Refectorium ad Karitatem: de vino quòd tunc propinatur nullus præſumere debet ſe abſtinere, vt non quantuluncumque bibat.

Poſt Matutinum altaria omnia cooperiuntur, vt dum Conuentus ad primam ſurrexerit, omnia parata inueniat. Nullúmque lintheum ſuper altare ponatur quòd non ſit optimè lauatum.

Philateria omnia in perticis apponuntur, & caſulæ & texta circa altare B. Mariæ ponuntur.

Poſt primam ſedet conuentus in clauſtro.

Ad initium Capituli debent omnes congregari, vt dum pronunciatum fuerit, *Reſurrectio Domini noſtri Ieſu Chriſti* petant omnes veniam, & dicant ſub ſilentio. *Gloria tibi Domine, qui ſurrexiſti &c.* poſt quæ, fit ſermo. *Sermo.*

Sabbatho ſancto, quicquid incenſi habetur, iuxta Diaconum Benedicentem cereum paſchalem defer-

Digitized by Google

tur:vt ab eo benedicatur.

Finita Litania,ad introitum chori , Diaconus dicit *Accendite*,& accensis statim cereis, si quis sacerdotum Missam cantare voluerit,licentiam accipit, & incipit à *Kyrie eleyson.*

In Refectorio generale piscium à Celerario procuretur,& pitantia vini cùm phialis propinetur.

Post completorium mittat Capicerius ante Vnumquodque altare cereos , qui accensi possint sufficere donec diescat.

In ipsa nocte priùs cæteris,Sacrista surgat ad matutinas & accensis cereis super Altare Sancti Benedicti, cuncta altaria thurificet.

Hæc est notitia scripturæ breuis,quàm armarius debet ponere in cereo Paschali.

In nomine Indiuiduæ Trinitatis amen.

Ad honorem Dei Omnipotentis , & S.Matris Ecclesiæ & B.Mariæ semper Virginis , & B. Patris Benedicti , & Sanctorum quorum Reliquiæ continentur, & nomina venerantur in præsenti Ecclesia : & omnium sanctorum, In glorificanda Resurrectione Domini nostri Iesu Christi vnigeniti filij Dei. *Cereus iste sanctificatus est & accensus.* Deinde qualis sit annus Dominicæ Incarnationis.Quot anni sunt ab obitu Patris Benedicti , & â Translatione in hoc Floriacense Cœnobium,& à releuatione eius:qualis est indictio.Epacta currens à Bysexto , circulus lunæ,Terminus Paschæ, litera Dominicalis,dies Dominicus Paschæ, luna ipsius Diei,& aureus numerus , Pontificante N. Papa. Et quot anni sunt Pontificatus eius , Regnante Illustrissimorum Rege Francorum N.& quot anni sunt Regni eius , & à Natiuitate eiusdem.

CAPVT II.

IN Resurrectione Domini , ad quãcumque lectionem thurificantur [1] altaria, simul & chorus.

1 *Magnus feruor.*

Hodiè debet Thesaurarius centum pauperes in eleemosinam introducere, & singulis singulos denarios distri

diſtribuere.

Ad Miſſam matutinalem debent pueri communicari, & cæteri qui voluerint.

Expleta Miſſa, illico pueri reficiunt, & à cellerario ſinguli duo oua ſuſcipiunt.

Ad Veſperas omnes induuntur albis.

Expleta cœna, Abbas vadit cum omnibus pueris in eleemoſinam ad mandatum duodecim pauperibus. Ad prandium debemus habere tria fercula, primum oua farſa. 2. piſces, tertium ſepias, & porrectam ab hortolano, & piſtinario bracellos. Et pitantiam de optimo vino à cuſtode vini: & ſerò, gaſtellos.

Fer. 2. 3. & 4. & in Oct. ſtrutas debemus habere, & in Aſcenſione quoque, ac Inuent. Crucis.

De collatione, itur ad Charitatem vini in Refectorium, quæ etiam fit in omnibus feſtiuitatibus duarum vel plurium capparum. Et cum in craſtino eſt ieiunium & in tribus primis diebus Octauarum Penthecoſtes, Aduentus S. Benedicti, Aſſumptionis virginis, Obitus vnius Fratris, quando oportet conuentum vigilare, vel cùm videtur Priori calor nimius eſſe, aut cùm eſt magnum interuallum inter finem cœnæ & collationis.

Feria 2. Paſchæ, ad prandium debemus habere roſcellas & per totam hebdomadam pitantiam vini. Fer. 3. ad prandium debemus habere oua farſa.

Fer. 5. ad prand. ſtrutas.

F. V. oua frixa.

F. V I. ad prand. oua elixa, & in Sabbatho ſimiliter, cùm ſapore: Quotiens habemus oua elixa, toties debemus habere ſaporem, excepto ad cœnam.

Dom. Quaſimodo. Debemus habere ad prandium duo generalia piſcium, vel valentiam: ſimiliter; in omnibus feſtiuitatibus, quæ in duabus, vel in pluribus cappis ſolemniſantur.

Finitis Matutinis defunctorum, In tribus diebus Rogationum, eunt Fratres dormitum, & plus ſolito dormiunt, ſcilicet vſque ad illam circiter horam, qua pulſati ſolet prima in X I I. lectionibus. Paſchali tempore

vice meridianæ quam his diebus non facimus : nec sonitu solito excitantur , loco tantum sonitus consueti, Prior primus surgens , tripudio pedum & incessu duriori incedens,expergefaciat soporatos.

Post tertiam,mixtum pueri accipiunt,& debent habere à Cellerario caseum.

Post sextam vadit Conuentus in Dormitorium , discalciaturus se, & ante lectos calceos relicturus. Conuentus autem lauatum manus vadit,& post in chorum, donec [2] Schola veniat considebit.Quæ cùm venerit,& in pauimento ante altare steterit. Conuentus erectis subselliis,misericordiis assidebit, & oratio terminabitur.Tũc Abbas,vel si defuerit,Sacerdos hebdomadari[a] albatus, thurificat Altare & Reliquias. Thurificatione autem facta , Sacerdos cũ Diacono & duobus Subdiaconi , Duobúsque Conuersis , qui omnes antea dum duo signa pulsabantur, reuestiti sunt tollent Reliquias, cereos & Textum.Itavt Sacerdos [3] Spongiam, leuita à dextris , subdiaconus à sinistris eius , alias sanctorum Reliquias,& alter subdiaconus textum. Duóque Conuersi hinc & inde, duos cereos baiulant. & in chorum redeunt Egreditur primo Portitor aquæ Benedictæ, postea Crucifer,dein portitor Textus,duobus cerofer-ariis comitãtibus. Subinde Sacerdos hinc inde coambulantibus Leuita & Subdiacono. Istos subsequatur Schola cum magistris,Deinc Conuentus, nouitiis perambulantibus , & cęteris ordine suo subsequentibus. Abbate verò nouissimo Ad egressum verò Ecclesiæ, parati sint duo clientes Eleemosinarij, hinc inde , cum baculis , egredientibus singulis singulos baculos porrecturi:& cum ad Ecclesiam quò pergitur ventum fuerit , eodem modo eos à singulis recepturi. Et denuò cum exierint reddituri. Et cum ad maiorem Ecclesiam reditum fuerit,eosdem,& eodem modo recepturi:

Notandum , quod quotiens baculos accipimus, toties capucia capitibus imponimus : nec licet reducere,donec baculos deponimus.Tertia & quarta feria. & quoties fratres nudis pedibus muros castri egre-

diun

[2] *Schola apud Floriacum.*

[3] *Spongia Domini.*

Digitized by Google

diuntur, ſimiliter de baculis fiat.

His tribus diebus, poſt cimbali pulſationem, qui voluerit, ſine licentia, bibet de abſintio melle confecto, quod Refectorarius antè præparauit, & poſuit in ciphis ſingulorum. Et habemus generale piſcium in refectorio, & flacones qui ad initium prandij apponi debent, & herbæ crudæ, & lactucæ, vel eiuſmodi. Et propter laborem Proceſſionum, & ieiuniorum, qui voluerit, in cuſtodito ſedendi ordine: ad Veſperas, Completorium, & Nocturnas vigilias, reſidebit.

In die Aſcenſionis Chriſti, ad finem Tertiæ, Reliquiæ & ornamenta ſuper altare ponuntur. Poſt Tertiam, ab Abbate & altero Sacerdote, qui baiulaturus eſt Dexteram, cappis indutis, thurificantur cum duobus thuribulis.[4] Deinde porrigit Sacriſta Cruces Conuerſis, & Armarius, textus Subdiaconis. Omnes Cruces tam aureæ, quàm argenteæ portantur, & tres aurei textus. Præeuntibus autem vexillis, & Dracone, ſequitur baiulus aquæ benedictæ. Poſt iſtos, Ceroferarij. In ſingulis Crucibus, quatuor Philateria portantur. Nouiſſimè portatur maxima Crux aurea, cum ſex philateriis, & [5] ſpongia in medio ponatur. Deinde Capſa S. Mauri à duobus Sacerdotibus. Poſteà Thuribula. Deinde textuum baiuli, dein baiulus dextræ amictus Cappa, cum Ceroferariis. Poſt illos, pueri cum magiſtris. Inde Nouicij, & cæteri ordine ſuo, Abbate verò nouiſſimo.

4 Vide egregiam ſacram ſuppellectilē.

5 Spongia Domini.

Et ad Proceſſionem, totum caſtrum circumeunt & famuli Præpoſiti à turba vndique Conuentum cuſtodiunt. Atque in naui, ad ſtationem, ſedes anteà Conuentui præparant.

Ad Miſſam procedat Sacerdos, cum miniſtris, è Veſtiario ad altare, per medium chori, Dexteram auream baiulans: benedictionem dans Conuentui, ad dexteram & ad ſiniſtram.

Ipſo die, in Refectorio, ad prandium morteas, generale piſcium, mortariola, pitantiam de optimo vino debemus habere. Et ad cœnam, Trutas.

Nocte Pentechostes, fit à Capicerio & Sacrista, in Ecclesia, vt in nocte Paschæ: & ea die omnes communicant. Ac ad Primam, Thesaurarius debet [6] centum pauperes procurare pane & vino & carne, aut tres minutas singulis dare. In Capitulo, fit absolutio, & omnes debent adesse.

6 Centum pauperes.

In prima quarta feria post octauam Pentechostes, secundùm Patris nostri præceptum, ieiunare debemus. Post tertiam, silent Fratres. Et post sextam, iterum sedent in claustro, vsquequò, pulsante scilla, dormitorium ascendunt. Indè sese in illa parte claustri, vbi lauaturi sunt pedes, discalciant, & manus lauant, & ad Ecclesiam vadunt, facturi Processionem, vt in Quadragesima. Aliis quartis feriis, loco ieiunij, aliquod opus manuum aliquando agimus: aut ex præcepto Prioris, aliquas preces persoluimus.

Hæc Processio omittitur, quando funus fieri debet, vel persona tantæ authoritatis aduenerit, cui processionaliter debeat occurri.

In omnibus ieiuniis, quæ veniunt à Pascha vsque ad Idus Septembris, post Matutinas vsque ad Primam, loco Meridianæ dormitum imus, & post Nonam reficimus.

Quando canitur Antiphona, *Montes Gelboë*: vno die ante festiuitatem Patris Benedicti, habet Conuentus charitatem vini ad prandium, & omnes [7] rasi esse debent.

7 Rasura Monastica.

In die Sancti Mauri, procuramur à Præposito curtis Martiniaci.

Si festiuitas Conuersionis S. Pauli extra Septuagesimam venerit, bis comedere debemus, & ad prandium duo fercula, cum pitantia vini.

In Purificatione, portatur imago S. Mariæ ad Processionem, & propter stillicidia ceræ, cappis nec albis paratis induimur.

8 Cerei benedicti accensio in extremis morientis, & in tempestatibus.

Infirmarius debet vnum ex cereis qui offeruntur, reseruare, [8] qui accenditur, quando vnus ex Fratribus nostris in extremis laborat. Alium verò cereum Secretarius

tarius debet cuſtodire, qui accenditur ante altare, pro tempeſtate.

Hodie procuramur à Præpoſito S.Benedicti du Retour Aurelianenſis.

Hæc feſta apud Floriacum coluntur , Antholiani Martyris , Oſuvaldi Epiſcopi & Confeſſoris , Tranſlationis Beatæ Mariæ Magdalenæ , Gildæ Abbatis.

In Cathedra Sancti Petri , debemus habere meliuſculum generale , & pitantiam vini.

In die Sancti Benedicti,procuramur à Priore Dienſi:& ſi Dominica fuerit , ad cœnam gaſtellos & poma debemus habere.

Per totam æſtatem , quotiens eſt dies ieiunij , fit mandatum, poſt prandium, tribus pauperibus. *Nota.*

A die mortuorum , vſque in capite ieiunij , mandatum trium pauperum dimittitur:panis tamen & vinum omni die datur tribus pauperibus,& pedes eis à famulo Eleemoſynarij lauantur.

Et ea die dantur [9] eleemoſynæ omnibus pauperibus ab Eleemoſynario,de duobus modiis bladi,quos Conuentus debet. *9 In die commemoratio - nis defuncto- rum eleemo- ſyna generalis.*

[1] In vigilia S. Benedicti de Reditu , poſt Completorium ponuntur quadraginta pallia ſuper altare. Duóque Fratres ad initium Matutinorum albis induti , altari aſſiſtunt hinc inde, qui ad Deus in adiutorium,linteamen palliis ſuperpoſitum leuant. Deinde ad ſingulas Antiphonas,& Lectiones,ac Pſalmos ſingula pallia, priùs genu flectentes in terram. Duo quoque candelabra propè iuxta eoſdem Fratres conſtituantur , dum hæc aguntur.

In die Dedicationis Eccleſiæ, poſt Officium,debent duo Sacerdotes capati , omnes Cruces per Eccleſiam thurificare , duobus ſeruitoribus comitantibus , cum acerris,& plurimo incenſo.Vnde ipſi Sacerdotes,quotiens neceſſe fuerit,ponant in thuribulum.

Digitized by Google

Electio Abbatis Monaſterij Floriacenſis, hoc modo fieri debet.

AD eam nullus debet intereſſe,niſi qui ſunt ipſius Monaſterij Profeſſi. In primis omnes ianuæ Eccleſiæ claudantur.Et Conuentus proſtratus in Capitulo dicit de quindecim Pſalmis Gradualibus ſeptem primos. Quo facto , Prior , aliis adhuc iacentibus, exurgens,hanc dicit orationem, *Adſumus, Domine S. Spiritus*: qua finita , & Reſponſo *Amen.* Iterum conſidente Conuentu , Spiritales Fratres , eligere debent in Monaſterio , qui magis eis videbitur idoneus. Et definito conſilio, appertiſque ianuis,omnibus qui intereſſe voluerint. Prior debet eum, qui eligitur, nominare, & ad Abbatis ſedem deducere.Et electus,cantante Conuentu , deducitur ante altare Patris Benedicti , & accipit virgam paſtoralem deſuper altare. Deductóque eo poſteà in chorum,in ſtatione Abbatis.Deinde reuerſis Fratribus in Capitulum , faciet ipſe fidelitatem ſuper textum S. Euangelij, quòd ſecundùm poſſe ſuum, ſeruabit iura & conſuetudines Eccleſiaſticas, & res alienatas reuocabit. Poſt hæc , ſinguli Fratres veniam petentes , incipiunt eum oſculari , & obedientiam promittunt:præter infantes.

Et Abbas ita electus , benedicetur à quocumque Epiſcopo voluerit ,& valuerit , excepto Aurelianenſi Epiſcopo, & Senonenſi Archiepiſcopo. Obedientiarij autem omnes , miniſterij claues ad pedes eius ponunt, quas tamen omnibus omnes reſtituet.

Ad coquinam in Paſchate,nominatur Abbas.

Abbas mortuus , poſt lauationem , omnibus Sacerdotalibus veſtimentis induitur , & virga paſtoralis in eius dextro brachio ponitur. Et nullus tranſeat ante illum , quin altiùs inclinet , & Cantor in eius exequiis gerit capam albam.Et quatuor albati eum ad tumulum portant. Præbendam habet , & Miſſam per totum annum. Et ſi extra Monaſterium moritur, totus Conuen-

tus

tus eius corpori,ad portam caſtri,cum cappis occurrit.

Ex Martyrologio Floriacenſi.

In die Sancti Benedicti, 12. Kalend. Aprilis, conſecratio duorum Altarium:vnius in honorem Dei Genitricis,alterius verò Sancti Patris Benedicti.

4. Non. Iunij, conſecratio vnius altaris in honorē S. Crucis,SS. Apoſtolorum Matthæi, Thomæ, Bartholomei,Matthiæ,& S. Symphoriani Martyris.

15. Kalend. Septembris,conſecratio altaris in honorē SS. Epiſcoporum Martini, Pauli,Beati Patris Benedicti,ac Diſcipuli eius Mauri.

7. Kalend. Nouembris, dedicatio Baſilicæ S. Mariæ Virginis,& Sanctiſſimi Patris Benedicti.

14. Kalend. Ianuarij, dedicatio quatuor Altarium: vnius in honorem quatuor Doctorum, alterius in honorem D. Iacobi Apoſtoli, duorum verò in honorem S.Stephani Protomartyris,& S. Aniani Epiſcopi Aurelianenſis.

Anno Domini ſexcenteſimo ſexageſimo, ſub Clodoueo filio Dagoberti, tranſlatum eſt corpus B. Benedicti Abbatis, à monte Caſino apud Monaſterium Floriacenſe,per Aygulfum Monachum.

CAPVT TERTIVM.

POſt ſcriptas præfatas Conſuetudines, alio longè nigriori charactere, atque recentiori, aliiſque membranis,& alia manu, ſequentia ſcribebantur:

Ego Macharius Abbas Monaſterij S. Benedicti Floriacenſis,videns Bibliothecæ noſtræ codices,vetuſtate nimia carioſos, & teredine, ac tinea rodente corruptos, ad eorum refectionem, & nouorum comparationem,ſeu membranarum. In choro videlicet, libri Cantoris,Breuiariorum,Pſalteriorum, Exceptionariorum, Gloſſariorum, Gradualium, Proceſſionariorum, Antiphonariorum, Legendariorum, Matutinaliũm, & librorum Capituli coëmptionem. Rogatu etiam Cantoris, vel Armarij Hactonis chariſſimi Fratris noſtri.

Digitized by Google

In Capitulo noſtro, toto Conuentu congregato, & conſentiente, conſtitui. Conſtitui inquam, ne tam ego, quàm Priores noſtri, & qui intra Monaſterium Obedientias habent, ad hoc opus tam neceſſarium, tàm vtile, tàm honeſtum, in Brumali tempore, feſtiuitate [1] B. Patris Benedicti, taxam conferre omittamus. Quam pecuniariam collectam, Cantor, & Armarius noſter ab iis, quibus impoſita eſt, exigens, & obſeruans: in prædictatos vſus annuatim, ac diligenter expendere debet. Volumus etiam, vt eoſdem annuos tales reddant eorum ſucceſſores, quales in propria ſoluunt, qui nunc poſsident.

Ego igitur & qui mihi ſuccedet Abbas [2], viginti ſolidos annuatim dabo.

Quod ſi ego vel Abbas qui mihi ſucceſſerit, aliquam obedientiarum, ſiue internarum ſiue exterarum, in manu habere voluerit: illius obedientiæ debitum perſoluet.

[3] Prior noſter. Decem ſolidos.
Prior [4] de Regula, 10. ſolid.
Prior [5] de ſaltu 10. ſolid.
Prior de [6] Patriciaco 10. ſolid.
Præpoſitus [7] de Diaco. 10. ſolid.
Theſaurarius noſter 10. ſolid.
Camerarius, 10. ſolid.
Præpoſitus [8] iſtius villæ, 6. ſolid.
Celerarius, 4. ſolid.
Infirmarius, 5. ſolid.
Eleemoſinarius, 4. ſolid.
Subcamerarius, 4 ſolid.
Magiſter operis, 4. ſolid.
Piſtrinarius, 2. ſolid.
Prior de [9] Caſtro nouo ſuper Carrum, 6. ſolid.
Prior [10] de ſancto Cæſare, 6. ſolid.
Præpoſitus de Caſtillione, 20. ſolid.
Prior [11] de Valliaco, 4. ſolid.
Prior de ſancto [12] Bricio, 6. ſolid.
Prior [13] de S. Ammiano, 6. ſolid.

Prior

1 *Omnes qui à Floriaco dependebant Monachi, ad feſtum hyemale S. Benedicti conueniebant.*
2 *Solidi iſti, erãt Nummi aurei.*
3 *Gallicè Cõuentuel.*
4 *La Riole. Baſatens. Diœceſ. Cõuẽtualis etiã hodie 1605.*
5 *Du Saulx en la Limagne de Lymoſin, Diœceſ. Burdegal.*
6 *Preſſy in Burgundia Diœc. Auguſtudumenſis. Conuentualis.*
7 *Diœc. Gal. Diœc. Lingõ.*
8 *Le Preuoſt Moyne.*
9 *Diœc. Bituric.*
10 *Sancerre.*
11 *Vailly au deſſus de Sien.*
12 *S. Briſsõ.*
13 *S. Aignan le Maillard.*

Digitized by Google

Floriacenſis Cœnobij.

Prior de Greitio Vrſi,6.ſolid.
Prior de [14] Curte Mariniaci,6.ſolid.
Prior de Caſtelluſio,2.ſolid.
Præpoſitus de Vicanibus,4.ſolid.
Prior de [15] Lauriaco,10.ſolid.
Prior de [16] Villa Abbatis,10.ſolid.
Prior de Monaſterio,4.ſolid.
Prior de Caſtro nouo ſuper Ligerim,4.ſolid.
Prior de Vitriaco,4.ſolid.
Præpoſitus de Yeura Villa,6.ſolid.
Prior de Yeura caſtro,6.ſolid.
Prior de [17] Stampis.10.ſolid.
Prior de [18] Anicurte,6.ſolid.
Prior de Gyraco aliàs Vuarti,6.ſolid.
Prior de Mitinguis,Monetæ Anglicæ,2.ſolid.
Prior de S.Iacobo de Burote, monetæ Cœnomanenſis,10.ſolid.
Prior de ſancto Hylario, monetæ Cœnomanicæ. 4.ſolid.
Prior de [19] Cheſa,2.ſolid.
Præpoſitus Aurelianenſis,6.ſolid.
Prior de ſancto Getuaſio,6.ſolid.

14 *La Cour de Marygni pres Loris.*
15 *Lauris.*
16 *In portu Floriacenſi.*
17 *Eſtãpes.*
18 *Annecourt en Normandie.*
19 *La Cheſe en Soulloigne.*

Et ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum, hunc ſtatutum infringere aut adnihilare præſumat, ſigilli noſtri & ſigilli Capituli impreſſione roborare & confirmare decreuimus.Hoc etiam firmiter tenere præcipimus,vt nulli Priorum ad prædictum feſtum venientiũ, exeundi licentia concedatur:donec debitum Cantori & Armario perſoluat. Ita ſignatum. Macharius Abbas. Signat. Lancelini Prioris, Dagoberti Prioris clauſtralis,Iuliani Vitalis Infirmarij.Hactonis Cantoris & Armarij. Petri Salenſis,Guillelmi Vaſtonis, Artaudi Capicerij,Artaudi Eleemoſinarij, Hugonis tertij Prioris, Ioannis Succentoris,Ioannis Medici. Actum eſt hoc in Capitulo noſtro ſolemniter Kalend. Martij, anno ab Incarnat.Dom.1346. Regnante Ludouico Rege Francorum & Duce Aquitanorum, Anno decimo Regni eius.

In

In die Epyphaniæ apud Floriacum Monasterium
20 *Sudariũ Domini.* susceptio Reliquiarum [20] Sudarij Domini nostri Iesu Christi.& Kalendis Iunij susceptio Ignis Paschalis ab Hierosolymis allati.

Expliciunt veteres Consuetudines Floriacensis Cœnobij.

TRITHEMIVS LIBRO II.

Viris Illustribus Ordinis S. Benedicti, Cap. LII.

ADREVALDVS qui & Adelbertus Monachus Floriacensis,Vir doctus & suo tempore celeberrimæ opinionis,scripsit nõnulla opuscula in quibus abundantem ingenij sui venam ostendit : de quibus tamen ad meam notiam nihil peruenit.

Idem Cap. LVIII.

AYmoinus Monachus Floriacensis Vir in Diuinis Scripturis studiosus & eruditus & secularium literarum non ignarus:Exemplo Adreualdi prouocatus, Historiam Miraculorum sancti Benedicti vbi ille dimiserat continuauit,adjiciens plura in Floriaco & per Galliam facta vsque ad tempora Rotberti Regis Doctissimi Francorum. Claruit anno.980.

Idem ibid. Lib.iij. Cap. XLVII.

GIldas Monachus & Discipulus Beati Eltuti Abbatis Clarissimi, vir moribus & conuersatione deuotus & in Diuinis Scripturis à docto magistro Nobiliter imbutus:quorum Condiscipuli erant S.Samson Dolensis & Paulus Leonensis Episcopi. claruit anno Dom.Incarn.600.in Britannia.

Ex

Digitized by Google

Ex Conradi Bibliotheca.

ABbo Floriacenſis Cœnobij Abbas Gallus Aure-lianenſis,ſcripſit vitæ Eadmundi Martyris lib.2. Apologeticum ad Frãcorum Reges lib.1.& ſuper Calculo victorij lib.1. Additiones in eundem lib.1. De Motibus ſtellarum lib.1. de Planetarum curſu lib.1. Epiſtolas ad Gregorium V. Othonem Imperatorem, Robertum Regem,Bernardum Bellilocum,Odilonem Cluniacenſem, Demonſtrat.Aſtronomic.lib.1.

Contra Epiſc. Aurelianenſem lib.1. Rudimentorum puerilium lib.1.Cathegoriarum ſpiritualium lib.1.De Computo lib.1. Homiliarum in Euangelia lib.1. De Cœna Domini lib.1. De S.Stephano Martyre ſequentiam vnam,Reſponſoria quædam. Circulos annorum Incarnat. Dominicæ ad ſua tempora correxit. Obiit anno 1004. à ſuis Monachis interfectus. Eius vitam ſcripſit Aymonus Floriacenſis.

Ex Vvionio parte prima ligni vitæ,libro Secundo, cap. lxxy. in ſcriptoribus de litera M. Eulogium Marci de quo in Sermone Aymoini Floriacenſis habetur mentio.

FRater Marcus Poeta & Eremita Monachus Caſinenſis,& S.P.N. Benedicti Diſcipulus, ſcripſit carmine eiuſdem Patris nonnulla miracula à Diuo Gregorio omiſſa, quæ carmina hactenus incognita & à nobis in Monaſterio ſancti Benedicti Mantuani reperta ſunt. Scripſit & Gnomas impreſſas Haganoæ anno 1531. & opuſcula quædam conuerſa per Ioannem Picum,ædita Pariſiis.1563. in 8.

Teſtatur quoque idem Vvionius lib.5. ligni vitæ cap.91 Paulum Diaconum ſcriptorem notiorẽ, quam vt eius à me hic eulogium inſcribi debeat, ſcripſiſſe Carmine vitam ſancti P.N.Benedicti & ſanctæ ſcholaſticæ.quæ eſt illa quam Aymoinus Floriacenſis dicto adfert ſermone.

De

Digitized by Google

De Smaragdo in dicto Sermone, ab Aymoino Floriacensi adducto. Ita Vvionius ligni vitæ libro 2. cap.lxxvij.de scriptoribus literæ S. ita scribit.

SMaragdus Monachus & Abbas Monasterij sancti Michaëlis, sed cuius Congregationis ignoro cum alij claruisse referant anno 940.alij anno 680.scripsit
In totum Psalterium lib.1.
In Epist.& Euang.per annum lib.3.excussos Latinè & Germanicè anno 1539. interprete Gaspare Hedione.
Lib.1.Sermonum.
In Donatum maiorem lib.1.
In Regulã S. P.N. Benedicti lib.1.qui excussus est cum Turrecremata coloniæ, apud Calenium 1575. in folio.
Et alia multa.

De Adhelmo Abbate primùm & Episcopo Dein Saresburiensi, citato in Sermone Aymoini Floriacensis agit Vvionius, in notis sui Martyrologij Monastici ad diem 25. Maij lib.3. Ligni vitæ 2. parte operis. & lib.2.Ligni vitæ cap.liij.in Episcopis de litera S.

DIcit ipsum Malmesburiensem Abbatem fuisse, ac deinde primum Episcopum Saresburiensem in Anglia anno Dom.704. Eúmque vocat omni sanctitate repletum virum, doctrinæ laude insignem, atque tàm liberalium quam Ecclesiasticarum rerum eruditione mirandum: ac ibi Catalogum operum ipsius recenset.in quo tamen,liber allegatus ab Aymoino Floriacensi de laude sanctorum, minime reperitur. obiit anno.709.

In sacro etiam Diario Ordinis Cluniacensis Festum susceptionis Reliquiarum sancti Benedicti annotatur,& apud Cluniacenses colitur.

ATque in Veteri Athanacensi Monasterio ciuitatis Lugdunensis, in antiquo Inuentario Reliquiarum

quiarum eiuſdem Monaſterij, quæ Caluiniſtarum rabie combuſtæ fuerunt, bis terue mentio habetur Reliquiarum Beatiſſimi Benedicti Abbatis in eodem Monaſterio quondam exiſtentium. Carnuti etiam in Monaſterio ſancti Petri vetuſtiſſimo, Mandibula cum aliquot dentibus S. Benedicti haberur. Haud dubium quin ex Monaſterio S. Benedicti Floriacenſis.

Papyrius Maſſonus de Vrbano V. ita loquitur.

CÆterum Monachi D. Victoris Maſſilienſis, cognita Vrbani quinti Sanctitate, capita quædam vt inter Diuos referretur olim obtulerunt, quorum decimum & vndecimum ita habent.

Apud Montempeſſulanum de nouo fundauit conſtruxit & dotauit vnam magnam Eccleſiam, in honorem Beatæ Mariæ virginis, & Beati Benedicti, & Germani confeſſoris.

Puto ab hoc excidio Mõtiſpeſulani Regem Catholicum os S. Benedicti habuiſſe de quo antea relatum fuit.

De Auenionenſi vrbe acceſſit perſonaliter ad Montempeſſulanum, cum ferè omnibus Dominis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tunc Cardinalibus, vbi maius altare dictæ Eccleſiæ ſolemniter conſecrauit.

Cæterum dicta Eccleſia, à Caluinianis diruta fuit anno 1567.

ANTI

Digitized by Googl

ANTIQVA MONVMENTA

Britanica è blattis Floriacenſis Bibliothecæ nunc primùm erepta & opera Ioan.à Boſco in lucem edita

Cæſari Borbonio Duci Vindocinenſi ac Britannia Armorica Pro Regi vixdum annis Adoleſcenti, moribus autem Seni. Ioannes à Boſco Caleſtinus ſapientiam & Chriſtianum Robur.

CHRISTIANISSIMI Regis genitoris tui erga tuam animi corporiſque penè Angelicam Pulchritudinem propenſiſſimus animus (Cæſar Princeps) pro ſua mãſuetudine mihi facile donabit, vt te intra ſuam Floriacenſem Bibliothecam inducam. Cùm enim id illius tuique gratia agam : apud ipſum laudem , magis quàm cenſuram mihi videor demereri. Illius , quòd ſciam ipſum te paterna beneuolentia complecti , tuam amplitudinem ardenter expetere , & eius faſtigium ſingulis momentis euehere. Tui, quòd cùm ipſius nomine Britannis præſcis , veterum Britannorum ritus aliquos ſis auidè excepturus , quos in tui gratiam iam iam ad diem Solemque explico. Sed præter omnia, quòd felici & nobili tui Chironis Pluuinelli educatione , quẽ pius & iuſtus ille Peleus parens tuus, tibi vero Achilli Gallico Inſtitutorem attribuit : ac diuina propemodum ingenij tui vbertate atque facilitate , ſis ad priſcarum rerum capeſſendam cognitionem idoneus , & ad acri eas expendendas iudicio , præter ætatem maturrimus aptiſſimúſque. In his ergo veteribus quæ tuo nomini conſecro Britanniæ monumentis : quam ſenex ſit ius Regium in ipſos Britannos , quàm antiqua & vetuſta in eos Francogallicorum Regum poteſtas intueberis quàm

quàm verò noxia fuerit ipſius Prouinciæ ſtabilimento inteſtina ciuiliſque diſcordia animaduertes. Quam firmiter tandem Optimatum ſyncera pietas, Pontificum vitæ integritas & popularium religio Regionem fulcierint ſtabilierintque. Horum iectione fusè intelliges. Vt pro tuo in ipſos Britannos munere, Regis inter eos fidem Maieſtatémque ſeras atque propages, te ad omnium exemplar componas, Epiſcopos & quoſque Eccleſiæ in ipſis aſcriptos homines, dignitatem ſuam ſanctimonia tueri ſatagas: atque Britannicam plebẽ Deo Regíque cultum purum verúmque, ſemper exibere facias. Quod ſi præſtiteris. Apud ſuperos gloriam, apud inferos terrorem, apud poſteros æternam famam, apud totius orbis populos beneuolentiam atque amorem, apud denique tuos gentes Francorũ admirationem tibi conciliabis: & Pelei facies Chriſtianiſſimi tui Patris Canouirides annos reiuueneſcere, refloreſcere ac reuiſceſcere facies. Cum noſtra teſte Scriptura *gloria Patris filius ſapiens exiſtat.*

Vale.

SEQVITVR VITA SANCTI PAVLI EPISCOPI LEONENSIS IN ARMORICA SEV MINORI Britannia ; ex vetuſtiſſimo Codice Floriacenſi , in qua aliqua quamuis deſint iam ab initio: noluimus tamen lectorem, reſidui lectione fraudari.

§ 1.

NON eſt nobis deſperandum, ſed deuotius in eius miſericordia confidendum. Nam idcirco vtique fiunt, vt mirabilius concedantur, dùm noſtram patientiam comprobauerit Omnipotēs Deus, quòd & in præſenti ſigno clarè manifeſtatur. Nam ad te mirabiliter allatum eſt : vt tanto charius ſuſcipiantur, Quanto fidelius ab ipſo, & non ab alio, vobis tranſmiſſum, & videtur & creditur? Quod libenter Comes audiens, ad illum ait. Paule Omnipotentis amice, quis hominum eò inſanior , qui contraire vult Deo? Nulla quippe prudentia, procedit contra Deum. Tu ergo libenter munus ſuſcipe , quod licet nobis tribuatur: tibi tranſmiſſum diuina virtute cognoſcitur. At ille Deo grates debitas reddens, Comiti pro tali dono Benedixit. Nec verò .:.:.:.:.:.:. à colore metalli & forma compoſitionis nomen accepit. Viridis enim & oblonga eſſe conſpicitur. Cuius ſonitu obnitentibus meritis Sancti Pauli .:.:. morborum languores, vſque nunc fugantur : ſed etiam tactu quemdam mortuum reuixiſſe, qui viderunt atteſtantur.

Ser

Serpentem Sanctus Paulus Pontifex ab insula effugat.

§ 2.

POst hæc inter amicæ familiaritatis grata colloquia, Comite referente: cuiusdam serpentis [1] interceſſit mentio inaudita. Cuius ferocitas magna ex parte, Orientalem eiusdem insulæ plagam, sibi vendicarat. Crudelitas autem eius & ingluuies tanta erat: vt [2] bin[illegible] hominum totidemque boum cadaueribus, vix pacari posset. Ad quem expugnandum, sæpè ego « Comes & pueri mei cum armis proceſſimus, & non so- « lum eum in aliquo ledere non valuimus, sed multis ne- « catis, vix pauci euaſimus. Talis namque est natura il- « lius, vt cum pedibus careat, squamis quæ eius adhæ- « rent aluo, procedat quasi vnguibus. Coitis verò, velut « cruribus innitatur. Neque tamquam cæteri serpentes, « gradatim nunc contrahendo, nunc porrigendo parti- « bus Corporis motum, explicatur: sed alternis conati- « bus hinc inde circũfert: vt per spinæ curuaturã, coſta- « rum aciem tendere videatur. Et ita coſtis ſurſum ere- « ctis, squamas vt vngues, terræ infigat. Quod celeriter « agendo, non solum plana perlabitur, sed etiam con- « uexa conscendit: tot vestigiis viam signans, quot co- « stis. Et ideò à tergo illius, à scilice missa resiliunt iacu- « la omnia, inaniter resultant tela. Tunc ira feruente, « morsu comminuere, impetu proterere, & halitu pesti- « fero quæque obuia perdere assolet. Sonitum verò ali- « cuius mox vt audierit: tumida colla, saxo molari si for- « te inuenerit, superponit: posterioribus eius longè ex- « tensis. Est quippè immensæ magnitudinis, itavt à ca- « pite vsque ad extrema caudæ: centum viginti aut eò « amplius pedes, feratur habere. Quod audientibus in- « credibile iustè putaretur, nisi qui viderunt attestaren- « tur, Nam vt fides adhibeatur, locus ipsius habitationis « modium ac semissem sementis hordei, quòd in eadem « insula abundare perhibetur, capere dicitur, colonus « adiurantibus. Sed beatus Paulus vt hæc audiuit, illicò

1 *Serpentis cuiusdã Magnitudo.*

2 *De Magnis serpentibus vide Thomã Bosium virum insignem. part. 1. com. 2. de signis Ecclesiæ sig. 72. c. 17. num. 9. ex Plinio & Solino. & Philippum Camerarium Medit. Hist. par. 2. libro 1. cap. 19.*

Digitized by Google

ſurrexit, & ſe velle talem beſtiam videre dixit. Extir- »
panda ſunt inquit ſemina huiuſmodi monſtri quanto- »
cius. Caput ſiquidem illius, Deo auctore proſternetur: »
tantum adſit, qui mihi præbeat ducatum itineris. Con- »
tradicente principe, vir Dei iuramenti aſſertione pro-
teſtatus eſt: nec panem nec aquam ſe guſtaturum, do-
nec inimicum Chriſtiani populi vaſtatorem cerneret:
& aut ipſe vinceretur, aut vinceret, plebem vni-
uerſam liberando à tam diræ depopulationis Do-
minio. Hæc locutus, multis comitantibus, quid age-
ret videre volentibus: peruenit tandem ad locum, in
quo rapinam exercere, vltra terminos ſolitos exierat.
Aſt vt tumultus aduentantium audiuit, de more caput
eleuat: & ad pugnam ſeſe continuo præparat. Intuens
autem Beatum virum, ſibi tanquam valentiorem vexil-
lo crucis armatum occurrere: flexis luminibus contre-
muit: ingęque ſubſidium quærenti, effectus eſt protinùs
ſimilis. Sanctus verò Paulus, memor Dominicæ pro-
miſſionis, qua milites proprios Chriſtus Dominus cor-
roborat. * *Conculcabitis inquiens ſuper ſerpentes &*
ſcorpiones, & non nocebunt vos. Propius illi incunctan-
* *Calcabitis* ter aſſiſtens. Dic mihi inſit, cur maligne hoſtis, homi- »
2 *Luc.* 10. 19. num ſedes inuaſiſti? En cognoſce in me Domini virtu- »
tem, & depoſita elatione qua hactenus preualuiſti, ſer- »
uuli eius ſtatim perfice vocem. His dictis, ſtola qua in- »
duebatur collum ſerpentis conſtringens: baculúmque
ſuum arripiens: viam quæ borealem plagam reſpicit,
velut canem furioſum ſæpè feriendo, tamquam inui-
tum ſequi, vſque ad mare ſerpentem venerabilis homo
deduxit. Quem in confinio terræ & maris, ſanctus re-
piciens ait. Antequam marinis carybdibus demergaris, »
cærulea extende colla, vt mea recipiam indumenta. »
Quibus receptis, in precipitium maris iuſſit abire. Cùm
interdicto præcipiens, ne vllis Chriſtianorum regio-
nibus denuò accederet, aut quemquam hominem, quo-
libet pacto amplius noceret. Qui dicto citius paruit.
Eo precepitato: qui ad tàm mirum ſpectaculum vene-
rant, gratias ſaluatori omnium Chriſto retulerunt. Seſe

ab

ab ipſo exultantes prope mortis articulo,liberatos.Videns verò præfatus Comes , inſulam mortifero hoſte mirabiliter ereptam , per beati Pauli interceſſionem: cùm eadem ſcilicet inſula , & prædictum oppidum & quem ipſe conſcripſerat Euangeliorum textum perpetua donatione eidem beato viro libentiſſimè impertiuit:cenſúmque ſibi illic debitum, pariter delegauit.In quibus locis, venerabilis vir,in ſeruitio Omnipotentis Dei perſeuerans diebus ac noctibus,vſque ad vitæ ſuæ finem permanſit. Ipſe autem [3] Vvithurus , cum eiuſdem benedictione ſancti , ad alia loca habitaturus commigrauit.

[3] *Vvithurus Comes.*

S. Paulus Epiſcopus ordinatur.

§ 3.

IN qua inſula , & Eccleſiam decenter , adiectis aliis ædificiis, fabricauit:& ſibi dilectum prædictum oppidum, Baſilica honeſtauit , & habitatoribus plurimis decorauit.Cúmque orationibus dies,noctes continuaret,virtutúmque radiis totam patriam inluſtraret. *Erat enim verè lucerna ardens & lucens.* Iniit totius populi multitudo conſilium, eum ſibi conſtituere Epiſcopum, & ſuæ ſalutis fideíque magiſtrum. Sed præuenti ſunt ſaniori conſilio ſui Principis Vvithuri. Nam ex hac re eum ſæpè orauerat.Sed quod nequiuit precibus impetrare,arte vſus eſt, vt quomodolibet, iuxta votum populi, Epiſcopus efficeretur. Veriſimilia enim fingendo, ad Sanctum virum peruenit ,& coram eo humiliter
" ſuas preces fudit , dicens : Ex quo (vita mihi carior,
" Paule frater) Francorum Rex [1] Childebertus , hanc
" regionem meæ ſollicitudini regendam commiſit : nec
" per me , nec per fidum aliquem legatum , cum eo
" colloquium habui. Quapropter diuerſa meum ani-
" mum vrgent incommoda , ſuper quibus ipſum Domi-
" num meum conſulere,perutilis mihi eſt ſententia. Nul-
" lúmque reperio vtiliorem te,ad eum dirigere. Si inue-
" ni gratiam in conſpectu tuo , dùm intimus mihi es , &

Ioann. 5. 35.

[1] *Childeberte Rex Frãcorum, Comites inſtituebat,in minori Britannia.*

Digitized by Google

hoc negotium ſolus efficaciùs peragere poſſis. Omnia » autem itineri tuo neceſſaria, à me tibi ſubminiſtrabun- » tur. Prædictum verò Regem vbi adieris, literas annulo » ipſius, [2] quem mihi à ſe diſcedenti donauit, ſignatas, » quas tecum portabis, ei mox præbebis. Ipſe verò pro- » tinùs ſuum recognoſcet indicium. Perlectis literis, » quidquid Nobilis Rex propriis literis meæ humilitati » mandauerit, ſagaci animo referes nobis. Literæ autem » in hæc verba ſcriptæ erant: Cùm acceperis, Domine mi » Rex, hanc epiſtolam, ſcito quòd miſerim ad te ego fa- » mulus tuus Vvithuuus, hunc famulum Dei nomine » Paulum, vt licèt inuitum, nobis orantibus, ante tuam » præſentiam, iubeas ordinari Epiſcopum. Ad hoc enim » officium cùm ſit dignus & idoneus, multis vicibus ad- » monitus, ſe abnuit accepturum. Nam Pontifices noſtræ » patriæ, huic miniſterio atteſtantur, cùm ſapientiæ do- » ctrina, tùm vitæ merito eſſe digniſſimum. Paulus autem » eius mandatis annuens, aſſumptis duodecim Presby- teris, & pluribus [3] mancipiis, Dei fretus auxilio, viam aggreſſus, & innata ſimplicitate (quæ omnia credit) perrexit, vt negotia Vvithuri fideliſsimi ſui abſolueret amici. [4] Non vicem S. Petri Apoſtolorum Principis accepturus in terris, vt quod ligauerit, ligatum; quod abſoluerit, fiat abſolutum in cœlis. Iter ergo proſe- quutus, tandem peruenit [5] Pariſiis, vbi ſuppliciter Re- gem adiit, cui quod ferebat, tradidit. Rex verò ſigillum protinùs ſoluit, & lectis literis, ad Paulum conuerſus ait: Paule Chriſti amice, vt quid Diuini muneris talen- » tum tibi cœlitùs comminſſum, Fratribus impendere » diſtuliſti? quem locum excuſationis habiturus eris, in » illo diſtricti examinis die? Cùm habeas poſſe, vt pluri- » mis queas prodeſſe: quare deeſt tibi velle? [6] Reſpice, & » cognoſce Dominum noſtrum, ſua largientibus præ- » mia repromittere: auaris autem, & fratribus minimis » nihil indulgentibus, ſupplicia minari. Tu ergo, vt audi- » re valeas: *euge bone ſerue, & fidelis, ſuper multa te con-* » *ſtituam.* Pauca quæ tibi comminſſa ſunt, Fratribus im- » pertire ſtude, ſuſcepta per me eorum cura & ſollici- » tudine.

2 Regũ quondam mos, dãdi annulum ſuum, Comitibus prouinciarum.

3 Mancipia.

4 Hoc dicit Author antiquus, non quòd quilibet Epiſcopus habeat tantam authoritatem, quam habuit D. Petrus: ſed quia in ratione caracteris Epiſcopalis, quilibet Pontifex eſt Papa æqualis, licèt non poteſtatis par prærogatiua.

5 Pariſius, præcipua, & Regia ciuitas.

6 Sapiens Regis ſeruus. Matth. 25. 21. 23.

Digitized by Google

tudine. Sanctus verò Paulus culpæ,qua arguebatur,inscius , stupefactus ad terram prosternitur , veniam orans,promittendo se omnia perfecturum, si hæc quæ dicebantur, appertiùs sibi explicarentur. [7] Childebertus verò Rex, eum à terra eleuans,& cuiusdam Præsulis baculum accipiens : Suscipe,inquit,pastoralem gradum, quo officio , queas prodesse saluti plurimorum. [8] Et euocatis tribus Episcopis , qui eum benedicerent. Vir Dei perfusus lachrymis , volens nolens suscepit, quod multo tempore distulit. [9] Cui benedicto , statim Rex glorioſus [10] Agnensem , Leonensémque pagos, cum sibi debito redditu , Regiæ authoritatis præcepto tradidit. Singulis verò diebus,eum honorificè mandauit suscipere per Regias sedes , quovsque suam Diœcesim intraret.Sícque accepta reuertendi licentia,Regi gratias agens , valedixit. Ingrediens autem Diœcesim sui Episcopatus, & exultatione totius populi receptus, & in sua Sede locatus,per plurima tempora pastoralis curæ officio functus,tot & tantas virtutes operatus est: vt si ea scribere velimus, nec lingua ad legendum, nec manus sufficiet ad scribendum.

« « « «

7 *Modus antiquus , quo Reges vtebantur in inuestitura Episcoporum.*

8 *Tres Episcopi , veteri more,ad consecrationem vnius Episcopi vocati.*

9 *Childebertus Rex dotauit Leonensem Episcopatum.*

10 *Agnēsis, & Leonensis pagi.*

Cæco,S.Paulus lumen restituit,& ad grande senium pertingit.

§ 4.

DEstructa sunt igitur templa Idolorum : quia per totam Britanniam,Paulo Doctore, effulsit claritas operum bonorum. Nam quique insignes certabant Creatori Deo deuotis animis Ecclesias fabricare,Monasteria construere,in quibus se suósque Diuinæ manciparent militiæ.Confundebatur si quis Paganus inueniebatur , Pauli Sanctissimi signis , & mirabilibus , ac stupendis virtutibus.Molliebat perfidorum corda prędicatio sancta , cui consonabat prædicantis vita. Demulcet enim hominis vitam,videre quod audit in prædicante. Cùm ergo iam per totam regionem , vnius fidei gratia , Ecclesia polleret , & iam vnius cantilenæ

Nota.

concordia consonaret: Beatissimus Paulus senectute fessus, coram omni populo vnum ex [11] Discipulis suis Iohenium nomine, vt suo officio fungeretur instituit. Cui per vnum annum ministranti, & in Christo dormienti, alium ex suis Tiernomagilum appellatum, honorificè subrogauit. Qui per annum & diem, functus iniuncto sibi officio, quieuit in Domino. Quo defuncto, vir Venerabilis paruo tempore, suo rursus inseruiuit officio. Sed deficientibus viribus, iterum quemdam ex suis [12] Cetomerinum nomine, vt pro se ministraret, ordinauit. Die autem ordinationis eius, quid contigerit, enarrare dignum duxi. Indualis cognomento Candidus, Domnonensis patriæ magna ex parte [13] Dux Nobilissimus, Sancti Sampsonis consobrinus, fortè tunc aduenerat, vt Pauli orationibus se commendaret. In cuius præsentia, dum quidam cæcus clamaret: Miserere mihi Paule Dei serue. [14] Tactus manu Sancti Dei, continuò lumen recepit. Viso hoc miraculo, Dux territorium quod modò dicitur ex nomine Pauli, mox pro redemptione animæ suæ, eidem viro Venerabili tradidit. Qui eius orationibus commendatus, benedictione accepta, remeauit ad propria. Beatus autem Dei famulus, sedem suam prædicto Cetomerino relinquens, migrauit ad [15] Batham insulam, vbi cum plurimo grege Monachorum, sub magisterio ipsius mirè viuentium, multum tempus peregit. Itavt præ grauitate senectutis penè consumptis carnibus, cutis arida videretur adhærere ossibus: & quasi per vitrum lucidum, ita per palmam eius, micare cerneres Solis radium. Hæc ita esse, sacrosanctum corpus eius multis temporibus intactum & incorruptum permanens, pluribus fidem præbuit. Nam speciem & integritatem, quam assumpta anima habere visum fuit, longo tempore seruauit. Qua verò causa nunc diuisum sit, huic minimè operi est interserendum.

11 *Iohenius & Thiernomagilus, Episcopi Leonenses.*

12 *Cetomerinus Episcop⁹ Leonensis.*

13 *Domnonensis patriæ Dux Indualis.*

14 *Cæcus videt.*

15 *Batha insula.*

Mirum.

Beatus Paulus, Prophetiæ claret Spiritu.

§ 5.

INter cætera quoquè Sancti Spiritus dona, cùm eidem Beatissimo appropinquaret terminus vitæ, continuis orationibus, promeruit assequi gratiam Prophetiæ. Nam quæ ventura erant in proximo, populis circumhabitantibus prænunciabat. Gladium, terræ sterilitatem, diuersas pestes, præcauere orationibus & eleemosynis suadebat. Multa etiam de his, quæ post mortem eius fierent, multò antè prædixit. Nam futuram concertationem inter Monachos ipsius insulæ & oppidi Clericos cum suo Episcopo, circa corpus suum præmonuit: & qua pace, eorum pugnæ altercatio dirimeretur, designauit. [1] Nortmannos quoquè ad eamdem insulam venturos forè, & omnia ædificia eius destruere, comburere, & pessumdare vsque ad solum, denunciauit. Quod ita contigisse, sicut vir Dei prophetauerat, notum est vniuersis. Nam post eius transitum, breui tempore emenso, crebris irruptionibus, eamdem insulam vastare, diripere, ac grauiter non desinunt affligere.

[1] *Nortmanni in Britanniã veniunt.*

Obitus S. Pauli Episcopi.

§ 6.

ERat quædam cellula iuxta Monasterium constructa, in qua Beatus Senex, fessa penè iam fracti corporis membra, post longas vigilias recreare solebat. Vbi cùm vna nocte prostratus diutiùs vigiliis, somnum aliquantisper capere desideraret, volens eum Deus à tantis laboribus transferre ad veram requiem, per Angelum Sanctum, designauit ei extremum exitus sui diem. Cui in somnis apparens cum coruscо lumine, domum illam repleuit, vt totius noctis tenebras amoueret, diémque lucidissimum repræsentaret. Qui ad « eum respiciens, dixit: Bonum certamen certasti, Sancte « Dei, & felicem vitæ cursum dignè peregisti. Iam tem-

pus eſt, vt præmium laboris recipias cum Sanctorum » choris. Imminet tibi proximus dies, in quo tuæ animæ, » expectata recompenſabitur æternæ beatitudinis mer- » ces. Lætus ergo lætum præſtolare diem Dominicum, in » quo tuus ſpiritus à corporeo carcere abſolutus, ingre- » dietur fœliciter diù deſideratum perennis vitæ gau- » dium. His dictis, Angelica viſio diſparuit: ſed lumen al- latum cum Sancto viro permanſit. Qui Sole terris in- fuſo, Diſcipulis in vnum congregatis, egreſſionis ſuæ à corpore, diem vltimum prædixit. Præcepit autem, vt dum ſpiritum exalaret, corpus eius ad Monaſterium, quod in agro ſitum erat, deportaretur, ibique ſepul- turæ traderetur. [1] Quod videlicèt Monaſterium, vſque hodie vocatur Sancti Pauli oppidum. Hæc verò extitit cauſa Tranſlationis, ne populus ad eius Reliquias ve- niens, maris violentiam pateretur. Sciebat quoque, ſicut & prædixerat, circa corpus ſuum, tàm Mona- chos quàm Clericos altercari. Deinde, vſque ad horam nouiſsimam, lectione Diuina inſtruere, ac miſticæ in- telligentiæ ſententias docere non ceſſauit. Noctibus verò, de more orationi incumbebat. Adueniente au- tem exitus ſui hora, aſtantibus Fratribus dixit: Filioli » mei, nouiſsima exitus mei hora appropinquat. Ecce » enim, quod amaui iam video, quódque deſideraui » iam intueor. Regem Dominum Chriſtum, cui quod » ſum debeo, iam contemplor. Et vniuerſis flentibus, & » dicentibus: Quid faciemus, Pater? Cui nos relinquis? » Reſpondit: Nolite, filij, lugendo contriſtare ſpiritum » meum. Non vos commoueat mea viſibilis abſentia. » [2] Vbique enim vobis præſens adero ſpiritu. Habetis » præterea vobiſcum Paſtorem electum, & in Dei amo- » re probatiſsimum, alióſque viros omni doctrina ſpi- » ritali eruditos. Scitis quæ oſtenderim vobis exempla » vitæ, & quæ tradiderim dogmata cœleſtis diſciplinæ. » Hæc agite, hæc facite, & Deus pacis erit vobiſcum. » Cùm hæc dixiſſet, acceptis Diuinis Sacramentis, ma- num vt eos benediceret leuauit, dicens: Benedictio » Dei Patris Omnipotentis, & Filij, & Spiritus Sancti » ſuper

1 *S. Pauli oppidum.*

2 *Sancti vita hac defuncti, & vitæ adſunt præſentes, cùm eis expedit.*

Digitized by Google

« super vos descendat. Cúmque respondissent omnes, Amen. In conspectu omnium qui aderant, absque vllo membrorum dolore, sanctam Christo reddidit animam.

3 Quarto itaquè Idus Martij, Beatus Paulus in pace quiescens, Confessor & virgo cœlum intrare promeruit. Vixit autem, vt accepimus, centum annis, & eo amplius.

3 Quarto Idus Martij, obiit B. Paulus Episcopus postquàm plus annis centum vixerat.

Sepelitur S. Paulus Antistes.

§ 7.

QVo dormiente in Domino, exorta est inter Monachos videlicet & oppidi Clericos, grandis de corpore eius altercatio. Oppidanorum autem talis erat ratio: Nobis iure debetur, quia noster extitit Episcopus. Nobis debiles, & ægrotos sanitati restituit. Nobis cæcos, mancos, & claudos, propriis officiis ditauit. « Quòd vobiscum circa finem conuersatus est, gratias « agere debetis, quia nostrum beneficium fuit. Ipse præ« tereà ad vltimum, commendauit vt corpus eius nobis« cum poneretur. Postposita ergo simultate, quod ipse « præcepit, finite nos peragere. Quibus Insulani, tali re« spondebant sententia: Si pro virtutibus vobis eum ven« dicare cupitis, nobis plures patrauit. Nam quid mira« bilius, quam nobiscum fecit, vbi serpentem velut ca« nem in mare præcipitauit, & à mortis periculo pa« triam liberauit? Scimus autem, quia vobis est constitu« tus Episcopus: sed circa finem vos reliquit, nos adiit, « apud nos est defunctus, nobis iustè debetur. Nisi apud « nos iacere deliberasset, minimè vos reliquisset. Posses« siones quas vobis reliquit, diuidite vobis cum Christo; « mortuis vel mortuum sinite habere, & abite. Episcopus verò Venerabilis Ceromerinus, recolens quid sibi vir Dei adhuc viuens, commendare super hac re studuisset: duo vehicula præparare iussit, totidémque bobus subiugatis, vnumquodque imposuit. Quæ ita fuerunt ordinata, vt vnum ad Insulam, alterum spectaret ad

Oppi

Oppidum. Positóque super vtroque, æqua lance, Sancti corporis feretro, in ipsius Sancti electione reliquerunt, quo loco se iuberet deducere tumulandum. Mira autem Dei virtute, tam subitò feretrum cum corpore disparuit, vt nemo animaduerteret, in quorum vehiculo fuerit transpositum. Sícque, vnaquæque pars suum sequens vehiculum, sperabat habere corpus depositum. Sed Insulanis spe sua frustratis, venientibus domum, vacuum apparuit vehiculum. Oppidani autem, cum laudibus Sancti corporis, thesaurum deduxerunt ad Oppidum, vbi cum summo honore est sepultum. Cuius meritis multa præstantur beneficia fidelibus, tàm ibi quàm in aliis eius sanctæ memoriæ locis, ad laudem Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit & regnat.

Expliciunt omnia, quæ in Floriacensibus veteribus membranis, de vita S. Pauli Episcopi reperiri potuêre.

SEQVI

Digitized by Google

SEQVITVR HISTORIA VITÆ SANCTI GILDÆ cognomine Sapientis: ex iisdem vetustissimis Floriacensibus Membranis, in quibus tamen quædam deesse, magno meo dolore, & antiquitatis iactura defleo.

B. Gilda parentes ac patria.

CAPVT I.

BEATVS[1] Gildas Arecluta fertilissima regione oriundus, patre[2] Cauno Nobilissimo & Catholico viro genitus, ab ipso puerili æuo toto mentis affectu Christum studuit sequi. Arecluta autem regio cum sit Britanniæ pars: vocabulum sumpsit à quodam flumine quod[3] Clut nuncupatur, à quo plerunque illa irrigatur. Inter cætera vero quæ ipse sanctus Gyldas scripsit de miseriis, & prævaricationibus & excidio Britanniæ. Hoc etiam de illa præmisit[4]. Britannia inquit, bis denis bisque quaternis fulget ciuitatibus: ac nonnullis castellis decoratur. Murorum quoque ac Turrium, sefatarum portarum, domorum etiam, quarum culmina minaci proceritate porrecta, in editum forti compage cernuntur; nō improbabiliter est adornata instructis munitionibus. Campis quoque fulget latè pansis, collibúsque amœno situ locatis, præpollenti culturæ aptis; montibus etiam alternandis animalium pastibus optimè conuenientibus: qui diuersorum colorum floribus, grati redduntur humanis visibus, veluti electa sponsa diuersis ornata monilibus. Fontibus lucidis crebrísque gaudet; ex quibus riuuli leni

1 *Huius Gildæ sapientis epistola, habetur in Bibliotheca sanctissimorū Patrum. Impress. Parisiis.*
2 *Caunus. Pater sancti Gildæ.*
3 *Clut flumē.*
4 *Britanniæ descriptio Maioris.*

leni murmure serpentes, suaue pignus soporis tri- »
buunt viatoribus fessis. Duorum etiam ostiis nobilium »
5 Tamesis. & Sabrinæ fluuij. fluminum [5] Tamesis videlicet ac Sabrinæ, veluti bra- »
chiis meliorata, per quæ eidem Britanniæ olim trans- »
marinæ deliciæ ratibus vehebantur: aliorúmque flu- »
minum minorum infusione irrigatur. Ostenso ergo »
situ & oportunitatibus loci, necnon regionis, vnde
præfatus vir Venerabilis & sanctus oriundus fuit: eius
denique vita, Domino adiuuante subscribatur.

Fratrum & sororis Beati Gildæ mira sanctitas.

CAPVT II.

CAunus itaque eius genitor, & alios quatuor fer-
tur habuisse filios [1] Cuillũ videlicet valdè, strenuum in armis virum, qui post mortem patris, ei in regno successit [2]. Mailocum quoque, qui a patre sacris literis traditus, & in eis benè edoctus: reiecto patre, atque rebus paternis abrenuncians, venit Lyühes [3] in pago [4] Elmail; ibique Monasterium ædificans, in quo in hymnis, & orationibus, ieiuniis & vigiliis instanter seruiens Deo, clarus virtutibus & Miraculis, in pace quieuit. [5] Egreas vero cum Allæco fratre & Peteona sorore Deo sacrata virgine, similiter & ipsi relictis rebus paternis, & secularibus abrenunciantes pompis: in extrema parte regionis illius secedentes, non longè à se inuicem distantia singula sua construxêre oratoria: mediam statuentes sororem, cum qua alternatim suo die [6], horas diurnas alter cum Missa celebrabat: & post vesperas cum ea sumens cibum, & gratias agens Deo: antè solis occasum, reuertebantur ad oratorium suum. Vnusquisque enim eorum, seperatim in suo oratorio Vigilias celebrabat. Isti igitur quos prædiximus Beati & sancti viri, Mailocus videlicet Allæcus atque Egreas cum beata sorore, cunctis mundi vt præmissum est, spretis opibus & deliciis: toto nisu mentis ad supernam tendentes Patriam, in ieiuniis & orationi-

1 Cuillus Rex.
2 S. Mailocus.
3 Lyühes.
4 Elmail.
5 SS. Egreas, Allæcus, & Peteona.
6 Missa & hora Canonica.

bus

Digitized by Google

nibus suam commendantes vitam, tandem à Deo vocati, receperunt mercedem laborum suorum, & in suis quæ ædificauerant oratoriis conditi seruantur: clarificati & celebres assiduis miraculis, & in gloria resurrecturi.

Beati Gildæ, quales extitêre in pueritia mores.

CAPVT III.

BEatus autem Gildas qui & Gildasius, honor & decus gentis suæ futurus: & ipse à suis parentibus Beato [1] Hilduto traditur imbuendus. Qui suscipiens sanctum puerulum, sacris literis cœpit instruere illum. Et videns eum formæ specie fulgentem, ac liberalibus studiis instantissimè intentum: benigno amore dilexit, & attento studio docere curauit. Beatus igitur Gildas, sub disciplina magistrali in Schola diuinæ Scripturæ & liberalium artium constitutus, conspiciés vtriusque doctrinam elocutionis, Diuinis curauit magis erudiri doctrinis: imitari cupiens speciem Diuinæ contemplationis, deferens omnino famam humanæ opinionis: sed neque sequi voluit ingenuitatem suæ Nobilitatis. Tunc athleta Christi & strenuissimus miles in Cœnobio degens, obedientiæ suscepit arma fortissima: puerilésque deferens mores, ætatem floridæ iuuentutis, in formam transtulit senectutis. Namque cum esset primæuus, in tyrocinio æterni Regis constitutus, moribus derelictis iuuenilibus, plurima documenta præbuit æternæ salutis tàm senibus quàm iuuenibus: vtriusque componens mores ætatis. Erat námque Sapientia præclarus, sanctæ lectioni assiduus, vigiliis & orationibus semper deditus, ineffabili charitate deuotus, in actione iocundus, decora facie & toto corpore venustus, qui mundo erat crucifixus, & ei mundus. In Schola igitur supradicti Doctoris Hilduti erudiebantur plurimi Nobilium [2] filij: inter quos præclariores erant, tàm generis Nobilitate, quàm morum probitate, Samson videlicet atque Paulus, sed hos quoque

1 *S. Hilduus doctor & Monachus.*

2 *In Scholis Cœnobiticis, olim Nobilium filij erudiebantur.*

quoque mira ingenij sagacitate superabat Gildas Beatus. Ex quibus Samson sanctissimus postea Britannorum extitit Archiepiscopus: Paulus vero Oxismorum Ecclesiæ, præfuit Episcopus.

Miraculum dilatationis insulæ.

CAPVT IIII.

HAbitabat autem præfatus Hildutus cum discipulis suis, in quadã arcta & angusta insula, atque arenti solo squalida. Ad quem, die quadam accedens beatus puer Gildas, eum alloquitur dicens. Domne » Doctor, audiui te nuper ex Euangelio verba nostri » Saluatoris prædicantem: in quibus discipulos admo- » nebat vt cum fide à Deo ea quæ sibi erant vtilia pe- » terent: & quia fideliter petita accepturi essent, dicens. » *Amen dico vobis, quicquid orantes petieritis: credite* » *quia accipietis, & fiet vobis.* Nunc ergo optimè Do- » ctor, cur non rogas ipsum Dominum nostrum Iesum » Christum, qui potens est præstare cuncta quæ fideli- » ter ab eo petuntur, vt dilatet terminos, atque fructife- » ram reddat huius insulæ glebam? Cum hæc igitur au- » disset Beatus Hildutus, admiratus fidem ipsius, conuocatis in vnum Discipulis, oratorium cum eis ingreditur: & flexis in terram genibus, extensisque manibus in cælum, cum lachrymis orauit dicens. Domine Iesu » Christe fili Dei Omnipotentis, qui cum Patre & Spi- » ritu Sancto cælum & terram, mare & omnia quæ in » eis sunt, cum non essent condidisti; quique tuis fideli- » bus præcepisti, vt Deum patrem in tuo nomine pete- » rent quicquid sibi opus esset: & eorum petitio ad ef- » fectum procederet. Tuo equidem in nomine, Omni- » potentis Domini implorauimus clementiam: vt dilatari » per te iubeat terminos insulæ huius, atque fertilita- » tem inferat glebæ eius, vt nobis seruis tuis atque suc- » cessoribus nostris, tua largiente gratia, abundanter » cibaria administret: vt satiati de tuis donis, gratias re- » feramus nomini tuo, qui cum Patre & Spiritu sancto, »

Marc.11.24

viuis

viuis & regnas per infinita ſæcula ſæculorum. Cúmque reſpondiſſent omnes Amen. Egreſſi ab oratorio, vident dilatatam eſſe vndique inſulam, atque vernantem in circuitu diuerſis olerum floribus. Tunc iterum reuertitur ad oratorium ſenior,& præ gaudio effuſus in lachrymis vna cum venerando diſcipulorum grege:clara voce Hymnos ſummáſque laudes,rerum omnium creatori Domino decantat, qui propè adeſt omnibus inuocantibus ſe in veritate.

Syluęſtres aues,pueri miraculosè capiunt.

CAPVT V.

IGitur admirabili virtute dilatatam ſibi inſulam, cœpit excolere ſenior: atque fœcundandis iugeribus,frumenti ſemina tradere. Cúmque cœpiſſent læta frugum germina pullulare:aggregatæ aues marinæ,ea cœperunt deuaſtare. Quod cum videret Pater Hilduitus,præcepit Diſcipulis ſuis,cum terrore eas effugare, atque vnumquemque eorum, die ſuo ſegetem cuſtodire. Et cum dies adueniſſet, in qua ſegetem ſeruaturus erat Beatus Paulus: plus ſolito aduenit auium multitudo, quæ paſſim meſſem deuaſtabat tondendo. At contra, miræ indolis puer Paulus huc illúcque diſcurrens: cum ingenti clamore eas expellere nitebatur,nec prævalebat. Tandem ergo iam laſſus,aduocat ſocios,beatæ memoriæ videlicet Gildam atque Samſonem venerandum:huiuſmodi eos adhortans ſermonibus. Sucurrite fratres ſucurrite chariſſimi, & damna mecum noſtri vindicate magiſtri. Ecce etenim hoſtium multitudo, noſtri conſumit & depaſcitur ſegetes Doctoris. Sentiat ergo inceſſabilis prædo debitas pœnas, qui noſtri magiſtri vaſtauit aritas. Ad cuius vocem aduolant ſocij, & inuocato nomine Chriſti, multitudinem indomitarum auium congrægantes ante ſe,Dei virtute repleti minant pueri ſanctiſſimi,tamquam inertium ouium greges. At vbi ventum eſt ad ſenis habitaculum,captiuæ & indomitæ aues cum re-

cluderentur; in cœlum dant voces. Quarum strepitum atque clangorem audiens senex, egressus ab oratorio, videt Dei virtutem, admiratúsque non minimum tantam in puerorum cordibus fidem, ait illis. Sinite filij, sinite aues abire liberas: iam sufficiat quod sic castigastis illas, abeant liberæ, & amplius in nomine Domini, nostras segetes non præsumant lædere. Igitur iussionem senis non audentes spernere, aues dimissæ, longè recesserunt: & vlterius in eadem insula, vastare segetes non præsumpserunt, quæ insula vsque in hodiernum diem [1], Lanna Hilduti vocatur.

[1] *Lãna Hilduti.*

Variis Doctrinis operam dat S. Gildas, & orationi se donat: ac vitæ asperitati.

CAPVT VI.

SAnctus igitur Gildas, cùm per aliquos annos in doctrina Beati Hilduti commoratus fuisset: & tàm secularibus prout res suppetebat, quàm Diuinis Scripturis ab eo optimè, quicquid sibi a Diuina bonitate creditum fuerat, edoctus esset: valedicens pio magistro venerandísque condiscipulis Iren [1] perrexit, vt & aliorum Doctorũ sententias in Philosophicis atque in Diuinis literis, inuestigator curiosus exquireret. Igitur cum plurimorum Doctorum Scholas peragrasset, & tanquam apis prudentissima, diuersorum florum succos collegisset: in alueario matris Ecclesiæ recondidit, vt in tempore oportuno melliflua Euangelij verba, in populos ad superna gaudia reuocandos effunderet. Et vt seruus bonus, talentum sibi creditum, suo Domino cum lucro reportaret. Securus itaque Apostolicam sententiam, ne dum aliis prædicaret ipse reprobus inueniretur, castigabat, corpus suum in ieiuniis & in vigiliis, noctes ducens in orationibus, stans sine aliquo sustentaculi adminiculo.

[1] *Iren olim Academia in Maiori Britannia.*

Ad

CAPVT VII.

AQuinto decimo ætatis suæ anno, per totum vitæ præsentis spatium quo in hoc vixit mundo, vsque ad extremum diem vocationis suæ à Domino, ter[1],vt veraci relatione didicimus,in hebdomada parcissimum sumpsit corporis cibum. Potest vero quilibet discretus de eo indubitanter affirmare, quia licet ei defuerit gladius persecutoris : Martyrij tamen palmam non amisit. Nam dum corpus crebris ieiuniis & protensis vigiliis affligeret : dum nocte diéque vitiis resisteret,& orationibus insistens,dum contra Diaboli temptationes reluctaretur : & aduersum corporis sui delectationes oppugnans se ipsum excruciaret , quid aliud de eo dici potest , nisi longum illum traxisse Martyrium?Nam & ipse sibi persecutor fuit, & persecutiones sibi illatas,pro Christo patienter sustinuit.

1 *Ter solum Beatus Gildas in Septimana comedit.*

S.Gildas Maximus efficitur prædicator,& miraculorum patrator.

CAPVT VIII.

IGitur cum ad sacros ordines promotus esset, & Presbyteri fungeretur officio. Audi ens [1] quod Gentes quæ Aquilonalem plagam Britanniæ insulæ incolebant,adhuc gentili errore detinerentur:& quod hi etiam qui videbantur inter eas Christiani , non Catholici essent : sed diuersis hæreticorum fraudibus irretirentur. Accipiens iuxta Apostoli præceptum armaturam Dei,vt posset resistere in die malo,& in omnibus perfectus stare,de Christi adiutorio confidens, cœpit illuc pergere. Stans autem succinctus lumbos mentis,inter paganos atque hæreticos : indutus lorica iustitiæ,& calciatus pedes in præparationem Euangelij pacis:in omnibus periculis sumebat scutum fidei: in quo posset omnia tela nequissimorum Dæmoniorum extinguere,galeámque salutis & gladium spiritus

1 *Gentiles & hæretici in Anglia , quo tẽpore adhuc extabant.*

*Ephes.*6. 13.

quod eſt verbum Dei. His itaque armis munitus Gildas Chriſti miles præclarus:prædicabat nomen Chriſti gentilibus, multis ex diuina lege approbationibus oſtendens,nihil eſſe quod ab eis excolebatur. Hæreticos autem,verbum ſalutis opponens,ad viam veritatis adduxit: à cunctis eos quoque reuocans erroribus. Namque ei tantam dederat Dominus noſter Ieſus Chriſtus gratiam etiam ſanitatum:vt eius orationibus cæci inluminarentur : ſurdis auditus redderetur, & claudis debilibúſque greſſus, Dæmoniaci curarentur, leproſi mundarentur & infirmi quique ſanarentur. Pergebat igitur Gildas Beatiſſimus Euangelium Chriſti prædicando : docens veram fidem per vniuerſas prouincias, gentémque ſuam ad veram catholicámque fidem conuertebat. Hæc & his ſimilia agente Beato Gilda, omnis gens Aquilonalis plagæ, ad eius prædicationis doctrinam, cœpit vndique confluere: quatenus derelicto gentili errore, & percepta eius admonitione ſanctæ Trinitatis fide, in græmio collocaretur ſanctæ matris Eccleſiæ, vt vocaretur Chriſti ſponſa & probaretur eſſe. Deſtruebantur itaque Idola ab eis qui ea fabricauerant cum templis ſuis : & Eccleſiæ ædificabantur per congrua loca. Baptiſabantur viri Nobiles, cum vxoribus & filiis atque familiis.

S. Gildas, ad beatam Brigidam Nolam mittit.

CAPVT IX.

CVm autẽ videret Beatus Gildas fœcundam prolem Chriſtianitatis & Sanctæ religionis, vbique pullulare:inenarrabili gaudio repletus, ſic ait Domino. Gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte, qui populum hunc diutim errantem, Sancti tui nominis gratia miſericorditer illuminare dignatus es, & ad cognitionem tuam peruenire feciſti, & qui hactenus infelices & hebetes errauimus in regione vũbræ mortis, tandem lux tuæ iuſtitiæ illuxit nobis, & pax perpetua iam

iam regnat in nobis. [1] Audiens autem Beata Brigidda quæ ipſo tempore inſignis erat in Hybernenſi manens inſula,& Monaſterio virginum præerat Abbatiſſa virgo præclara,famã Beati Gildæ:miſit ad eum nuncium, cũ verbis deprecatoriis,dicens.Gaude pater ſancte, ac « sẽper in Domino polle.Obſecro te,vt aliquod indiciũ « tuæ ſanctitatis,mihi trãſmitere digneris,vt sẽper apud « nos tua vigeat perenniter memoria. Tunc Sanctus Gil- « das percepta ſanctæ virginis legatione,propriis manibus formulam fecit fuſuli opere, & tintinnabulum cõpoſuit ſecundum petitionem ipſius: & per nuncium quem miſerat,ei tranſmiſit. Quod illa gaudens ſuſcepit , acvelut cæleſte munus ab eò ſibi tranſmiſſum, libenter accepit.

1 *Monaſterio Virginum S. præeſt Brigida.*

S.Gildas Hibernos ad fidem Catholicam reuocat.

CAPVT X.

EO tempore regnabat [1] Ammericus Rex per totam Hyberniam, qui & ipſe miſit ad Beatum Gyldam, rogans vt ad ſe veniret: promittens ſe ipſius doctrinis in omnibus obediturum, ſi veniens Eccleſiaſticum ordinem in ſuo regno reſtauraret:quia penè Catholicam fidẽ in ipſa inſula,omnes, reliquerant. Cùm hæc itaque audiſſet Gildas Chriſti Miles beatiſſimus , munitus armis cæleſtibus : petiuit Hyberniam , Chriſtum prædicaturus.

1 *Ammericus Hybernia Rex.*

Contigit autem quadam die dum pergeret ad Regis palatium, occurrere ſibi quemdam [2] Paraliticum, quem parentes ſui circumquaque trahebant: quærentes alimoniam ab incolis terræ. Quem videns Beatus Gildas,miſertus illius genua flexit, ac pro eò Domino orationem fudit:& ad vehiculum miſeri accedens, di- « xit.In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,ſta rectus ſu- « per pedes tuos , & à Domino priſtinam recipe ſanita- « tem.Qui mox receptis viribus corporis,ſanus efficitur:

2 *Paraliticus curatur.*

Digitized by Google

ſeruitute Paganorum irretitos miſericorditer liberauit:vtque paſtor bonus, talenta ſibi à Domino credita fideliter duplicata, ipſi ouans reportare curauit. Omnem denique regionem Hybernenſium & Anglorum, necnon & exterarum nationum ſuo inſtruxit exemplo & erudiuit ſermone. Quarum gentes & nationes, actus & virtutes eius, vſque in hodiernum diem honorificè venerantur vbique.

CAPVT XI.

DImiſſa igitur poſt hæc Hybernia atque Britannia & relictus.

Totum hoc integrum caput in Vetuſtiſſimo deeſt authographo.

S. Gildas, Monaſterium in Minori Britannia conſtruit.

CAVPT XII.

Cui etiam initium deeſt.

PVlchritudinis, alij conabantur eum capere, alij interficere. Quos vt vidit ſibi appropinquare, inuocato Chriſti nomine, continuo nutu Dei fecit pedes eorum adhærere terræ: ipſóſque velut lapides obrigeſcere. Recedéntſque ab eis, cœptam teniebat viam. Cum autem longè ab eis receſſiſſet, conuerſus retrorſum, eleuauit manum, & ſoluit eos. Qui ſoluti, in fugam verſu ſunt, & neminem poſtea in illis locis læſerunt. Deinde cum diſponeret in ſuam redire patriam non permiſit Deus, qui ſuam nobiſcum volebat magnificare miſericordiam. Nam cum Dei iuſſu peruenisſet in Armoricam quondam Galliæ regionem: tunc autem à Britannis à quibus poſſidebatur [1] Letania dicebatur: ab eis honorificè & cum gaudio magno ſuſceptus eſt. Ipſe autem ſeculares fugitiuóſque deuitans honores, theoricam magis deſiderabat ducere vitam. [2] Erat autem tunc temporis parua res Regum Regnique Francorum

1 Letania regio Armorica

2 Cum fide Catholica accreuit Francorũ Monarchia.

Digitized by Google

corum. Childericus [3] enim eò tempore [4]. Merouei filius gentilium erroti deditus, imperabat Francis: quod ex geſtis veterum, prudens lector cognoſcere poteſt. Sanctus igitur Gildas triginta habens annos, venit ad quemdam inſulam quę in [5] Reum-Viſij pagi proſpectu ſita eſt, ibique aliquandiu ſolitariam duxit vitam. Sed non poſt longum tempus, cùm iam non poſſet accenſa lucerna ſub modio manere, ſed ſuper candelabrum, vt vicini quíque ac noti eius, tàm propè quã lõgè, claritatis illius lumine fruerẽtur: cœperũt hinc & inde venire ad eũ, & eius[6] magiſterio & doctrinæ commendare filios ſuos erudiendos. Quos omnes libenter ſuſcipiens, ſpirituali eos eruditione erudiebat. Veniens itaque ad quoddam caſtrum in [7] monte Reûuyſij, in proſpectu maris ſitum, ibi potioris fabricæ conſtruxit monaſterium, atque in eò clauſtra Cœnobitali ritu perfecit. Vbi tantum eius emicuit vita, vt plurimi infirmi ac debiles & leproſi, qui circumquaque erant, ad eum veniẽtes: ſanitati, eius orationibus & meritis, reddebantur. Quòd vſque in preſens tempus, facere non deſinit in eodem loco eius meritis, Omnipotens Deus.

3 Childericus paganus Rex.

4 Merouæus

5 Reum viſij, lacus.

Matth. 5. 15.

6 Ecce vbique doctrinã inter Monachos viguiſſe legimus.

7 Mons Reuuiſij.

S. *Gildas ex aqua facit vinum.*

CAPVT XIII.

TVnc deinde conſtruxit paruum oratorium ſuper ripam fluminis [1] Blaueti, ſub quadam eminenti rupe, ab Occidente in Orientem ipſam concauans rupem: & ad latus eius dextrum, erigens parietem, congruum, fecit oratorium, ſubquo, de rupe emanare fecit fontem perlucidum. Cùm verò feneſtram Orientalem eiuſdem oratorij vitro claudere vellet Beatus Gildas, & vitrum ei deſſet: proſtratus in terra Dominum deprecatur. ſurgens autem ab oratione, abiit ad quamdam rupem, & ex ipſa Domino largiente, optimũ tulit vitrum. Molam quoque ibi fecit, cui triticum immiſit ac manu vertit, quæ vſque in præſens tempus in eodem loco ſeruatur: & à fidelibus infirmis, operantibus

1 Flumẽ Blaueti.

Digitized by Google

bus cum Christo sancti viri meritis, langores ad eam expelluntur. Nec est silentio prætereundum, & illud quòd per eum fecit Dominus Miraculum. Nam cum in cella quadam die cum fratribus moraretur: venerunt ad eum hospites. Quos libenter suscipiens, duxit ad orationem: ac deinde omnem eis adhibuit humanitatem. Et lauans pedes eorum ac manus, quod habuit cum charitate dedit eis. Sed cum non haberet vinum quod eis tribueret: oratione facta, iussit implere vasa vinaria aqua, datáque super eam Benedictione, iussione Diuina in optimum vinum est conuersa. Quam virtutem admirantes cuncti qui aderant, Omnipotenti Deo gratias retulerunt, qui in Euangelio suis fidelibus promisserat dicens. *Opera quæ ego facio & ipsi facient, & maiora horum facient.* Ioan. 14. 12.

Beati Gildæ virtutes explicantur.

CAPVT XIIII.

QVamuis autem talis ac tantus esset, vt per eum Deus tot Miracula faceret, nulli tamen se præferebat: sed humilior omnibus esse videbatur. Licet vero Abbatis locum teneret, tamen vt sibi subditis exemplum humilitatis ostenderet, secundum diuinum præceptum quod ait. *Qui maior est vestrum, erit minister.* Et ipse omnibus seruire curabat. Et ne Domini Iesu surdus esset auditor dicentis, *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Satagebat etiam ipse & in hoc Domini Saluatoris obedire præceptis. Nam sicut de Moyse scriptum est, *erat & ille mitissimus, omnium illius temporis* hominum. Sapiens quoque tàm in doctrina quàm in actione erat. verax in collocutione, in orationib⁹ assiduus, pernox in vigiliis, ieiuniis Corpus macerans, in iniuriis patiens, in colloquio affabilis, in eleemosynis largus, in omni bonitate conspicuus. Docebat quoque, Hæreticos post primam & secundam correptionem deuitandos esse. Eleemosynis autem peccata redimere prædicabat: esurientes satiare, sitientes

Matt. 23. 11.

Mat. 11. 29.

Num. 12. 3.

potare,nudos veſtire,infirmos & in carceribus poſitos viſitare,mortuos ſepelire nulli malum pro malo reddere,ieiunium amare,vigiliis & orationibus ſemper inſiſtere.Sic clericos,ſic monachos,ſic etiam laicos Doctor egregius inſtruebat:nihilque aliis quàm quod ipſe faceret præcipiebat. Itaque omnibus omnia factus, cum lugentibus lugens,cum gaudentibus erat gaudens. Erat itaque pater pauperum atque orphanorum, lugẽtium conſolator,litigantes ad concordiam reuocabat. Homicidas autem adulteros,ſacrilegos,fures,raptores cuiuſcumque conditionis eſſent arguebat:nullius perſonam verens. Et primitùs quidem ex Euangelicis dictis,atque Apoſtolicis & Propheticis eos terrens , deinde ad pœnitentiam reuocans , Dei miſericordiam confidenter promittebat eos promereri : ſi tamen dignè pœniterent.

Epiſtola B. Gildæ quæ inſcribitur de Excidio Britannico hîc fit mentio.

CAPVT XV.

DEnuò Sanctus vir à fratribus rogatus religioſis, qui ad eũ è Britanniis venerant:poſt decẽ annos ex quo inde receſſerat , ſcripſit Epiſtolarem libellum, in quo quinque Reges ipſius Inſulæ redarguit, diuerſis ſceleribus atque criminibus irretitos.Quam eleganter itaque & ſuccinctè eorum ignauiam commemorauerit, & nominatim vnumquẽque de ſuis nequitiis reprehenderit:huic paginæ addere placuit.Enimuero,inquit » celabunt ciues,quod non ſolum noſtrorum,ſed exprobrant iam in circuitu nationes? Habet etenim Britannia Reges,ſed Tyrannos, Iudices habet,ſed impios,ſæpe prędantes & concutientes,ſed innocentes.Vindicãtes & patrocinantes, ſed reos & latrones.Quamplurimas coniuges habentes , ſed ſcorta & adulteras. Crebrò iurantes,& periurantes.Vouentes,& continuo pro pemodũ mentientes.Belligerantes , ſed ciuilia & iniuſta bella agẽtes.Per regionem quidẽ fures magnopere » inſe

" infectantes,eos autem qui ad menſam ſedent latrones,
" non ſolum amantes,ſed etiam remunerantes. Eleemo-
" ſinas largiter dantes , ſed è regione immenſum mon-
" tem ſcelerum exaggerantes.In ſede arbitrûm ſedentes
" ſed raro recti iudicij regulam quærentes. Innoxios
" Humiléſque deſpicientes,ſanguinarios,ſuperbos, par-
" ricidas,adulteros,Dei inimicos , ſi ſors vt dicitur tule-
" rit , hos qui cum ipſo nomine delendi erant.ad ſydera
" prout poſſunt efferentes. Vinctos plures in carceribus
" habentes, quos dolosè potiùs quàm meritò poterunt,
" cathenis onerantes.Inter altaria intrando demorantes,
" & hæc eadem paulò poſt ac ſi lutulenta ſaxa deſpi-
" cientes.Et quæ ſequuntur in dicta Epiſtola.

Mulierem B.Gildas ſuſcitat mortuam.

CAP. XVI.

NVnc igitur Domino adiuuante , ad id vnde di-
greſſi fueramus redeamus. Erat ergo in illis die-
bus quidam tyrannus nomine [1] Conomerus , in ſupe- 1 *Conomerus tyrannus.*
rioribus partibus illius regionis, peruerſa crudelitate,
& diabolica fraude ſeductus , qui hanc habebat con-
ſuetudinem, vt quotieſcumque ſuam cognouiſſet coniugem concepiſſe in vtero , ſtatim iugulabat eam. Et cùm iam multas interemiſſet mulieres,Nobili proſapia exortas, cœperunt parentes earum multùm ſuper hoc contriſtari, & longiùs ſe ab eo ſubmouere. Nullus itaquè alicuius diſcretionis homo , neque colloquendo, neque vllius negotij cauſa in qualicumque re illi adhærebat , neque mandata ei dirigebat , vt non particeps fieret malitiæ illius. Videns itaquè ſe deſpici ab omnibus,Sancto Gildæ mandat,vt verborum ipſius petitionem perciperet. Verùm Sanctus vir calliditatem malitiæ eius perſpiciens,nullo modo aſſenſum ei præbuit, ſed longè promotus ab eo eſt : ne quolibet modo per interloquutionem eius , Nobiles & Principes regionis illius,penitùs deciperentur.At ipſe præfatus tyrannus, non valens pertingere ad hoc quod petebat : miſit ad

quem

quemdam Principem, vt multi testes sunt fideles, nomine [2] Vverocum, mandans, quatenùs ei daret in coniugium filiam suam. Quod cùm Vverocus Venetensium Comes audisset, statim ad internuncium eius retulit, dicens: Quomodo possum dare filiam meam, mucrone Domini vestri nefando interficiendam? Nunquid non audiui stragem, quam fecit de mulieribus, quæ sibi fuerant copulatæ? Nequaquam id faciam: filia enim mea mortem non incurret, dum ab ea potero eam propellere. Regressi itaquè nuncij ad prædictum maleficum, retulerunt quæ eis Vverocus dixerat. Ille autem non desistens ab hoc quod incœperat, iterum atque iterum Vveroco mandat, dicens: Quoscumque volueris obsides, vel fideiussores tibi dabo, tantùm fac quod posco. Cui Vverocus: Vana est petitio tua, & frustrà rogitando laboras. Nisi enim Beatum virum Gildam fideiussorem dederis, minimè quod quæris impetrabis. Quia nisi per manum ipsius, eam nulli tradam. At ille mox nuncios misit ad Beatum Gildam, postulans ab eo, vt quantociùs veniret, & puellam fide sua de manu patris reciperet, & sibi coniugem legitimo traderet matrimonio. Sanctus itaquè vir eorum verba renuens, respondit, dicens: Nostis, quia Dominus vester callidissimus est, & tyrannica feritate peruersus. Si consensero ei, & me fideiussorem posuerit, & pòst puellam occiderit, graui lapsus sum peccato apud Dominum, & parentes eius vehementi orbatione prolis seduxi, atque intolerabili dolore tradidi congemiscendos. Sed tamen vobiscum proficiscar, & vtrorumque voluntates discutiam, parentum scilicet, & eius qui vos ad me direxit. Tunc veniens simul cum eis, reperit ipsos Principes ob huiusmodi causam in vnum conuenisse. Et dum de hac re loquerentur inter se, ait Pater puellæ, Beato Gildæ: Si manu tua susceperis filiam meam, tibi credam, tibi eam tradam. Quòd si illam suscipere nolueris, hic minquam habebit. Cui Beatus Gildas dixit: Mihi eam trade, & ego protectus Dei virtute, eam sanam restituam. Prafatus itaquè tyrannus de manu Sancti Gildæ,

[2] Vverocus Princeps & Comes Venetensium.

Gildæ,recepit eam in coniugio ſibi copulandam. Beatus verò Gildas reuertitur ad Monaſterium ſuum,pollens claris virtutibus. Peractis igitur nuptiis,cœpit tyrannus ſponſam fouere dilectam. Et vt cognouit eam concepiſſe in vtero, cogitauit eam occidere ſolito more:ſed pertimeſcens iuſiurandum,quod pactus fuerat cum Beato Gilda,dicit apud ſe,non poſſe ſe fallere Sanctum virum. Timebat enim iram Dei incurrere, ſi mulierem quam de manu Sancti viri Gildæ ſuſceperat, nefando enſe interemiſſe conaretur. At Diabolus occaſiones ſibi miniſtrat, afferens non oportere eum in tantum ſanctitatem Beati Gildæ timere,vt quod facere decreuerat, velut timidus & nullius audaciæ, propter quemdam Monachum, ad effectum ducere dimitteret. Intereà, mulier pluribus indiciis, percipiens animum eius furibundum aduerſum ſe, eo quòd grauida eſſet, timore perterrita, in fugam latenter elapſa eſt. Quod vt cognouit vir eius maleficus, maiore iam ira ſuccenſus, inſequutus eſt eam. Quam cùm inueniſſet iuxta viam, latentem ſub frondibus:erat enim ex itinere fatigata: exempto mucrone amputauit caput eius, & ſic demùm ad domum ſuam reuerſus eſt. Pater igitur illius, audiens quod accidiſſet filiæ ſuæ, magno concuſſus dolore, ſub magna feſtinatione mox miſit ad
« Beatum Gildam,dicens:Redde mihi filiam meam,quia
« propter tuam interceſſionem,perdidi illam. Cognoſce
« enim, quia qui in coniugio eam de manu tua accepit,
« proprio gladio eam iugulauit.Super hoc igitur Sanctus vir valdè commotus,concitus venit ad quamdam munitiunculam, vbi præfatus tyrannus habitabat, volens ab eo audire, vtrum ipſe coniugem ſuam, ſicut rumor ferebat, interemiſſet. Verùm tyrannus vbi ſenſit Sanctum Gildam appropinquare, præcepit oſtiario domus, ne vllo modo Sanctum virum ad ſe permitteret ingredi.Sciebat enim ſe in Deum,& in Beatum Gildam deliquiſſe, per hoc quòd vxorem ſuam occiderat. Sed quamuis hoc non ignoraret, orare tamen Sanctum virum dedignabatur, vt ſuis precibus obtineret apud Deum,

Digitized by Google

Deum, quatenùs daret ei cor contritum & humiliatum, ad agendam pœnitentiam de malo quod egerat. Cùm ergo Sanctus Gildas diù puiſaſſet ad portam tyranni, & nullus ei apperiret: ſed potiùs ab his, qui erant intus, derideretur. Orauit Deum, ſi eius vita in melius non eſſet mutanda, vt dignaretur malitiæ eius finem imponere. Completa itaque oratione, circuiens totam munitionem, in qua peſſimus tyrannus manebat, accepit plenum pugillum terræ, & proiecit ſuper illam habitationem, quæ ſtatim, Deo volente, tota corruit. Deinde abiit vſque ad locum, vbi exanime iacebat cadauer mulieris interfectæ, prolem in vtero habentis, & hoc modo orauit: Domine Deus, qui hominem ex limo » terræ formaſti, & propter illum liberandum de po- » teſtate Diaboli, in cuius ſe dominium iniecerat, pro- » priæ libertatis arbitrio, dum tuum tranſgreſſus eſt præ- » ceptum: Filium tuum, quem ante ſæcula ex æternitate » genueras, mori voluiſti: te inuoco, vt me exaudias. Ex- » audi, inquam, Domine, quia te in nomine Vnigeniti tui » Domini noſtri Ieſu Chriſti peto. Tuus enim Filius ma- » giſter noſter Chriſtus Ieſus, promittere dignatus eſt in » ſe credentibus, ſi qui te peterent in nomine ſuo, quòd » aurem tuæ clementiæ non auerteres ab illorum prece. » Et facta oratione, accepit caput, & adhæſit corpori » trunco, dicens: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, » Triſina, tibi dico, ſurge, & ſta ſuper pedes tuos, & indica mihi quid videris. At illa continuò ſurrexit, ſana & » illæſa ab omni corruptione. Et reſpondens, Sancto viro » dixit: Mox vt interfecta ſum, Angelico ſuſtentabar ve- » hiculo, quaſi ferenda & iungenda choro Martyrum: » ſed tua vocatione, reuerſa ſum ad te. Tunc Beatus Gildas duxit eam ad patrem ſuum, & accepta manu eius » dextera, reddidit ei, dicens: Ecce depoſitum quod mihi » tradidiſti. Cuſtodi eam vt filiam, & prolem quem » geſtat in vtero, diligenter fac enutrire, cùm natus fuerit, donec ad intelligibiem ætatem perueniat. At illa » ſub iureiurando aiebat: Quia nunquam te deſeram, » Pater. Cui Beatus Gildas reſpondit: Non decet mulie- »

Ioann. 16. 26.

rem

« rem ſubſequi Monachum quolibet modo: ſed mane in-
« terim in domo patris tui, donec parias, & cùm pepe-
« reris, inducemus te in Monaſterium virginum, vt cum
« cæteris virginibus, vitam caſtimoniæ ducere poſſis.
Tunc placuit ei viri Dei ſermo, & remanſit in domo patris ſui paucis diebus. Non multo poſt peracto tempore, cùm mulier filium peperiſſet, nunciatum eſt ad Beatum Gildam. Qui iuſſit puerulum baptiſari, nomémque ſuum ei imponere fecit. Et ablactatum, liberalibus literarum ſtudiis erudiendum tradidit: matrémque eius in Monaſterio virginum vnà cum cæteris ancillis Dei permanere fecit. Quæ poſteà in caſtitate Deo ſeruiens, in ieiuniis & orationibus vitam ducens, tandem à Domino vocata, beato fine quieuit. Filius verò eius & ipſe clarus virtutibus & Miraculis, beatam quam duxerat vitam, beato fine compleuit. Hunc ergo Britanni, ob diſcretionem alterius Beati Gildæ, non Gildam eum, ſed [3] Trechinorum vocant.

3 S. Trechinorum.

Miracula S. Gildæ deſcribuntur.

CAPVT XVII.

ET quia per Miracula Sanctorum quæ in aure fidelium recitantur, omnium rerum creator laudatur ac veneratur, qui in ſanctis ſuis manens mira per illos operatur: dignum duximus ſcribere etiam virtutem, quam Dominus dignatus eſt operari per ſeruum ſuum Gildam [1] in plebe ſancti Demetrij. Erat enim in præfata plebe ſtagnum, in cuis portu reſidebant latrunculi: qui nudos ac verberatos, ſæpè etiam ſemiuiuos permittebant abire illuc aduenientes. De quorum igitur nequitia homines circumquaque ibi habitantes vehementer commoti, cum per ſe illos illinc non valerent expellere: præſidium ſancti expoſcunt. Qui perueniens vſque ad os ſtagni, exorat Dominum vt concludat illius ſtagni aditum. Completa itaque oratione, ex arena erectus eſt tumulus magnus, vbi prius malignorum ad inſidiandum erat locus. Quod miraculum cernentes

1 S. Demetrij plebs.

Digitized by Google

tes qui cum ſancto virò illuc aduenerant, Deum Glorificauerunt, ac ſanctum Gildam deinceps in magna veneratione habuerunt. In eadem quoque regione eſt oratorium quod incolæ vocant [2] Mons Coërlahem, quod ſonat interpretatum, Monaſterium nemoris. Cùmque homines qui ſe faciebant illius terræ hæredes, ſeruis Dei ibi contemplatiuam vitam ducentibus, ſæpe iniurias inferrent: aſſerentes illos de terra excolere, quæ circum oratorium Sancti Gildæ adiacebat, pluſquam eis oſtenderat. Vir verò Dei volens omnes quietam agere vitam, acceſſit ad litus maris, & cum ſanctis ſibi adhærentibus, fixis genibus, miſericordem Dominum qui facit in cælo & in terra omnia quæ vult, orat deuotius. Surgénſque ab oratione ſanctiſſimus homo, baculum quem manu ferebat terræ impreſſit, & ſic atrium ſui oratorij circuiuit. *O quam bonus es Deus Iſraël, his qui tibi recto ſunt corde!* Lucidiſſimus enim fons ad nutum Dei de loco vbi ſanctus orauerat ſurrexit: & ad oſtendam certiſſimam metam atrij [3], ſecutus eſt veſtigia ſancti. Quod miraculum audientes fideles, etiam quidam vſque in hodiernum diem hoc cernentes: Omnipotenti Domino qui mira per ſanctos ſuos operatur, non minimas referunt laudes.

2 Mons Coërlahem, id eſt Monaſteriũ nemoris.

Pſal. Lx. 1

3 Rimus diuinitus emanans,

Mirandus obitus B. Gildæ.

CAPVT XVIII.

CVm verò diſponeret miſericors Deus, & Beatum Gildam à laboribus mundi & ærumnis educere, & ad gaudia æterna quæ diligentibus ſe promiſit, perducere. Per viſionem Angelicam ei dignatus eſt denunciare. Quadam enim nocte cum eſſet vt antiqui affirmant, in amabili ſua inſula [1] Horata vbi olim heremiticam duxerat vitam, apparuit ei in ſomnis Angelus Domini dicens. Audi & intellige Domini Ieſu Chriſti amice, quoniam exaudiuit Deus orationes tuas, & vidit lachrymas tuas. Et ecce octaua ab hodierna die, ſolutus ſarcina carnis, videbunt ſpiritales oculi tui quòd ſemper

1 Horata in ſiula.

Digitized by Google

« ſemper ab infantia deſideraſti. Videbis etenim in ma-
« ieſtate ſua, deſideratam facié Domini Dei tui. Confir-
« ma ergo diſcipulos tuos in Dei timore & amore,& in-
« ſtrue eos ſolito more vt eius præceptis obediant, at-
« que operibus ſtudeant ea implere:vt ad gaudia æterna
« quæ promiſit poſſint peruenire.Facto igitur mane,con-
uocatis in vnum diſcipulis dixit eis. Quoniam ego, fi-
« lij chariſſimi, viamingredior vniuerſæ terræ, diſſolui
« mihi expedit,vt Deum poſſim videre.Vos igitur eſtote
« imitatores Chriſti ſicut filij Chariſsimi, & ambulate
« in dilectione Dei,& eſtote ſemper memores verborum
« ipſius. Nolite autem diligere mundum nec ea quæ in
« mundo ſunt:mundus enim tranſibit & concupiſcentia
« eius.Dominum verò Ieſum Chriſtum & eius ſermones
« toto corde diligite, quoniam ipſe dixit. *Si quis diligit* *Ioan. 14.23.*
« *me, Sermones meos ſeruabit*:& ego *diligam eum, &*
« *manifeſtabo ei me ipſum.* Videte itaque chariſsimi,
« quàm magnum præmium, & quàm optandum lucrum
« promittit nobis ipſa veritas quæ eſt Chriſtus. Ipſe *Ioan.14.6.*
« enim vt dixit, *eſt via veritas & vita.* Se ipſum itaque
« nobis daturus eſt.Non ergo negligamus ipſum habere,
« ipſum poſsidere. Habete autem & in vobis continuam
« Charitatem, quia *Deus charitas eſt*, *Et qui manet in* 1. *Ioan.* 4. 8.
« *charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Humilitatem
« etiam ſtudete habere & eſſe mites:quoniam Dominus
« in Euangelio dicit. *Discite à me, quia mitis ſum & hu-* *Matt.* 11.29.
« *milis corde.* Patientiam quoque ſemper habere memé-
« tote,nam in Euangeliò idem ipſe loquitur.*In patientia* *Luc.*21. 19.
« *veſtra, poßidebitis animas veſtras.* Obedientes etiam
« eſtote,ſicut & Chriſtus obediens fuit vſque ad mor-
tem.*Eſtote vero miſericordes, ſicut Pater veſter miſeri-* *Luc.* 6. 36.
cors eſt. Superbiam autem execrate. *Quia Deus ſuper-* *Iacob.* 4.6.
bis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Auaritiam *2. Pet.* 5. 5.
verò declinate, quæ ab Apoſtolo Idololatria nomina- *Coloſ.* 3.5.
tur. Luxuriamquoque & ebrietatē formicationémque
fugite,quoniam ſicut Apoſtolus ait.*Neque ebrioſi, ne-* 1. *Cor.*6. 10.
que fornicatores regnum Dei poßidebunt. Omnia er-
go vitia quæ homines à Regno Dei ſeparant, Omni-

Digitized by Google

1 Pet. 5. 8. modis ſunt fugienda vobis. *Eſtote quoque ſobrij & vigilantes in orationibus ſemper, quia aduerſarius veſter Diabolus, tanquam leo, circuit quærens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide.* Odium etiam & inuidiam triſtitiámque de cordibus eradicare veſtris ſatagite, & pro hic, longanimitatem, bonitatem, benignitatem, habere mementote. Quatuor vero virtutes ſine quibus nemo ſapiens eſſe poteſt, id eſt prudentiam, Iuſtitiam, fortitudinem, atque temperantiam ſuper habere curate. His & ſimilibus verbis per ſeptem continuos dies, quamuis inualeſcente morbo iam iamque vir ſanctus deficere videretur: diſcipulos tamen confirmare non ceſſabat ſuos. Octaua verò die, iuſsit ſe in oratorium duci, ibique oratione facta [a], viaticum Dominici Corporis ſuſcepit. Deinde diſcipulos proteſtatus eſt dicens. Per Chriſtum vos filios meos moneo, ne contendatis pro Corporis mei cadauere: ſed mox vt ſpiritum exalauero, tollite me, & in nauim deponentes, ſupponite humeris meis lapidem illum, ſuper quem recumbere ſolitus eram. Nemo autem ex vobis, in naui mecum remaneat: ſed impellentes eam in mare, permittite ire quo Deus voluerit. Prouidebit autem Dominus ſepulturæ mihi locum, vbi fuerit ei placitum. Confido quoque in Domino, quod in die reſurrectionis, reſurgere me faciet cum cæteris. Deus autem pacis & dilectionis ſit ſemper cum omnibus vobis, & cum reſpondiſſent omnes. Amen. reddidit ſpiritum [3] quarto Kalendas Februarij, ſenex & plenus dierum. Diſcipuli verò illius, tollentes corpus eius, fecerunt ſicut præceperat eis. Sed hi qui de [4] Cornu-gallia venerant, qui plures erãt, conabantur eum tollere, & in patriam ſuam transferre. Dum ergo inter ſe colloquerentur, & facere diſponerent. Nutu Dei, nauis cum ſancto Corpore demerſa eſt in profundum maris. Illi verò per multos dies illud huc illucque requirentes, cum nullo modo inuenire poſſent, ad propria ſunt reuerſi.

3 *Corpus Domini moribundis datum.*

3 *Quarto Kalend. Februar. mortuus eſt S. Gildas.*

4 *Cornu-gallia.*

Inuen

Inuentio corporis B.Gilde.

CAPVT XIX.

DIscipuli quoque eius qui ex Cœnobio erant, per tres menses cum non possent & ipsi inuenire eum: tandem consilio accepto, triduanum statuerunt ducere ieiunium. Quo peracto cuidam ex eis reuelatum est, quando, & vbi inueniendus esset. Igitur cum dies [1] Rogationum essent, & ipsi orationis gratia ad quoddam [2] oratoriolum quod ipse in honore sanctæ Crucis constructerat venissent: inuenerunt nauem in æstuario quod vocatur Eroest [3], id est Domus sanctæ Crucis, cum sancto corpore integro & illæso, sicut ab ipsis collocatum fuerat in naui. Videntes autem, gaudio magno gauisi sunt: & lapidem quidem super altare eius loci in testimonium posuerunt: corpus vero sancti viri cum hymnis & laudibus, ad suum Monasterium deferentes, maxima multitudine populorum prosequente cum gaudio & lætitia magna. Quoniam patronum & aduocatum magnum, patriæ suæ, & apud Dominum intercessorem inuenerant. Dies autem illa quæ est quinto [4] Idus Maij, ab illo tempore vsque ad præsens tempus, celeberrima colitur & seruatur apud Prouinciales Venetenses. Plurimas etiam in illa die solitus est Dominus facere virtutes ad eius sepulchrum, sicut & ipsi oculis nostris vidimus. Positum est autem corpus sancti viri, in Ecclesia quam ipse in antiquo castro Reüysij constructerat, eadem qua præfati sumus die. Vbi per multa annorum curricula seruabatur, & ab vniuersa Brittonum gente venerabiliter colebatur, quoniam innumerabiles ibi fiebant virtutes.

1 *Rogationū dies.*
2 *Oratorium S.Crucis.*
3 *Eroest id est domus S. Crucis.*
4 *V. Idus Maij Inuēt. S.Gilde.*

Bella Britanniæ narrantur.

CAPVT XX.

INterfecto crudeliter ab impiis, religioso [1] Rege Salomone, & dissidentibus inter se ipsos Britannis, bella

1 *Salomon Rex Britanniæ.*

bellaque inteſtina gerentibus: à foris autem pyratis Danorum, vniuerſam Britanniam, longè latéque depopulantibus. (Nam eo tempore, gens ipſa Galliarum quoque partes vaſtabat maritimas, & quaſi quadam grandinis intolerabili tempeſtate, conterebat.) Itaque Britannia quæ olim Letania dicta fuit ſicut diximus, eo tempore tàm à ſuis quàm ab extraneis, crudeli modo vaſtabatur. Ciuitates, caſtella, Eccleſiæ, domus, monaſteria virorum atque ſanctimonialium igni tradebantur, donec in ſolitudinem & vaſtam Eremum omnino regio tota, Dei iudicio redigeretur. Eo tempore Alanus [2] atque Paſquetanus frater eius Veneticam prouinciam regebant, quæ à Guereco Brogueret dicitur: eo quod occiſo Belpoleno [3] Duce cum exercitu ſuo, effugato etiam alio Francorum Duce [4] Ebracario, Regionem ipſam viriliter defendebant. Sed capto à Nortmannis Paſquetheno atque redempto, ac poſtea à quodam per inſidias [5] occiſo, ſolus cum filiis prout poterat Alanus ipſam prouinciam regebat. Ea tempeſtate duo Monaſteria virorum [6] Lochmenech id eſt locus Monachorum. Et locus ſancti Gildæ, effugatis habitatoribus deſerta ſunt, atque deſtructa. Quorum habitatores coniuncti ſimul, compulſi ſunt alienas petere regiones: atque in Byturicenſi regione, nouas ponere ſedes: ſecum deferentes ſanctorum corpora ſanctarúmque patrocinia, quæ tunc temporis apud Britannos feſta deuotione, nimióque veneRabantur affectu.

2 Alanus & Paſquetanus Duces.

3 Belpolenus Dux.

4 Ebracarius Dux.

5 Paſquetenus Dux occiſus.

6 Lochmenech id eſt locus Monachorum.

Sanctus Paulus Epiſcopus Felicem Monachum curat.

CAPVT XXI.

CVm autem Omnipotenti Domino complacuiſſet, vt & Eccleſiæ ſanctorum in Britannia reſtaurarentur, & gens Brittonum quæ in alienis regionibus miſero modo exulabat, ad proprias rediret ſedes [1]. Reſumunt vires iterum Britanni: & qui intra regionem

Britanni vires reſumunt.

gionem remanserant, & qui disperſi fuerant per regiones collecti in vnum, ſumunt arma: expugnant viriliter hoſtes ſuos, terra marique effugant, & à cunctis finibus ſuis expellunt. Eo tempore erat Comes in Redonenſi ciuitate [2] Iuchael qui & Berengarius dicebatur. Hic habuit filium nomine [3] Conanum illuſtrem & bellicoſum virum, ex quo ortus eſt [4] Gaufredus vir & ipſe in armis ſtrenuus, qui totius Britanniæ Monarchiam tenuit. Hic ergo rogauit [5] Goslinum Floriacenſis tunc Monaſterij Abbatem, qui etiam poſtea Byturicenſi Eccleſiæ præfuit Archiepiſcopus, vt tranſmitteret ſibi Felicem Monachum: ad reſtauranda Monaſteria, quæ erant in ſua regione ſolotenus deſtructa. Anno igitur Dominicæ Incarnationis milleſimo octauo [6], miſſus eſt Felix à ſupradicto Abbate ad Gaufredum Comitem: qui honorificè ab eo ſuſceptus eſt, atque prædicta Cœnobia ei donauit cum omnibus appendiciis ſuis: rogans & multum deprecans, vt omni ſtudio reædificaret ea, promiſitque plurima ſe ei largiturum dona, cum de itinere rediiſſet quo feſtinabat ire. [7] Properabat enim eo tempore idem Dux Romam ire, gratia orationis. Iuit itaque, ſed non rediit: quia in ipſo itinere mortuus fuit. Commendauerat autem ipſe Dux ſupradictum Felicem dum proficiſceretur coniugi Nobilibuſque ſuis: fratri etiam ſuo [8] Iudicaeli Epiſcopo Venetenſi, in cuius Diœceſi, ipſa Monaſteria erant. Sed libet nunc retro redire, & Beati Pauli Epiſcopi in ipſo factum referre miraculum. Cum eſſet idem Felix in ſupradicto Floriacenſi Cœnobio, tempore Abbonis Abbatis, & languore graui deprimeretur, & deſperatus à Medicis nullo modo viuere crederetur: apparuit ei vigilanti & oranti, Beatus Paulus Epiſcopus aſſiſtens ante lectum ipſius, cum magno lumine, eique dixit. Quomodo te habes frater, vel vbi te tenet hoc malum? At ille. Quis es Domine? Ego inquit ſum Paulus Epiſcopus quem quærebas. Domine, ecce ait in hoc latere me diu tenet malum: &

2 *Iuchael Comes Redonẽſis qui & Berengarius.*
3 *Conanus.*
4 *Gaufredus.*
5 *Goslinus Abbas Floriac. & Archiepiſc. Byturic.*
6 *Felix Monachus.*
CIↃVIII.
7 *Gaufredus Comes Romam vadit.*
8 *Iudicael Epiſcopus Venetenſis.*

oſtendit ei locum. At ille appropinquans, digito leuiter de latere eius putrefactam abſtulit coſtam: & ei ad lumen lampadis oſtendit, dicens. Hæc amplius non te nocebit. Et hoc dicens proiecit eam, & ab admirantis oculis cum lumine ſuo diſparuit, odor vero ſuauiſſimus permanſit tota nocte in eadem domo. Sanus itaque cum eſſet factus, nemo præuenit eum ad vigilias nocturnas. Mirantur omnes quem ſperabant iam mortuum viuere, & interrogant quomodo ſanatus fuerit. Ille à Beato Paulo ſe viſitatum, & quid ſibi dixerit, qualiter etiam de latere ſuo fractam putrefactámque abſtraxerit coſtam. Et en illam inquit. Et eleuans à terra, omnibus oſtendit eam. Mirantur cuncti factum, ſimúlque laudes Domino cum ſonitu reddiderunt cymbalorum. Sed ad narrationis ordinem redeamus.

Reſtauratur in Britannia duo Cœnobia.

CAPVT XXII.

1 Hadegogis Comitiſſa.

POſt mortem autem Gaufredi Ducis, cum redire voluiſſet Felix ad ſuum Monaſterium: Hadegogis[1] Comitiſſa non permiſit illum ire: ſed multis precibus rogauit vt maneret, & perficeret ea; quæ vir ſuus in reſtaurandis Cœnobiis inchoauerat facere. Retentus igitur à Comitiſſa & Conſiliariis eius, maximéque ab Epiſcopo Venetenſi Iudicaële, qui eum vnicè diligebat: primò quidem parua erexit habitacula in ſupradictis locis. Erant vero ibidem Eccleſiæ ſine tectis & ex parte diruræ, & inter ipſos parietes annoſæ arbores creuerant, ſed & oſtia ipſa quædam concluſerat. Nulla ibi tunc habitationis domus erat, nulla hominis conuerſatio, ſed erant in ipſis etiam Eccleſiis cubilia ferarum. Videbatur ergo omnibus laborioſum valdè & difficile aggredi tam immenſum opus: ſed ille habens fiduciam in Domino, non dubitauit inuadere illud, nec fuit ſpe ſua fruſtratus. Nam infra pau-

cos

cos dies,conuenerunt ad eum optimi & religioſi viri: quorum adiutorio, & Eccleſias reſtaurauit, & domos ædificauit, vineas plantauit, atque pomaria : ab his etiam pueri enutriti in Dei ſeruitio fuêre.

Monaſterium S.Gildæ reſtituitur, ac in eo Fœlix Monachus Abbas ordinatur.

CAPVT XXIII.

PEr idem tempus Britanni iterum in ſeditionem verſi,bella commouerunt.Nam ruſtici inſurgentes contra Dominos ſuos congregantur. At Nobiles iuncto ſecum Comite [1] Alano, agmina ruſticorum inuadunt, trucidant, diſpergunt, perſequuntur: quoniam ſine duce & ſine concilio venerant in prælium.Deinde quidam Nobilium inſurrexerunt contra Comitem, ſed non præualuerunt: quoniam ipſe vir ignauus & ſine ſcientia non erat. Inter hos tumultus Fœlix, quoniam non poterat quiete & pacificè viuere, ſtatuit ad Monaſterium ſuum redire, nam ſedecimum annum agebat, ex quo ab Abbate ſuo ibidem tranſmiſſus fuerat. Conatum vero ipſius præuenit Hadegogis Comitiſſa. Miſit namque per quemdam virum qui cum eo pergebat nomine Filim, epiſtolam ad Abbatem illius, rogans ne vllo modo eum retineret:ſed Abbatis ei benedictionem daret,& ad ſe illum iterum tranſmitteret. Quoniam filij eius Alanus & [2] Eudo iam adulti, parati erant perficere omnia,quæ pater eorum ei promiſerat. Cum igitur legiſſet Gauzlinus Abbas Epiſtolam,vocat Felicem Monachum,interrogátque ad quid venerit, vel cur dimiſerit loca ipſa, & congregationem quam ei commiſerat? Ille, quoniam inquit nec « pacifice, neque cum quiete poſſum ibi Deo ſeruire. « Cui Abbas. Tu autem in tua putas habere patria, « quod Chriſtus, non habuit in ſua? Si igitur ad Chriſtum vis peruenire, debes ſicut & ille ambulauit & tu ambulare. *Per multas enim tribulationes*,ſicut dicit

1 *Alanus Comes.*

2 *Eudo Comes.*

Act. 14.22.

Apoſtolus *oportet nos intrare in regnum Dei.* Ergo » patienter chariſſime fer moleſtias vbicunque fueris, » & eſto nobis obediens ſicut in tua profeſſione Deo » vouiſti: & ſuſcipe curam Abbatis atque benedictio- » nem, vt cum ipſis quibus te præeſſe voluimus, peruc- » nire valeas ad æternam vitam. Sed cum ille ſe excu- » ſaret, & nullo modo hoc facere ſe poſſe diceret. Abbas qui erat ſicut diximus Epiſcopus, arreptum eum inuitum, ad altare duxit[3]: atque ad Abbatis officium promouit quarto nonas Iulij: Accepta itaque[4] Felix iam Abbas, tàm Abbatis ſui quàm cunctæ Congregationis benedictione, reuertitur. Commendatitias ſecum deferens literas principibus Britanniæ, & Epiſcopo Venetenſi. Cum autem dubitaret, quem potiorem locum de duobus ſtatueret ſedem Abbatiæ habere. Ducem Alanum, Epiſcopúmque Venetenſem ſuper hac re conſuluit. Illi conuocatis Nobilibus viris, aliquibus etiam Epiſcopis, ſtatuerunt locum ſancti Gildæ, qui erat antiquior, & terræ fertilitate, frumenti etiam & vini arborúmque pomiferarum abundantior: diuerſorum quoque magnorum piſcium generibus, ſuis temporibus affluentior.

3 *Vide Abbatis Benedictionem.*

4 *Felix Abbas inſtituitur.*

Vltio Diuina in homicidam.

CAPVT XXIIII.

FRat autem in eodem loco, ipſo tempore, quidam Dei ſeruus, ſolitariam vitam ducens, nomine Ehoarn, ſuper quem nocte irruentes latruncuſi, eum ex adhærenti Eccleſiæ domo extraxerunt. Quidam verò ex ipſis Leopardus cognomine, arripiens ſecurim, ſuper limen Eccleſiæ cerebrum illius excuſſit. Qui mox correptus à Dæmonio, in terram corruit, atque cùm ſurrexiſſet, cultellum arripiens, ſeipſum in pectore vulnerauit: & niſi citò à ſociis ſuis fuiſſet defenſus, ſemetipſum interfeciſſet. Ligarus igitur ab ipſis, domum reuerſus eſt, ſed nunquam poſtea ſenſum recepit. Vidimus

mus namque eum per viginti annos nullo tegi indumento,non tunica, non camiſia, non calceamento : ſed miro modo æſtate & hyeme nudum incedere. Huic ſi quis pro miſericordia aliquod indumentum porrexiſſet; ille ſi fortè ſub arbore ſediſſet, vel in quolibet loco,non diſcedebat, donec ipſum indumentum omninò diſcidiſſet. Et ſiquidem laneum vel lineum fuiſſet , in ipſo loco diffilabat eum. Si verò pelliceum , & ipſum ad nihilum redigebat. Itaquè & æſtatis immenſos calores , atque intolerabilia hyemis frigora , ſicut diximus, per multos annos nudus incedens, domi foríſque pertulit. O ineffabilis Chriſti clementia! ô bonitatis & miſericordiæ ipſius immenſitas! ô Beati Gildæ glorioſa merita,quæ ſic in vno eodémque homine & puniunt crimina, & impios caſtigant , ne ſimilia facere præſumant , ne ſimiliter puniantur. Credimus autem , virum illum,per hoc quòd Deus non vindicat bis in idipſum, ſaluum pro Dei miſericordia fuiſſe.

Mortuus ad tactum baculi B.Gildæ,vitæ redditur.

CAPVT XXV.

FEſtiuitas Beatiſſimi Gildæ, qua de mari tranſlatum eſt corpus eius , appropinquabat: & [1] populus vndiquè confluens, ad diem feſtum occurrere feſtinabat. Tunc quidam,qui diù in lecto iacuerat, graui detentus infirmitate,cum videret vicinos & amicos ſuos properare ad diem feſtum,clamabat vt ſe ad ſanctum iocum ducerent.Dicebat enim,quòd ſi Sancti viri ſepulchrum contingere meruiſſet, mox ſanitati redderetur : hoc ſe credere , hanc fidem ſe habere teſtabatur. Adductus itaquè ab amicis eſt , & ante ſepulchrum Beati Gildæ poſitus. Cùm verò vigiliæ ſolemniter celebrarentur,& ille ante ſanctum iaceret ſepulchrum : ſubitò ſe extendens,in mortui modum diriguit,plangere ceſſauit,eius oculi euerſi erant,pedes,manus,pectus frigeſcebant,& toto corpore mortuus eſſe videbatur. Populi multitu-

1 *Concurſus populi ad diē feſtum.*

Digitized by Google

do, quæ circumdederat, conclamabat: Quoniam mortuus est, educite eum foras. Igitur vociferantibus illis, & circa eum magis magisque sese comprimentibus, cùm nemo neque manum ponere, neque ad eum præ multitudine accedere per tres ferè horas posset: tandem ascendens quidam ex Monachis Iunior nomine, & accipiens baculum Sancti in manu sua, eum tertiò signauit cum baculo, signo Sanctæ Crucis. Illicò mirantibus cunctis, erexit se, atque dixit: Nunquid non vidistis Beatum Gildam stantem super istum lapidem, & sua me manu erigentem. Tunc in conspectu omnium, sanus atque gaudens surrexit, & manu sua deferens candelam, super altare posuit. Et qui aliorum manibus ad sanctum deductus fuerat sepulchrum, languens, suis pedibus domum sanus reuertitur gaudens. Hanc ergo virtutem cùm postea narrarem Nobilibus quibusdam, ante Ecclesiam [2] Plomorcat, ille affuit, & iureiurando affirmabat ita fuisse, sicut dicebam.

[2] *Plomorcat.*

Vir moribundus sanatur.

CAPVT XXVI.

NOtissima res est, & per cunctas partes Britanniæ vulgata. Vt si in Parrochia, vel etiam in aliqua regione mortalitas incubuerit, illius habitatores ad huius sanctissimum confugere locum, atque à Deo ibidem sine dubio præstolare remedium. Veniebat pro eadem causa de [1] Ilfintinc multitudo plebis: sed vnus ex ipsis nomine Dongual, subita eadem clade percussus cecidit, & ante Ecclesiam [2] Sarthau remansit. Socij verò ipsius cùm ad sanctum veniissent locum, rogauerunt me, vt caballum, quo eum deferrent, transmitterem: quod & feci. Adductus itaquè est: sed quia stare non poterat, in [3] domo hospitum collocatus est. Erat autem ad videndum horribilis, & sanguinem vomens. Nemo eum vsque in crastinum viuere sperabat, sed iam iámque mori expectabatur. [4] Hunc visitatura cuncta

[1] *Ilfintinc.*

[2] *Sarthau.*

[3] *Domus hospitum in Cœnobiis.*

[4] *Extrema Vnctio.*

Digitized by Google

cuncta congregatio venit, orátque pro eo Dominum, & oleo ſancto perungit. Hic itaquè ab illa hora, paulatim ad ſe rediit, & vires recepit: & poſt aliquos dies, ex integro ſanitati eſt redditus. Socij eius ad propria redeuntes, vxori eius mortuum eum fuiſſe, & apud Sanctum Gildam ſepultum dixerunt. Venit illa, [s] eleemoſynas pro anima viri ſui factura, ſed quem ſperabat mortuum, inuenit non ſolùm viuentem, verùm etiam ſaniſſimum. Sic ſic operaris, Deus noſter, in Sanctis tuis, atque mirabilia magna ſolus facis. Reuertitur itaquè vir ille cum vxore ſua, gaudens atque ſanus, qui venerat mœſtus & moribundus. Hunc ego nuper vidi ſanum, & gratias referentem Deo: & Beati Gildæ virtutes magnificantem, qui etiam ea de ſe recordatur, quæ enarrauimus.

[s] *Eleemoſyna pro fidelium animabus.*

Demonum ludicra explicantur.

CAPVT XXVII.

NEc prætereundum ſilentio eſt, quas eodem tempore priores noſtri, qualéſque humani generis inimici in hoc ſacro Cœnobio pertulerint moleſtias. Videns namque ille antiquus hoſtis, quòd ſerui Dei locum deſertum incolere cœpiſſent; atque ſe ab eo, quem diù poſſederat, loco diù deſerto, expellere deberent: ad ſuas antiquas reuertitur artes, & quos Dei virtute videbat munitos, fantaſmatibus & nocturnis terroribus eos effugare, omnibus modis conabatur. Nam nocte quadam, dum pueriles Monachi ad menſam ſederent, & Pſalmos firmarent, aduerſarius adfuit, alludens lumini candelæ apparuit, extendénſque frequenter manum inter duos puerulos, hanc denuò retrahens, & iterum extendens, atque iterum retrahens, & hoc donec candelæ deficeret lumen, indefinenter faciens. Species verò brachij atque manus, quæ ſolummodò videbatur, erat nigra & horrida pilis. Pueri timore exterriti, ac perturbati erant. Alter puerorum

Digitized by Google

rorum Ratfredus, alter verò Măgiſus vocabatur. Tertius verò adoleſcentulus, qui eos docebat, Rannulfus dicebatur. [1] Senex igitur, qui eos ſeruabat, nomine Iouethen, videns quæ fiebant, & timore pueros perterritos, dicebat eis: Signate vos pueri, ſignate vos ſigno Sanctæ Crucis, & Pſalmos Dauiticos decantate. Improbus verò dæmon conſumptam extinxit candelam, & ſe in riſum mouens, per aceruum lapideum, qui iuxta erat, proruens, terrorem immenſum ex ſonitu lapidum concuſſit. Deinde ſcutulas quæ in refectorio erant poſitæ, tota nocte mouens atque remouens, inquietam habitatoribus noctem reddidit. Vaſculum verò quod iuxta erat poſitum vino repletum, dum miniſter requiſiſſet, vacuum inuenit: neque vllum veſtigium vbi in terram defluxerit, repertum eſt. Felix abierat, qui cùm veniſſet, & à Fratribus quæ præterita nocte pertuliſſent phantaſmata audiſſet, [2] acceptam aquam cum ſale benedixit, & in circuitu & intus aſperſit: atque ab illo die, per Dei gratiam, quieta habitatio permanſit.

[1] *Senes ad cuſtodiam puerorum in Cœnobiu.*

[2] *Aqua vti benedicta.*

Sancti Laici Ginguriani conuerſatio.

CAPVT XXVIII.

FVit tempore illo inter Priores huius ſacri Cœnobij, Monachus quidam nomine [1] Ginguianus, laicus quidem, ſed Spiritu Sancto, omnibúſque virtutibus plenus. Hic cùm aliquandiù innocentem & ſimplicem vitam agens, in Monaſterio Deo deſeruiſſet, & eius patientiam per moleſtiam corporis comprobare, alúíque in exemplum oſtendere Dominus decreuiſſet, per Spiritum Sanctum, ei reuelare dignatus eſt finem vitæ ſuæ. Venit itaque quadam die ante Abbatem Felicem, atque omnem Congregationem, humiliter ſatisfaciens, & petens ab omnibus ſibi veniam dari. Dum igitur in circuitu tanquam innocenti & ſimplici viro reſpondiſſent: Dimittat tibi Dominus ignorantias tuas, atque ab omni

[1] *S. Ginguianus.*

Digitized by Google

« ab omnibus peccatis tuis te absoluat. Scitote ergo, in-
« quit ille, Karissimi Fratres, quia ab hodierna die, neque
« ambulare inter vos, neque manere potero. Rogo chari-
« tatem vestram, vt vestris orationibus me commende-
« tis Deo, & oleo sancto vngatis. Mirantur omnes, quòd
quem sanum videbant, vngi se rogaret. Ille autem ro-
gabat, instabat, vt quandiu loqui poterat, vngeretur.
Post Capitulum autem, detulit omnia vtensilia atque
ferramenta sua, & posuit ante pedes Abbatis, dicens:
« Domne, ecce obedientiam quam mihi seruare præce-
« pisti, commenda eam alicui ex Fratribus. Fuerat enim
ipse Beatus vir, custos aluearij ab initio conuersionis
suæ, habens sub cura sua plurima apum vasa. Deinde
cùm Missa celebraretur, post pacem, ad Sanctum ac-
cedens Altare, Communionem Sanctam de manu Sa-
cerdotis accepit. Ac pòst, ambas manus ad pectus ad-
ducens, iuxta gradum altaris se extendens recubuit:
atque inter manus eductus est in domum infirmorum,
vbi statim sicut postulauerat à Fratribus, oleo sancto
vnctus est: atque ab illo die, sicut prædixerat, per totum
annum paralysi solutus, in lecto iacens, neque in latere
altero se vertere, neque manum ad os ducere potuit.
Per annum verò vnum, ei manifestè Dominus per An-
gelum suum dignatus est obitus sui diem denunciare.
Qui manè Riaulum Monachum ad se vocauit, eique
« dixit: Dic, rogo, Frater omni Congregationi nostræ, vt
« gratias Deo semper agant, & in Domino iugiter gau-
« deant. Et nouerint pro certo, quoniam ad nocturnas
« vigilias Sanctum Michaëlem Archangelum secum hac
« nocte habuerint, qui antequàm omninò vigiliæ sona-
« rentur, in specie pulcherrimi infantis mihi cum maxi-
« mo lumine apparuit, & quis esset dixit. Et adiecit: Ne
« timeas, inquit, sed præpara te, quia cum luce huius diei
« de corpore tuo exibis ad meliorem vitam: ac deinde
« per fenestram Orientalem, cum suo lumine Ecclesiam
« intrauit. Et quandiù vigiliæ celebrabantur, præclarum
« illud lumen ab Ecclesia non recessit. Nunc ergo, charis-
« sime Frater, nuncia Fratribus nostris quæ tibi dixi. Et

quòd

quòd gratias charitati eorum refero, quia obsequium » mihi per totum istum annum exibuerunt. Obsecro au- » tem, vt Communionem Sanctam mihi deferâs, atque » ab hora vespertina obitum meum obserues. Igitur, » post Vesperas vocauit seruitorem suum, eique dixit: Voca Fratres meos ad me, quia iam de hac vita exeo. » Omni itaquè Congregatione ad eum coadunata, de hac vita eadem qua prædixerat hora, migrauit ad Dominum, quarto Kalend. Octobris.

Alterius Gulstanni Laici vita.

CAPVT XXIX.

VIr quoquè vitæ Venerabilis, & memoria dignus, eodem temporibus in hoc sacro Cœnobio re- fulsit [1] Gulstanus. Hic etiam laïcus erat, sed Psalmos & orationes, quas memoriter didicerat, nocte dréque ante Deum decantare non cessabat, pernox in vigiliis: ita vt etiam decrepita ætate, vix eum vidisses tribus horis æstate aut hyeme, in lecto iacere. Hic verò in adolescentia sua à piraticis prædonibus est separatus per Fælicem, qui eo tempore in Ossa insula heremiticam necdum Monachus ducebat vitam: ipsam quoquè, quam eo tempore ab eo didicerat, semper dilexit vsque ad finem vitæ suæ, ducere vitam. Parcus in cibis, & in potu, in vigiliis & oratione assiduus. Huius itaquè viri merita, Dominus declarare dignatus est, etiam in vita sua. Nam longè latéque laudes & præconia ipsius, in ore omnium nauigatorum huius regionis resonabant. Plurimas namque per eum Dominus dignabatur operari virtutes & miracula, itavt enarrare vel dimumerare ea vix aliquis posset. Defunctus autem est quinto Kalend. Decembris, apud [2] Bellumvidere castrum, vbi pro vtilitate Monasterij sui venerat, in domo Monachorum Sancti [3] Petri Maliacensium. Sed vbi voce præconis fuit auditum, quòd Beatus Gulstanus de hac vita migrasset: media enim nocte transierat,

1 *B. Gulstanus.*

2 *Castrum Bellũ-videre.*

3 *Monachi Maliacenses.*

conti

continuò de lectulis diſſilientes viri Nobiles, ſimul cum matronis, & cunctis qui audiebant, certatim feſtinabant ire cum cereis & lampadibus, vt obſequium ferent viro Dei: ita vt vix poſſet ipſa domus, continere multitudinem. Videntes itaquè Monachi Sancti Philiberti, multa ornamenta, pecuniam quoquè copioſam & cereorum diuerſam multitudinem circa corpus viri Dei aggregari: perſuaſerunt omnibus, qui conuenerant, vt ad Eccleſiam ſuam ſanctum corpus deferrent. Sed reſiſtentibus Monachis, in quorum hoſpitio defunctus fuerat, famulis etiam contradicentibus, ne ab illa domo moueretur, donec illud poſſent ad ſuum reducere Monaſterium. Illi è contrario, concitata multitudine, rapientes illum de domo illa cum omni apparatu ſuo & luminibus, ad Eccleſiam ſuam deportauerunt, & immenſam quæ offerebatur per triduum pecuniam colligentes, poſt tertium diem ſepelierunt eum. Igitur cùm ad Monaſterium eius hæc nunciata fuiſſent, [4] Vitalis Abbas illuc perrexit, & vt corpus Monachi ſui ſibi redderetur, humiliter rogauit. Sed illi, non Sancti viri dilectione, ſed potiùs amore pecuniarum, quæ quotidiè ad eius vndiquè deferebantur ſepulchrum, nullum reddiderunt reſponſum. Ille ad Epiſcopum [5] Pictauenſem Iſembardum abiit, clamorem ferens de iniuria ablati ſibi corporis Monachi ſui. Epiſcopus, quia inobedientes præceptis ſuis ipſi Monachi fuerant, præcepit eos cum ſuo Abbate ad Synodum ſuam venire, Abbatem etiam Vitalem præcepit adeſſe. Cùm ergo veniſſent, & in Synodo vtrique eorum cauſam dixiſſent: Epiſcopus præcepit Abbatibus, atque Canonicis Nobilibus qui aderant, vt .....

4 Vitalis Abbas.

5 Iſembardus Epiſcopus Pictauenſis.

Hic deſinunt membrana Floriacenſes in hiſtoria vitæ S. Gildæ, cognomine Sapientis.

Porrò per Deum iterum atque iterum obteſtatur Britannos omnes alióſve, qui integram hanc hiſtoriam nacti fuerint, ipſius euulgator Ioannes à Boſco, ne poſteritatem eius lectione diutiùs permittant defraudari.

SANCTI

SANCTI SAMSONIS EPISCOPI ET CONFESSORIS VITA, VNICO LIBRO DESCRIPTA Anonymo, veteri tamen & docto authore: è membranis antiquissimis Floriacensibus, luci fideliter nunc primùm expositа.

E sterili Matre, S. Samson esse concipiendus prædicitur.

CAPVT I.

INTER alia Sancti Samsonis mirifica gesta, illud Miraculum quòd Deus Omnipotens ante conceptionem eius in vtero matris suę, de eò ostendere dignatus est, silendũ non esse puto. Nã pater eiusdem Sancti Samsonis. Demetiano ex genere, Amon nomine, exortus est: & mater eius Anna nomine, de [1] Venetia prouincia quæ proxima est eidem [2] Demetiæ exorta est. Qui nobiles parentes, vnitis consiliis vtrorũ parentum suorum: secundum Omnipotentis Dei dispensationem, Nobiliter coniuncti sunt. Nam parentes eorumdem cõiungum, altrices Regum vtriúsque prouinciæ fuerunt. Et nomina eorum enumerare atque legere, multis vicibus audiui. Sed Amoni Sancti Samsonis patri, Frater fuit Vmbrafel nomine, & Annæ matri eius soror fuit Afrella nomine: boni ambo Fratres, bonæ ambæ sorores, de nobilissimis parentibus progeniti. Sed Vmbrãfel frater Ammonis, Afrellam Annæ sororem

1 *Venetic.*
2 *Demetia.*

rem initio conſilio parentum, vxorem ſibi duxit. Et ipſa Afrella ſorore ſua Anna iunior erat, quæ ante Annam ſororem ſuam, tres filios concepit & peperit. Ammon verò ac vxor eius Anna, iam in deſperatione erãt: eò quòd prolem non habebant, & ab omnibus vicinis & amicis ac parentibus ſuis, Anna quaſi auorſa & ſterilis putabatur, deſperato iam vteri ſui partu. Interim Ammon & Anna contriſtati valde, ieiuniis inhærentes, vigiliis ſe conſtringẽtes, eleemoſynas pauperibus erõgantes, debita debitoribus ſuis relaxantes, tributa ſeruis ſuis leuigantes, vnanimiter plena fide preces Deo Omnipotenti effuderunt: vt auxilium illis de hac ſterilitate præbere dignaretur. Quodam itaque die feſto: dum ad Eccleſiam conuenirent & ibi ſermocinationem inter multos de [3] Librario quodam in longinquam Aquilonis terram habitante, & quamdam * præcationis artem hominibus exercente audirent, quem à multis prouinciis innumera hominum multitudo frequentare conſueuerat, quia omnia quæ illis dicebat, pro certo & ſine dubio eueniebant. Hi itaque, certatim cùm aliis multis ire ad eum deſtinantibus: de eadem Eccleſia ad domum non reuertentes, & de Dei miſericordia confidentes; læti animo, vnanimiter ad eundem magiſtrum interrogandum iter direxerunt. Actúmque eſt vt confecto tanti itineris labore, poſt diem tertium, ad locum vbi ille Librarius habitabat peruenère. Atque ibi magiſtrum illum cum populis multis ſedentem atque de cauſis ſingulis multa diſputantem, & illis quæ futura erant indicantem, reperiunt. Tunc Ammon citò munera attollens, Magiſtrúmque cum ſua vxore ſupplicans, vt ad eorum cauſam diligenter animum ſuum dirigeret, promptus & ſupplex precabatur. At ille aliis cauſis derelictis, pro bonis perſonis ac longinquis viatoribus vt ſilentium fieret, & cauſam illorum cùm ſilentiũ audiret, humiliter indicauit. Et inquiens ait. O filioli, propter quid tanto itinere veniſtis? Cauſam mihi narrate. Apperiente itaque os ſuum Ammone, cum ingenti læti-

[3] *Librarius vir Prophetа.*
* *Predictionis.*

tia compescuit eum magister, dicens. Causam scio aduentus vestri, quia vxor tua huc vsque sterilis fuit. Sed credo, quòd diuina misericordia citò adueniet illi. Tu verò fac virgam argenteam secundum vxoris tuæ longitudinis mensuram, & da pro anima illius & tua in eleemosinam: Et Deinde Deus Omnipotens resuscitabit vobis semen secundum voluntatem suam, & secundum desiderium vestrum. Quo audito Ammon hilariter respondens dixit. Tres virgas argenteas coæquantes sibi dabo, videns autem magister intellectum & prudentiam viri, manere eos apud se in hospitium fecit.

Angelus mulieri apparet.

CAPVT II.

CVmque post lassitudinem viæ, se sopori dedissent: mulieri Annæ quiescenti, Angelus à Domino missus est, inquiens. O mulier firma in fide & stabilis in Dei dilectione, perseuerans in bono opere, in prece felix es, felixque vterus tuus, feliciórque erit fructus vteri tui [1]. Ecce enim Deo iubente filium habebis, & Samsonem nomen illi vocabis. Et quem tu paries: ille filius Dei erit. Tremebunda itaque mulier, necnon & læta nimietate visionis, & pro fulgore Angeli sibi adstantis, & pro verecundia, vt est moris bonarum fœminarum, nihil respondere poterat. Ad quam Angelus leniter fatur inquiens. Ne timeas bona mulier neque diffidas. Dominus enim cõfortari dignabitur mœroré tum, & lachrymæ tuæ vertentur in gaudium: quia lachrymæ dum veniam postulant, citò misericordiam promerentur. Et tuæ lachrymæ misericordiam Dei meruerunt, & fidem huius rei mane habebis per magistrum ad quem venisti. Et cum hoc dixisset Angelus, enanuit, Expergefacta itaque mulier à somno, cuncta quæ viderat & audierat per ordinem viro suo replicauit. Gaudentibus autem illis, & inuicem tractantibus: reciproca lux affuit diei. Cúmque

[1] *Scilicet gratia adoptionis, non natura vnitate quomodo Christus.*

Digitized by Google

que illi pro itineris prolixitate, manè surgerent:& ve-
« stimenta induerent:magister affuit dicens. O fœmina
« bona es, beatúsque vterus tuus , sed beatior erit fru-
« ctus ventris tui : mihi enim hac nocte Dominus digna-
« tus est reuelare de te,& de tua prole.Nam primus par-
« tus tuus , summus à Deo sacerdos destinatus est:& vt
« hunc pepereris Samsonem vocabis.Et postea legitimo
« tempore trades eum disciplinis discendis. Hic erit Dei
« altissimi sacerdos,multis gentibus profuturus. Benedi-
ctisque illis , abierunt domum cùm lætitia & exulta-
tione,& sine mora promissio Dei adest.

S. Samson nascitur , & Scholis traditur.

CAPVT III.

ITaque mater cùm viro suo dormiens , concepit in vtero suo filium Ouánsque, vsque ad tempus à Deo destinatum portabat illum. Sed tempus adfuit partus, & illa peperit filium suum primogenitum , iam à Deo Omnipotente electum atque Benedictum.Et cum om-nes vicini eorum hoc audiissent, gratias Deo referen-
« tes gauisi sunt gaudio magno dicentes.Benedictus Do-
« minus Deus noster, qui suam misericordiam vobis lar-
« giri dignatus est. Nutrito itaque Nobiliter filio,& No-
bili ritu Baptisato secundum Nobilitatem Patrum,no-
men quòd Angelus indicauerat ei impositum est. Et erat mater eius die ac nocte satagens, ne pars Deo de-stinata ac multis profutura , vllo modo pollueretur.Et si illa in hoc satagebat , magis erat sollicitudo diuinæ Prouidentiæ de eo,quæ illum antequam fieret,denun-ciauerat. Interim iuuenilis ætas iam discendi atque scribendi artem desiderabat , quòd postea veritatis probauit euentus. Nam cum esset annorum circiter quinque, ille solus tota mentis auiditate scholam adi-re voluit. Sed pater eius renuebat illum esse cleri-cum , magis cupiens militem esse terrenum : vt adeò conflictus indesinens inter ambos parentes , nocte ac die fieret. Illa cupiebat militem esse cælestem , illo

desiderabat esse terrenum. Sed dum hæc conflictio inter illos erat : quadam nocte. Ammoni in lecto dormienti , cælestis increpatio adest dicens: O Ammon , quare partem mihi destinatam , à me » prohibere cupis? Cito ergo si hoc facere non desie- » ris , vindictam de hac re inuenies. Aminon verò tan- » tæ visionis admiratione à somno expergefactus ad terrámque consternatus , & timore ingenti constrictus: penitudinem facti sui gerens, nihil ampliùs contra Dei voluntatem de filio suo acturum se confirmabat. Illico verò , illo die Ammon sine vlla mora filiũ suum duci ad scholam compulit,dicens:Non moremur filium » nostrum,immò potiùs Dei,ad scholam duci. Nã Deus » cum illo est,& nihil contra Dominum agere debemus. Et cuncta quæ viderat ille nocte de illo , suæ coniugi replicauit.Illa verò ouans, toto cordis affectu magnificabat Dominum in cunctis beneficiis suis : quæ misericorditer præstitit illis. Atque eadem hora similiter surgentes,ad scholam filium suum,ad egregium magistrum Britannorum qui [1] Hildutus vocabatur , ducere perrexerunt. Et ipse Hildutus discipulus sancti [2] Germani erat, ipséque Germanus ordinauit eum in sua iuuentute,ad gradum presbyteratus. Ille verò Hildutus de totis scripturis Veteris ac Noui Testamenti , & in omni Philosophiæ genere ac Metricæ & Rethoricæ disciplinis doctus erat:Scripturæ vniuersæ peritissimus, acfuturorum præcius.

1 *Hildutus Doctor.*

2 *S. Germanus.*

Mira indoles & pietas S. Samsonis.

CAPVT IIII.

HIc itaque Sanctus Hildutus , cùm electum Dei Samsonem oculis vidisset:ac de manu suæ matris cum donariis quæ cum illo parentes eius adportauerant secundum morem recepisset:atque amanter illum deoscularetur , respiciens in cælum & benedicens ei: ita sermonem exorsus est dicens:Gratias agimus Deo » Omnipotenti,qui luminare hoc nobis indignis , nostra » de

« de gente in terra accendere dignatus est. En Augustum
« nostræ regionis caput. En Pontifex summus multis ci-
« tra vltráque mare profuturus. En egregius omnium
« Britannorum sacerdos. En doctor post Apostolos om-
« nium Ecclesiarum peritissimus. Hic erit sanctus pius &
« Ecclesiasticus. Hæc audientes parentes eius, plus de eo audire voluerunt, rogantes humiliter vt plus reuelaret. Sanctus vero Hildutus ita responsum reddidit dicens:
« Non meum hoc dicere vobis, nec vestrum est à me in-
« terrogare. Quid plura? parentes reuersi sunt, & ille cum supradicto magistro remansit. Nullus more infantum post matrem patremve erat fletus, sed quasi à suis primis cunabulis ibi nutriretur, delectabiliter mansit. Mirum in modum sub vna eadémque die vicenas aleas, thesseráisque agnouit totas: nec opus ei fuit ampliùs demonstrare, Et quod est mirabilius his omnibus, in vna hebdomada omnium literarum distinctiones, prouerbiorum coniunctiones, Deo reuelante potuit intelligere. Nam in legendo ita tenuis erat sensus eius, tantum quantum humana mens capere vix potest. Cùm enim esset annorum circiter quindecim, ieiuniis frequentissimis & vigiliis prolixioribus, præ omnibus fratribus ibidem habitantibus se exercebat. Itavt super positiones, sæpè & biduanas ieiunij facere contenderet: prohibente illum prudentissimo magistro, ac dicente: Non conue-
« nit fili vt corpusculum adhuc iuuenili ætate florens,
« intemperatis frangatur ieiuniis. In altioribus autem scripturarum intelligẽtiis tàm acutus erat sensus eius, vt plus in spiritalibus documentis, quàm quæ ei à supradicto magistro insinuabantur, inquireret. Quadam itaque die dum colloquium inter sese haberent ille & magister suus: In incertam inciderunt quæstionem, & cunctos contractus Veteris ac Noui Testamenti diligenter perscrutantes, explanationem eius nullatenùs reperire potuerunt. Quo facto destinauit sanctus Samson intra semetipsum, ieiuniis ac vigiliis orationibúsque incumbere, quoad explanationẽ huius quæ-

stionis, Deus illi monstrare dignaretur. Tertia demùm nocte, assistere sibi lucem cælitùs emissam vidit, ac leniter ei dicentem. Ne amplius fatigeris electe Dei. » Ecce enim non solum resolutionem huius quæstionis » pro qua laborasti consequêris, sed quæcunque à Deo » per orationem & ieiunium petieris, exigentibus tuis » meritis adepturus es. Tùm sanctus Samson Deo Om- » nipotenti gratias referens, lætus admodum, suo magistro quietè replicauit.

Sanctus Samson adeundo Regem Francorum, cæco visum restituit.

CAPVT IIII.

QVodam itaque die, multi innumerabiles ex diuersis partibus conuenerunt ad locum vbi erat sanctus Samson, & ille qualitatem Prouinciæ requirebat ab eis. Et vnus prudentior cæteris, respondit ei dicens. Homines prouinciæ huius magnum mœrorem » habent. Et ille causam percunctatus est. At vir ille ait. »
1 *Ionas Rex.* Imperatorem dignissimum[1] Ionam filium [2] Riadam »
2 *Riadas Rex.* habebamus, & vnus Dux nequissimus nomine [3] Com- »
3 *Commorus Dux.* morus dolo interfecit eum. Ac deinde pro illo fœ- »
dissima dominatione, in hac regione dominatur. Sed »
magis dolent de filio Ionæ [4] Induualo nomine, qui »
4 *Indualus Rex.* post mortem patris sui, ante Commorum virum ne- »
quissimum, in Franciam fugiit. Tunc sanctus Samson »
hoc admirans, & verum esse sicut vir ei dixerat inuestigans: cogitauit in Franciam ire: & sic per dispensa-
5 *Hildebertus Rex.* tionem Dei, misericordia motus adire Regem [5] Hildebertum destinauit, commitante eum eo semper in omnibus Christo. Et dum in illo itinere ambularet, semper virtutes multas faciebat: itave fama illius antequam ad palatium perueniret, exiret, adeò vt multi quibus mens senior erat, ante aduentum eius iam videre eum desiderarent. Illo enim die quo ad Regiam applicuit, antequam ad palatium veniret: Quidam cœcus sancti Samsonis meritorum ignarus, Duce præ-

eunte

éúnte in via,comperit Beatum Samſoné hymnos ante ſe decantantem.Tumille cœcus Spiritu ſancto accenſus, ſuauitatem hymnorum audiens, voce flebili deprecatur:vt ipſi perditum reſtitueret lumen. Sanctus verò Samſon miſerum illum, inter aſperas vias,intérque iacentia ſaxa nõ patiebatur dubio amplius oberrare greſſu. Beatus autem,interno mentis obtutu cœlorum myſteria penetrans, quamlibet cœcus ille in precibus garrula oratione perſiſteret [6], ſacrum officium non deſtitit perficere. Interea cum ſacramentum foret impletum, quaſi vox tumultuaria hactenus non fuiſſet obaudita:ſanctus Samſon digitos ſuos ſuper oculos eius impoſuit. Hoc igitur potitus dono, clauſis vir cœpit palpitare luminibus : leuatíſque ſcammis,protinus cœcitate depulſa,luce recepta,obſcurá lumina ſanantur.

6 *Horá Canonica.*

S. Samſon ſerpentem fugat.

CAPVT V.

TVnc Rex hæc verba atque miracula audiens,placere Sancto Samſoni volens, & virtutem de eo fieri deſiderans, ac verba de ore eius audire cupiens, atque auidiùs magis ac magis illum diligens, & in amore eius ſemper ardens, atque omnia bona ei promittens,& in colloquio illius ardentet ouans, & in faciem eius ſemper reſpiciens, gratiam Dei in eo fieri credens, Dominúmque cum eo vbique ambulare non dubitans,ac de ſupradicto Induualo bona promittens: " ſupplex ac leniter precabatur,dicens:Ingentem, electe " Dei,habemus quærelam. Eſt enim malus ſerpens dirus " valdè, magnam partem de noſtra terra deuaſtans. Au- " diuimus verò de te,multis vicibus iam victorem fuiſſe " in ſimili cauſa. Et nos volumus, ſi tibi contrarium non " eſt, vt expellas illum à loco in quo eſt. Et ſi Deus tuus " in hoc tibi victoriam dederit, nos illám terram cum " ſiluis, & pratis,& paſcuis,vineíſque,cum aquarum de-

curſibus, tibi in hæreditatem perpetuam indubitanter » conſecrabimus. Tunc Sanctus Samſon, in Dei Omni- » potentis virtute fretus, hilari vultu, interrogauit eum, dicens: Quo nomine vocatur ille locus, in quo ille » ſerpens malignus ac dirus, terram deuaſtans ac homi- » nes necans habitat? Tunc Rex ait illi: Si tu victor fueris » de illo ſerpente, nomen illi loco impones. Et quod- » cumque nomen illi impones, illud erit nomen eius » vſque in ſempiternum. Sanctus verò Samſon hoc au- » diens, reſpondens, Regi dixit: Vos omnes vnà nobiſ- » cum venite, & de illo ſerpente, ſicut deſideratis, mira- » bilia Dei Omnipotentis ſine dubio videbitis. Et illi » omnes vnà cum Rege dixerunt: Antecede nos, electe » Dei, & nos inſequemur veſtigia tua. Et vnum comper- » tum poſuerunt ante illum fidentem in Dominum, itineris cognitione fretum. Et Sanctus Samſon inſequutus eſt eum, & diſcipuli ſui poſt eum, & poſt diſcipulos, Rex vnà cum Comitibus, ac Ducibus ſuis, cum reliquis populis ſimul, & cum fœminis ambulabat. Factum eſt autem, vt tandem peruenirent ad horrendum illud antrum, in quo ſerpens erat, ex quo de capite ſerpentis fumus aſcendebat. Quo viſo, Sanctus Samſon Regi ac aliis inſequentibus dixit: Conſtantes eſto- » te, & hûc ſtate expectantes me, donec cum victoria re- » uertar ad vos. Manentibus autem illis, ipſe intrepidè, » Deo comite, ad oſtium terribilis antri peruenit. Ibique genua ad terram flectens, ex toto corde orationem fundens, totáque fide Dominum victorem omnium petens, ſerpente ad extremitatem ſpeluncæ fugiente, eleuata voce clamauit, dicens: In nomine Chriſti Filij » Dei victoris inimici, præcipio tibi ne tardaueris foras » venire. Et ille ſerpens ſtatim, videntibus omnibus ibi » aſtantibus, toto corde tremens, inclinato ad terram capite, mitiſſimè foras egrediebatur. Tunc Sanctus Samſon ſtolam ſuam circa collum eius poſuit, & iuxta ſe trahebat eum: & ſemita illius in terra fumans ardebat. S. verò Samſon ad ſuperuerticem cuiuſdam montis ſo-
Pſalm. 26. 1. litum Pſalmum decantans, qui eſt: *Dominus illuminatio*

mea,

mea,& ſalus mea,quem timebo? Dominus protector vitæ mea,à quo trepidabo? cum eo aſcendit. Et exinde imperauit ei,dicens, vt vltra quoddam flumen exiret, quod prope erat, & nunquam exinde vlli creaturæ noceret. Et ille ſerpens ſine mora, videntibus omnibus, trans flumen petiit deſertum. Et exinde nuſquam comparuit.

« Tunc Rex Childebertus eleuata voce dixit: Magnus
« eſt Deus Chriſtianorum, qui innumeras virtutes per
« ſeruos ſuos operatur. Cui ſubdita ſunt omnia in cœlo
« & in terra, cui feræ colla ſubmittunt, alites famulantur.

S. Samſon, venenum Crucis ſigno diſſipat.

CAPVT VI.

REgreſſis cunctis in palatium, tempus prãdij affuit, & ille ad menſam, vnà cum Rege ſedere compellitur. Sed cùm ille ab omnibus miro affectu diligeretur, à Regina ſola magno odio habebatur, quæ Indualum valdè amabat. Hæc enim volebat Sanctum Samſonem arte aliqua magica extinguere, ob quod venenum ei in vitro miſcere fecit: eique vnà cum Rege ſedenti, per ſuum miniſtrum dari præcepit. Recipiente itaquè Rege ſuum potum, miniſter ille vitrum plenum veneno mixtum, Sancto Samſoni attulit. Tùm ille diuinitùs inſpiratus, in vitrum poſitum in manu tenentis, in quo venenum poſitum erat, ſignum Crucis impoſuit, & vitrum ſtatim in quatuor partes diuiſum eſt. Et veneno effuſo, manus tenentis, videntibus cunctis, vſque ad oſſa crepuit. Sanctus verò Samſon humiliter dixit:

« O frater, indecens eſt hoc poculum homini ad bi-
« bendum dare. Interim periclitabatur ille miniſter, qui poculum ei porrexiſſet: ita vt nullo modo ſtare poſſet, ſed amarè fleret. Sanctus verò Samſon miniſtro flenti

« dixit: Amice, noli flere, ſi Deo placuerit, ſanus & in-
« columis eris. Statímque impoſito ſolito Crucis ſignaculo in manu læſi, coram Rege & multis aliis aſtantibus, ſanus factus eſt.

S. Samson, ferocem equum, Crucis signo domat, & leonem enecat.

CAPVT VII.

HOnorante itaquè illum Rege, & aliis ibi astantibus, eum adorantibus: Regina perseuerabat contra eum in malitia sua. Et factum est, cùm Rege concedente, ad locum vbi Induualus erat, Sanctus Samson ire vellet. Regina illa equum furiosum indomitúmque, ad ducendum eum, de grege adduci iussit. Quo viso, Sanctus Samson signum Crucis in faciem eius imposuit, & sella desuper imposita, ipse super eum sedit. Ita, tàm mitis equus & tremens erat, vt vix pedem mouere, vel progredi auderet, mitigante illum Christo sub suo electo, qui omnia regit & conseruat. Tunc timor inuasit omnes, ita vt vna voce dicerent: Verè hic homo » electus Dei est. Illud quoque miraculum, quod ante » eum in illa hora in porta euenit, silendum non est. Nam cùm ille progrediebatur, & equus sub illo mitissimè ambularet. Regina pernicioſa perseuerans in sua malitia, Sanctum Samsonem consummare & extinguere cupiens, trucem ad iracundiam, furibundúmque à suis custodibus prouocare, atque in portam dissolutum obuiam ei, quasi nescientibus illis, adduci mandauit leonem. Progrediente itaque Sancto Samsone, cum solitis armis ante suos comites: Leo trux & furibundus videns eum recto cursu atque intrepido venientem, mutata ferocitate, ac Deo pro suo electo mitigante, quasi ictum in oculis excepisset, in fugam se velociter dedit. Tunc Sanctus ille valdè turbatus, omnium quæ gesta erant conscius: solitis iaculis de Diuinis sententiis post bestiam sub Christi nominis inuocatione, quasi spiritali fundibulo vocem emittens, ita dixit: Impero » tibi in nomine Iesu Christi, qui dedit nobis potestatem » calcandi super vos, & super consimiles vestros, vt terror tuus ab hodierno die nunquam crescat in humano » genere: sed præsentibus his omnibus, velociter expi- » res. Vt sciant hi & intelligant, quòd Christus, quem »

confitemur,inuictus est.Et inter omnia,& super omnia victor est,in cœlo & in terra.Completa itaquè oratione,cunctis videntibus, leo crudelis ac furibundus præcipitauit se, atque ex illa hora extinctus est. Tunc hi omnes similiter hoc videntes, timore arrepti ceciderunt ad pedes Sancti Samsonis,atque omnia secundùm voluntatem suam promiserunt ei facere. Ac ne vltrà iniuriam pateretur, Induualum supradictum tradide-
« runt ei,dicentes : Accipe illum quem quæris. Et si plus
« desideras,citò inuenies. Tunc Sanctus Samson hilariter
« dixit:Gloria Omnipotenti Deo,eiúsque Vnigenito Fi-
« lio,vnà cum Spiritu Sancto : qui in Trinitate perfecta,
« & maiestatis vnitate adoratur & colitur, & ex corde
« perfecto indeficienter magnificatur atque laudatur.
« Quis enim mortalium, Dominum perfectè aut con-
« dignè laudare, aut magnificare valet,quantum debet?

Horrendus Reginæ interitus.

CAPVT VIII.

REx verò Hildebertus Sanctum Samsonem velut Angelum venerans,totum agrum illum à serpente vastatum, sicut iam superiùs promisit, tradidit ei in hæreditatem perpetuam.Rogauerúntque illum omnes, vt in eo Missam celebraret, antequam ad agros sibi commendatos dispergerentur. Et ille voluntariè acquieuit.Illi verò certatim descendebant ad Missam audiendam. Et ille ante eos in antrum horribile, in quo serpens fuerat, antecedit : & ibi posito altari, Missam celebrauit. Sed Regina in sua malicia perseuerans, ad altare collum vertit, Sancti Samsonis orationem contemnens : & interim sine mora, Diuina vindicta ei adfuit. Nam cùm ad *Agnus Dei* ventum est, oculi Reginæ de capite suo euulsi sunt, & super petram ante pedes eius ceciderunt : ac totus eius sanguis per locum oculorum foras emanauit. Móxque videntibus omnibus ita astantibus,antequàm S.Samson vltimam Collectam com

compleret, fœdissima morte defuncta est. Sanctus verò
1 *Penetale.* Samson nomen loci illius 1 Penetale vocauit: & à Rege postulauit, vt Monasterium ibi iussu illius ædificaretur. Et ille spontaneè permisit. Tunc Sanctus Samson discipulos ibi relinquens, ad palatium cum Rege, vnde venerant, iter arripuit. Atque illo in itinere, multos ægros diuersis infirmitatibus detentos, pristinæ restituit sanitati. Quæ si per singula miracula replicamus, ad excessum ducimur antequàm perficiamus. Sermo enim eius charitate erat plenus. Quis enim vnquam eloquium eius suauissimum audiens, satiari potuit de his, quæ ex sermonis eius dulcedine proferebantur? Sed quis vultum eius sanctitatis imaginem præferentem respiciens, non magis videndi eum sæpiùs desiderium sumeret? Nam in toto tempore vitæ suæ, abstinentiæ regulam, quam in principio arripuerat, nunquam mutauit: extitit enim illis temporibus, Angelicam in terris agens vitam. Sanctus verò Samson illud Monasterium in loco serpentis constructum, cui Penetale est vocabulum, loco primo à se anteà constructo, cuius nomen est Dol, licentia & permissione Imperatoris Childeberti, in subiectionem vsque in perpetuum commendauit.

Auium strepitum, mirabiliter sanctus Samson compescit.

CAPVT IX.

ALiud quoque miraculum, quod de virtute sancti Samsonis euenit replicandum est. Monasterium eius propè mare est: & ille querelam habebat, eo quod diuersæ aues innumerabiles circa Monasterium ex vtraque parte, Id est Anseres fuluæ & albicantes conueniebant, quæ molestiam illi ac aliis fratribus inferebant: itavt aliquis verbum alterius, propter sonos diuersos vix audire poterat. Sanctus vero Samson quadam die quando non putabatur, virgam

in

Digitized by Google

in manu tenens perrexit inter paludes, vbi diuerſæ
« aues morabantur: & eleuata voce dixit. In nomine
« Chriſti filij Dei qui me ad hunc locum inuitauit per
« gratiam ſuam, præcipio vobis vt ante me pergatis ad
« Monaſterium in quo nunc vſque moleſtiam feciſtis,&
« nulla ex vobis in altũ alas extendere poſſit. Ita illæ tá
diuerſæ aues ante eum in vno grege congregatæ ſunt,
vt in Monaſterium quaſi aues domitæ intrarent,& ibi
quaſi in cuſtodia vſque in craſtinum diem reſeruatæ
ſunt. Sed in illa nocte vulpes caſu inter illas aues in-
trauit,& vnam ſecum tulit: ſed mirum in modum de-
uorare non potuit. In cra[illegible]na enim die circa horam
diei tertiam, poſt orationes completas ſanctus Sam-
ſon ad locum in quo diuerſæ aues quaſi in cuſtodia
erant clauſæ perrexit, & conſiderans aliquam ex eis
« deeſſe,dixit. Domine qui creaſti me,quod furatum eſt
« reſtitue. Et ſine mora vulpes auem illæſam in ore de-
portans, & inter alias aues dimittens apparuit. Tunc
« ſanctus Samſon auibus dixit. Si vultis mihi promitte-
« re numquam moleſtiam in hoc Monaſterium inferre,
« ego dimittam vos in pace. Et illæ extendentes alas
quaſi fidem verbo promittentes, rugitum ſimiliter de-
derunt. Statimque cum magno ſilentio in diuerſa loca
perrexerunt. Et ex illa die illaque hora, in tota terra
ad illud Monaſterium pertinente,de illa generatione,
nunc vſque nulla auis deſcendit. Et hoc miraculum in
tota Franciæ innotuit.

Fontem S. Samſon emanare è petra facit.

CAPVT X.

QVodam etiam tempore, quod ſancto Samſon[i] contigit dum in memoria adeſt, ſilendum non eſſe puto. Quadam igitur vice de palatio Regis Chil-
deberti, ad Penetale Monaſterium regrediebatur ſan-
ctus Samſon. Qui ſanctum Germanum in ſuo Mona-
ſterio habitantem, & cum vindemiatoribus ſuis in
vinea

vinea ſtantem reperit:& ſe inuicem oſculantes,gratias Deo referebant. Germanus lætabatur de aduentu S. Samſonis, & ſanctus Samſon lætus erat pro inuentione ſancti Germani. Tunc ſanctus Germanus ſuppliciter rogabat, vt illo die ſanctus Samſon cum illo maneret. Ille refellebat pro quantitate itineris, víxque compelli potuit, vt cum eo aliquid ſibi ſumeret. Factúmque eſt dum prandium pararetur, aqua ad lauandum defuit. Tunc Samſon interrogauit dicens, Quare tardatis, cum dies magis declinat? Germanus » vero erubeſcens ait. Sancte Samſon magnam quære- » lam pro penuria aquæ habemus. Samſon vero ait. Si » aqua in prope non eſt, Dominum creatorem omnium » inuocate,vt ſicut Iſraëlitico populo ſiti deficienti de » petra inſuper verticem montis Oreb, aquam tribuere » dignatus: ita modo meritis veſtris, fontem aquæ in » perpertuum manantem reddere,dignetur. Et hæc di- » cens baculum in manu tenens,virtute Dei fretus,per-
rexit ad Petram latam quæ iuxta torçular erat: & tetigit eam cuſpide baculi ſui: quæ ſine mora coram cunctis fratribus, fontem largiſſimum, virtute Dei & ſancti Samſonis merito reddidit, qui vſque hodie largiſſimo riuo fluit. Ille verò, qui ad aquam deportandam in longinquo exierat: ad portam Monaſterij adpropinquans,riuum largiſſimum ad Monaſteriũ fluentem vidit. Et admirans dixit. Domine Deus quid eſt „ hoc? Ecce modo aqua largiter, decurrit, vndè num- » quam fuit. Et in Monaſterium intrans,fontem lucidiſ- » ſimum de petra manantem videns, aquam quam deportauerat in terram effundens, cum cæteris fratribus gratias Deo de hoc grandi miraculo referentibus, & honorem ſancto Samſoni certatim exibentibus, inclinans ſe ad terram, Dominum omnium bonorum largitorem benedicebat. Tunc omnes gratias Deo referentes, cibum vnà recipientes, magis de aqua illius noui fontis bibere, quam de vino ſolito delectabantur.Et poſt refectionem,ſanctum Samſonem vt ibi illa nocte maneret cogebant dicentes. Abba pater eſto „
nobiſcum

Digitized by Google

« nobiscum hac nocte,& mane proficiscêris in pace. Et
ille ne contristarentur fratres sic fecit.

Permutatio ceræ cum vino,à sanctis fit.

CAPVT XI.

TVnc Germanus sanctum Samsonem percunctabatur de qualitate Monasterij, scire cupiens de quibus rebus abundaret, aut de qua penuria vrgere-
« tur. Et sanctus Samson respondit ei dicens. Nostrum
« Monasterium vinum non habet, sed cera abundanter
« vtitur.Et ille ait.Valde necessaria est cera in Monaste-
« rio ad luminaria incendenda. Sanctus vero Samson vicissim eum interrogauit, quibus rebus Monasterium
« eius abundaret. Et ille ait. Vineæ plurimæ fructibus
« fertilissimæ, huic sunt Monasterio. Tunc inito consilio, inter se condictum fuit, vt in vno quoque anno extunc vsque in sempiternum, decima pars vini de Monasterio sancti Germani ad Monasterium sancti Samsonis quod vocatur Penetale redderetur. Quod ita factum est, Postea multis annis labentibus, fratres de Monasterio Penetali cum cera sicut mos erat, ad Monasterium sancti Germani vt decimam partem vini reciperent,perrexerunt.Et clerici Monasterij sancti
« Germani,illis dixerunt. Ite cum cera vestra,nos vino
« nostro indigemus:& exhinc dare vobis nolumus. Illi vero reuertentes, nihil secum portantes, dixerunt.
« Sanctus Samson & sanctus Germanus iudices sint in-
« ter nos.Secundus annus venit,& nihil in vineis inuentum est, nisi decima pars quæ antea fratribus sancti Samsonis dabatur. Illi statim causam penuriæ intelligentes, & fratres sancti Samsonis inuitantes: & totum quod in vineis inuenerunt illis reddentes, dixe-
« runt ceram ab eis accipientes: Orate sanctum Sam-
« sonem pro nobis, ne hæc causa à Deo Omnipotente
« imputetur nobis in culpam. Et ex hodierna die vsque
« in perpetuum, sicut inter sanctos Samsonem & Ger-
« manum condictum fuit,& vos & successores vestri

post

poſt vos,decimam vini recipite ſine vlla mutatione, & nos decimam ceræ & ſucceſſores noſtri poſt nos,à vobis recipiemus:& ſic vſque nunc peragitur.Tertio vero anno adueniente,tanta vbertas vinearum affuit : vt totum quod ſecundo anno defuerat , & quod in illo preſente recipiendum erat,modum excederet. Ita in vno anno receperunt,quod ante defuerat.

Comitiſſam nequam, S. Samſon caſtigat.

CAPVT XII.

1 *Comes Frotgerius.*

ILlo in tempore , erat quidem vir Comes Dúxque nomine [1] Frotgerius,qui vxorem malignam & multas diuitias habebat. Hic quadam vice vxorem ſuam cum familia ſua relinquens , ad Palatium perrexit : & ipſorum ſubulcus , porcos ſuos cotidie paſcendos in prata S.Samſonis ponebat. Cui ſanctus Samſon dixit. Ecce porci tui, roſtris ſuis prata mea ſubuertunt , ſed rogo,ne ex hac hora facias. Et ille ſuggeſtioni Dominæ ſuæ , quæ ſemper ſancto Samſoni inuidioſa erat, contra mutire non audens : altera die porcos in prata dimiſit.Hoc ſanctus videns,eleuata manu eos benedicens , ſtatim omnes porci in hircos , & omnes ſuos in Capras conuerſi ſunt:ita vt omnes vna voce dicerent. Verè hic homo verbo ſuo omnia poteſt , & nihil ei impoſſibile eſt. Illa mulier inuidioſa ad Monaſterium pergens , nullam [2] mulierem in baſilicam ſancti Samſonis intrare audiens , & duas ancillas ſuas tàm volentes quàm nolentes , in baſilicam eius ante ſe introire compellens, & illas illæſas de Eccleſia reuerti videns:illa poſtremo de æquo deſcendens , non cauſa orationis,ſed pro contumelia ſancti Samſonis,dùm in Eccleſiam intrare volebat:ſuper petram marmoream ſicut nix fulgentem , quæ ante limen iacet Eccleſiæ, ſolo proſtrata eſt : & ſtatim oculi de capite ſuo ſuper petram ceciderunt , & ſanguis eorum qui ſuper petram cecidit, ſic vſque hodie indeletus apparet. Co-

2 *Mulieres in Monaſterium S. Samſonis non ingrediuntur.*

nes

mes verò de palatio reuertens, & causam commutationis pecorum in aliam effigiem inuestigans, mulierem suam excæcatam considerans, cum multis donariis & plurimis in distributione æterna culturis, ad oratorium sancti Samsonis, vxoris suæ oculos restitui humili supplicatione postulans: volens nolénsque peruenit. Tunc sanctus Samson misericordia motus, omnia quæ attulerat suscipiens, maximè pro amore Christi, digito suo loca oculorum tangens. Illam quæ excæcata venerat, illuminatam viro reddidit, porcis manentibus in diuersis naturis, sicut illis contigerat. Et hoc miraculum, in tota illa regione diuulgatum est.

S. Samson Diuinitùs consecratur Episcopus.

CAPVT XIII.

FActum est ergo dum hæc homines mirarentur, vt dies festus adueniret, in quo Episcopi necesse habebant in illud Monasterium conuenire, ad ordinationem Episcopi, sicut mos est. Et ille sanctus Samson, nocte illius diei festi, admirabilem vidit visionem, & à candidissimis turbis circumseptari se, & tres Episcopos egregios diadematibus aureis in capite ornatos, atque infulis pulcherrimis indutos in faciem sibi assistere conspexit: paritérque cum illis ingredi Ecclesiam orationis causa compellentes. Ingressus itaque Ecclesiam, vt ipse postea narrabat, quibus nominibus hi tres vocabantur sedulè humilitérque percunctabatur. Et hoc responsum ab eis recepit. Petrum & Iacobum fratrem Domini, & Ioannem esse Euangelistam. Causam vero adueniendi eos fuisse à Domino Iesu Christo, ad corroborandum eum in Sacerdotio summum Sacerdotem. Et cum hunc more Episcopali benedixissent, abierunt. Et ipse euigilans, gratias Deo referens, expectabat aduentum rei. Et cum veniissent Episcopi qui ad ordinationem veniebant, duos ad ordinandum deducentes secum [1], tertium secundum morem antiquitus traditum, ordinare volentes,

[1] *Olim simul tres Episcopi, in quibusdam locis ordinabantur.*

sed quis adhuc esset ignorantes, vt mos ibi est à tribus Episcopis tres ordinari. Nocte insecuta, adest Angelus Dei, ad [2] Dubritium Pontificem dicens. Scitote quia sanctus Samson à vobis in tertium ordinandus est. Sanctus vero Dubritius præ gaudio huius Angelicæ collocutionis euigilans, atque omnia quæ vidisset enarrans: dixit eis. Sanctus Samson, in ordine erit nobis tertius. Tunc hi omnes sine vlla ambiguitate, Episcopum eum fieri indubitanter confirmarunt: atque cum aliis duobus in ordinem Episcopalem, pro fidei firmitate statuerunt. Sed sedente illo in cathedram condignam, omnes qui ibi astabant viderunt columbam super eum cælitùs emissam, vicem consuetam reddentem, atque super caput eius tamdiu immobiliter stantem, quoad totum officium completum est.

[2] *Dubritius Episcopus.*

Res mira.

Celebrante autem illo eodem die Missarum solemnia corã omnibus, visum est Dubritio Episcopo & aliis duobus Monachis, igné de ore ac naribus ipsius emanare: atque quod est mirabilius, ex illo eodémque die vsque ad fœlicem vitæ suç finem; quando Missarum solénia agebat, Angeli Dei ministri ei semper adstabant. Atque illo solo vidente, Sacrificium cum ipso manibus suis frangebant. Sed hoc miraculum videns, alicui reuelare nolebat nisi fidelissimis suis secretè, contestãs eis, ne in tota vita sua alicui hominum reuelarent.

Glorioso fine, S. Samson ex hoc mundo emigrat.

CAPVT XIIII.

INteruallo autem facto, longo vetustatis senio fessus cum diem transmigrationis imminere sibi sentiret: conuocatis ad se fratribus dixit. Consideremus fratres quid sumus, & quid erimus. Quid sumus nisi homines? Et vnde homines nisi de humo? & quid humus nisi puluis & cinis? Et quid erimus, nisi quod dictum est. *Cum apparuerit Christus similes ei erimus*, hoc est in æternitate & in immortalitate. Ideo abnegemus quod sumus, & incipiamus esse quod non sumus, Christo attestante

Coloss. 3. 4.

« teſtante qui ait. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemet-* *Luc.* 23.9.
« *ipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Ergo,
« omne bonum in ſummo Deo ſperandum eſt. Ideò co-
« gitemus ſemper vltimum noſtri obitus diem, ornemus
« finem noſtrum, componamus vitam noſtram: Et quan-
« tum incerti ſumus de die noſtri obitus, tantum parati
« ſimus in expectatione illius. Vt quandocumque vene-
« rit, euigilet fides noſtra, vigilantiæ præmium de Domi-
« no receptura. Conſideremus ac penſemus quàm di-
« ſtrictus venturus eſt Iudex noſter: qui non ſolum ope-
« rum, ſed cogitationum exactor apparebit. Sed ego
« precor Dominum, vt ad bonum faciendum creſcere
« vos faciat, & ſemper in melius proficere: Et qui dedit
« vobis initium conuerſionis, ipſe tribuere dignetur
« perſeuerantiam actionis. Quia omne opus in fine con-
« ſiſtit. Non laceſcat mens veſtra, non turbetur cor
« veſtrum: viriliter agite, & omnia veſtra in charita-
« te fiant. Laborate in quantum poteſtis, quia non
« poteſtis quantum debetis. Ergo optandum eſt no-
« bis, cum ſumma intentione ad cæleſte regnum feſtina-
« re: in quo vocem deſiderabilem audire mereamur, de-
« qua Dominus. *Venite Benedicti patris mei: percipite* *Mat.* 25.34.
« *regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* Bene
valeatis, Chriſto placeatis cui famulamini. His dictis,
& fratribus prælato conſtituto: læto animo curſu vitæ
ſuæ impleto, completis omnibus virtutibus quas Do-
minus per illum operari dignatus eſt, longo vetuſtatis
ſenio feſſus, fœlici remeatu dolentibus & lugentibus
omnibus diſcipulis monachiſque cunctis ac famulis
lachrymas vna effundentibus, & ad terram ſe ſimiliter
proſternentibus: beatam animam quinto Kalend. Au-
guſti cum beatis meritis quæ in hoc ſeculo pro nimio
labore promeruit: impletis [1] centum viginti Annis, ad
cæleſte regnum tradidit in manus Angelorum. Cuius
corpuſculum in Monaſterio Doli Penetali, ſub ſpe fu-
turæ reſurrectionis poſitum eſt. In quo loco meritis
Illius Deus Omnipotens, qui operatur omnia in omni-
bus, innumerabiles virtutes adimpleuit. Sed mirandum

[1] *Vixit annis.* 120. *S. Sal ſen.*

Digitized by Google

est valde, qua felicitate anima eius ascendebat ad cælum, itavt fratres exequias sepulturæ præparantes audiebant choros Angelorum, & Archangelorum, Patriarcharum,& Prophetarum,& Apostolorum Martyrum & Confessorum,Hymnos in excelso decantantes, vna voce, vna modulatione, vno concentu animam eius venerantes sine intermissione:quoúsque in cælum intrarent.Fratres verò hoc audientes, gratias Deo referebant dicentes. Benedictus Dominus, qui animam nostri pastoris,cùm Hymnis,& choris, & canticis spiritualibus recipere dignatus est in cælum : Et nos modo sine dubio scimus,quod ille interceſſor erit pro nobis ad Dominum. Cui est honor &c.

Explicit Vita S.Samsonis,in qua mihi videntur quædam deesse.

SEQVI

SEQVITVR VITA SANCTI MACHVTIS EPISCOPI

EX EISDEM MEMBRANIS Floriacenſibus vetuſtiſſimis.

Authore quidem anonymo, ſed graui & vetuſtiſſimo.

PROLOGVS.

AVTHOREM omnium & diſcretorem creaturarum Omnipotentem Dominum, qui mirabilis eſt ſemper in Sanctis ſuis, quíque eos præſciuit & prædeſtinauit ante mundi conſtitutionem: oportet nos, Fratres chariſſimi, tota virtute & diligentia mentis excolere, piiſque deſideriis conlaudare. Iuſtum etenim & iure debitum eſt, vt creatura maximè rationalis, ſuum aſſiduè glorificet factorem. Dominúmque Dei filium, verum Deum & ſuper omnia regnantem credendo conlaudet Redemptorem. Quid enim aliud retribuemus Domino pro omnibus quæ ipſe humano generi gratis & largiter tribuit, niſi vt humili intentione & mentali affectu, vniuerſa pro captu métis beneficia eius conſiderâtes, reddamus ei pro ſingulis ſacrificium laudis? Ex eius nâque pio munere, & conlatione tribuitur, quicquid in ſanctis ſuis de vtilitatis & ſanctitatis virtutúmque ac miraculorum profectibus inuenitur, vt Chriſti laus ſemper per eos & in eis, accreſcat in ſecula. Et nos igitur ad laudem Dei augmentandam & propalandam, aliqua

Extat illa quidē in Surio: ſed hac quam exibemus alia eſt.

de vita & conuerſatione Sancti Machutis ſtilo perſtringere curauimus: quatenus & Redemptori noſtro talenti nobis comiſſi quædam incrementa ſoluamus, & ipſius ſancti cuius geſta recolimus patrocino, in noſtris neceſſitatibus adiuuemur.

VITA SANCTI MACHVTIS.

Ortus S. Machutis atque pueritia.

CAPVT I.

VEnerabilis igitur Machutes Epiſcopus, generoſis parentibus ſecundum ſeculi dignitatem in Britannia quadrangula, quæ Regio [1] Vventi dicitur, matre vt fertur iam decrepita nomine Deruuela natus, quæ erat ſoror Ammonis patris Sancti Samſonis, & Vmbrafel patris ſancti [2]. Maglorij, ex patre Nobiliſſimo virorum regionis illius, nomine Vvento oriundus fuit. Vt autem ferunt viri credibiles, mater eius in ſexageſimo ſexto anno erat, quando filium ſuum ſanctum Machuté peperit: in valle quæ dicitur [3] Carruanna. In qua elegantiſſimum & nobile [4] Monaſterium erat ſitum, cui Brendanus religioſus Confeſſor Chriſti, Abbas præerat. Ad quod Monaſterium mater Sancti Machutis nocte Vigiliæ Sancti Paſchæ, ad vigilandum atque obſecrandum venerat. Quæ ibi illa nocte viſitâte ſe Chriſti gratia, eundem filium ſuum edidit. Quem Brendanus deinde baptiſans de ſacro fonte leuauit: ac poſtea ceu ſpiritalem filium, ſpiritaliter deinceps educandum accepit. Fidelitérque à prima ætate, quoúſque poſſet loqui & literas diſcendo cognoſcere & intelligere, enutriuit. In illa verò nocte qua natus eſt Sanctus Machutes, triginta tres maſculini generis nati ſunt infantes, ex illis grauidis matribus, quę aſceclæ matris illius, comitabantur cùm ea, hi omnes ſimul cùm eo nutriti ſunt. Poſtquam autem Sanctus Machutes, infantiam cœpit excedere: videns Beatus magiſter eius, quod iam

1 *Vventi regio.*

2 *S. Maglorius.*

3 *Carruanna vallis.*

4 *Monaſterium S. Brendani.*

iam posset literas discere, scripsit ei in tabula elementa. Quorum nomina & figuras spatio vnius diei perfectè cognouit, & memoriæ recondidit. In sua quoque pueritia inter reliquos coætaneos suos, valdè sublimis moribus extitit. Licet enim ætate tener, animo tamen fortis erat. Non enim vt naturæ est puerilis, leuis fuit: sed stabili grauitate fundatus, illud quòd solet puerilis ætas, literatoriæ scilicet disciplinæ detrectare laborem, hic summo appetitu & alacritate animi affectauit exequi, & instanter vsque ad plenum sui profectum studuit experiri. Ex qua exercitatione discendi, clarificatus solertiæ emolumentis, comitante se Christi gratia, velut esuriens fauce auida, ita illi cibum diuinæ sapientiæ hauriebat: vt exinde non modicè oppletus, plus tamen esuriret, sicut ipsa Dei sapientia de se loquitur. Dicens. *Qui edunt me adhuc esuriunt, & qui bibunt me plus sitiunt.* Porrò dum ille cum incremento ætatis, magis ac magis institueretur sacris literis, igneum vigorem corpusculi in sese validum feruêre, euidenti inditio testabatur Itavt dum alij sodales sui vel cõdiscipuli, rigore frigoris se affligi tempore Hyemis vehementer ingemerent: ipse nimium calorem se habere diceret. Et dum alij striderent dentibus præ nimio frigore, idem Sanctus Machutes iam Spiritu feruens, sic omnibus horis calebat corpore: vt pallio sicut alij nequaquam curaret indui vel obtegi, sed simplo contentus vestimento, omnibus membris continuatim flagrabat, vt guttæ sudoris minutissimę atque limpidissimæ, viderentur de fronte ac facie eius leniter manare. *Eccl. 24. 29.*

S. Machutes illæsus ab vnda seruatur.

CAPVT II.

ILla autem Vallis Carruana in qua sanctus Machutes ortus atque nutritus eruditúsque fuit: prope est mari. Itaque more puerorum, quibus semper ludus delectatio est, illi condiscipuli Sancti Machutis, & ipse cùm eis ad litus maris perrexerunt, vt ibi puerili dis-

ſcurſu ſe exercerẽt,atque laborem diſciplinæ, iocandi indulgentia releuarent. Sed Deus Omnipotens, nolens virtutem ſuam in ſancto ſuo puero diutiùs eſſe occultatam, aliis Scholaſticis ante acceſſum & inundationem maris ſolito more per dies ſingulos æſtuantis, fugientibus, atque ludum relinquentibus, vt ad ſcholam vel ad lectiones ſuas remearent: ipſe ſacer puer ſomno ſe detinente remanſit, iacens ſuper quemdam falcem Algæ in litore. Interea dum ad locum vbi Sanctus Machutes iacebat atque dormiebat, inundando appropinquaret mare:eum minimè tangens nec fluctibus obuoluens,leniter circumdedit,nutúque & prouidentia Dei quantum circa eum creſcebat mare, tantum locus litoris ſuper quod recubabat exaltabatur.Et quanto altius inaltabatur tanto profundius ipſum mare circa ipſum locũ efficiebatur. Tũc Deo acceptabilis puer Machutes,præ horrore ſonitus fluctuũ maris euigilans, dum circumcirca aſpiciés,neminem videret,excelſa voce condiſcipulos nominatim cœpit inclamare. Cui cum nemo reſponderet,ait ſecum.Deus Omnipotes qui non derelinquis ſperantes in te, vbi nunc poſitus ſum ego? Ne derelinquas me Domine, ſed adiuua & ſalua tuæ magnitudinis & miſericordiæ ſeruulum. Interim ſodalibus eius qui diſcrimen pelagi accedentis aufugerant domum conuenientibus,cum non videret eum inter eos, cœpit ab eis magiſter ſollicitè quærere, vbi eſſet ſuus chariſſimus alumnus.Illis autem reſpondentibus vnà ad litus iiſſe cum eis,ſéque illũ dormientem in litore vidiſſe, ſed vtrum poſt ibi remanſerit an inde venerit,ſe neſcire fatentibus. Ingemuit grauiter magiſter, & ait. Domine Deus, melius mihi fuerat eum non vidiſſe natum,quàm illo orbari antequam quod optabam,impletum viderem in ipſo. Tunc imminente iam veſperi nocte, Magiſter & ſcholaſticuli qui nouerant locum vbi ille remanſerat dormiens, ad ripam maris perrexerunt. Et ecce Inſula numquam antea viſa, illis in ipſo mari apparuit. Mirantibus autem omnibus atque inter ſe occultè dicentibus,quòd antea illam

« illam non viderint. Magiſter ipſe ait eis. eſtne aliquis « veſtrum, qui hanc inſulam hactenus viderit? Reſpon- « derunt,Nullus. Tunc magiſter nimium anxius & mœ- rens, Scholaſticulis ipſis circumquaque per litus & per vndas maris præcepit intueri,ſi forte cadauer illius inueniri vel videri contingeret.Quod cum omnes iuxta magiſtri præceptum,hac illácque intuendo vel proſpiciendo cuncta luſtraſſent : Nocturnis iam tenebris inſtantibus, ad Monaſterium remearunt. Et intrantes Eccleſiam,exequias Sancti Machutis,more officij mortuis debiti celebrauerunt. Quo pacto, omnes illi cum nimio mœrore ad ſtratus ſuos receſſerunt, magiſtro ſolo domum ſuam pergente, & dormire nolente nec valente.

Inſula diuinitùs emergit.

CAPVT III.

« TVm non multo pòſt,miſſi à parentibus Beati Machutis, pulſauerunt ad ianuam, dicentes : Heus « Brendane, parentes pueri Machutis miſerunt nos ad « te, mandantes vt filium eorum ſanum atque incolu- « mem reddas, ſicut tibi eum commiſerunt. At ille re- « ſpondens ait:Heu, iam non modò magnitudo doloris « de eo afficit me, verùm hæc dura legatio tædere me « facit vitæ.Sed vos abite,& renunciate his qui miſerunt « vos, quia filius eorum cum Deo Patre viuit in æter- « num. Cùm verò legati receſſiſſent, Sancto Brendano inſtanter ea nocte vigiliis & orationibus inſiſtenti, circa gallicinium aſtitit Angelus Domini, dixítque ei: « Brendane ſerue Dei,noli timere, nec perturberis:Deus « Omnipotens,qui ſeruos ſuos quotieſcumque in diſcri- « mine poſitos non deſerit, ſed etiam ab initio ſæculi « afflictis & mœrentibus ſuis fidelibus, conſolationis « opem conferre nunquam diſtulit : puerum Machutem, « de cuius interitu non modicè angebaris, inter vndas « maris inlæſum ac viuum, ab immaniſſimo periculo

omninò immunem,mirabiliter conſeruauit. Ecce enim » pro eius conſeruatione facta eſt ibi perpetua inſula, » vbi quieſcendo remanſerat : hoc præcipiente Chriſto » Authore omnium elementorum, qui ſiccis pedibus ſu- » per mare ambulauerat. Et vt hoc primum Diuinæ vir- » tutis in eo declaratum miraculum,perpetuo commen- » deretur teſtimonio , mare quod quotidianis priùs illic » vel acceſſibus adeſſe,vel receſſibus abeſſe ſolitum erat, » nunc iuſſu Omnipotentis Dei , tàm ſtabili profundi- » tate eam circumcinget inſulam , vt nunquam inde re- » deat , ac per hoc nemo pedibus aut ſine nauigio illuc » peruenire quibit. Illúcque manè accede, & in Dei lau- » dibus inuigilantem inibi ſacrum puerum videndo re- » peries. Tunc Reuerendus ſacer Abbas Brendanus ,pro » conlatis in ſe, vel in ſacrum alumnum ſuum, cœleſti- bus beneficiis,Deum pernoctando diutiſſimè magnifi- cis laudibus iubilans, honorauit & magnificauit. Et poſtquàm ad Matutinum ventum eſt , intimata ſibi ab Angelo , cunctis Fratribus enarrauit. Simúlque mane exorto , ad litus abierunt. Vbi , ſicut Angelus dixerat, conſpexerunt ſanctum puerum Machutem in ſuperiori loco inſulæ , Odas Domino concinnentem. Tunc ma- giſter gaudens,eleuata voce ait:Aue electe Dei Omni- » potentis,iam adſis,vt amplectar te. Fili, ita hodie læti- » ficatus inſperatum recipio te , ac ſi quarto die ſicut » Lazarum à Domino reſuſcitatum de monumento vi- » derem. At ille reſpondens humiliter , infit : Benedicite » Æterno perpetim Domino Deo , & condignas ei ſol- » uite gratias , de me tantillo ſuæ miſericordiæ ſeruulo, » reſpectu ſuæ gratiæ,in tanto diſcrimine maris ſeruato. » Nunc autem ſaltè vna die,iſtic me permittite manere, » vbi Dei pietas, ſaluationis miraculo me dignata eſt in- » luſtrare. Sed Pſalterium meum vt mecum habeam effi- » cite.Et ſi non eſt efficacia quomodo perferatur ad me, » in mare illud ponite : nam Deus , qui me ſaluauit inter » maris inundationem , mittet , ſi ſibi placuerit , ad me » illud aquis indemnem. Tunc magiſtrum , aliis inſpe- » ctantibus,ipſum alloquens,ſtupefaciebat. Parentes au-

tem

tem eius intelligentes manum Dei esse cum puero, pœnitentes de supradicta legatione dura directa, & veniam flagitantes, cum magistro eum dimittunt. Et valefacientes, ad sua propria regrediuntur. Sanctus verò Machutes dietim proficiens ætate & gratia, promptus & gratulans, orationis gratia ad insulam suam quotidie cum nauicula transmeabat: quæ vsque hodie Britannicè [1] Korea vocatur.

1 *Korea insula.*

Candela accenditur diuinitùs. Et pijssima vita à S. Machute instituitur.

CAPVT IIII.

ERat prætereà mos, vt vnus puerorum sua in hebdomada ferret cum lumine laternam, ante magistrum adeuntem Basilicam noctu, causa Matutinalis officij. Adueniente verò septimana felicis pueri, alij sui compares extinxerunt focum, quo accensum iri debebatur lucerna. Et hoc agebant, instigante se inuidia, cupientes sacrum puerum ob hoc à magistro perpeti verbera. Quidnam faceret puer Machutes ambigens, cucurrit ad officinam, vbi sicera fiebat, petens à confectore eiusmodi ignem sibi præberi. Illo autem nolente, immò pigritante lumen accendere: tandem anxianti puero, imposuit carbones græmio illius, à quibus illæsum est vestimentum eius. Reuersúsque ad magistrum, reperit candelam ab Angelo diuinitùs inluminatam. Quod quidam miraculum, de prunis scilicet nihil vestimentorum sacri pueri vrentibus, & luminari ab Angelo cœlitùs inradiato, cernens magister, prouoluit se genibus illius, reuerenter adorans, lætans glorificè donatum se tam felici & nobili cliente, non modicis iam gratia & numero miraculis coruscante. Interea sanctus puer propositum sibi discendi studium, non negligenter nec segniter exequebatur. Vnde factum est, vt assiduitatis viuacitate, omnem Psalmorum non tàm numerosam quàm saluificam quantitatem,

Digitized by Google

rem,præterquàm ſperaretur, corde tenus ſibi retinendo tranſcurreret. Túmque gradatim per tempora , experiendo lectu plurima Scripturarum dogmata : tandem inſtantia lectionum vel ſtudiorum , peruenit ſolerter ad efficaciam ſcientiæ liberalium artium. Enimverò in adoleſcentia adhuc poſitus , diutius ieiuniis multíſque vigiliis afficiebat corpus. Creſcente verò ætate, creſcebat in eo virtus ſapientiæ & iuſtitiæ, quatuórque principalium virtutum, id eſt,Prudentiæ,Fortitudinis,Iuſtitiæ,& Temperantiæ,fulciebatur vel dirigebatur moderamine , ſuperni inſpectoris Dei ſuffragamine. Vt quaſi Diuinum animal,& ſicut legitur, *plenum oculis*,perfecta prouiſione & ſolertia, ſibi & proximis prouidus ac ſtrenuus conſultor,& in opere bono informator exiſteret. Námque poſtquàm in puerilibus annis ſe Dei timori perenni famulicio addixit & dedit,& inhærere ſemper deliberauit:& prouidit, vt pleniùs haberet ſcientiam & cognitionem Dei , ſemetipſum arctauit & conſtrinxit diſcere ſacras Theologicáſque Scripturas , in quibus & Deus cognoſcitur , & vita æterna conquiritur.Ab ipſa deinde infantia vt virgo egreſſus eſt à materno vtero , ita permanſit omni ſua vita comite virgo in ſæculo.Nec ſoli ſuffecit ſecum Angelicam in terris ſeruare vitam,verùm quoſcumque potuit collegas ſibi & ſocios contubernales,in cœlibe aſciuit aſſociauítque vita. Aſt vbi Monaſticum induit habitum,nec carnes quadrupedum neque auium deinceps comedit : ſed omni tempore frugalitatem atque parſimoniam perperem , pro poſſe humanitatis ſeruauit : vt his virtutibus tenere quiret iugem caſtimoniam, & ſanctimoniam : vt caſtus corpore, & mundus corde , Dominum quandoque videre meretur in æterna requie.

Ezech.1.18.

S. Machutes Concionator inſtituitur.

CAPVT V.

CVm vero prouectu iam & maturitate ætatis vegeto , ſimul & doctrinæ amplitudine ad diuina negotia

negotia affatim informato, officium ei prædicandi magister suus indiceret. Hic humiliter obedientérque contemptum mundi quem implebat opere, edocebat populum sermone, dicens cum Apostolo. *Non habemus hic ciuitatem manentem*: sed omnia caduca & temporalia cum his qui confidunt in eis, astruens transitura fore. Et ideo ad supernam ciuitatem Ierusalem, quæ est solium Regis æternæ gloriæ Domini Iesu Christi nanscisci cédam, solerter & sagaciter bona operando inhiare & anhelare, Christianis optimum & saluberrimum esse. Hæc & alia huiusmodi salutaria monita, Magistro obtemperans, & zelo Dei feruens: populorum auribus sagaciter & salubriter insinuabat. Idem verò dum toto animo intentus esset, de caducis transire ad æterna, & de labentibus ad stabilia, de terrenis ad cœlestia, remotiorem sibi quærere satagens locum. Insulam in illis partibus famosissimam, in Oceano videlicet positam, vocabulo [1] Imam, cum magistro & sociis disposuit nauigando adire. Dicebatur autem, non minimam Paradisiacarum habere similitudinem deliciarum. Parata itaque naue cum omnibus tantæ nauigationi opportunis & necessariis, confidentes omnino & sperantes in Domino Iesu Christo, cui æternaliter vt vnigenito Dei Patris, & venti & mare obediunt: proficiscentes nonaginta & quinque circiter numero fratres, cum vna spacioſa naui committunt se pelago. Vbi hac illácque diu nauigando vagantes, cùm iam prolixo tempore licet sine discrimine vel iactura aut exitio alicuius suorum, nauigio lassati, quam quærebant insulam inuenire nequirent: peragratis Orcadibus [2], cæterísque Aquilonensibus insulis. Ad patriam redeunt.

Heb. 13. 14.

1 *Ima insula.*

2 *Orcades insulæ.*

Sanctus Machutes Episcopus ordinatur.

CAPVT VI.

POstquam vero Deo miserante & prouidente, incolumes & indemnes, periculosa maris naufragia euaden

euadentes, ad priſtinum Monaſterium ſunt reuerſi. Sanctus Machutes vt vir Inluſtris, & egregia ſanctitate pollens, meritis & actibus Venerabilis, multis virtutibus & mirabilibus laudabilis, vniuerſis terræ illius incolis, multifariam multiſque modis commodiſſimè enituit. Multis autem temporum curriculis ſeſe annuatim ſuccedendo præter labentibus, eumdem Beatum virum perſæpè miraculis coruſcantem, omníque populo, flagrantia virtutum in eo non deficientium quin potiùs exuberantium complacentem : Reges & Nobiles illius prouinciæ iam aliis Eccleſiaſticis per quædam interualla temporum gradibus inſignitum, eum ad Epiſcopatus apicem Deo diſponente, æquanimiter elegerunt. Atque ordinari ſolemniter fecerunt. Ordinatus vero Epiſcopus, atque ſacerrimum id officium feliciter & digniter aliquandiu adminiſtrans: nauálibus iteratò apparatibus inſtructis, ad prædictam inſulam multorum ore laudabilem, in qua fama ferebatur cœlicos ciues inhabitare, cum ſacro quondam ſui magiſtro Brendano, aliiſque cùm ſacris æquè viris aggreſſus eſt nauigare In qua nauigatione pluribus in mari manentes vel permeantes annis [1], ad ſeptennium vſque perueniunt. Sicque factum eſt, vt viciſſim annuali recurſu annos interpolante, ſepties ſanctum Paſcha cótingeret eis in mare celebrare. In ipſo autem ſeptimo anno, cum ad vnam deueniſſent inſulam, ſepulchrum miræ longitudinis accidit vt reperirent. Mirantibus quidam omnibus, quòd humana ſtatura tantum tumuli ſpatium videretur occupatum. Quidam verò eorum aiebant, nuſquam tantæ proceritatis hominem in vita extitiſſe. Tum Beatum Machutem cui nihil apud Dominum impoſſibile fore credebant, propter quem nimirum tam grandè & inauditum olim fecerat in mari miraculum, Sanctus adprimè magiſter Brendanus cum omnibus in commune fratribus, obnixè depoſcebant : vt ſua in conſpectu Domini pretioſa oratione, reſuſcitaretur quodcunque corpus in illo quandocunque obrutum fuerit tu-

1 *Septennii nauigatio.*

mulo

mulo. Quod audiens Beatus & sacer vir Machutes, primum expauit: se ad hoc impetrandum indignum fore iudicans. Tandem suo sibi multis precibus magistro instante, ne ei inobediens videretur existere: lachrymabiliter prostrauit se ad Dominum in oratione, credens fideliter, quia non est Deus mortuorum sed viuorum, & quia mors & vita tamulantur Domino Iesu Christo. Cúmque finita oratione clandestina, Deo videlicet tantum & sibi nota, erectus surrexisset, ait aperta voce intendens in cælum Beatus Machutes.

" Domine Iesu Christe, qui cum sis verus Deus Patri
" coæqualis consubstantialis & coæternus, cùm Spiritu
" sancto: humanam substantiam pro redemptione hu-
" mani generis dignatus es sumere, sicque inter cætera
" potentiæ tuæ miracula, Lazarum quatriduanum de
" monumento resuscitasti: quique ad confirmandam
" fidem in cordibus fidelium, maiora per eos fieri quàm
" per te promisisti, ad quam etiam fidem tenaciter
" commendandam, tu ipse dixisti. *Quod si quis habuerit* *Mat. 17. 19. 20.*
" *fidem sicut granum sinapis, & dixerit monti huic, tran-*
" *si huc: sine mora transibit.* Tu, cuiuscunque cadaueris
" in hoc tumulo tempore suo positi cineres, ea ineffa-
" bili virtute qua omnia condidisti viuifica: vt cum re-
" suscitatú & viuum apparuerit, laus & gloria accrescat
" nomini tuo cum Patre & Spiritu sancto, quorum te-
" cum est vna Diuinitas & potestas, in omnia sæcula se-
" culorum, Amen. Cúmque[1] audientibus omnibus vir sanctus sic concluisset orationem. Ecce toto tremefacto tumulo, proceræ & incomparabilis staturæ quasi à somno diuina virtute, per merita Beati Machutis resuscitatus prodiit homo. Quem cum omnes pro corporis vastitate & nimia proceritate gyganteáque quantitate mirarentur, interrogant, quis & cuius conditionis in vita sua fuerit. Gigantem se nomine[2] Milduũ, séque Paganum & idololatram extitisse respõdit. Narrabat etiam tormenta quæ cum aliis perditis vel damnatis sustinuerat in inferno, & quia meritis Beati Machutis ereptus sit ab infernalibus claustris, vbi

[1] *Admiranda Pagani Gigantis resuscitatio.*

[2] *Milduuus Gigas.*

Digitized by Google

vbi eatenus cum omnibus inibi damnatis, infructuo-ſam in Gehennæ pœnis exegerat pœnitentiam. Tunc ipſe quantæcúmque ſtaturæ & enormitatis vir, ſummæ Diuinitatis ope, ſe ſuſcitatum per Beatum Machutem intelligens: vitam quærebat ſine fine menſuram: aqua ſiquidem & Spiritu renaſci cernuè efflagitans. Confitebatúrque Dominum Ieſum Chriſtum, quem Iudæi crucifixerunt, verè Dominum & Dei filium eſſe. Profitebatur etiam, ſe vidiſſe perditiſſimos Iudæos, omnéſque paſſionis Chriſti complices & miniſtros, centies æterno incendio plus aliis incredulis cruciari: qui vt legitur in ſacris Euangeliis, Dominum Ieſum Chriſtum variis quondam ludibriis affecêre. Beatus igitur Machutes videns eum toto corde Sacramenta petentem, primò eum vtpotè orthodoxæ fidei Præſul, cognitione fidei ſanctæ Trinitatis plenè inſtruxit: ficque trina ſuffuſione aquæ, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti baptizauit.

Ioannes à Boſco erudito lectori.

QVamuis hac vice comentatorem agere non conſtituerim, (quomodo ſi vita comes fuerit, Deo annuẽte poſtea agam) tamen in gratiam lectoris cuiuſpiam non adeo in authorum lectione exercitati, qui caſu hanc noſtram Floriacenſem veterem perleget Bibliothecam, præcedenti capiti ſequentique, volui quamdam attexere fidei firmitatem.

Igitur non adeò creditu difficile eſt, quæ hic de Ima inſula narrantur: ſi ad memoriam reuocetur quod de Atlantide Inſula Poſt Platonem in Timæo, refert Vir excellenti rerum cognitione cum ſumma pietate coniuncta Thomas Boſius Tom. 2. de ſignis Eccleſiæ parte 1. ſigno lxxij. cap. xvij. num. iiij. Longam vero S. Machutis Nauigationem iuſtificat illa prolixa Vliſſis nauigatio ab Homero conſcripta, quæ xij. dierum ſpatio abſolui potuiſſet, ſi recto curſu fuiſſet inſtituta. Sed & eam à calumnia eximit 40. dierum per deſerta Iſraëlis vaga-

Digitized by Google

tio, cum tamen paucis diebus ab rytreo mari ad Iordannem, quiuisset Deo amatus populus profisciſci.

Porrò Gygantes olim fuisse adeo notum est, vt probatione haud sit opus. Indicio tamen Philipum Camerarium & si non Catholicum, de gygantibus ea dictasse in Libro v. p. j. Medit. Hystoriacum c. 4. quæ animum lectoris doceant exilarentque, docetque Bosius Lib. 20. signo 87. Veteres non alto mari se commisisse ob vsus Magnetis ignorationem, qui per Amalphitanum Ciuem Flauium maximo generis humani bono est repertus. Ex quo ille gygas oram tantum maris legens, poterat nauem Machutis trahere.

Cæterum circa resuscitationem Gygantis Milduni, & eius ab inferis ereptionem, studiosè lege Theologos in 4. D. 45. Maximè vero omnium mihi familiarissimum authorem atque veluti præceptorem Asorium 1. Tom. Institut. Moral Libro 9. cap. xxxj. Quæsito 2. qui respondet & determinat huiusmodi resurrectiones & à pœnis ereptiones, præter consuetum fieri morem legem & ordinem, ac singulari Dei voluntate & potestate.

Cete denique mentionem iucundam ac eruditum reperies apud Feuardentium Minorum Decus & ornamentum. Coment. disertissimis & exquisitissimis in Ionam Prophetam, & aliorum magnorum piscium apud Philippum Camerarium 2. p. Medit. Hist. Lib. v. ca. 3. nec non apud Hystoriam Gallicam Cayeti De Pace.

§. 2. *Machutes in suam reuertitur patriam.*

CAPVT VII.

HIs vero peractis, propositum animi propter quod inter cæruleas Oceani vndas laborabant, manifestauerunt ei: diligenter scisscitantes ab eo, vtrum Insulam quam querebat ne vocabulo Inam, ipse Pelagi incola nouerit. Quibus ipse ait Vnam inquit [1] Insulam per mare ambulans semel vidi, omnibus insulis vbique climatum sitis, nitore & copiositate deliciarum, dissimiliter præstantem. Nam aureo vitrei splendoris

[1] *Mirandi Insula.*

Digitized by Google

& claredinis muro circundata, quasi speculum perlu- »
cebat: Introitus autem in eam nullus mihi apparuit. »
Credo equidem me indignum vt potè gentilem, talia »
intrare non meruisse nec quiuisse mœnia: quorum de- »
corem, vt ita dicam, merebantur cælorum palatia. Hæc »
audiens Beatus Machutes expetiit ab eo, vt primus
ductor, nauim illorum in eam partem dirigeret, in qua
tàm mirabilem sub cælo mansionem, quasi cælestem
vel Paradisiacam se vidisse fatebatur. Nec mora, parens
ipse præceptis Sancti Machutis, rudentem qua ancho-
ra Nauis retinebatur manu cœpit: & quasi cedrina
proceritate sublimis, quod credere vix velis, profundũ
pelagi pedetentim gradiendo sulcans, post se nauem
trahebat: si fortè ad locum de quo dixerat eos ducere
quiret. Sed derepentè feruentibus fretis, insanienti-
bũsque ventis, oborta tempestate contraria, dum non
valerent eò quo tendebant dirigere gradum: consultũ
illis visum est, saltem ad eam redire Insulam, vbi præ-
fatus Gygas Erebi claustris ereptus, vitales hausérat
flatus, Maniúmque iuri vi diuina fuerat præreptus. Nec
sine Diuinæ prouidentia dispositionis, iustè benè pro-
uidè & oportunè cuncta administrantis, hoc contigis-
se arbitrari debetur. Pastorem quippe Ecclesiæ san-
ctum Machutem cum omni gratia iam dudum ele-
ctum atque sacratum Episcopum, potiùs complacebat
Deo, vt multos secum ad cognitionem fidei Catholi-
cæ prædicando conuerteret: quàm solus abstractus à
mundo cælebs & theoricus, Anachoreticæ vitæ deser-
uiret. Reuersi itaque ad Insulam vbi præfatum Gygan-
tem resuscitauérat Beatus Machutes, cum in ipsa qui-
escendo ac Deo suo haud segniter deseruiendo de-
morarentur: contigit ibi pridem resuscitatum Denuò
hominem exire Gygantem Milduum. Cuius inopinum
admirantes obitum Sanctus Machutes & coadunati
sibi fratres, animam eius æquissimo omnium arbitro
Christo Domino fideliter commiserunt, corpusque
eius egesta vndique terra, cooperuerunt. Diffisi vero
spem inueniendi illam quam quærebant famosam In-
sulam

sulam, ne amplius frustrati in vacuum, in profundo & periculoso agitarentur vel oberrarent Oceano : tandem vnanimiter omnes in patriam redeundum deiudicant , vbi aliquandiu Diuinæ contemplationi quasi per speculum & enigma vacantes , se exulare in terris à cæleſti interim patria paterentur , donec quandoque Deo vocante peruenirent, ad ipsius boni omnem sufficientissimam Dei ac Domini Christi Iesu visionem. Denique postquam apto ventorum flamine auspicium nauigandi datum est, aptatis quæ conueniebant armamentis,carinam à statione submouentes, cum prora in renauigando ad patriam sulcaret iter pelagi, Dominicæ Anastaseos sancti scilicet Paschæ sacratissima dies instabat.Qua inlucescente , cum pro tanti ac singularis reuerentia festi , missam cœlebrare & audire , religiosissima oporteret eos necessitate:Idque salutari cura & opera satagerent efficere. Omnes circumquaque plagas Occeani intentè speculabantur,si forte alicubi Insula apparente , illuc accedendo applicare valerent. Quod cum ab omnibus studiosè exploraretur. Ecce modica in Pelago quasi apparet insula. Ad quam cum accessissent & applicuissent, sancto suggerunt Machuti sacrosancta celebrare inibi solemnia Missæ. Illo igitur reuerenter suggerentibus fratribus assensum prębente, cœperunt fratres psallendo Missam canere: peruentumque est missali ordine vsque ad Dominicam orationem,& ad reliqua quæ sequuntur.Cum subitò, horrendum relatu , tota illa quæ videbatur quasi insula, cõmota est, erat autem belua ex his quæ dicuntur Cete abyssi incolis, quæpiam. Tantæ siquidem enormitatis & magnitudinis, vt crederetur paulo ante à Sancto Machute & ab o. nibus suis sociis fratribus insula,vel aliquod spatium terræ esse. Quæ dum loco visa est vel sensa moueri,& aduerterunt super stantes , viuum animal esse:exterritis omnibus,illam monstri formam Leuiathan esse præ confusione garrientibus , séque iam inergendos & deglutiendos conclamantibus. Vir Dei Machutes fidens in Domino ; perstitit imperterritus:

donec ocius completa Missa , exanimem penè præ timore nimio fratrum cateruam , verbis sacris & exemplis confortare vehementer cœpit. Proponens eis Prophetam Ionam triduò saluum & incolumen à Domino in ventre Ceti seruatum. Profitebatur & hic in tanto discrimine diuina nihilominus adesse suffragia, vbi desint prorsus humana. Quo finito affamine , -ıuɔıƃnɣıp nbus cunctis ad nauim , Sanctus Machutes coniecit se ibidem in orationem , inuocans optatiuis Dominum Iesum precibus, vt qui tempore suę quondam Passionis & consequentis tertia die omnium dierum & seculorum precioſissimæ Resurrectionis : exemptis prius iustis & fidelibus suis , Patriarchis scilicet omnibus & Propheris à tenebris herebi inextricabilibus, omnipotentis verbi sui cathenis, Leuiathan infernalem in profundis inferni relegauit : ipse Deus Omnipotens Iesus Christus, eadem celeberrima die suæ sacratissimæ Resurrectionis , Cete illum cui superstabat immobilem faceret, quousque congregatio illa fratrum , ipse Deo & Domino Iesu Christo deuota , indemnis & inlæsa trãseundo euaderet. Qua completa oratione, Belua vel monstrum illud virtute diuina , ceu rupes vel mons sic factus est immobilis , donec Sanctus Machutes post omnes gressu in nauim pescenderet. Tunc sacrum illud contubernium fratrum tota die Hymnum Deo & laudem decantabat, qui eos liberauerat de rictu Ceti , sicut Patrum de profundo Pelagi. Sicque hymnis & canticis spiritualibus laudantes Dominum, prospero satis cursu ad natiuam tellurem atque auitas sedes incolumnes repatriauerunt, comitante se illo qui ait Discipuli suis, *Ecce ego vobiscum sum , vsque ad consummationem seculi, omnibus diebus.*

S. Machutes Episcopus ordinatur.

CAPVT VIII.

AT postquàm desiderij sui inefficacia pertæsus Beatus & præclusn meritis Machutes Episcopus

pus, votis ſuis quæ placabiliter ſatisfaceret, in Oceano nequiuit inuenire ſtationem: repedauit ad parentes ſuos, genitorem videlicèt nomine Vvento; necnon ad genitricem nomine Daruualam. Pater ſiquidem eiuſdem Sancti Epiſcopi vocatus Vvento, Nobiliſſimus [1] Comes, conditor vrbis dictæ Guinicaſtrum, extitit. Audiens autem idem Præſul legi quandoque à Diacono Euangelium, in quo Dominus indicebat: *Qui non reliquerit patrem & matrem, & omnia quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Mox adiens patrem & matrem, expetiuit ab eis licentiam tranſeundi mare, teſtificans non perfectè omnimodsi conſequi gratiam Chriſti, niſi mandatum eius ſequendo & imitando, quod per os Leuitæ Euangeliſari audierat. Obnitente tamen diù genitore, & contradicente, ille inreuincibilis perſiſtens, vtpotè ſuper fundamentum quod eſt Chriſtus, virtutes virtutibus adaugendo ſemper ædificans, congregauit in vnum ſuos quotquot diſcipulos, Monachali ſchemate obtectos: cum didaſcalo pariter Brendano, & ipſe Epiſcopali decuſſatus ſacramine, venit cum omnibus ad marina litora. Sed minimè reperit nauem, quoniam pater eius omnibus interdixerat nautis, ne adminiculum tranſeundi, vel ſubuectionem nauium, vllatenùs filio ſubrogarent. Deus tamen omnium paratiſſimus fidelium ſuorum ſemper exauditor & ſuffragator, prærogauit & ſubminiſtrauit Præſuli ſancto, opificium cuiuſdam nauis vacuæ: ſed Chriſti corporali ſpecie omnia replentis, & regentis diuinitùs cum Patre, præſentialiter plenæ. Nam Chriſtus, ſub hominis ſpecie in ipſa naui apparebat. Quo inuitante & ſuadente, introiuit nauim illam Beatus Pontifex, ſuique commanipulares vel ſocij. Inter nauigandum verò interrogauit ille homo, re autem vera Chriſtus Dominus qui videbatur, Beatum Machutem quonam deliberauerat tranſnauigare? Reſpondit ſe hoc neſcire, niſi quò eum Dominus dignaretur dirigere. Hæc dicens, ignorabat cum quo loquebatur, Chriſtum eſſe. Cui ait Dominus: Eſt inſula in hoc mari,

[1] *Vvento Comes. Guinno caſtri conditor.*

Luc. 18. 29.

2 *Aaron Monachus.*

quam quidam inhabitat Monachus nomine [2] Aaron. » Adhuc te dirigam per Angelum meum, indicens illi te » affectuosè & omnes tuos excipere. Extemplò vt hæc audiuit Sacerdos & Pontifex Machutes,intellexit non modò hominem qui loquebatur,verùm Angelorum & hominum plaſtem.Et ſine vlla hæſitatione & dilatione, cecidit ad pedes eius,& adorauit eum.Dominus autem ſtatim deſiit parere conſpectibus eius. Tum proſpera nauigatione directus ad inſulam Aaraonis Monachi nuncuparam, exceptus eſt ab eo Aaraone Monacho officioſiſſimè humanéque habitus: mansítque cum eo tamdiù Reuerendus Sacerdos Machutes, donec Epiſcopatus ciuitatis Britannicæ, quæ vocatur [3] Aleta, eidem diuinitùs extitit adapertus & deſtinatus:idémque ipſius ciuitatis Præſulatum digniter eſt indeptus. Non enim erat eadem ciuitas longè ab inſula Aaronis,ſuper litus quidem maris ſita, habens ex vno latere fluuium nomine [4] Kinctus, ab altera verò parte mare alluebatur. Quibus in locis nondum erant Britanni penitùs Chriſtiani. Quocircà cœpit celeberrimus Machutes Antiſtes,edocere ac inſtruere populum,& ad viam veritatis ciere & attrahere. Sanctus verò Samſon eadem in ſua ſalubri ac ſalutifera agebat opera, qui Patruelis felicis Machutis atque Maglorij, gemina conditione exiſtebat.

3 *Aleta.*

4 *Kinctus fluuius.*

Tria Miracula S. Machutis recenſentur.

CAPVT IX.

QVodam conſequenti tempore, dum celebraret iam ſæpè factus ſedulóque honorificè nominandus Epiſcopus Machutes Miſſam in vigilia Paſchæ: tranſibant ante fores Eccleſiæ viri quidam geſtantes cadauer,vitali priuatum ſpiramine.Quos Sacer Venerabilis paulíſper ſubſiſtere mandauit, quouſque conſummaretur celebratio Miſſæ.Qua expleta,foras egreditur,indixítque omnibus circumadſtantibus vel conuenien

Digitized by Google

uenientibus copioſæ multitudinis,Dominum,quantum poſſent,obnixis exorarè precibus:quatenùs ſua Omnipotenti voluntate, redonaret vitam in illo defuncto cadauere : ſuíque Diuini nominis propagaret laudem omnium intuentium ore. Orante autem Epiſcopo, ſimúlque circumſtante populo : ſurrexit qui iacebat mortuus, ſtans viuus & reſuſcitatus. Fatebatúrque ſe ſitim feruidam tolerare, hauſtúmque vini propinari ſibi cœpit obſecrare, potum renuens aquæ. Vinum tamen nuſquam in propè habebatur. Conſpiciens verò honorabilis Pontifex vaſculum quoddam haud longè adeſſe marmoreum, iuſſit id ſibi afferri. Super quod, Epiſcopali benedictione edita,mutauitin vas vitreum: aquam verò introfuſam vertit in vinum. O tam feliciſſimum & glorificum tantarum effectibus virtutum Sacerdotem,qui vno die tria tam mirifica patrauit Miracula,mortuum ſcilicet reddidit viuum,marmor fecit vitrum, limpham effecit falernum ! Vnde potatus qui fuerat reſuſcitatus, vehiculum quo delatus fuerat, reduxit domum. O felicem,omnimodis ſacris & præpotentibus affatim & copiosè ditatum ſummæ Diuinitatis gratia meritis,Sanctum Machutem! Nam ſicut olim Sancto Moyſi Prophetarum primo & maximo, & populo, lubente & iubente Deo Omnipotente, peruiam dedit Angelis terram in mari rubro. Similiter & iſti Sancto quondam puero, ſoliditatem inſulæ præparauit in pelago.Et ſicut idem Deus Omnipotens præparauit Cetum, qui Ionam Prophetam inlæſum deuoraret, & inlæſum itidem poſt triduum euomeret. Ita & huic Sancto iam Epiſcopo facto Cetum immanem & prægrandem immobilem ſtatuit in mari, qui ipſum Sanctum Machutem & omnes ſocios vel Fratres,quantum ipſe Sanctus expetiit à Domino,ſuper ſe teneret, quoviſque omnes incolumes & integri naui ſuæ ſe redderent.In reſuſcitatione verò mortuorum,operante in ſe Deo Omnipotente Chriſto Ieſu, qui eſt ſalus vera & vita æterna, ſublimiter vt in præſenti declaratur libello, & potenter claruit & refulſit.

Scropham vitæ reſtituit S. Machutes.

CAPVT X.

NAm Chriſto vtique operante in ſe, qui eſt cum Deo Patre in vnitate Spiritus Sancti author & opifex virtutum,& mirabilium omnium quæcumque exiſtunt & exiſtent:ab initio mundi, vſque ad conſummationem ſæculi, in virtute Sanctæ Trinitatis, quæ eſt vna & Omnipotens Deitas,trium mortuorum reſuſcitator magnificus enituit: quorum de duobus iam loquuti, de tertio inferiùs Dei Omnipotentis miſericordia ſemper nos vtinam iuuante, loquemur. Interim ſi qua poſſumus huius miracula, humiliter loquemur. Alio itidem tempore egit Sanctus Dei Pontifex, licèt in infima animalium ſpecie,tamen non minimum aliud miraculum, operante in ſe illo,qui attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Et qui veraciter & fideliter confitetur, nihil odiſſe eum quæ fecerit: & à Pſalmicine Dauid,teſtatus eſt homines & iumenta ſaluare.Nam cùm tranſiret idem vir ſacer Diuini verbi vberrimus ſator, & theſaurorum Dei haud ſegnis fœnerator per regionem Britannicam,ſerendo Euangelij ſemina,regnúmque Dei pollicendo credentibus, & mandata eius obſeruantibus, & obedientiam adhibentibus. Inuenit quemdam Subulcum, mœrentem non modicè, pro quadam porca quem iactu lapidis interemerat. Ea ſiquidem cauſſa, quòd meſſes importuna voratrix perſæpè inrumpebat, roſtrique conquaſſatione atterebat & conquaſſabat. Cui porcæ incubabant ſeptem ſuilli fœtus, lac nequaquam à mamillis ſolito hauſtu elicere geſtientes. Quà gradiente Sancto Præſule, cùm reciuiſſet angorem ſubulci, iram quidem Domini ſui pro interfecta ſue oppidò formidantis, viſcerali cõpaſſus pietate,poſuit baculi ſui cuſpidem in aure ſcrophæ, & ſtatim rediuiua effecta,præbuit vbere tomentum lactis fœtibus ſuis. Proinde celer & feſtinus nunciauit hæc Domino ſuo ſubulcus.

Quæ

Quæ res apud eumdem in tantum conualuit, vt quantociùs aſcenſo equo, per ſemetipſum adiret Pontificem, reuerenter ſe illi ſubjiciendo humilians, opémque ſuæ gratiæ efflagitans. Eámque villam, iure Dominij de reliquo poſſidendam, Sancto Machuti ex integro donauit.

S. Machutes Energumenam curat.

CAPVT XI.

IN circumiacente prædictæ ciuitatis Aletæ territorio vel pago, degebat quidam vir Nobilitate præcipuus, qui habebat filiam dæmonum peruicacia atrociter peruaſam, & ita peſſimatam: vt qui tangere vel accedere ad eam temptarent, eos ſtatim retectis beſtialiter dentibus, laniare mordicus impeteret. Atque adeò nullo modo niſi ferreis arctata cathenis ſuperari valebat, quin pernicioſa foret, atque infectatui & laniationi hominum quoquo modo inſiſteret. Audiens verò prædictus genitor eius Beatum Machutem Chriſti ſemper gratia coniuente, innumeris & immenſis florere virtutibus, earúmque beneficiis multis mederi gratuitò infirmitatibus: curauit ad eum accedere, rogans ſuppliciter & obſecrans pro filiæ ſuæ duriſſima & dæmonica vexatione, próque hoſtis maligni & ſemper ſaluti hominum inimiciſſimi, cum Dei ſuffragamine expulſione. Illicò vir Sanctus non differens impendere miſericordiam, Dominique noſtri Ieſu Chriſti imitator verus, qui ob ereptionem hominum à dominio dæmonum, humanatus viſitare & redimere dignatus eſt mundum: perrexit ad domum, in qua puella cathenis à rabie cohibebatur, præbiturus ei per Dei gratiam, perfectam & celebrem medelam. Dúmque accedens eò præſtolauit, ſudarium ſuum in collo mulierculæ patientis adnexuit. Tunc promptum erat audire infauſta contra Dei famulum iaculari conuitia dæmonum, cùm ei procaciter improperarent: olim

eum tranſmarinum fuiſſe incolam, nunc eſſe confugum & aduenam, & qui in ſua natiua tellure nullius fuerat excellentiæ, nunc violenter deliberet ſe dæmones vtique exturbare à peruaſis & poſſeſſis diù ſedibus, inuocatione terrifici nominis Omnipotentis Dei & Domini Ieſu Chriſti. Verùm Sanctus Confeſſor & Pontifex in Domino Ieſu Chriſto, qui eſt ſingulare fundamentum omnium bonorum & virtutum firmiſſimè fundatus: & ideò contra omnem vim & falſa omnium diabolorum molimina omninò perſiſtens ſemper immobilis, ſuggerente ſibi Sancto Pneumate, omnium virtutum & Miraculorum ſemper Authore, qui eſt Deus & virtus Omnipotens, Spiritus Sanctus ex Patre Deo Omnipotente, & Filio ipſius Dei Patris Omnipotentis, Deo Omnipotente Domino Ieſu Chriſto procedens, ſicut legitur in Euangelio: *Quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* Ipſo, inquam, Spiritu ſuggerente S. Machuti, aquam benedicendo ſacrauit idem Sanctus Præſul, atque in os debacchantis mulieris ad hauriendum infundi præcepit. Quo ſalutari hauſtu percepto, quaſi mortua effecta eſt. Poſt aliquantum tamen horarum ſpatium, rediens, in perfectam Dei nutu integritatem & corporis incolumitatem, proiecit ſe ſolo tenus ad pedes Sancti præpotentis virtutum opificis Epiſcopi, referens gratiarum ſponte libamina, pro tantis quæ diuinitùs per eum nacta fuerat remediorum ſolaminibus. Vnde genitor eius, vt conſequens erat, oppidò lætificatus, muneraut S. Machutem dapſiliter multis auri argentique donariis, terrámque delegauit optimam, ei iure perpetim poſſidendam.

Luc. 6. 19.

Dux nequam punitur, atque emendatus curatur.

CAPVT XII.

CVm aliquãdo quidam Britannicæ regionis Dux nomine[1] Aïloch, decipiente ſe vel inimico Dæmone omnium malorum ſemper incentore, vel inuidia ſuperbiave ſtimulante & dominante, ſeu iniquo conſi

1 *Aïloch Dux Britãnia.*

consilio deprauante, Cœnobialem Basilicam in prædio sancti Machutis ab ipso fundatam elegantérque structam, conaretur & inciperet euertere & diruere: adest sanctus Dei, obnixis precibus auertere moliens præfatum irreuerentem Principem, ab audaci & sacrilega loci illius diruptione:sed minimè typhum vel arrogantiam eius tumidi cordis, potuit emollire. Proinde ad Dominum hac de re exorandum, totum se contulit Beatus Præsul. Vnde non' post multum temporis, Princeps ille vel Dux imagine mortis obtectus, cæcus sicut erat corde, ita oculis effectus est. Postmodum verò resipiscendo reuersus ad cor,compunctus & anxius & lachrymis madidus, abiit ad virum Dei, sese offendisse & reum esse coram sancto Præsule confitendo deplorat: verbísque vt poterat humiliter editis, veniam præcabatur. Quem Beatus Præsul vti semper erat ad miserandum facilis, placabiliter suscipiens: prius à vinculo noxæ admissæ vt expediebat eum absolnit. Deinde quasi iam Diuina ope & curatione dignum,aquæ eum benedictæ aspergine inrorauit, oleóque sacrato oculos eius perungens, pristinum ei restituit lumen. Indixítque eidem Principi Aïloch humiliter id expetenti,quam & quantam ageret pœnitentiam pro reatus temeritate & offensa. Qui præfatus Dux, ampliorem quam vmquam habuerit virtute sancti Machutis vigorem, meruit habere videndi. Qui tantæ gratiæ beneficio valdè congaudens, optimam & frugiferam terræ possessionem Beato Episcopo subdendo subegit:copioſámque auri & argenti locupletationem libens contulit, miróque deinceps affectu,excoluit eum & honorauit.

Malitia hominum,fugauit S. Machutem à sede Episcopali.

CAPVT XIII.

DIe quadam sæpefactus vir, Almus scilicet Episcopus cum aliquantis suis Monachis,in agrum causa

cauſa putandi vineam profectus eſt:Et vt poſſet exoccupatus leuius vel promptius operari , depoſuit cappam in quodam loco vineæ. Peractóque vineæ labore , cum denuò vellet cappam reinduere , iuuentum eſt in ea cuiuſdam auiculæ Bitriſci , vel elegantius Parracis vocabulo ouum. Quo comperto,vir Dei illius condeſcenſionis non expers , ſine cuius prouidentia nec vnus paſſerum perit ſuper terram : prohibuit indumentum de loco amoueri , donec ſuos auicula foros excluderet pullos. Interim tamen nulla aëris intemperies vel pluuia ipſum ſacri Præſulis tegimen efficere vel contaminare, vi diuina inhibita,præſumpſit,vel temerauit. Quod licet parum ſit , Diuinitatis tamen gratia , conſtat hoc non indecorum forè miraculum. Poſt mortem Aïloch Ducis Britanniæ,qui Beatum Antiſtitem Machutem dum aduixit omni honore & gratioſitate dignum duxit & extulit : ſurrexit impia generatio hominum ipſius prouinciæ, aduerſus ſanctum Dei inuidia & malignitate feruentes , & furiis agitati inſanientes. Pro eo quod homo Dei tàm latam & ſpacioſam poſſideret terram, Dei nutu & inſtinctu à fidelibus Dominum timentibus non paucis, ſibi per plures annos largitam & condonatam. Aiebant namque inter ſe , & conquerebantur. Præſulem Machutem,plurimam ſuorum parentum poſſidere hæreditatem,nihílque ſibi aut ſuis hæredibus filiis,in futuro reliquum ſore,vnde victum vel ſuaptè neceſſaria queant exigere vel conquirere.Ob hanc acerbam improbitatis ſuæ inuidiã,& proteruiæ pertinaciam,inrogabant ſancto Præſuli multas factionũ ſuarum,& moliminũ iniurias,& contrarietatem moleſtias.Nam iuris eius vernaculos vel reliquos famulos,grauitercędibus & conſuſionibus nonnumquam afficiebant , res alias quáſque eius ditioni & dominationi ſubiectas, vaſtationibus & rapinis fræquentibus ſubigebãt & prodigebant.Hæc auté agebant,volentes eum inſectationibus variis & opprobriorum angoribus perculſum, de Regno illo vel Monaſterij ſui ſtatione & inhabitatione,

ne,funditùs eliminare & effugare.Sed hęc omnia Beatus Episcopus æquanimitatis magnanimitate suffultus, patienter tolerabat. Accidit autē vt quemdam de obsequio Prę sulis,pistorem nomine Rimam,illi infaustissimi æmuli & maliciæ complices,malè fustibus & flagellis contusum & conlisum, super litus maris sternerent:arcuatisque viminibus,ne se illinc tollere posset, vndique arctauerunt:vt ab accessione maris vel statim enecaretur,vel fluctuū vndositatibus absorberetur,penitúsque periret. Audito hoc, Episcopus orationibus obtinuit,vt mare exiens & solitū more diutino accessum adimplés:circa eundem lacerum & confectū verberibus virum,spatiū vsquequaque milliarij relinqueret inaccessum:ne æstus sui feruore,famulum hominis Dei absumeret vel necaret. Illi autem scelerati homines, ademerunt vi vel fraude Præsuli suos equos, ne audita tanta malicia de suo famulo,ad eum eruendum vel recreandum properare posset. Insuper ad dedecus & contumeliam in sanctum Dei exagerandam, sessioni vel euectioni Pontificis, apparauerunt equam. Sanctus vero Confessor,pedestri vt ocius potuit calle, acceleraut adire locum,quo famulus suus arctatus & quasi intectus recubabat. Quem suæ sanctitatis præsentia effectum incolumem, secum reduxit vegetum & sanum. Pro multis itaque ac vehementibus, contra fas iúsque Diuinum sibi inrogatis offensionibus:infensus populo Britannico Beatus Machutes, excommunicationis & maledictionis notam inflixit generationi illi nequam. Cuius maledictionis & Anathematis inualescente causa,ipsa terra cum hominibus cœpit confundi, ac retrolabi: gradatimque quasi ad interitum & nihili præceps ferri.Siquidem & hominum alij effecti sunt contracti, alij leprosi, alij quidam excæcati, nonnulli languoribus grauibus & diutinis exæsi & luridi facti, totiúsque sospitatis & requietionis egeni: diu admodum excruciati & penè exanimati sunt. Nonnulli verò, in eiusmodi ærumnis vitam miseram morte clauserunt. Terra vero nihilo-

minus

minus ſterilis & impotens germinandi vel procreandi fruges, omniúmque generum in fructificando vel procreando inefficax exſtitit fructuum, & pomorum. Sed hæc poſtmodum. Interea beatus & glorificus Præſul, nihili habens quæ mundi ſunt proſpera : nec verens aduerſa, auerſans execrabilem & ſe odio habentem gratis gentem illam. Si Dominus inquit Iudęos deuitauit & delituit, eorum perfidiam fugiendo: equidem oportet me imitari Chriſtum meum, ac deſerere tam proteruam ac tumultuoſam gentem, atque migrare aliàs quoquam gentium, propter importabiles huius veſani populi inritationes, & vafricas doloſitates. »

Sanctus Machutes ferocem lupum manſuetum efficit.

CAPVT XIIII.

TAlibus ergo inquietudinum & ſcandalorum irritamentis propulſus, vel fugatus de ſede ſui Epiſcopatus Beatus Machutes, nauigium incœpit in pelago Occidentali. Quod totum ſemper Pſalmis & orationibus vacans, proſperè conſummauit : expetens quidem Xantonicæ vrbis pagum, prouinciæ Aquitaniæ. Quo cum peruenisſet cum ſuis Cœnobitis ſanctè diu ac religioſè ſecum educando prouectis : interrogauit ſi confitentes inter ea loca viuerent Chriſtiani. Reſponſúmque eſt illi quod audire peroptabat, Chriſtianos videlicet omnimodis ea incolere & inhabitare arua. Leontium quoque copioſa claredine & glorioſitate celeberrimum, Epiſcopali excellentia intimatum eſt illi, vrbem regere Xantonicam. Talibus itaque præclui Epiſcopi vel populi Chriſtiani lætificatus rumore Beatus Machutes, deſtinauit ad eum aliquos ex ſuis Monachis, qui illi ſuggererent de ſuo aduentu, ſuæ quin etiam peregrinationis cauſas fideliter intimarent, & aperiendo depromerent. Quibus auditis honoratus & ſpectabilis vir Leontius Epiſcopus, ſpiritali

1 *Leontius Epiſcopus Xantonenſis.*

ritali admodum lætitia & gaudio affectus & conlustratus est:Beatúmque Machutem cum multa excepit veneratione. Eique mox villam quamdam non parui redditus & taxationis,ad meratum & commanendum ex integro delegauit: vsibúsque eius atque obsequiis deserituram deputauit.Cui aliquandiu illic manenti. Manentes vel pagenses contulerunt ei ex rebus suis multa donaria.Inter quos quidam rusticus contulit ei asellum,ligna diatim de silua , vsibus necessaria allaturum.Quem asellum commendauit sacer Præsul cuipiam suo mancipio , qui ad deuehendum ligna per dies singulos abiret in siluam.Sed cum vna dierum,ligna asello imponenda destinata , in astulis decideret: lupus pernici aduolans inruptione , rapaci auiditate inuasit eum,& occidit atque absumpsit.Quid nam faceret famulus ægrè ferens, partem lignorum humeris imposítam Domno Præsuli deportauit: narrans quæ acciderant,inuasionem quidam lupi,& perniciem Asi-
« ni. Tunc infit Heros famulo. Dirigito me præuius in
« siluam. Quam ingressus Episcopus, precibus facillimè obtinuit presto sibi adesse lupum : quem iussit sternere more iumenti , struémque lignorum superponere atque onustum minare domum.Qui Lupus extitit postea sicut canis domesticus,pergens semper cum famulis & rerum custodibus , custodiam peruigilem & instantem sagacissimo dependens astu.Ex qua bruti permutatione vel nouitate naturæ , ampliori deinceps admiratione excoluit eum sacer Præsul Leontius. Omnes quoque vulgò hæc audientes , prompta animi deuotione,dona rerum suarum conferebant ei.

Duo Miracula S. Machutis explicantur.

CAPVT XV.

QVadam die cùm filia Xantonici [1] Comitis,per Viridarium sui genitoris cum aliis puellis incedendo spatiaretur , serpens illic delitescens ictu letifero pupugit eam. Vnde nimis afflicta & tabida effecta

1 *Comes Xantonicus.*

fecta penè vſque ad mortem, angorem nimiũ & mœrorem parenti vtríque ingeſſit. Qui conſilio in tali neceſſitate vtique ſalubri operam dantes, virum Dei ſanctiſſimum Præſulem Machutem cernuis precatibus adeunt: eúmque ad ſe pro imminentis ereptione diſcriminis puellæ accerſunt. Tunc Beatus Machutes inſignium iamdiu creberrimè cum Dei gratia virtutum expertiſſimus, itidémque ſecurus diuinum ſibi tunc & ſemper præſto eſſe adminiculum, ſolium ederæ aqua benedicta perfuſum vel ſaliua ſua ſacratum, indidit vulneri puellæ. Reſtituítque eam cum Dei opitulamine priſtinæ ſanitati & incolumitati. Vnde admodum gauiſus pater, conceſsit ipſi ſancto amplum iuris ſui & compendioſum prædiũ. Venerabilis Leontius Epiſcopus propter virtutes diuinitùs meritis ſanctiſsimi Epiſcopi Machutis declarandas, rogauit eum ſuppliciter ſecũ prodire ad inuiſendas more Epiſcopali ſuæ diœceſeos vel paroechiarum ſedes. Vnde cum vẽtum eſſet in villam quæ vocatur [a] Brea geminis inſignitam Baſilicis, vnam earum delegauit Domnus Leontius Beato Pontifici Machuti. Vbi metatum ſibi ſtatuens, dum quodam mane vellet lauari, adſtanti puero præcepit aquam allatum ire. Puer vero duodennis adhuc, incautè ſe pronum ad hauriendam aquam introrſus demittens, in puteum elapſus occubuit. Cuius corpus aquis euectum hincque ſublatum, iuſsit facer Leõtius in Baſilicam hoſpitij ſancti Machutis importari. Continuò adſunt parentes pueri, affines etiam quamplurimi, erat enim generoſis parentibus editus. Parentes verò vel propinqui & quique fideles, excubias vigilanter circa Corpus eius exegerunt. Manè autem facto Beatus & virtutum inſigniſimus Machutes, omnes iuſſit exire de Eccleſia præter duos ſibi adhærentes vel concharisſimos Monachos. Cum quibus ſeptiés flexis genibus in oratione, reuocauit Deo adminiculante animam innocentis pueri in proprios artus. Vnde conſequenter exilarati Præſul Leontius vel cunctus populus, ſummo opifici Deo in commune referebant gratias: qui talem

2 *Brea Villa.*

lem eis ac tantum destinauerat patronum, sanctitate omnimoda perfectum & virtutum exhibitione probatissimum. Erat in eodem pago Santonico quædam vidua nomine Bona quarto decimo annis cæcitate obtecta quæ obtutibus sancti Episcopi Machutis præsentata, atque illius benedictione percepta, protinus est oculis inluminata, gaudenterque repedauit ad propria.

Migrat à seculo Beatus Machutes, & à morte plura facit Miracula.

CAPVT XVI.

His & aliis insignibus miraculis vel virtutibus florente beato Machute, venerunt missi ad eum è Britannica legati prouincia, precantes vtique obnixè, & multum anxiè: quatenùs suæ reuersionis præsentia, & benedictionis gratia, recrearet patriam quam maledictionis & excommunicationis plaga, inutilem & pestiferam, cum incolis vel inhabitantibus effecerat. Vnde petiit consultum Leontij Episcopi. Qui suggessit ei complacere sibi & æquum videri, triduanum exinde secum agi oportere ieiunium. quo diuina ex hoc eis voluntas propensius manifestaretur. Proinde admonuit Angelus Domini Beato Machuti, hortans eum vt in Britanniam sine cunctatione transiret, omnemque maledictionis labem suæ sanctitatis præsentia detergeret. Salutifera vero benedictione, terram cum hominibus, fruges cum arboribus plenissimè recrearet: fertilitate nuóque & vbertate opimam & frugiferam, suis sacris & Deo placitis meritis quasi innouatam efficeret. Denuóque Xantonas remearet, quia ibi eum erat futurum felicissimè obire, & ad cælicas sedes triumphaliter scandere. Secundum itaque Angelicam reuelationem, secessit vir sanctus in Britanniam: suáque benedictione eam ab omni pestium vel miseriarum qua eatenus laborauerat vexatione, purgauit & diuit. Deoque omnium bonorum largitori, eos attentissimè commendauit

uit. Sicque postea omnis illa tellus, vberitatis copia & dapsilitate viguit; vt quasi de præcipiti interitu, Diuinitatis manu retracta: gauderet se cunctis rerum vel opum bonis vernare, Quæ hactenus malis exitialibus præssa, videbatur labefactari & perire. Tum denique tàm Princeps regni illius quàm Optimates vel Episcopi conuenerunt: obsecrantes sanctum Machutem, ne vmquam ab eis recederet: sed iugiter vt iam olim disposuerat, inter eos vitam degeret. Quibus ille miti affatu, & tranquillè respondit. nullatenus se posse Angelicam prænũtiationem transgrediendo offendere, quæ eum apud Xantonas prædixerat obiturum fore. Sicque cunctis valdè mœrentibus & lugentibus, abcessit: rediturus Xantonicam ciuitatem. Ad quam fœliciter & cum Dei gratia reuersus, degénsque in ea per aliquod tempus: iamiámque tamen cælesti vocatione dignus, felicissima & Deo placentissima multorum temporum annositate longæuus, & omnium virtutum copiositate ditissimus, Angelorum officiis ad cælorum intima sustolendum Deo reddidit Spiritum. xvij. Kaléd. Decembris Dominicæ quidam diei conticinio noctis, adstantibus sibi cunctis Fratribus, & deuotissimè sacras vigilias dependentibus ℣. Vixit autem centum triginta tribus annis, per omne tempus tantæ longeuitatis ab ipsis infantiæ auspiciis, vt supra pro posse expediuimus de bono in melius, de melioribus in optima quæque virtutum emolumenta conscendens: donec omnem supergressus humanitatẽ, ipsi Diuinitati indissociabiliter adnexus, totius mundanæ creationis vel immensitatis fieret supremus, imo cæligenarum ciuium Angelicorum vtique Pneumatum vel sanctorum Cælicolarum omnium, diuinitùs ascisceretur æternaliter exituruus contubernalis ac socius. Cuius sacratissimi Episcopi præciosissimum pignus, omni auro & lapide præcioso commodius & charius atque honoratius, Domnus summa præstans probitate Præsul Leontius, reuerẽter & cõdignè, officiosissimæ tradidit & decentissimæ sepulturę. Abditũ quidã mansurum tumulo, sed

℣ S. *Machutes vixit* 133. *annis.*

virtu

virtutum fragrantia enitendo, toto deinceps profuturum seculo. Nam eodem planè die quo mansoleum subiit, duobus cæcis lumen oculorum integerrimè restituit. Dæmonem pessimum nec minus ab Energumeno propulit. Tertia verò nihilominus post sacram & honorificam tumulationem eius die, contracto restituit agile & stabile gradiendi officium. Mutóque cuidam nil fari valenti, Diuinitatis gratia reformauit dicacem & facundam loquelam. Diligens autem Episcopus Leontius, amplius & decentius sacratissimi Prę sulis Machutis beatissimum honorare corpus, nouam & elegantem fecit ædificare Ecclesiam; inibi vtique vbi eum insepeliuerat, extra muros Xantonicæ vrbis. Vbi ex tunc & de cætero, tot & tanta Diuinitatis Omnipotentia ostendit declaratque miracula: quanta nec hominum memoria, nec scriptorum valet comprehendere industria vel solertia. Non solum autem illic, verum vbicumque aliàs vel sacrarũ reliquiarum eius prę sentia, siue Ecclesiarum altariumve fuerint monumenta, ibi profecto affectuosè orantibus presto adest Diuina Clementia, vt in omnibus passim cordibus fidelium, sanctitatis eius præsentiam experientium: præcordiali intentione, vel iugi deuotione, maneat semper laus tanti Confessoris, omnibus se inuoçantibus potentissimè & piissimè subuenientis. Amen.

Explicit vita Sancti Machutis, Episcopi & confessoris.

FRAGMENTVM VETERIS MEMBRANÆ, DE SERMONE *Sancti Fulberti Episcopi Carnotensis, In Natiuitate B. Mariæ Virginis.*

HAC eadem dignitate facta est etiam imperiosa secundum charitatem erga superos, ac super inferos per districtionem. Vnde scripta sunt plurima sanctorum argumenta, de quibus ad præsens singula sufficiat memorare. Illa igitur olim in auxilium magni patris[1] Basilij misit sanctum angelum, & martyrem defunctũ suscitauit: qui malè viuentem pessumdedit persecutorem eius Iulianum Apostatam, & hæc historia notissima est. Illa etiam re, ô peccator,[2] Theophilem quondam pœnitentem, & se suppliciter inuocantem, ab ipsis Diaboli faucibus potenter eripuit. Sed quid grauemur huius lapsi reparationem paucis effari, cum audire sit operæ præcium? Is ergo Theophilus Vicedominus olim cuiusdam Episcopi[3] Ciliciorum, vt scripta testantur: propter infortunia sua in tristitiam decidit. Vnde contulit sese ad quemdam Iudæum, eius consilium & auxilium petens. Hoc mediatore locutus cum Diabolo, Christianitatem abnegauit, Diabolum adorauit: eique de sua mancipatione, factum cyrographum tradidit anulo suo signatum. Postea verò facti pœnitens, multúmque se animo angẽs, quid faceret, quo sẽ verteret nesciebat. Tandem collectis fidei viribus & spei, confugit ad Ecclesiam quamdam in beatæ Matris Mariæ memoriam dedicatam, vbi quadraginta dierum afflictione mactatus, animo contrito nomen eius inuocabat iugiter: ac patrocinium

1 *Basilio S. Virgo Maria auxiliũ mittit.*

2 *Theophili historia à graui authore comprobata.*

3 *Cilicij populi.*

Digitized by Google

nium implorabat. Quid multa? respexit hunc propicia misericordiæ mater, & per visionem illi apparens, de impietate coarguit, ad Christi iterandam confessionem confortauit: consolata est dolentem, pollicendo veniam, & ne dubitaret de promisso. supradictum cyrographum Diabolo potenter ereptum, captiuo reddidit in pignus libertatis. Quod cum euigilans supra pectus suum positum inueniret, quàm lætus extiterit, quàm pio affectu voces exultationis & confessionis ediderit, non est facile dictu. Noctem vero illam consecuta est Dominica dies, qua Theophilus quasi cum Domino à mortuis resurgens, Episcopo se coram populo præsentauit. Videres populum modo ex auditu tam horrendi sceleris expauescere, modo considerata facie vultúque pœnitentis, piè conlachrymari: sed audito quantam & quam celerem fuerat misericordiam consecutus. Omnes qui mala conscientia territi penè defecerant, ad spem veniæ cum gaudio respirabant. Iam vero vt rem breui fine concludamus, Episcopo iubente, malè cautum cyrographum Theophilus igne cremauit: Deinde suffragante Clero ac populo, ductus ad altare, cum sacrosanctam Communionem de manu Episcopi ore susciperet, facie refulsit vt Sol, peractóque deinceps triduo cum laudibus in Ecclesia piæ matris Domini, per quam reconciliatus fuerat, à laboribus suis beato fine quieuit. Ita Fulbertus.

Qui vt in eadem vetustissima membrana scribitur, fuit Episcopus Carnotensis, quem ipsa beata Maria in infirmitate suâ visitauit, & eum suo sancto lacte recreauit. Hic enim multo amore & fœlicissimo in honorem Deigenitricis exarsit, quod ostendunt cantus ab eo in eius honorem facti, cælestia vota sonantes. Ipse fundamenta Ecclesiæ Deigenitricis [4] Carnuti iecit, & eam perfecit miro lapideo fabulatu. Ad quod opus Eleemosinas profusa manu misit [5] Cinito Rex. Angliæ. Vnde & ipsi fulbertus pro eiusmodi, in quadam Epistola gratias agit. Prophetiæ quoque spiritu claruit. Nam & Berengarium post hæreticum, moriens hoc

4 S. Fulbertus Ecclesiæ B. Mariæ apud Carnutum fundamenta iecit.

5 Cinito Rex Angliæ, cooperatur Fulberto in ædificatione Basilicæ Carnot.

modo notauit. Nam cum eum in extremis positum multi visitarent, & ædium capacitas vix confluentibus capiendis sufficeret: Ille inter oppositas cateruas, oculis longè rimatus Berengarium, visu quo potuit expellendum censuit, protestatus immanem Dęmonem propè eum cõsistere, multósque ad eum sequendum blandiente manu illicitè corrumpere. Sed ipse [6] Berengarius postea resipiscens, & pœnitentiam agens, Cum die Epyphaniorum moreretur, recordatus quot miseros, quondam adolescens, primo sui erroris calore secta sua infecisset: producto gemitu. Hodie inquit die apparitionis suæ, apparebit mihi Dominus Iesus Christus propter pœnitentiam vt spero ad gloriam, vel propter alios à me corruptos vt timeo ad pœnam. Sanctus vero esse Fulbertus iste, creditur. Florebatque anno Incarnationis Domini milesimo vigesimo quinto.

6 Pœnitentia Berengarij.

Explicit notabile Fragmentum membranæ vetustissimæ.

Bibliothecæ Floriacensis Regiæ hîc terminus esto.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

ABBREVIATVS PRÆCIPVARVM MATERIARVM QVÆ FVSIVS IN textu & annotationibus Floriacensis Bibliothecæ huius explicantur.

A

Abbates dum equitabant felicia ostendebant tempora. pagina 39

Abbates olim & si à fratribus eligebantur nominatio tamen regia etiam accedebat. 104. *Abbates Floriac. nunquam Arnulphus Episc. Aurel. dilexit.* 107. *nobilibus stipati ad palatium properabant.* 131. *Abbates curiales & iuuenes carpuntur.* 155. *cubiculariosos habebant.* 185. *gerebant vestes pelliceas.* 343. *apud Floriacum plurimi Abbates solebant in festo Hyemali, S. Benedicti adunati.* 345. *Abbates solent benedici.* 456

S. Abbo verus martyr. 300. *ciuis erat Aurelianensis.* 301. *varia scripsit* 304. *in Angliam pergit.* 305. *honoris gratia ei armille & torques offeruntur.* 308. *Romam Regis rogatu pergit.* 317. *S. Pontificis consilio adhibetur.* 328. *ab eo munera, & priuilegia consequitur.* 329. *Auro & argento insignit Floriacensem basilicam.* 335. *lancea occisus fuit.* 342. *qua miracula ad eius tumulum facta.* 348

Abſentia reliquiarum damnoſa. 7

Alphonſus de Albena Albienſis Pontifex laudatus. 230. *& alibi paſſim.*

Altare figura Crucis. 82

Anaſtaſius Pſeudohiſtoricus. 370. *hunc caſtigatione dignum Vvionius pronunciat.* 377. *&* 385. *blaſphemus eſt.* 381

Animarum apparitio. 121

Anna Regis Ruſſorum filia II. Airri primi vxor. 182

Aqua vis Benedicta. 460

Aquitanici faciles ad noua patranda. 77. *eorum cingula qualia.* 124

Athalaricus Rex Italiam vaſtat. 17

Aurelianenſis Pontifex infeſtus S. Abboni. 317

Aurelianum quam ſæpè à Nortmannis vaſtatum 64. *eius mœnia Gualterius Epiſc. reſtituit.* *ibid.*

S. Aygulfus martyr. eius vitã adfert Surius. Caſinum venit. 4. *&* 28. *huic ſenex apparet, ac eum in opere confortat, ſignum à deo de renelatione corporis S. Benedicti cõſequitur.* 5. *Corpus S. Benedicti auffert, in ſportu ponit, cum eo fugit, vt celeriter vadat voce cœleſti admonetur.* 6. *cum Papa cum Langobardis ſequitur, nube diuina protegitur.* 7

Aymoinus procul dubio fuit Monachus Floriac. 79. *ſcripſit vitam S. Abbonis & Librum, amiſſum de Abbatibus ſui Cœnobij.* 336. *vir erat nobilis.* 337. *&* 339.

B

Baldwinus Comes Flandrenſis laudatus. 182

Baronius Cardinalis initio quodammodo dubitabat de Tranſlatione S. Benedicti. 370. *poſtea eam credit, ac tuetur.* 388

Bellis ciuilibus Eccleſia atteritur. 43

Digitized by Google

S. Benedictus præsidet Casini euersionem. 2. & 21. Propheta fuit. 2. & 24. Eius ossa cæcum illuminant. 7. Clandum erigunt, eius nomine in Galliis ædificãtur Ecclesiæ, ad eius reliquias cæcus videt. 8. In spiritu Floriacũ vidit ne præelegit. 12. Vir erat patritius, nascitur sub Iustino seniore Imperatore. 15. Duodecim in Monasteria condit. 17. à Sublacu Casinum petit, à tribus Coruis comitatur, ei duo Angeli iter pandũt, ante eum Eremita erat alius in Casino. Religiosè quadragesimam colit. Marcum Poëtam habet discipulum. 18. præuidet restituendum Casinum & propagandum Monachismum. 21. Legati ad eum ex parte Bertingranni Canomanensis Episcopi mittuntur. ibid. Sanctum Maurum in Galliam mittit. 22. Conciones habet in discessu Sancti Mauri. 23. eius gloria. B. Mauro reuelatur. 26. Rahonem Comitem necat. 40. Floriacensium afflictionem respicit. 43. numquam fuit immemor eorum, qui ei honorem detulerunt. 87. eius sepulchrum glorioſum. 94. gemmatum, & aureum. 111. eius nomen mirę efficaciæ. 119. de inimicis vlciscitur se. 147. eius arcę ligna salutes operabantur. 185. eius festum solemniter in hyeme cultum. 195. est nomini Dei hæres Benedicti. 280. comparatus Petro, Paulo, Apostolis ac aliis excellentioribus Sanctis. 295. In quibus alios excellit Sanctos. 297

Berengarius Hæreticus & eius pœnit. 517

Bertha vxor Regis Philippi. 182

Bibliotheca Floriacensis à Caluinistis excisa. 382

Blasphemi mors horrenda. 91

Britones olim Francorum hostes. 63

Brunechildis Hispana vxor Sigeberti Regis. 20. & 27. regit cum nepotibus Theodeberto, & Theoderico. 20

C

Calix aureus pro satisfactione in eius dextera defuncti positus. 200

Caluiniſta exuſſerunt multa S.Corpora. 232. *Floriacum diripuerunt.* 233. *Capſam auream Sancti Benedicti abſtulerunt ibid. Corpus Sancti Benedicti precibus fracti dimiſerunt.* 234

Caput Ceruium quomodo S.Benedicti effectum. 71

Caſinenſes querelam de Corpore S.Benedicti renouant & quare. 33. *Scribentes ad Floriacenſes ſub dubio loquuntur.* 255. *Authorum Caſinenſium in multis vacillat fides.* 374

Chriſtus in pauperibus paſcitur. 97

Caſinum habitatio ferarum. 2. *locus fertilis à Deo Monachis paratus.* 19. *olim Harum appellatum.* 284

Cete mirabilis. 497

Childebertus puer regnum cum matre adminiſtrat. 20. *veneno necatur. ibid. dotauit Leonenſem Epiſcopatum Chilpericus.* 20

Clerici olim bellis cogebantur intereſſe, ſed malè. 45

Chriſtianus orbis Tranſlationem S.Benedicti colit. 389

Clodoueus filius Dagoberti laudatus. 2. & 27.

Clodoueus primus Rex Francorum Chriſtianus. 16

Clotharius I. *Rex regnat anno* 51. *pag.* 17. *quot habuit filios. pag.* 20

Codrot vbi ſit. 339

Cœna Domini dies. 25

Cœnomanenſes Italiam adeunt pro Corpore S.Scholaſtice. ibid. à Floriacenſibus recipiuntur. ibid. eis S. Scholaſtica Corpus conceditur. 9. *Baſilicam pro locando Corpore S.Scholaſtice conſtruunt.* 10

Colloquia Sanctorum qualia. 25

Communio ſub vtraque ſpecie olim quibuſdam vſitata. 166

Concilium prouinciale apud S.Dyonyſium. 320

Conſtantia regina mulier ſuperba. 127

Corpus

Corpus S.Benedicti Floriaci. 52. 53. *quo loco reconditum.* 11. *miracula edit innumera.* 12. *in lecto aureo locatum.* 53. *Nortmannorum furori subtractum.* 67. *Corpus S.Pauli Episcopi, à quo Floriacum delatum.* 133. *Corpus S.Benedicti glaciem soluit.* 228. *Arbores in hyeme florere facit.* 229. *eius relatio per totam Galliam celebrabatur.* 229. *quomodo fuit à Caluinistarum rabie seruatum.* 234. *& quando intra arcbam, in qua nunc est repositum.* 235. *eius praesentia auctenticè probatur.* 239. *& sequentibus. à terra eleuatum.* 251

Crucis lignum. 24

Curialium fraus in extorquendis à Regibus beneficiis. 39

D

DAmnati ad inferos precibus viuorum non iuuantur. 46

Deus cur homines in bonis punit. 152

Diedericus scripsit illationem Benedicti. 229

Diacum quis Floriaco contulit. 86

Dissidium Reip. ruina. 54

Donationes quomodo olim fiebant. 116

Duella olim frequentia. [redacted] etiam pro Ecclesiasticis rebus facta. 163

E

ECclesiis olim in bellis ad tutamentum, Rustici res suas inferebant. 183

Ecclesiæ Romanæ authoritas labi nos haud permittit. 256

Elati hominis pauendus interitus. 92

Eleemosina pro fidelium animabus. 459

Eliſiardus Comes Monachus effectus. S. Odoni Floriacum tradit. 357

Epiſcopus quinis non habet æqualem Papæ authoritatem. 422

Epiſcopi tres ſimul in quibuſdam prouinciis ordinabantur. 481

Epyphaniorum dies. 24

S. Eucherius Aurel. Epiſc. à Martello in exilium pulſus. 32

Excommunicato abſolutio poſt mortem impenſa. 168

Extranei ſemper in originarios crudeles. 55

F

FAmes in Gallia. 72

Faustus vitam S. Mauri ſcribit. 22

Feſtuitates S. Benedicti variæ. 88. diuinitus celebrari iuſſæ. 89

Feſtis diebus lautiores epulæ apponi ſuetæ. 360. & alibi paſſim.

Ferro vincta deferre brachia mirus, ſed tamen antiquis aliquibus ſuetus pœnitendi modus. 173

Fœminis ingreſſus Floriacenſis cœnobij vetitus. 57

Floriacenſes ſuſcipiunt [redacted] S. Benedicti & Scholaſticæ reliquias. 8. Floriacenſium cœnobitarum nullus damnatus per multos annos. 75. olim Floriacenſes eruditi & quomodo ob doctrinam remunerati. 139

Fontis Rogi Cœnobium. 25

Franci quando Christo nomen dederunt. 16. quando gloriam amiſerunt. 29. agrè patiuntur extraneos ſibi dominari. 55. ipſorum potentia quomodo viguit. 81. valde olim religioſi. 222. Franciæ qualis gloria. 223.

Francorum Præſidium in [redacted]queirs. 340. eorum Monarchia cum Catholica fide erenit. 539

Digitized by Google

Floriacenſis Abbas vb corpus S. Benedicti primus Abbatum Gallia. 242. *a prouinciali tantum Concilio vel ſolo Papa poteſt iudicari.* *ibid.*

Floriacus propè ligerim. 3. & 28. *duas habet Baſilicas.* 3. *vigebat hoſpitalitas in eo.* 4. *olim aurea vallis dictus.* 109. *monaſteriorum Gallia caput.* 242. *in illo omnes monachi poſſunt recipi. ibid. eius nomen Reuerendum.* 161. *plures ibidem Epiſcopi Monachi effecti.* 359

Fulbertus Carnot lacte Diuæ Mariæ potatur. 517. *Eccleſiam Carnotenſem conſtruit. ibid. Diabolum Berengario aſſiſtentem moriens videt.* 517

G

GAllia à variis nationibus vexata. 81

Gausbertus Monachus Floriacenſis eruditus. 279

Gentiles, & hæretici quo tempore adhuc in Anglia erant. 435

Gildas cognomine ſapiens quis fuerit, & eius vita. 429. & *ſequent.*

Gothi in Italia. 15

Grabatus ægroti propè Eccleſiam ſuſpenſus. 207

S. Gregorius Papa 1. & 27. *ſcripſit vitam S. Benedicti.* 16. *fuit Monachus ordinis S. Benedicti, & præcipuus Doctorum.* 271

Guillelmus Rex Anglorum rebelles in Francia fouet. 183

Guntrannus Rex moritur. 20

Gygas reſuſcitatus. 494

H

HEraclius Imperator. 27

Heraclonas Imperator. *ibid.*

Herueus Theſaurarius S. Martini. 299

Hiberni deficiunt à fide. 438

Hildricus Imperij pellitur regno. 33

Historia translationis S. Benedicti magna fides. 12
Historia S. Ioannis Euangelistæ probata. 277
Hugo Capetius vbi Rex sacratus. 110. *eius ars vt posteritati regnum stabiliret.* *ibid.*

I

Iacobus Brenlius laudatus. 369. *de Translatione S. Benedicti cur dubitet.* *ibid.*
Ignatius de Loyola fundator, & ex consequenti Patres Societatis Iesu quid debeant ordini S. Benedicti. 315
Imago recordatio Domini. 203
Incendium Floriaci primum. 67. *secundum.* 95. *tertium.* 112. *quartum.* 144. *quintum.* 188. *Sextum* 224.
Insula mirabilis. 497
Interempti cum suis vestibus sepeliebantur. 344
Inuidi semper dissentiones quærunt, & omnia in peiorem partem interpretantur. 305
Ioannes á Bosco deflet deformationem plurium Benedictinorum. 320. *& seq.*
Ioannes Mercurius Papa. 17.
Ioannes I. Papa martyr. 16
Ioannes Sauaro Laudatus, tractatum de confratrijs edidit. 390
Irem olim Academia Angliæ. 434
Italia. 1. *describitur.* 15. *olim cur magna Græcia dicta. longior quam latior. duodeuiginti habet prouincias, inclitos protulit viros. felix ortu S. Benedicti.* 14
Iudicia Dei etsi aliquando occulta, semper tamen iusta. 197
Iurans falso punitur. 68
Ius perduellionis. 14
Iustinianus Imp. laudatur. 15. *imperat annis* 16. *pa.* 16
Iustinus iunior succedit Iustiniano Imp. 19. *fit amens ob sce*

ob ſcelera. 26

Iuſtinus ſenior Imperat. annis 8. *pag.* 15

Ieroſolima quando primùm à Francis cœpta adiri. 323

K

KArlomannus Martelli filius ſit monachus apud Soractem, ad Caſinum migrat. 32. *in Galliam venit.* 35

Karlomannus filius Ludouici Balbi Floriaci reſtaurator, non fuit nothus. 230

Karolus Caluus liberalis erga Floriac. veneno necatus. 76

Karolus frater Karoli Magni moritur. 37

Karolus Lotharingus, Regno non eſt potitus. 110

Karolus Magnus bellum cur Longobardis mouet, eos domat & delet, Italiam ſubijcit. 38. *ſeruis Regni curam tradit.* 39

Karolus Martellus Eccleſias denudat 31. *Raimfredum domat, ſarracenos pellit è Gallys, Tudites cur dictus. Romanæ Eccleſiæ quare auxiliari recuſat.* 31

Karolus ſimplex carceri Peronnæ traditur. 86

L

LAngobardi Pagani veniunt in Italiam, deſtruunt Beneuentum, & Caſinum. 1. *vocabantur Guimili.* 20

Laus cuiuſque in fine tantum ſecura. 3

Leges pro rerum circumſtantia debent interpretari. 326

Legiones. 14

Leodebodus Abbas S. Aniani Aurelian. Floriaci fundator, agros paternos cum Regijs commutat. 2

Leo Caſinenſis erroris arguitur à ſodali. 374. *ſolus*

Digitized by Google

contra omnes alios Casinenses, translationem S. Benedicti denegat. 377. eius pleraque fluctuant narrationes. 381

Ligeris fluuius exundauit, anno 1003. pag. 129
Lirinense Cœnobium. 3
Longinus Narseti sufficitur. 19
Lotharius Imp. cur monachus factus. 76

M

Maiores domus. 29
Maledictio in hostes prolata. 202
Mancipia Ecclesiarum. 50
Marcus Poëta, discipulus S. Benedicti. 281
Matutina preces. 24
Maurus martyr Afer fuit. 349. eius corpus primo apud Farentum. 351. dein in Britanniam. 352. postea Floriacum translatum fuit. 354
Mauricius Imp. Graecus. 26. necatus à Phoca. 27
Maurus Propheta. 25
Medici nihil gratis agunt. 185
Medo Abbas S. Benedicti Floriac. negat reddere corpus S. Benedicti, ad diuinum confugit refugium. 15. reliquias quasdam S. Benedicti caecatis Casinensibus cum viatico donat. 37. construit sacellum S. Benedicti Aurelijs. 69
Miracula quare cessant. 259
Missa sacrificium nostrae redemptionis. 302
Missae publicae olim in monasterijs cur fieri prohibitae. 329
Monachis conuenit solitudo. 69. debent vacare literis gratia exercitationis, & orationi gratia officij. 303. non licet extra claustrum absque licentia comedere. 341. carnes eis interdictae. 358. quantum frugem olim horreis domi

domini inferebant. 438
Monachatus excelsior communi vocatione gradus.
3. quantum per orbem diffusus. 268
Monasteria duo in Gallis constructa in honorem SS. Benedicti & Scholasticæ. 28
Monasteriorum afflictiones unde. 44
Monumenta sanctorum etsi ossibus vacua, virtute tamen plena. 69
S. Mummolus Floriac. primus Abbas, vir bonus. mittit ablatum ab Italia corpus S. Benedicti. 3
Munera sanctorum qualia. 24

N

NArses Langobardos in Italiam vocat. Gothicum nomen in ea delet. 19
Nauigatio septennis. 494
Neoterici variis artibus S. Benedicti ordinem depluunt. 315
Neustria quid vocetur. 63
Nobiles fœmina sanctimoniales. 10
Nobiles cier mali vt plurimum euadant. 117. pueros suos ad Floriacenses Scholas mittebant. 322
Normanna gens Francogallia infunstat. 65. *& alibi passim. Virtute S. Benedicti ab Hugone Magno Abbate vsque ad internetionem cæs.* 77. *à quibus concitata Gallias inuasit.* 81. *S. Benedictum mirum in modum timent.* 85. *ipso præeunte per Gislolfum Comitem sternitur.* 226
Nursia S. Benedicti Patria. 15

O

OBlationes in solennitatibus Sanctorum. 270
Odo Cluniacensis fit Abbas Floriacensis, &

quare. 87. sermonem habuit de translatione S. Benedicti 258. Asello vehebatur. 358. eius liber de translatione S. Benedicti amissus fuit. 361. laudatur. 16

Odo frater Henrici Regis non recensitus ab annalistis ibi. mala morte perit. 149. ferox fuit. 150

Odo Regens ac Regis tutor laudatur. 82

Ordo S. Benedicti semper eloquentes aluit viros. 80. SS. Franciscum Assiatem, & Thomam Aquinatem inuit. quanta Ecclesia contulit. 315

Ossium viri & fœminæ discretio quomodo facta. 9. ossa quadam S. Benedicti apud Montempessulanum deportata. 249. deinde in Hispaniam translata. 365

P

PApa est vniuersalis Ecclesiæ Doctor. 330. Papyrius Massonus vir eruditus. S. Abbonis epistolas, cum doctorum dolore domi carceratas retinet. 338

Paraseue dies. 28. Parisius præcipua Regni ciuitas. 422. Patrini in Confirmatione. 31. partes tantum mundi tres antiquis cognitæ. 14. Paschæ festum. 25. quomodo à sanctis cultum. 26. Paulus historicus Langobardus. 18. Monachus Casinensis irrefragabile fert pro S. Benedicti translatione testimonium. 28. vitam S. Benedicti versu edidit. 284. Pauperes duodecim olim apud Floriacum cotidie pasti. 99. Phocas malus Imp. trucidatus. 27. Philippus Rex pinguis somno deditus. 182

Petronax Casinum restituit, & in eo efficitur Abbas. 30. adiuuatur à Gregorio, & Zacharia Rom. Pontificibus. 31. Pictauia ad illicita præceps natio. 31. Pipinus Rex quomodo factus. 33. præcipit corpus S. Benedicti Casinensibus restitui. 35. Peregrinatio annua ad tumulum S. Benedicti. 60. Pontifices Max. regulam S. Benedicti sollicitè custodiebant. 31. Posterula S. Benedicti Aurelianis

lianis.41. primatum Galliarum nititur vſurpare Archiepiſcopus Senonenſis. 320. Principes vnde euadunt raptores.149. Prioratus Floriaco ſubiecti. 410. Probatio tyronis monaſtici mira.88. Pueri in antiquis Monaſteriis ſub arctiori diſciplina educati. 190

R

Raynaldus Rex Normannorum à S. Benedicto necatus. 85.

Reges Francorum à prima regni conſtitutione Comites inſtituebant in minori Britannia. 421. Annulum ſuum Comitibus dabant. 422. quo ritu inueſtituram dabant Epiſcopis. 423.

Regibus ſed ignauis tãtũ, aliena virtus formidoloſa.54.

Regni vnde Clades 39. pag. 54. Regni ſtatus miſer ſine capite. 86. Regnũ Francorũ ex diuerſis compactum nationibus.62. Regum quorundam Gallorũ ignauia.29.

Reliquiæ Sanctorum cõtra mala ſunt munimen. 24. per vicos à ſacerdotibus circumlatæ.177. & alibi ad eas dona oblata. 178. loca in quibus ſunt muniunt, & ad eas ſolitum iurari.179. eis infirmi ſuppoſiti. 205.

Remigius frater Pipini nothus Epiſc. Rotom.35. cæcus efficitur dum corpus S.Benedicti aufferre cõtẽdit. 36.

Renatus Chopinus merito laudatus in Præfatione.

Rodolfus Rex manu propria inuaſorem rerum S. Benedicti necat. 87.

Romani liberos ſuos Scholis tradebant. 16.

Romanum imperium. 14.

S

Sacrificium miſſæ defunctis prodeſt. 201.

Sacrilegium Ludouici nihili facientis. 82.

Sancti ab obitu nobis ſunt præſentiores. 23.

Sanctorũ quiſque cũ ſuis ſectatoribus reſurget. 268.

Sancta Scholaſtica Corpus apud Cenomanos extat 366. *hoſtes mirabiliter effugauit.* 367.

Sancti Sebastiani reliquiæ apud Floriacum miraculis choruſcant. 57
Scriptores religioſi nihil debent fingere. 220
Senes ad puerorum cuſtodiam in Cœnonobiis conſtituti. 460
Serpentes magni. 419
Seruitus apud Francos olim in vſu. 139. *& alibi paſſim Signum tempeſtatis.* 305
Smaragdus Commentator Regulæ S. Benedicti. 290
Sophia Imperatrix indiſcreta. 19
Strix hominem mente dimouet. 203
Sublacus. 17
Sudarij dominici pars apud Floriacum. 189

T

THeodotus Rex Italiam diripit. 17.
Theodoricus Rex Arrianus nequam 15. *viros probos necat.* 16.
Trãſlatio S. Benedicti ab antiquo quomodo culta. 100. *Indulgentiis variis decorata.* 247. *& alibi.*

V

VAleria præclarior Italiæ prouincia, & eius ſitus. 14.
Venialia quando confiteri tenemur. 165.
Vino Sanctorum reliquiæ ſalubriter lotæ, quod S. vinagium vocant. 177.
Viſio Papam terret. 7. *Danielis explicata.* 15.
Vitæ puritas Monacho neceſſaria. 165.
Vota de feſtorum obſeruatione. 198.
Vvionius vir ingenuus oppertis verbis Trãſlationem S. Benedicti fatetur. 381. *laudatur.* 383. *Anaſtaſium Scriptorem Caſſinatem reſpuit.* 384.

Z

ZAcharias Papa Francos à iuramento ſoluit Præſul. pro Corpore S. Benedicti habendo ſcribit. 34.

FINIS.

Digitized by Google

Emendanda in hac Floriacenſi Bibliotheca.

Nihil cùm ſit ſub Sole perfectum (Benigne Lector) *quid mireris, poſt ſolerter correcta folia, vel operarum incuria, vel aliqua alia occaſione, mendas relictas fuiſſe, aut de nouo in hanc Floriacenſem Bibliothecam irrepſiſſe? Sed vt tibi ſit integra, atque perfecta, hoc pacto eam emenda.*

Pagina 1. coequans, de geocoequans. 11. ſtratis, adde relictis. 15. ſeniore, ſeniore. 31. ſcederet. ſecederet. annot. 1. Anianus, Arrianus. 34. Ariane. Arriana. 36. annot. 3. necari, necati, Remiguis, Remigius, 37. Martynius, adiice alias Mercurius. 33. Ptimus, Pipinus. 34. Monacios, Monachos 36. peiotatum perotatum. an. 1. iuiceptionem, ſuceptione. 38. Monaichiam, Monarchiam 52. expletis, explentes. 54. annot. 1. diſſidum, diſſidium. 62. annot. 1. Francorum, adde ex 64. annot. 1. Beanais, Beanais. 72. decendente, decedente, in geſtario, geſtatorio. inuiſæ, immiſſæ. famem, famam. 73. remiſit, reuiſit. 74. probalibus, probabilibus. 75. elois, Eroïs. annot. 8. ſonitum, ſonitu. indicabatur, indicabatur. 76. Carolum, Carolus. 78 tæderi, tædere. 80. nunquã, vnquam. an. 6 eripere, ſurripere. 86. pertinacia. peruicacia. 90. armiiti, Arnuſti. 91. hic, his. 94. ipſe, ipſi. 95. gratię, gratia intepturum, ereptrurum. 113. annot. 3. quiſcit, quieſcit. 147. incerti, inerti. 158. qui, cui. aliter, alites. 193. locis, loris. 181. Eccesia, Eccleſia. 182. retata, tetaxata. 186. meritus, meritis. 187. miſeri, miſereri. exorat, exorant. ipſe, ipſo. 197. augmenta, augmentata. 200. lugenteis, lugentes. 204. geſtatorum, geſtatorium 206. carius, carus. 213. noſtri, noſti. 216. dimiſſi, demiſli. 217. ſaluti, ſalute. 220. allidit, alludit. 229. Chriſti, Chriſtum. antefacto, anteſato. 223. & etiam. 233. clarat, clara. orum, ortum. argentiſque, argenteſſque. ſæuoque, ſæuo &. Et initio linex 29. adiice ac. lin 31. qui verè, quiuêre. 235. regionis, religionis. 236. lin. 1. de cõſeruatione, lege Reſcriptum Authenticum. lin. 21. ſactilegiis, ſactilegis. 237 vetutiſſimarum, vetuſtiſſimarum. 239. anno annis. 245. Ieruſulem, Ieruſalem. 249. nos, vos. 253. Peincipis, Principis. 260. exprobando, exprobrando. 268. ſocietatus, ſociatus. & lin. 13. aduerſabitur, auerſabitur. lin. 27. quantũ, quantã lin. 38. infringmmt, infringunt. 269. tantum, ſemel, & audiuimus ab illo. 271. ſi, ſe. 272. ſpiritum, ſpiritu. 280. an. 16. poſitus, poſitum. 284. tracendens, tranſcendens. 285. pacens, paſcens. 289. dacone, dracone. ſrenator, frenatur. lin. 1. muniſmata numiſmata. 296. annot. 17. antonino, antonio. 301. &, de. 303 annot. 4. litteris, adiice operam. 304. affligerat, attigerat. 314. erbis, adiice otis. 319. puriras, puritas lin. 35. Eccleſia, Eccleſiæ. 320. diedus, diebus. 327. ſux, ſua. 325. argentis, argenteis. 336. inuicti, inuiti. 341. librum,

libro, 343. ex, ego. 345. equis, egrotis. lin. 18. exigit, exegit. 356. annot. 2. edicti, Benedicti. 364. uius, cuius. 666, annot. 4. Episcopis, Episcopus. 367. annot. 7. annuatein, annuatim. 374. conueniat, conueniant. lin. 21. notat, notis. 376. annot. 17 Cluniacensis, Cluniacensi. ad annos, ad annum. annot. 18. sed quàm ingeunè, lege, sed quàm parùm ingenuè. 377. factáne, factáne sit. lin. 38. Vvestmensis, Vvestmonstariensis. 382. Nobilissima, Nobilissimæ. 384. Germanus, Germanis. lin. 11. est, esse. lin. 17. ego, ergo. 385. Apologia, Apologissimus. 388. Antographa, Autographa. 389. Apologia, Apologismus. 391. conuiantibus, conuiuantibus. 392. cæreæ, æreæ. lin. 24. delitior, delicatior. 398. hospitali, hospitanj. lin. 29. castrino, crastino. 402 Illustrissimorum, Illustrissimo. 404. ienistris, finistris. lin. 27. petambulantibus, præambulantibus. 410. annot. 7. dict. die. lin. 38. ammiano, amniano. 412. præmitte de iuris. 411. Aymonus, Aymoinus. 414. præscis, præsis. 417. Gentes Francorum, Gentiles Francos. lin. 16. dele facies. 419. explicatur, explicat. 420. repiciens, respiciens. 439. Caupt, caput. annot. 2. Chatolica, Catholica. 448. ostendam, ostendendam. 450. hic, his. lin. 10. super, semper. 456. historiæ, historia. 465. silentium, silentio. 478. ad Monasterium, à Monasterio. 480. suos, sues. 492. seruauuit, seruauit. 496. dierum, annorum. 497. rythreo, Erythræo. lin. 5. iudicio, iudico. lin. 33. quærebat, quærebant. dele ne. 550. lin. 8. in fine lege diffugientibus. lin. 20. ipse, ipsi, lin 25. descenderet. lin. 28. patrum, Petrum. lin. 31. incolumes. lin. 32. discipulis. lin. 38. præclusu, præcluus. 501. annot. 1. Guinicastrum 505. præstolauit, præstofuit. 508. contrarietatem, contrarietatum. lin. 24. conlutionibus, conlisionibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VITÆ S. GE-NVLFI ANONYMO AVTHORE VETVSTO ATQVE ERVDITO, liber Primus.

Philippus primus, Imp. à quo ad Chriſtum conuerſus.

CAPVT I.

IN GITVR Incarnationis Dominicæ anno ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Milleſimus ab vrbe Roma condita completus eſt annus. Quo tempore [1] Philippus Imperator vigeſimus quartus ab Auguſto, cum filio eius Philippo, tertium Imperij ſui compleuerat annum. Hic omnium primus Auguſtorum Chriſtianus fuiſſe,[2] Beato prædicante Pontio Martyre, ſcriptorum relatione fidelium perhibetur. Eo Itaque cum filio Auguſtalem regente dignitatem,[3] Decius Ex Conſulatu Cæſaream agebat procurationem. Ab ipſis namque ſuis initijs, ſub gemina procuratione, Romanum ſemper conſtabat Imperium.

1 Philippi Imperatores,

2 Philippus primus Imperator Chriſtianus, à Pontio Papa conuerſus

3 De ius. Cæſar.

Quis & qualis S. Genulfi Pater fuerit.

CAPVT II.

HIs itaque temporibus, fuit quidam præclara Nobilium [1] Romanorum proſapia ortus, qui ſui ge-

1 Sanctus Geninus, Romanus.

Digitized by Google

neris decus, clarioribus vtique titulis extulit, dum ſanctæ Matris Eccleſiæ filius effectus eſt, nomine & merito vocitatus Genitus. Hic autem totus fide Catholicus, ac probis moribus adornatus, omnibus, ſe Deo iuuante, virtutibus aptare diſpoſuit. Denique diuinis inſtructus mandatis, diuinorum ſummam præceptorum, charitatem, per quam Deum Proximúmque diligeret, ad virtutis initium, omnimodis, habere concupiuit. Cuius ſummæ virtutis, gratiſſimos fructus, quoad in præſenti vita ſuperſtes fuit; beata Paradiſi arbor, proferre non deſtitit. Amore ſi quidem Dei, iugi parſimonia vſus, ipſe quidem continentiſſimè vixit. Proximi vero dilectione, continua miſeratione miſeris ſubueniens, eorum eſuriem pauit, ſitim potauit, nuditatem texit, algorem calefecit, infirmos viſitauit, viduas ac pupillos compaſſibili corde ſuſtentauit. Sic nimirum miſericordiæ viſceribus affluens, *aliorum inopiam, ſui abundantia ſubleuabat.*

2. Cor. 8. 4.

Ortus S. Genulfi pontificis.

CAPVT III.

1 Veteres patres, cur matrimonio iuncti.

INterea vir Beatus, quia ſanctorum Patrum fide plenus erat,[1] qui quoniam per ſui generis poſteritatem, veram mundo ſalutem venturam, diuinis prænouerant oraculis: ideo legalia ſortiti ſunt connubia. Ipſe quoque non voluptuoſo, quin potius piæ ſucceſſionis intuitu, natalibus & moribus ſibi prorſus conſimilem, adeptus eſt coniugem, nomine [2] Acliam. Quæ venerabilis mulier, in cunctis pietatis operibus, religioſo fauens viro: non ei detrimentum virtutis, ſed ſemper augmentum ſtuduit eſſe ſanctitatis. Cum autem aliquantum temporis, inuicem infœcundi exegiſſent, in commune Domini clementiam exorare decernunt, vt ſacræ dilectionis eorum impleret affectum, & eis boni coniugij præſtaret fructum: qui corruptione totius prauitatis expers, mundicia cordis ac corporis, ſibi eſſet acceptus; & fidelibus, innocentiæ & ſanctitatis exemplum præberet. Quorum petitioni, ſummæ Diui-

2 Aclia mater S. Genulfi.

nitati

nitati clementer annuere libuit. Concepit ergo venerabilis mulier, & congruenti tempore, peperit partum. Itaque venerabilis pater, voti sui compos effectus, altissimo bonorum auctori Deo, grates innumeras ob sibi collatam gratiam, ab intimo pectore soluit. Ergo cognati & affines eorum, affectu cognationis, pari congratulatione lætabundi, pariter conueniunt; & in sacro baptismate, Deo dilectum puerum vocauere [3] Genulphum. Sic itaque venerabilis puer, velut alter Samuel à religiosis parentibus à Deo postulatus, sicut eum sibi præstitum diuinæ gratiæ nouerant munus, ita & religiosè ab eis altus est.

3 S. Genulfus nascitur.

S. Sixtus Papa, atque S. Laurentius.

CAPVT IIII.

PEr idem tempus, beatus. [1] Sixtus vicesimus quintus ab Apostolis, Præsulatũ Romanæ gerebat Ecclesiæ: Qui genere & eruditione Athenïensis, non solum doctrina clarus; verum etiam magnificæ vir sanctitatis fuit: Qui quantum in vtroque perfectus extiterit, & perfectio eruditorum ab eo, & eius declarauit finis, quem post vndecim sacerdotij sui annos, [2] sub præfato Cæsare Decio, glorioso decorauit martyrio. Hoc sanè doctore, [3] Maximus Leuitarum, & toto famosissimus orbe Laurentius, pietatis imbutus disciplinis, & pia magistri exempla sequutus, excellentiam suæ fidei admirandam, in glorioſi celebratione martyrij, sacræ reliquit Ecclesiæ. Huic ergo venerabili Papæ Sixto, religiosi coniuges, ob eximiam sanctitatis suæ famam notissimi, beatæ spei suum iam quinquennem puerum, tradunt; poscentes omnimodis, vt eum sacris imbueret disciplinis, quibus posset diuinis aptari mysteriis. Quem vir clarissimus gratificè suscipiens, infra breue temporis spatium, summa cum diligentia magnificè studuit informare. Erat autem spectabile in puero, iam cœlestem aduertere gratiam: quæ sibi, pueriles eius mores, & vitam ita dedicabat, vt ipsa eius primordia, iam futuræ speculum sanctitatis, satis li-

[1] *S. Sixtus Papa. 25. ab Apostolis, Atheniensis genere.*

[2] *Mort. S. Sixti sub Decio Cæsare.*

[3] *S. Laurentius Martyr.*

quida cunctis haberentur. Nam pij Magistri, pijs eruditionibus inhianter intentus: quicquid coæuorum seu maiorum garrulitas illi minus decenter inferebat: hæc ille patienter iam pro Deo tolerare nouerat. Ita religiosus puer, ingentem fidei animum in angusto pectore concipiens, in spiritualibus excreuit exercitijs: donec ad robur perueniret ætatis, & virum perfecte, secundum interiorem hominem cœlestis imaginis, efficeret virtutis.

Mater S. Genulfi moritur.

CAPVT V.

IGitur in scholaribus adhuc eo commorante disciplinis, Deo dilecta genitrix eius Aclia, luteam naturæ debito grauedinem linquens, ad terram viuentium, bona domini visura simul ac fruitura, sicut credidit, fœliciter migrauit. Vnde sanctus vir Genitus, post eius condignè peractas exequias, quanquam sibi quod supernis eam gaudijs adscitam nouerat, gaudendum sciret: tanti tamen destitutionem solatij, ad pietatis opus sibi detrimentum metuens, adeo semet grauibus affecit lamentis, vt vix post diutinas lachrymas, beato adhortãte Præsule Sixto, tandem fletibus temperaret.

S. Genulfus Episcopus ordinatus, quomodo viuit.

CAPVT VI.

ENim vero Papa Reuerendus, humillimam in beato puero Genulpho morum conspiciens grauitatem, vinique parsimoniam, qua toto conamine lasciuos adolescẽtiç motus euincere laborabat: quin etiam, admirandam illius in omni sanctitate vitam considerans: verè dignum in quo Domin⁹ habitaret templum, eum fore persensit, & ideo, sanctitatis illum officijs applicare, dignũ duxit. [1] Omnes itaque gradus Ecclesiasticæ administrationis ei committens, ac demum sibi ratus eum auxilio forç ad Ecclesiæ curam, si facul-

1 Gradus Ecclesiastici.

tas

tas faueret temporis: sed & futuris vtile fidelibus, futurum forè prænoscens, [2] ordinare decreuit Episcopum. Qui licet eatenus satis arctam pro posse duxisset vitam: arctiorem tamen ex eo ducere miro modo satagit. A die námque suæ ordinationis, absque vini perceptione, [3] præter id, quod in diuini sumebat celebratione sacramenti, & absque lineis vestibus, quas præter, [4] in sacris vtebatur officijs, reliquum vitæ suæ tempus transegit. Lautioribus quoque cibis abstinens, [5] pane tantũ ordeaceo vel quibusque vilioribus vsus, naturæ satisfacere studuit. Sic vero religiosus puer adolescẽtiam suam pertriuium fidei, spei, & charitatis, in viam dirigens mãdatorum dei, & periculosa Mundi huius deuia, summopere cauens, deinceps per Iustitiæ semitam, feliciter incessit. Aderant illi sacræ comites virtutes, quas inspirante gratia Dei, & in suo naturaliter affectu conceperat, & [6] à pijs suorum genitorum exemplis sanctique sui magistri disciplinis, hereditario veluti iure, contra impugnantium vires aduersas vitiorum, fortia susceperat arma. Nam aduersus antiqui superbiam hostis, qua protoplastum deiecerat, illa sacrosancta humilitas, qua verbum Dei pro salute hominum, *caro factum est*, eum viriliter armabat: Patientia vero, qua idem Dei filius Iudaici furorem populi vsque ad Crucis passionem pertulit: illum aduersus iram valide semper muniuit: Castitate quoque præcipua, lumbis semper præcinctus, & vigore Pudicitiæ præclarus, ex carnis voluptate deuicta triumphans, [7] floridam Virginitatis obtinuit palmam. His igitur & cæteris sacris sibi coniunctis virtutibus, omnibus vitæ suæ diebus, indiuiduum quod cum eis pepigit, semper tenuit fœdus.

2 *S. Genulfus ordinatur Episcopus.*

3 *Vinum in sacris mysterijs.*

4 *Lineæ vestes in sacris.*

5 *Abstinentia.*

6 *Natura & educatio prælunæ.*

Ioan. 1.

7 *S. Genulfus virgo.*

Septima Ecclesiæ persecutio.

CAPVT VII.

AVgustus interea [1] Philippus, septem annis Imperio functus, in tumultu militari, cum filio Philippo, non equidem pariter, sed alius alio perimitur

1 *Philippi Imperatores vocantur.*

Digitized by Google

loco. Quod odio christianæ religionis à Decij factionibus Cæsaris, machinatum constat: vt se se veterum tenet traditio scriptorum. Is namque post eum factus Imperator, minus quam finitis tribus regnauit annis. Igitur eo tempore ab alijs Imperij partibus Romam veniens, acerbissimam omnium preteritarum persecutionem,[2] septimam videlicet ab ea quæ sub [3] Nerone facta est, crudelissimis crudelior, Christianis incitauit. Mandatis ergo, potestatibus cunctis, quaqua versum directis; crudelia per orbem dispersit edicta: vt Idolorum contemptoribus, omnium genera tormentorum priuatim & publicè pararentur, & in Christianos ad vltimum vsque flatum, horribiliter expenderentur. His sane temporibus, Ecclesia fidelium quę per orbem suis in locis Diuinitus locata consistebat: [4] ceu nitens lilium inter condensa veprium, ceu rubentis rosæ speciositas, inter aculeos spinarum: sic inter infidelium sæuitiam Gentilium, & piæ confessionis gratia nitens, & sacri pro veritate sanguinis effusione rutilans, odore, suauitatis Deo flagrabat.

2 Decius Christianorum hostis, septimam mouit persecutionem.

3 Nero primus Ecclesiæ persequutor publicus.

4 Ecclesiæ virtus, inter prassuras.

SS. Genitus & Genulfus in Galliam à summo Pontifice mittuntur.

CAPVT VIII.

1 Sixtus huius pastor.

AT vero beatus Præsul [1] Sixtus, Decij belluæ cruentis, super ouile Christi dira frementis aduentu: curæ suæ gregem, pius aggregat pastor: Quem diuinis adhortationibus, aduersus lupi furentis insidias, & bella præmuniens; & armis induit fidei, & spe cœlestis corroborat præmij, & in charitate diuini confirmat amoris. Cùm vero multos ad Martyrij palmam secum Dux glorioſus incitasset: inter quos ille præclarus Leuita Laurentius emicuit, alios eorum æq; probabili sanctitate decoros, ad confirmandas in sacræ fidei constantiam fidelium mentes, in confessionis gradu permanere decreuit. Etenim singulariter manu fortis, Rex noster Christus, & pugnantibus in prælio, & prouidè residentibus ad sarcinas, ob sui videlicet

2 Summi Pontifices olim nõ permittebant. quosuis è clero adire, Martyrium.

1. Reg. 25.

Digitized by Google

delicet ſuorúmque tuitionem; aſſiduis bonorum exhibijs operum inſudantibus, æquas vtríſque præmiorum portiones, poſt victoriam diſtribuere gaudet. Ipſe namque deuicta Principis Mundi tyrannide, poſt gloriam ſuæ reſurrectionis, duos [3] in ſua Eccleſia fidelium ordines, Martyrij ſcilicet atque Confeſſionis decreuiſſe creditur, cum ſe Petrũ cruce ſequi precepit: Ioannem vero ſic ſe velle manere, vt vitam ſcilicet in pace finiret Eccleſiæ, manifeſtè fatetur. Plurimis præterea, cunctos in fide cohortatus verbis, beatum patrem Genitum ad ſe conuocans dixit. mi frater Genite, quem pius ſacræ religionis affectus, & certa ſanctarum præconia virtutum, regi noſtro Ieſu Chriſto, ſemper fidem ſeruaturum manifeſtè declarant: obſecro te precibus acquieſcere meis, & parere præceptis. Cernis equidẽ, aduerſus fideles, ob fidei ſacræ detrimentum, infidelium inſtare pugnam: In quo certamine, Chriſti militum acies, iuxta ipſius auctoritatem à nobis conſtituenda eſt. *vt abnegando noſmetipſos, & tollendo crucem noſtram, ipſúmque ſequendo*, ſic videlicet, vt ſicut opportunè pugnamus, opportunè quoque, ſed Regis noſtri ſalua fide, cedamus, ſecundum ipſius præceptum dicentis. *Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Quod non ad ipſius detrimentum militiæ: quin potius ad augmentum eius, nobis obſeruandum eſt. Vt noſtri videlicet legatio Regis & Imperatoris æterni, quaqua verſum directa, ſtrenuiſſimos atque fideliſſimos illi ſemper legere ſtudeat, & aggregare tyrones. Ergo, non in te notam ignauiæ ſentientes; ſed augmentis Eccleſiæ Dei conſulentes, tibi & vnico filio tuo chariſſimo noſtro Genulfo, Chriſti mandatum committimus: vt ſcilicet omnibus quæ poſſides pauperibus erogatis, præſenti impauidus cedas furori, [4] & Galliam petas, quò iam procurante Deo, diuini verbi fructificant ſemina. Ibi namque tibi Deo vacandi liberior erit facultas, quo murum fidei, iam minus arctat perfidorum impietas. Deinceps vero filij tui dilectiſſimi noſtri Genulfi præeunte prudentia, cum auctoritate noſtra ſecundum datam vobis gratiam, locis oportunis temporibúſue ſalutaria fidei

3 Duo in Eccleſia Ordines, Martyrum & Confeſſorum.

Matth. 10. 23.

4 SS. Genitus & Genulfus, à Sixto Papa, in Galliam ad prædicandum mittuntur.

Digitized by Google

ſemina ſpargere ſatagite, vt in tempore meſſis, cumque zizania trãdentur ad comburendum, vos exultantes, ad Patrisfamilias horreum, manipulos iuſtitiæ feliciter afferatis, perceptum ab eo præmium ſempiternum. Talibus ergo Papæ monitis, eum reuerenter acquieuiſſent ſancti viri, mox ſolemni officio, ſacra [5] Miſſarum ſolemnia beato Genulfo celebrare præcepit: Quibus expletis, plurimũ in fide cohortatus eos, cum benedictionis gratia valefecit eis. Qui percepta benedictione, protinus cunctis, quibus eotenus iuxta Nobilitatem pollere videbantur honoribus diſtractis, [6] omne prædiorum ac patrimonij ſui pretium, egenis diſtribuerunt. Ita illam planè cœleſtibus theſauris inditam, atque ditiſſimam pauperiem, mercati ſunt. Vt ex eis meritò fierent, quos Chriſtus Dominus beatificat dicens. *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Hac igitur opulentia, qua Deum timentibus nihil deeſſe nouerant, ſerui Dei fiſi, ſibi decretam in Galliam peregrinationem, aggreſſi ſunt.

5 Miſſarum ſolemnia.

6 Eleemoſyna.

Matth. 5. 3.

Galliæ Apoſtoli qui fuerint.

CAPVT IX.

HIs præterea Decij temporibus, alij [1] etiam à Sede Apoſtolica, æquè Gallias directi traduntur. Ex quibus præſtantiſſimus atque ſanctiſſimus Saturninus, vrbis Tholoſanæ primus Epiſcopus fuit: qui poſt aliquod tempus ſui aduẽtus, ibidem Martyr emicuit glorioſus. [2] Marcellus quoque, qui apud Argẽtomum caſtrum, eo vſque pro Chriſto viriliter certauit, donec palmam Martyrij victor gloriosè obtinuit. Sancti autem Genulphus & Genitus diuina comitante gratia Galliam properantes, ſecundum Domini præceptum, omni qua diuertebant domui, pacem præferebant dicentes. *Pax huic domui:* vt cum videlicet illorum pax, inſpiratione diuina, ſuper filios requieſceret pacis: deinceps hominibus bonæ volũtatis, bona pacis æternæ vitæ, prædicando miniſtrarent. Sic itaque tranſactis Alpibus, Gallias peruenerunt.

1 S. Saturninus per quem, & quo tempore Tholoſam miſſus fuit.

2 Marcellus Martyr de quo 2. p. ca. 21. lib. 3. Mirac. S. bened. Luc 10. 5.

Gallia

Digitized by Google

Galliæ ſitus ac ab Apoſtolis, miſſi ad ipſam Epiſcopi.

CAPVT X.

ESt autem Gallia, quæ quondam belligeris cultoribus pollens, nomini Romano totius orbis dominatori, cæteris infeſtior fuiſſe nationibus fertur. [1] Sed tandem à Iulio Cæſare ſubacta: deinceps Imperio paruit Romano: Et in [2] maximis vrbibus eius, Auguſtorum legati, ex eorum decretis, Prouinciis Galliæ iura diſponebant: Sed poſtquam illa quoque à Deo Patre præfinita peruenerunt tempora, in quibus vnigenitus eius, coæternus illi, Dominus noſter Ieſus-Chriſtus: à ſublimi cœlorum arce, humilis venire dignatus eſt, vt mundi ſuperbiam ſibi ſubſterneret, vt per electos ſuos totum ſuis legibus ſubderet orbem: [3] Principes militiæ ſuæ Petrum & Paulum, Romanæ direxit ſublimitati, quorum virtute & induſtria, tota ſibi ſubderetur Reſpublica. Hi ergo ſibi commiſſo ſtrenuè inſiſtentes negotio, per optimos quoſque ſuorum, nihilominus & ipſi Galliam aggrediuntur, vt eam cœli terræque ſubderent Imperatori. [4] Ex quibus Auſtremonius atque Marcialis fuêre, qui à beato Petro directi ſunt. Quorum primus Aruernis poſtea Martyr glorioſus, ſequēs verò ſignis & virtutibus Cōfeſſor clariſſimus Lemouicis datur. A beato quoque Apoſtolo Paulo, [5] Narbonenſibus Antiſtes ordinatur Paulus, & [6] Arelatēſibus Trophimus: de cuius prædicationis fonte, tota fertur Gallia, fidei riuulos ſuſcepiſſe. Ab his igitur atque plurimis aliis, qui de viuo delitiarum Dei fonte, ſanctis propinantibus Apoſtolis, abundantius hauſerant, Gallia iam partim vt prædictum eſt, fidei riuulis irrigata, conſtabat: Tunc namque temporis, flumen Dei ſacris repletum aquis, videlicet baptiſmi, ab Idololatris obicibus omnimodis arcebatur, ne profuſius laberetur. Sed prævalente Chriſti gratia, haud omnino potuit prohiberi, quin impetus eius, ciuitatem Dei, ſanctam videlicet Eccleſiam: lauacro ſalutari perfuſam, & virore fidei lætificaret, & ad ſæuos Gentilium turbines perferendos, virtutum crementis valide ro-

1 *Iulius Cæſar Galliam ſubegit.*

2 *In maximis Galliæ vrbibus, Auguſtorum Legati reſidebant.*

3 *Petrus & Paulus, Principes militiæ Chriſti.*

4 *SS. Auſtremonius & Martialis, in Galliam à B. Petro Apoſtolo miſſi.*

5 *Paulus Antiſtes Narbonenſis, à S. Paulo Apoſtolo ordin.*

6 *S. Trophimus Arelatenſis.*

Pſalm. 64. 12.

boraret. Sed iam vtde paululum digredi visum est, redeundum nobis est.

SS. Genitus & Genulfus, quid in Gallia egerint.

CAPVT XI.

CVm in vrbem quæ Geturnicẽsis dicitur, sancti viri peruenissent, domui cuiusdam viduæ, more sibi solito præmissa pace, se se ad declinandum contulerant. Cui viduæ simul & omni eius familiæ, grauis admodum inerat luctus. Etenim ille totius boni æmulus, & cœlestis inuidus pacis, sempérque salutis humanę veterrimus hostis, vnicũ filium eius arripuerat; quem terrificis monstris, atque horrendis motibus crudeliter agitãs, miserrimè vexabat. Adeò verò Adebacchando, hic in homines sæuiebat, vt consequutos dilaniaret, cruentísque manibus furiosè decerperet. Onerosis itaque * *bacarum*, compedibus nexus, durísque lacertos restibus vinctus, tandem ab hominum, non tàm morsibus, quàm mortibus arcebatur. Interea famuli Christi, tantis puerum cõspicientes alteri probris Dæmonici furoris, intimo pietatis atectu super eum moti, conquerebantur admuicem, sic relaxari habenas Dæmonis, in perniciem pretiosi operis Christi. Hæc autem illis querulè colloquentibus: ecce subito miserabilis puer instinctu dæmonis atrocius exagitatus, toruis in sanctos Dei respiciens oculis, horribiles huiusmodi voces, magnis iactabat rictibus, clamans: O fides ingens! ô magnitudo sanctitatis! heu quãta potentia vobis! Quid tu me sancte Dei Genulfe, quid me persequeris? ô cœleste imperiũ! Siccine, peregrinus à propriis incolam sedibus pellit? O virtus Christi quæ me sic cogis! Talia frementem puerum, misera mater, & omnes qui aderant obstupentes, inde magis admirabantur, vnde ignotorum illi notitia contigisset. Erant ergo attoniti, tantæ præstolantes exitum rei. Christus interea Rex cœlestis, vt notam faceret ignorantibus se; virtutem suam, & suorum qui aderant merita seruorũ declararet: eos ad expugnationem hostis,

* *Obsoletum verbum.*

Digitized by Google

ſtis, armis accingit fidei. Quoniam [2] vero iuris Eccleſiaſtici erat hæc pugna: per ſacræ militiæ ſuæ tyronem, ſpecioſæ videlicet & beatæ indolis adoleſcẽtem Genulfum, dignitate Sacerdotij comptum, ex hoſte antiquo triumphare decreuit: Qui debacchanti puero conſtanter approprians, ait iniquitatis miniſtro. « In nomine (inquit) Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui à « nexibus tui erroris mundum ſoluere venit, imperamus « tibi perdite Satan, vt hunc deinceps vexare deſiſtas « puerum, & eas in debitum tibi ſupplicium æternum. « Hæc vbi dixit, illico diris vlulatibus atrociſſimus Dæmon aëra complẽs, diu cruciatum hominem ſeminecem reliquit. Beatus verò Genulfus, humi deiecto porrigens mànum, eum à ſolo ſanum erexit, & matri natum ſoſpitem reddit: Quæ iam, maiori prudẽtia ſeruos « Dei veneranter admirans, pedibus Beati Genulfi cum « filio prouoluitur, orans & dicens. Obſecro te ſancte « Dei, vt me tantæ fidei participem facias, cuius bene« ficij gratiam, ſuper puerum exhibuiſti: Nam fideliter animaduerto, te magni ſuper omnia Dei miniſtrum, cuius per te virtutem, tam imperioſam experti ſumus. Beatus vero Præſul, eius fidei placido congratulans animo, verba ſalutiferæ prædicationis, illi ſimul & omni eius familiæ conſequenter, exhibuit. Quæ cum ſitienti percepiſſent animo, eóſque in fide promptos animaduertit, [3] ieiunium eis triduanum indixit: Quo expleto, baptizauit eam cum filio, & omni familia viginti & octo numero. Sicuti vero ſcriptum eſt. *Quia placuerunt Deo quidam, Angelis hoſpitio receptis*: Ita & venerabili huic viduæ, diuina clementia ſuam contuliſſe gratiam videtur: vt videlicet per [4] hoſpitalitatis obſequium, quod piè Dei ſeruis exhibuit, & filius eius à Dæmone, & ipſa cum omni familia, liberari meretur ab errore.

2 Exorciſmus, ad Epiſcopos præcipuè pertinet.

3 Ieiunium adultorũ, olim ante baptiſmum.

Hebr. 13. 2.

4 Hoſpitalitatis meritum.

Puella

CAPVT XII.

CHristi verò cultores, aliquibus inibi commorati decreuére diebus, certi sine dubio, nonnullos illic exitiere, quos Saluatoris clementia lucrari dignaretur. Ob hoc etiam, zelo fidei feruentes, cuncta quæuis aduersa, perpeti vehementer ambiebant: vt sicut veritatis erant confessores, ita quoque, digni eius haberentur & testes. Itaque celebri iam virtutis huius fama circumuagante, quidam illius incola loci, Aglibertus nomine. Hos venerabiles adiit viros: Et solo tenus beati Genulfi prostratus pedibus, orabat attentius dicens. Magni ferue Dei, per illam qua piè videris bonitate clui, te supplico, vti meo te conferas diuersorio. Est namque mihi filia grauissimo laborans incommodo, quam tuo iuuamine per fidem quam colis, saluari posse spe non ambigua credo. Hac etenim confidentia, Reuerendi Domini mei vos accersire præsumens: etiam fidei vestræ fieri acultor, vehementer exopto. His à viro dictis, abiit cum illo beatus Genulfus: & sacræ orationis obtentu, atque per Christi nominis inuocationem, mox sanam, & incolumem Patri filiam reddidit. Admiratus Pater virtutem Christi, mox cum vxore & filia baptisatus est. Sic [1] nimirum, interna Dei prouidentia, interno suo iudicio iustè ac prouidè cuncta disponens, varia plerumque mortalibus infortunia, quibus meliora sortiantur, misericorditer accidere finit: vt mirabilem suæ Deitatis operationem, per suorum merita fidelium, ad sui laudem nominis, mirabiliter innotescat: Hoc etenim multi rumore commoti, quos varia morborum passio debiles effecerat: aut quibus officijs primatæ naturalibus corporum partes inerant, ad hunc certatim salutiferum medicum, properare festinabant: à quo gratis salutaria corporum & animarum percipientes remedia, superstitiosos idololatriæ cultus, abdicare certabant, & in Christi laudibus, deinceps persistere gaudebant.

[1] *Cur Deus aduersis affligat, homines sæpiusque finat.*

Sancti

Sancti, ignem & vincula perferunt.

CAPVT XIII.

INterea, cùm de seruis Dei Principi ciuitatis nomine [1] Dioscoro, tanta virtutum à ministris malitiæ, perlata fuisset opinio: misit continuò qui eos exhiberent in conspectu suo. Quibus exhibitis ait. Num vos estis quos fama retulit, nouæ cultores doctrinæ, quam nostris, vt audio, colendam ciuibus, vltro exhibetis? Ad hæc, beatus respondit Genulfus. Tu quidem potentiæ nixus terrenæ, nullam existimas celsiorem: cum profecto sublimior sit Diuinitas, quam colimus, & potentia Dei cui famulamur, omni virtute quam sublimissimam putas, vel credis potentissimam. Dux respondit. Magica superstitione responsio vestra sulta videtur, per quam facilius indoctum vulgus, à Deorum cultura, peruertere arbitramini: Sed conatus vestros, nisi resipueritis & Dijs sacrificaueritis, equidem multa frustrabunt tormenta. Minitanti sic Duci, beatus Genulfus respondit. Si prudenter intelligeres, ob confidentiam Iesu Christi Domini nostri, nos interritos aduertere posses. Nulli namque potentiæ fas esse contra eius velle quippiam posse, & certum tenemus, & fideliter credimus. His dux responsionibus in ira commotus, iubet eos cædi fustibus: At illi gaudentes glorificabant Deum, pro cuius nominis testimonio, talia patiebantur, qui eos etiam ad grauiora toleranda viriliter animabat: Cernens vero Dux, Dei seruos in fide constantes, ardenti furore succensus, mitti eos iubet in clibanum ignis ardentis. Quod vt factum est, mox illa quæ quondam virtus Omnipotentis, in fornace Caldæa tribus mirabiliter adfuit pueris in conspectu superbi Regis: hos quoque sanctos suos pari gloria miraculi, coram præfato Tyranno atque populari præsentia, glorificauit. Angelus namque Domini de cœlo descendens, ita vim incendij fornicis sopiuit, vt in roris fluenta, celerrimè clibanus ille solueretur. Quod cernentes qui aderant, cum ingenti admiratione dicebant. Verè, mirabilis religio Christianorum! verè

1 Dioscorus Princeps.

vere pius & mirabilis Deus eorum ! qui ſic piè & mi- „
rabiliter ſeruis ſuis adeſt, vt eos in tantis tueatur flá- „
mis, & à periculoſis liberet incendijs. Verè non eſt „
ſimilis illî Saluator , qui ſuorum tàm potentiſſimus „
videtur adiutor. Præſentibus ergo talia conclaman-
tibus,fremebat potius,quàm erubeſcebat [1] Tyrannus:
Iubet ergo Dei ſanctos educi de clibano. Quos ab
ignibus omnino cernens illæſos, eorum brachia cir-
culis vinciri ferreis,& ſic vſque in poſterum diem car-
cere claudi, præcepit.

1 Circuli ferrei.

Populus ingens ad Chriſtum conuertitur.

CAPVT. XIIII.

ITaque cum ducerentur ad carcerem : facta eſt eis vox de cœlis dicens. Confortamini viri ſancti : viriliter agite in Domino. Nam quia Deo digniſſimam voſmet per ignem obtuliſtis hoſtiam; ideo veſtræ ſanctitatis apud Deum præualétibus meritis, obtinuiſtis, „
vt omnes deinceps huius habitatores ciuitatis,Chriſti „
cultores incipiant fieri. Clauſis itaque ſanctis in car- „
cere viris , iam populus ciuitatis ad eos in cuſtodia „
confluere cœpit,beatum poſtulantes Genulfum,vt ſa-
cro baptiſmate purificari mererentur.Beatus vero Ge-
nuefus tantæ fidei eorum deuotione gauiſus, Deo gra-
tias egit: Ipſo ergo die, [1] trina confeſſione fidei fun-
datos , ac [2] trina baptiſmi ſubmerſione mundatos,
vnicæ Trinitati , ſummo ſingulariter Deo , irecentos
obtulit viros: excepto paruulorum ac mulierum, non
minimo numero.

1 Trina ante baptiſmum fidei Confeſſio.
2 In baptiſmo trina immerſio.

S. Genulfus fidem Chriſti explicat , & Dioſcori filium ſuſcitat.

CAPVT XV.

SEquenti vero nocte, præfati filius Dioſcori Principis arreptus à Dæmonio , mox ſpiritum exhalauit, iudicio diuino. Continuò Pater dolore correptus grauiſſimo, irremediabiliter vnicum flebat filium : quem pariter

Digitized by Google

" pariter flebilis coniux, nimijs affici lamentis conſpi-
" ciens, ait ad eum. Noui pro certo, quia propter viros
" illos, quos carcere claudi iuſſiſti, nobis hic filij noſtri
" caſus acciderit: Qui niſi magni Dei ſerui eſſent, ab il-
" lo vaſtæ fornacis incendio, liberari nullomodo quiuiſ-
" ſent. Itaque feſtinanter illos educi carcere iube, &
" ſanctam illorum exora manſuetudinem: vt tibi ignoſ-
" cant, & de fide quam prædicant nos certos efficiant, vt
" vnicum nobis reſuſcitent filium: Ego namque per eos
id fieri poſſe fideliter credo. hoc vero facto, quicquid
deinceps de ſui Dei fide prædicauerint, renuere non
debes. Sic igitur vxore monente, Dux apparitores ad
" carcerem direxit, qui ad ſe Dei ſeruos officiosè dedu-
" cerent. Quod vt factum eſt, ait eis. Certis (ô viri ve-
" nerabiles) approbo nunc experimentis, maximam Dei
" veſtri ſuper omnia conſtare virtutem, & eum iniuriæ
" ſuorum potentiſſimum vindicem. Nunc ergo facino-
" ris in vos commiſſi veniam expoſtulans. conſenſui
" veſtro me facilem cedo: vt vnius veri Dei, quam præ-
" dicatis fides, plurimos à me falſorum auertat errores
" Deorum. Lætiſſimus ad hæc beatus reſpondit Genul-
" fus: Deus noſter quem colimus, omnium Deus eſt,
" omnium creator atque diſpoſitor & omnipotens re-
" ctor: à quo, & per quem, & in quo cuncta naturali-
" ter exiſtentia, ſuo modo ſubſiſtunt & cuncta viuentia
" viuunt: *cuius verbo cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius* *Pſal. 32. 6.*
" *omnis virtus eorum: Cuius Sapientia fundauit terram, &* *Prouerb. 3. 19.*
" *creauit in ea hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſui,* *Geneſ. 1. 20.*
" *& ſpiraculo vitæ viuificauit:* Qui cum ab illo ſublimi
" deliciarum Dei loco. vbi poſitus & immortalitatis
" gloria donatus fuerat, illius qui ob ſuimet ſuperbiam
" iam corruerat, verſutia diaboli corruiſſet, & in mun-
" di huius exilio exulatus eſſet, ſéque ſuóſque poſteros,
" periculo mortis obnoxios fecit. Tandem vero poſt
" multa ſic decurſa tempora, mortalium Deus miſera-
" tus errores, vnigenitum ſuum quem Sapientiam Ver-
" búmque ſuum, per quod in principio cuncta creaue-
" rat, confitemur natum mirabili modo de ſacra virgi-
" ne, miſit in mundum Ieſum Chriſtum Dominum no-
" ſtrum, virtute Deitatis ſuæ clarificatum, qui errantes

ab

Digitized by Google

ab itinere mortis, ſua morte reduceret, & per reſurrectionem ſuam ad vitam vitæ cœleſtis reuocaret. Quiſque etiam fideles ſuos, à cœno peccati, baptiſmatis vnda dilueret, & contra Principem mortis, vitali ſigno muniret, atque omnibus ſe iuſte petentibus ſemper adeſſet. Hæc eſt fides noſtra, quam fideliter credimus, & coram omni potentia, conſtanter prædicamus.

S. Genulfus locum manſionis eligit.

CAPVT. XVI.

His à beato Genulfo dictis, reſpondet. Oro vt fides horum quæ dixiſti, ſuper vnici mei funus clareat. Ait illi beatus Genulfus. Si toto corde tuo, Deo noſtro decreuiſti credere, ipſemet ad filij tui funus accede, & accipiens manum eius, indubitata fide dicito. In[1] nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui eſt vera viuentium vita, ſurge puer ad vitam, & ſta pedibus tuis ſanus. Ilico Pater, imperata peregit, & filius eius viuens, à ſolo ſurrexit. Attonitus igitur ingenti ſtupore miraculi, Sanctorum proſternitur pedibus, indulgeri ſibi poſtulans, eis illatæ facinus iniuriæ. Ecce inquit, ecce, verè fateor & fideliter confiteor, quod nuſquam ſit ſimilis Deo veſtro. Nunc deinceps oro vt me cum vxore & filio meo, ſimulque cum omni ciuitatis meæ populo participem faciatis æternæ ſalutis, & vitæ cœleſtis. Itaque beatus Genulfus accepta eorum ſponſione credendi, Principi cunctiſque cum eo baptiſandis,[2] ieiunium conſtituit triduanum: Quo expleto, baptiſauit Principem cum vxore & filio, cunctòque exercitu, & omni populo ſuo, credentem Chriſto: & prædicantem mirabilia eius: quibus plerúmque corda mortalium, ad agnitionem & confeſſionem ſui nominis, prouocare conſueuit. His vero ita geſtis, ad roborandam in Deo fidem eorum, tres apud illos menſes, manere decreuerunt.[3] In quibus diebus, Eccleſias illis ad Dei laudes celebrandas, fundauit; quas in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & omnium

1 *Nominis Chriſtinis.*

2 *Ieiunium ante baptiſmum.*

3 *Eccleſia in honore B. Mariæ & Sanctorũ conſecrata.*

nium Apoſtolorum conſecrauit; & ſacris ordinibus ordinauit, & omnes in fide catholica & eruditione diuina fideliter confirmauit. Poſt hæc autem ſancti viri cunctis Eccleſiæ illius valédicentes fratribus, inde receſſerunt, & Galliam Aquitanicam petierunt. Quæ regio, iam dudum his quos ſupra retulimus prædicantibus, verbum Dei per plurima ſuorum ſuſceperat locorum. Eam ergo profundius ad euntes viri Dei, & maximam Byturici pagi trãſmeantes partem; ad quemdam peruenerunt locum, in quo quondam vetus error Gentilium [4] Dianæ conſtruxerat fanum, quod iam tunc à fidelibus, omnino manebat deſtitutum. cùm propter execrationem delubri: tùm etiam propter illatos à Dæmonibus terrores. Huc ergo ſe ſe conferentes viri altiſſimi ad manendum; à vicinis audiunt, inibi cõſiſtere machinationes Dæmonum: quorum dictis minime tacti: ſed ſalutari ſacræ fidei ſigno muniti; ad purificationem illius ædis, [5] aquam præparant expiationis, Quam beatus Genulfus per inuocationem Chriſti nominis conſecrauit, & per omne ſpatium domus aſperſit. Tùm verò ſemet, ac deinde omnes qui ſecum erant, ſigno Crucis muniuit; & ſic ibi cum ſuis, ipſa nocte quieuit. Et ſanè non ſine multorum ſtupore; qui periculum locĩ, multis prænouerant probamentis. Sed mane facto, cernentes nihil eos aduerſi à ſolitis dæmonum furoribus pertuliſſe, glorificabant mirabilem Chriſtum in ſeruis ſuis. Magnæque apud ipſum gratiæ viros, ſuis laudibus commendabant; quorum meritis, ab eo loco depulſa cernebant, malignorum ſpirituum fantaſmata. Erat autem idem locus ſuper fluuiolum vocabulo [6] Naon, ſatis mortalibus amœnitate ſui gratiſſimus: Cuius acceptabilem beati viri proſpicientes ſitum, & diuino cultui iudicantes aptiſſimum; peregrinationem ſuam inibi definire ſtatuunt. Is eo tempore, locus, à quodam Chriſtianiſſimo viro nomine [7] Baſeno, iure proprietatis poſſidebatur. Huic per nuntium, ſancti viri ſuum patefacientes deſiderium; poſtulabant humiliter, vt locum quem ſibi diuina gratia congruum oſtenderat; eis inhabitare ſua permitteret authoritas. Qui ſanctitatis

4 Diane fanum.

5 Aqua luſtrali templum expiatum.

6 Naon fluuiolus.

7 Balſenus vir Chriſtianus.

Digitized by Google

ctitatis ipſorum cognita fama, voluntati eorum libentiſſimè paruit: & accedens ad eos, per ſemetipſum: [8] locum ipſum cum multiplici prædiorum poſſeſſione, teſtamento facto eis delegauit. Qui etiam eis filium ſuum diuinis imbuendum diſciplinis tradens, ſéque ſuáque omnia, eorum ſanctitati commiſit: & in omnibus, ſubſidia deinceps præbiturum fideliter ſpopondit: & ſic ad propria redijt.

8 Res fideliũ oblata Deo

S. Genitus moritur.

CAPVT. XVIII.

IIs ita geſtis deinceps ſãctiſſimi viri, in his quæ ſaluti fideliũ expedirent animarũ, inſiſtere ſtuduerunt: Eccleſiam denique mox inibi conſtruxerunt; quam beatus Præſul Genulfus, in honore conſecrauit beati, [1] Petri Principis Eccleſiæ Chriſti: Vbi deinceps in orationibus, vigilijs, atque in cæteris bonorum exhibitionibus operum; vitam ducentes: Deo digniſſima, ſanctitatis ſacrificia, quotidie perſoluebant. Prædicatione quoque ſancta, cunctíſque pietatis exemplis, & infideles ad fidem prouocabant: & ad pacis vnanimitatem, fideles ſemper animare ſatagebant. Poſtquam itaq; viri ſancti, congruum ad Dei peragendam ſeruitutem, locum prædictum fundauerunt; ipſo tempore beatus Pater Genitus, huius mundi peregrina deſeriiit, & ad cœleſtem ſanctorum hæreditatem, feliciter migrauit; [2] tertio die, ante Kalendas Nouembris. Quem ſanctiſſimus Præſul filius eius, poſt pias & paterno affectui debitas lacrymas, digno cum honore, decenti reddidit ſepulturę. Quamuis autem ſemper iſdem vir venerabilis Genulfus, proprij corporis afflictioné quam ſupra diximus, eotenus in remiſſam ſeruare tentauerit: ex eo tamen, ad rigorem propoſiti ſui, addere potius, quàm demere ſtuduit. Etenim, quanto celerius ad vltimum cuncta Mundi caduca feſtinare ſentiebat; tanto arctius elaborabat, vt dignior haberetur ad cœleſtia promerenda: Vnde factum eſt, vt multi ſanctitatis eius opinione compunc-

1 Eccleſia in Honore B. Petri Apoſtoli Conſecratur.

25. Genitus ad vitam tranſit æternam. 29 Octobr.

ti,

cti, properarent ad eum; cupientes eius pijs alloquijs, & ædificari in fide, & consolari in Christo. Plurimi vero suas illi tradentes possessiones, [3] Comam capitis, ibidem pro Deo deponebant, ac eius seruituti sedulæ se mancipabant: quos pius doctor, & diuinis semper institutionibus informabat; & charitate Dei & dilectione feruere Proximi, & pacis vnanimitatem seruare monebat. Quibus etiam non solum modo cœlestis vitæ pabula ministrabat; verum etiam temporalia commoda, pia semper eis solicitudine procurabat.

3 Comam capitis deponunt Clerici.

S. Genulfi Gallinam à vulpe liberat.

CAPVT XVIIII.

DIe vero quadam, operi cum fratribus necessario, eo insistenti; vulpes cum rapina Gallinæ, ante " eum transitum habuit. Quam vir sanctus intuens, in " nomine inquit Domini, iubeo te redire, ac loco suo deponere prædam. Mox obaudiens bestiola redijt, atque prædam deposuit: Itinere vero quo venerat rediens, cum ante fores transiret Ecclesiæ, contremuit, atque ibidem corruens expirauit. Quod tunc equidem dignissimè, [4] verum etiam postea non minus mirandum, sancti viri merita commendauit; cum nemo rapinam huiusmodi, tali raptore viderit ibidem deinceps contigisse.

4 Vulpes in loco S. Genulfi, gallinas nõ rapiunt.

S. Genulfus è vita migrat.

CAPVT XX.

CVm itaque vir sanctus in Dei seruitute lumbis semper præcinctus, cœlestem in terris assiduè vitam duxisset, & operatione sancta, lucis exempla, discipulis præbuisset: iam felix eius appropinquabat tempus, quo benè vigilantem seruum suum, libertate cœlestis gloriæ remuneraret. Dominus? Quod diuino præsentiens spiritu; conuocatis omnibus in vnum dis-

Digitized by Google

cipulis,quarto ſe migraturum die prædixit. Quo audito,Diſcipuli conſternati ſunt animis valde, nimióque reſoluuntur in luctu,dicétes. O ſancte Pater, quis » tuis famulis, tanta deinceps pietate prouidebit? Quis » conſeruabit in reliquum, quos hactenus pio ſemper » foueras patrocinio? Heu miſeris & deſolatis, quos ta- » cita præoccupat deſtitutio Patris. His autem fratrum gemitibus compunctus, & ipſe piiſſimus Præſul:ait illis. Quid filij mei dulciſſimi,quid ſuper meum exceſ- » ſum nimiis fletibus affluitis? Ego quidem deficio; ſed » non deficit Chriſtus. Reminiſcimini precor doctrinæ » ſanctæ quam didiciſtis; & Ieſu Chriſto capiti veſtro » fidem ſeruantes, illi fideliter adhærete; vt eius præce- » pta ſeruantes,illius effici membra valeatis; & ſemper » cum eo feliciter eſſe mereamini: ſicut ipſe Patri, ſuos »
Ioan.17.24. adoptans,dixit. *Pater volo, vt vbi ego ſum; & ipſi ſint* » *mecum.* Hunc veſtræ fidei fundamentum recolentes, » cauete diligenter ne malè corruat,quod in vobis fide- » liter ædificatum eſt. Nulla vos anguſtia, nulla tribu- » latio, nullius ſuaſio ſeparet vnquam à charitate Chri- » ſti: Quin etiam, huius aduerſa ſeculi, dignum ſuper » omnia ducite, pro nomine eius æquanimiter ferre; »
Apoc.3.19. Ioan.6.c.20. propter ipſius verba dicentis: *Ego, quos amo, arguo & castigo.* Itemque: *Mundus gaudebit, vos autem contriſtabiminis; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium;* Me- » mentote benignitatis eius, & ingentis miſericordiæ, » per quam nos indebitos, gratuita pietate ſua,ſaluare » diſpoſuit; vt per ſanguinem ſuum acquireret nos re- » gnum Deo & Patri ſuo,ad ea tribuenda nobis, *quæ nec* » *oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt,* quæ præparauit Deus diligentibus ſe. In his ergo » fratres & filij mei, veſtræ mentis intuitum figite, illa » deſiderate quæ vobis tribuet Chriſtus in gloria Patris » ſui, & ſanctorum Angelorum; ad conregnandum ſibi » in ſecula ſeculorum. In talibus igitur admonitionibus exacto triduo, deinde ſub vehementi, teſtificatione
2 Cor. 2 9. præcepit eis, vt corpus ' eius cilicio, non linteis, inuoluerent, neque in Eccleſia tumularent. Interea iam quartus aduenerat dies, in quo prudens ac benè pronidus ſeruus, totus in ſpiritualibus intentus erat, expectans

pectans Dominum ſuum,vt venienti & pulſanti,confeſtim aperiret ei : Præparabat interim ſancta precum ſubſidia, & vitalem animæ viaticum, [2] perceptionem videlicet corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti Domini noſtri,ad iter cœleſtis Hieruſalem aggrediendum , & ad viſionẽ pacis,quæ eſt in illa, perhenniter perfruendam. Iam verò feliciter præparato, [3] ecce clauiger ipſe Regni cœleſtis Beatiſſimus Petrus Apoſtolus apparuit ei dicens. Feſtina ſerue Dei, feſtina,& veni, vt intres in gaudium Domini tui , & accipias coronam quam tibi præparauit ab origine mundi. Sic felix anima carne ſoluta , lætiſſimis Angelorum ſuſcipitur amplexibus : & ante Regem ſupernum , coronanda cum exultatione deducitur : Et quia ſuper pauca ſibi commiſſa fidelis fuit;ſuper multa cæleſtis gloriæ præmia conſtituitur , & æterni gaudij Domini ſui compos ineternum effecta,lætatur.In ipſo autem momento reſolutionis illius , auditæ ſunt voces pſallentium, quæ dulci modulamine, ſuauiſſima concinentes alternatim carmina, cœlos petebant , quorum dulciſſimis modulationibus qui audiebant intenti,velut in exceſſu mentis effecti ſunt oẽs, præ dulci melodia. *O quam magna, Deus multitudo dulcedinis tuæ*, quam in præſenti quidem abſcondiſti timentibus te,vt perficias illam in tempore oppottuno, ſperantibus in te: *Cùm abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ , & proteges in tabernaculo tuo* vbi te benedicant æternum , Deum & Dominum ſuum,quoniam mirificaſti in eis miſeticordiam tuam, in ciuitate munitiſſimagloriæ tuæ, ſancta Hieruſalem cuius lætiſſimis ciuibus , & huius ſerui tui animam, conciuem efficiens,lætiſſimis ipſorum iubilationibus; notum fieri mortalibus adhuc voluiſti , vt audientes etiam deſideriis cœleſtibus accenderes, & eos de terrenis, cœleſtes efficeres; ad benedicendum te, & laudandum nomen tuum in ſecula ſeculorum ! Migrauit autem vir ſanctiſſimus , & Deo acceptiſſimus Præſul ſeptimo [4] decimo die menſis Ianuarij , & vt teſtificatus fuerat diſcipulis,extra Eccleſiæ ſepta , ſepultus eſt ab eis decentiſſimè , iuxta ſanctum Patrem Genitum. Locus autem ipſe qui ante aduentum ſanctorum iſto-

2 *Corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

3 *S. Petrus moriens adeſt.*

Pſal.30.21.

4 *S. Genulfus obiit 17. Ianuarij.*

rum nuncupabatur cella Dæmoniorum; poſt exceſſum ſancti huius præſulis, vocitatur à cunctis, Cella ſancti Genulfi egregij Confeſſoris Chriſti.

Corpus S. Genulfi ad alium locum transfertur.

CAPVT XXI.

1 S. Sebaſtus. ERat autem eo tempore in ipſa regione quidam merito ſanctitatis opinatiſſimus, nomine [1] Sebaſtus: Ad hunc ergo, quidam ex diſcipulis beati Ge-
2 S. Leontus. nulfi nomine [2] Leontus venit, & ei venerabilem in omni ſanctitate vitam, vel obitum eius, ſeu Patris illius fideliter enarrauit. Quibus ille vir ſanctus auditis, mox mente compunctus, ad prædictum Sanctorum locum venit. Erat autem ab ipſius ſanctiſſimi Præ-
3 Quo apparatu ſanctorũ corpora tranſlata. lis obitu, iam tertius elapſus annus. [3] Itaque cum ingenti apparatu lampadarum, ac religioſo ſatis obſequio pſallentium, tranſtulit corpora ſanctorum, in ſancti Petri oratorium, quod ipſi à fundamentis ædificauerant; tàm ſuis, quàm etiam virorum ſumptibus deuotorum. Sub tali vero notitia, eos ibi depoſuit, vt ingredientibus quidem parte dextera, ſancti Præſulis Genulfi corpus poneret: Siniſtra verò, beati Patris
4 Cryptæ in eccleſiis. Geniti membra locaret. [4] Cryptas etiã ſuper vtrumque corpus ædificauit; & vt religioſè deinceps vene-
5 S. Sebaſtus ſcripſit geſta ſanctorũ Genulfi & Gentij. rarentur, ſtudioſè compoſuit: [5] Quin etiam ipſorum geſta ſanctorum, quæ à Leonto & cæteris diſcipulis eorum didicerat ſcripſit; & ſic benedicens Deum, & fratribus valedicens, ad propria redijt. Multi vero varijs incommodis afflicti, multoties ibi per iſtorum merita ſanctorum ſanitati priſtinæ reſtituti ſunt; ad laudem & gloriam eius, qui ſolus iure laudabilis eſt & glorioſus & ab omni creatura ſua benedictus Deus. Qui miſeriam noſtræ mortalitatis, miſerando reſpiciens, viſcera nobis miſericordiæ ſuæ clementer exhibuit; in quibus viſitauit nos oriens ex ipſo, Deus de
6 Cur Chriſtus voluit incarnari. Deo, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, verum de vero ſubſiſtens lumine lumen: quod videlicet in Deitate Patris, vnius eſſentiæ ac voluntatis ſemper exiſtens, [6]

ad

Digitized by Google

ad hoc ſemetipſum humanari piè & mirabiliter voluit, pro nobis; vt in tenebris ignorantiæ & vmbra mortis peccati reſidentes; ſplendore gratiæ ſuæ inluminaret, & noſtræ mentis greſſus dirigeret in viam pacis: quæ ad ſalutem perpetuam, & vitam ducit æternam. Qui etiam huius gratiæ ſuæ miniſtros, ſanctos videlicet Euangeliſtas ſui prædicatores, & Pios in ſancta Religione Patres, Eccleſiæ ſuæ longè latéque per orbem diffuſæ, prouide diſponendo, [7] ad ſpeciale patrocinium contulit: vt contra Mundi huius impetus, ſibi commiſſis habeantur ſemper ad refugium & oportunum in tribulationibus auxilium; quos ideo à fidelium Chriſti deuotione tanto dignius venerari oportet; quanto certius eos apud Chriſtum: pro ſui ſalute aſſiduos nouit ſuffragatores. Dignè igitur huius ſancti Patris Genulfi memoria, dignè celebritas eius, qui iam in æterna cœleſtium ciuium ſollemnitate lætatur; à ſibi deuotis, quos eius patrocinij cura complectitur; feſtiuè recolitur, quem ſibi Deo prouidente, & piiſſimum gaudent meruiſſe patronum; & pro ſuæ ſtatu ſalutis, præcipuum ſibi norunt diuinitus collatum interceſſorem. Fideliter etenim ſemper in neceſſitatibus expetitus, adeò ſe deuotè petentibus adeſſe conſueuit, vt ex debilitate ſoſpitatem, ex languore ſalutem, de mœrore gaudium, fides indubitata ſemper cœpiſſe lætetur. Hîc vero fidelis deuotio, benigna prorſus intentione conſideret, quàm ingens erga nos Chriſti clementia, quàm pia Sanctorum dulcedo, ſuper humanæ fragilitatis habeatur miſeria: Ipſi quippe iam cum Chriſto regnantes, nec aliunde quam de noſtra ſolliciti ſalute, [8] ideo præſentia poſtulata nobis à Chriſto ſubſidia impetrant, vt nos ad ea poſtulanda quibus iam ipſi perfruuntur, accendant. Vt videlicet illorum exemplo, cunctam temporalium negligentes ſolicitudinem, de ſola ſalute ſollicitemur æterna; ſicut ipſe Rex æternus Chriſtus, poſtquam ſuos à præſenti reuocauit ſollicitudine fideles, meliora monuit ſperare, dicens. *Primum quærite Regnum Dei & iuſtitiam eius; & hæc omnia adiicientur vobis.* Ad cuius regni nobilia poſſidenda, ipſe Deitate Patris & Omnipotentia Nobilis

[7] *Sancti Patroni ſui nobis.*

[8] *Quare ſancti, præſentia bona nobis impetrãt à Chriſto.*

Matth. 6. 33.

bilis, Vnigenitus Altiſſimi, pro noſtra verò ſalute, filius hominis, ſcilicet Virginis, & ſpecioſus forma præ filiis hominum, nos perducat; & cum Sanctis ſuis hæredes faciat; qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto, viuit & regnat, in æterna Trinitatis gloria ſemper.

Amen.

* *
*

Explicit vitæ Sancti Genulfi Pontificis.
Liber Primus.

VITÆ S. GE-NVLFI CONFESSORIS

LIBER SECVNDVS ALIO etiam authore vetuſto vt erudito, ita & anonymo.

* * *

Galliæ ſitus deſcribitur.

CAPVT I.

GALLIÆ ſitus [1] ad Orientalem plagam, confinia ſui & Italiæ, iuga montium habet: [2] ad Meridiem verò, fretum Mediterraneum; Prouinciam præterluens Narbonenſem. [3] Porro ad occiduum, Hiſpanias, & Oceanum: quod Gallicum, ſiue Britanicum dicitur. [4] Inde vero Septentrionem verſus, protenditur vſque ad Rheni fluenta. qui ex ſupradictis Iouinis defluens Alpibus; Galliam diuidit à [5] Germanis, híſque Gallia limitibus, ſic circumcincta refertur. Cuius apud Iulium Cæſarem, quondam quidem tripertita; ſed nunc apud modernos, ob varios poſtea rerum euentus, exploratius conſiderata [6] diuiſio, conſtat. A Rheno ſi quidem, vſque [7] Sequanam, Belgica Gallia, quæ nunc à gente, [8] Francia dicitur. Inde vero vſque Ligerim, Gallia Lugdunenſis, quæ nunc ſuperius, ob aduentum gentis, [9] Burgundia; inferius, [10] Neuſtria dicitur. [11] à Ligeri verò vſq; [12] Garónam, Aquitanica Gallia; quæ à ſibi Oriente [13] Rhodano, vſque ad ſibi Occidentalem porrigitur

1 *Gallia Orientes montes habet.*
2 *Meridies mare & Prouinciam.*
3 *Hiſpaniam & Britaniam Occidens.*
4 *Septentrio Rheni fluminis originem, & Alpes Iouinas.*
5 *Germani.*
6 *Diuiſio Galliarum, nunc alia, quàm apud veteres.*
7 *Sequana, flumen Belgicæ Galliæ.*
8 *Francia.*

9 *Burgundia.* 10 *Neuſtria,* 11 *Ligeris, flumen Galliæ Lugdunenſis.* 12 *Garonna.* 13 *Rhodanus.*

finitimos bella, decemnali prælio fatigata, tandem [1] quadringentesimo quarto, ante vrbem cõditam anno, expugnata est Ciues autẽ eis profugi, ab Asia in Europam; pars, sub Enea duce Italiam. pars vero, sub Antenore per Meotydes paludes, per que flumen Tanais, Pannonias petierunt. Sed qui Italiam; postea vrbis [4] Romæ cõditores fuêre. Qui vero Pannonias; infra terminos earum, [5] ciuitatem Sicambriam condiderunt. à qua Sicambri dicti sunt: in qua etiam, plurimis temporibus, vsque ad supradicti [6] Valentiniani tempora, qui septimus à Constantino fuit, [7] quem sanctus Papa Siluester baptisauit; [8] Romanorum tributarii manserunt. Id autem, vt contra [9] Alanos qui crebras inruptiones, è saltuosis & palustribus locis, in Romanorũ terras agebant, bellum susciperent, eis Decennio remissum est. Quod suscipientes; [10] ita totam deleuêre gentem; vt ex innumera multitudine, nec vnus quidem superstes relinqueretur. Decennio vero decurso, solitum exacti, tributum, soluere renuerunt; propter adeptam ex Alanis victoriam. Quare [11] Valentinianus ingenti coacto exercitu; bello Sicambros impetit, & vincit. Quo infortunio crudeliter efferati; terras circumquaque Romanorum, peruadere cœperunt. Hi vero eatenus Sicambri, siue à Franco Duce partis ipsius gentis, seu potius [12] à feritate, Franci ex eo dicti sunt. Qui tunc temporis, primum sibimet Regem nomine [13] Pharamundum, filium [14] Marcomiri crearunt: & sub eo, cuncta quæ Romanis erant, à Sicambris vsque Rhenum propria; in ditionem suam redegerunt. Quo defuncto. [15] Clodionem filium eius, in Regno substituerunt. Post hæc autem Rhenum transierunt, gallias occupauerunt, & sub [16] Clodione & Clodomire, Merouingo, & Clodoueo Regibus, à Rheno vsque Ligerim, cuncta Romanis principibus abstulerunt. Deinde, [17] postquam Clodoueus beato prædicãte Remigio, cũ suo exercitu Christianus effectus est [18] Gothos Arianos, ab Aquitania, qui iussu Romanorũ inibi consistebant, bello penè deletos, expulerunt: & vniuersas

1 *Troia 404 anno ante vrbem conditam expugnata.*

4 *Troiani Romam condũt.*

5 *Troiani, ædificãt Sicambriam: vnde Sicambri sunt dicti.*

6 *Valentinianus Imp. 7. à Constantino.*

7 *Constantinus à S. Siluestro Papa baptisatus.*

8 *Sicambri Romanorum Tributarii.*

9 *Alani Romanos infestant.*

10 *Alanis fiditus à Sicãbris delentur.*

11 *Sicambri, à Valentiniano vincuntur.*

12 *Franci vnde dicti:*

13 *Pharamũdus Rex primus Frãcorũ.*

14 *Marcomirus.*

15 *Claudio Rex. sub quo Franci occupant Gallias.*

16 *Clodomirus & Merouingus.* 17 *Clodoueus per S. Remigiũ efficitur Christianus.*
18 *Clodoueus Gothos Arrianos ab Aquitania eliminauit.*

Digitized by Google

uersas Galliæ prouincias fortissimi Reges eorum, Catholici effecti; auxilio Diuino, sibimet vendicarunt.

Successio Regum Francie, à Clodoueo primo vsque ad Pepinum Regem; atque B. Benedicti Abbatis, in Gallias Translatio.

CAPVT. IIII.

ITaque, tàm à Romanis quàm ab externis quoque nationibus, multis dudum tempestatibus, pessumdata Gallia: sic postea Francorum aduentu, Romanorum ab se iugo deleto, ad sui libertatem cornu virtutis erexit; vt ex eo, deinceps libera vigeat, & Regiæ Maiestatis stemmate polleat. [1] Clodoueo vero supra dicto, primo ex Francorum Regibus Christiano, regnante; sanctus Pater Benedictus insignis claruit virtutibus. Decedente Clodoueo, regnauit filius eius [2] Childebertus, cum tribus fratribus suis Theodorico, Clodomire, & Clothario. Horum tempore, [3] sanctus Gregorius Papa Romanus, & Gregorius Turonensis fuerunt. [4] Post Childebertum Clotharius frater eius regnauit. [5] qui sanctam Radegundem in matrimonio habuit. & post eum Chilpericus filius eius regnauit, cum tribus fratribus suis, Cariberto, Guntranno, & Sigiberto. His vero temporibus, [7] sanctus Austregisilus magnæ Metropolis Byturicensis Archiepiscopus, clarus virtutibus fulsit. Post Chilpericum, [8] Clotharius filius eius regnauit. Hic Clotharius, genuit [9] Dagobertum; & sororẽ eius [10] Blitildem. Quo defuncto, regnauit Dagobertus, cui fuit [11] Pipinus Maior domus. vir egregiæ Nobilitatis. His temporibus, sub [12] Heraclio Principe Romanorum, [13] sanctæ Crucis Exaltatio fuit: Post Dagobertũ, filius eius [14] Clodoueus regnauit: cuius tempore, *corpus S. Benedicti de Beneuento in Gallias translatum est.* Post Clodoueũ, [15] regnauit filius eius Clotharius. Huic successit [16] Theodoricus frater

1 *S. Benedictus Abbas claruit tempore. Clodouei primi.*
2 *Childebertus Rex.*
3 *SS. Gregor. Papa, & Gregorius Turonẽsis: quo tempore claruerunt.*
4 *Clotharius Rex.*
5 *S. Radegũdis Regina.*
6 *Chilpericus Rex.*
7 *S. Austregisilus.*
8 *Clothar. 2.*
9 *Dagobert. 1.*
10 *Blitildis soror Dagoberti.*
11 *Pipinus.*
12 *Heraclius imp.*
13 *Exaltatio, S. Crucis, Clodoueus. 2.* 14 *Translatio corporis S. Benedicti Abbatis.*
15 *Clothar. 3.* 16 *Teodoricus Rex.*

Digitized by Google

frater eius; cui, [17] maior domus Ebroinus fuit: qui sanctum [18] Leodegarium Episcopum, Martyrio finetenus afflixit. Post Theodoricum, [19] Clodoneus filius eius regnauit: cui [20] Childebertus iunior, frater eius, succeſſit. Isque succeſſorem filium habuit, [21] Dagobertum iuniorem. Post hunc vero Dagobertum, regale genus à prudentia defecit. Et post eum regnauit Daniel clericus frater eius insipiens, quem Franci mutato nomine [22] Chilpericum vocauêre. Post quem, [23] Theodericus propinquus eius regnauit; illiqúe succeſſit [24] Hildericus frater eius, qui ob inertiam sui, solio depositus est & Clericus factus, in Monasteriũ viuere missus. Hic [25] vero, linea prosapiæ Pharamundi, per viros defecit: mansit vero per Blitildem sororem Dagoberti superius memoratam, hoc modo.

17 *Ebroinus Maior domus*
18 *S. Leodegarius Martyr.*
19 *Clodoueus. 3.*
20 *Childebertus. 2.*
21 *Dagobertus 3.*
22 *Chilpericus. 2.*
23 *Theodoricus. 2.*
24 *Hildericus Rex depositus, hic defecit virilis linea Pharamundi.*

Progenies Blitildis, ſororis Dagoberti primi, Regis.

CAPVT. V.

HÆc [1] ipsa [2] Blitildis nupta fuit [3] Ausberto cuidam Nobilissimo. de quo genuit [4] Arnaldum, qui Arnaldus genuit [5] Arnulfum, qui vxorem duxit filiam Pipini ducis Dagoberti Regis fratris, prædictæ Blitildis, ex qua genuit [6] Ancegisilum. Hic verò Arnulfus, postea Militiæ renuncians, Episcopus effectus est. Porro Ancegisilus filius eius, genuit Pipinum: [7] qui Vetulus vel Breuis dictus est. Idem quoque Pipin[9], genuit Karolum; qui Tudis, id est Martulus agnominatus est ob plurimam scilicet bellorum virtutem. Iste [11] Karolus Dux, magnis duobus præliis, Sarracenos qui ea tempestate Hispanias occupauerant, à Galliis expulit. Idem ipse, genuit [10] Pipinum Pium, & [11] Karomannum postea Monachum. Hic vero Pipinus Pius Dux, ex Ducibus atauis, proauis, & auis, & patre Duce genitus, ex præfata Blitilde genus Regium ducens, multis militaribus virtutibus insignis, post depositionem Hilderici, [12] totius Militiæ voto, vna cum authoritate Zachariæ

1 *Hic incipit linea Pharamundi, per fœminas.*
2 *Blitildis soror Dagoberti.*
3 *Ausbertus.*
4 *Arnaldus.*
5 *Arnulfus*
6 *Ancegisilus.*
7 *Pipinus Vetulus.*
8 *Karolus Tudis id est Martulus.*
9 *Sarracenos à Galliis expulit.*
10 *Pipinus Pius.*

11 *Karlomannus Monachus.* 12 *Ex militia Francica voto, & Zachariæ Papæ authoritate sua consilio, Pipinus est Rex constitutus.*

Digitized by Google

Zachariæ Papæ, primus ex ſua linea, in Regno Frãcorum Rex ſublimatus eſt. hic Religioſus Eccleſiæ Dei fuit cultor. Et ex [13] Aiſtulfo Longuobardorum Rege, atque de Ducibus Aquitanorum [14] Guainaldo, & Vaiferio, nec non & ex aliis Gallorum & Germanorum tyrannis, gloriolus extitit triumphator. Ipſe [14] Karolum Magnum genuit; qui poſt obitum Patris, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo nono, Rex, à Francis eleuatus eſt. Quem poſtea, ſibi Romani. [15] Aduocatum ſancti Petri elegerunt. Deinde [16] Patricium, tùm vero [17] Imperatorem & Auguſtum. Ex quo tempore, [18] Romanum à Conſtantinopolitano defecit Imperium. Is [19] autem Karolus, à magnitudine fidei qua religioſus viuere ſtuduit; & ab excellentia virtutis, qua gentis Saxonum vel aliarum gentium virtutem ſtrauit: & ex Idololatris, Chriſto credulos fecit & cuncta verſus aduerſa bellorum, inflexibilis viguit; & ab æquitate iuſtitiæ, qua totius Regni vel imperii ſui ſpatia, æque moderando diſpoſuit; & ab Auguſtali gloria, qua Regnum Francorum nobilitauit, vel à potentia, [20] qua à monte Gargano, vſque Cordubam Hiſpaniæ ciuitatem, Dominatus eſt vel ab ingenti ſuæ laudis fama qua [21] Patriarchæ Ieroſolimitani, [22] Regíſque Perſarum muneribus, vel omnium totius Europæ Regum donis, legationibus, ſiue pactionibus honoratus eſt. Ab his ſanè, vel omnibus quæ Regiam vel Auguſtam magnitidinem decent, iure Magnus agnominatus eſt. Qui ad augmentum ſuæ magnitudinis, quamuis Gallorum ac Germanorum ſeu Italorum, multiplicibus eſſet impeditionibus implicitus; [23] tamen pietatis intuitu, quo Chriſtianis in Hiſpania ſub Sarracenis laborantibus, auxilium ferret; ingenti militiæ manu delecta, præualido glorioſus exercitu, prędictã regionem adiit; & infideles, tàm metu quàm gratia, ad ſui metum, & ad pacem coëgit fidelium. [26] Inde verò rediens, ad Galliæ ſuæ cuſtodiam, vrbibus [illegible]itaniæ Comites præfecit; & per alia Hiſpaniæ vicina loca, aduerſus Sarracenorũ incurſus, præſidia diſpoſuit militaria.

Tunc

13 Aiſtulfus Longobardorũ Rex. Gainaldus & Vaiferius Duces Aquitanorum.

14 Karolus Magnus Rex anno 769. efficitur.

15 Aduocatus S. Petri.

16 Patricius.

17 Imperator & Auguſtus.

18 Quo tempore Romanũ à Conſtantinopolitano, defecit imperiũ.

19 Cur karolus filius Pipini, dictus Magnus.

20 Limites Imperij Karoli Magni.

21 Patriarcha Ieroſolimitanus

22 Rex Perſarum.

23 Karolus Magnus in Hiſpaniam, pietatis intuitu profectus eſt

26 Karolus Magnus, Vrbibus Comites præfecit & præſidia aduerſus Sarracenos Hiſpaniæ, ſtatuit.

Tunc ergo Lemouicæ vrbi, Rotheriũ Comitem conſtituit, qui cœnobij Karrofenſis, fundator extitit: quod poſtea [27] glorioſus Rex Karolus, de pretioſi portione ligni ſalutiferæ Crucis Chriſti ſacrauit; de theſauris quoque ac poſſeſſionibus propriis nobiliſſimè ditauit, ſicuti priuilegia teſtantur, de ipſis rebus facta; & annuli eius impreſſione inſignita. [28] Qui cum feliciter, quadraginta ſeptem annis regnaſſet; obiit anno ab Incarnatione Domini, Octingenteſimo ſextodecimo: relicto ſuperſtite, glorioſo Domno videlicet [30]. Ludouico. Hic verò cum patris in vita, ipſo concedente, per aliquot annos in Aquitania regnaſſet; poſt eius obitum, totius regni Francorum, & Imperij Romanorum, ſuſcepit ſummam. Qui & ipſe potitus liberis; Regnum & Imperium, eis in vita ſua ita diſpoſuit. Maiorem natu [31] Lotharium, Regem Italiæ, & ſocium Imperij fecit. [32] Ludouicũ in Germania. [33] Pipinum in Aquitania. [34] Karolum Caluum, Franciæ ac Burgundiæ, regnare decreuit. Hic verò clementiſſimæ vir naturæ, iuxta ſuorum lenitatem moram, Rempublicam regere diſponens: Nonnullas aliquando, tàm à liberis, quàm à Regni tyrannis, difficultates patiebatur. [35] Sed cunctis tandem controuerſiis peſſumdatis, & religioſè viuere, & cõſultè Regnum vel Imperium moderare ſategit. Eccleſiæ Dei ſtatum ſublimius ſemper prouehendum, ſuper omnia dignum duxit. Omnibus piis, in conſtructione nouorum ſeu in reſtauratione veterum cœnobiorum, ſe ſe cooperatorem attribuit. Ipſe inter multa, quæ vel exſtruxit vel reſtaurauit, etiam [36] Karrofenſe cœnobium, ædificaſſe legitur. Pipinus verò filius eius, hæc ædificauit cœnobia. Ingeriacum videlicet, atque [38] Brantoſmum, [39] & apud Pictauos Monaſterium S. Cypriani.

27 *Karolus Magnus, dominicæ Crucis portionem Karoffeſi Monaſterio dedit.*

28 *Karolus Magnus, obiit anno 816.*

30 *Ludouicus Pius, primum Rex Aquitaniæ, deinde totius Galliæ, & poſt Rom. Imp.*

31 *Lotharius Italiæ Rex.*

32 *Ludouicus Rex Germaniæ.*

33 *Pepinus Rex Aquitaniæ.*

34 *Carolus Kalvus Franciæ & Burgundiæ Rex.*

35 *Laudes Ludouici Pij Imp.*

36 *Karrofen. ſe cœnobium.*

37 *Ingeriacũ.*

38 *Brantonium.*

39 *S. Cypriani apud Pictauos cœnobiũ, Pepinus Ludouici Pij filius conſtruxit.*

Eccleſiæ Beatæ Mariæ Gradenſis fundatio.

CAPVT VI.

HVius itaque Pij Auguſti Ludouici temporibus, quibus filius eius Pipius Rempub. regebat Aquitaniæ,

1 Vuifredus Comes Bituricens.

taniæ; quidam Byturicenſium [1] Comes extitit, vocabulo Vvifredus. Hic ex illa Nobilium ſcara Frâcorum, quam glorioſus Rex, Domnus Pipinus præfati Auguſti. Ludouici, vnus, in vrbe Byturica, ad Guaiferij Ducis Aquitaniæ partes expugnandas reliquerat, originem trahens; regali quoque proſapia oriundus erat. Cui non impari, verum æquè generoſo ſtemmate, celebris ex clariſſimo genere Francorum, [2] Oda nomine, coniunx fuit. Quibus alij præter filiam fuerint ne liberi, parum comperimus. Quæ videlicet illorum filia, nomine [3] Agana [4] Roberto cuidam, inſignis honeſtæque potentiæ viro, primíque Palatij Pipini Regis, nupta fuit. Qui Robertus, ad ſuæ Nobilitatis excellentiam, Regalis etiam ſtemmatis per ſororem adeptus erat conſortia. Quam iſdem Domnus Pipinus vxorem duxit: [5] de qua Pipinum & Karolum liberos, totidemq; filias habuit. Hac itaque Nobilitatis excellentia, præfatus Comes Vvifredus inclitus; religionis etiam gloria, clariſſim⁹ fuit. Hic ergo ſuis temporibus, ampliſſimis vſus honorib⁹, vt potè [6] primæ capitis Aquitaniæ Comes, animo prudenti, perpendens quæ & quanta ſint, quæ cura mortalium prima putantur, quiue caſus ea proſequantur; ſimúlque cernens, rerum ſuarum commoda: ſtatuit animo, vt de temporalibus quæ iure poſſidebat, ſibi præpararet eternaliter profutura. Itaque pari conſilio cõmuníque voto, venerandæ ſempérque cum laude nominandæ ſuæ coniugis Odæ, placuit, vt ad laudem Creatoris celebrandam, diuináque myſteria peragenda, in iure ſuæ proprietatis, in villa quæ dicitur [7] Strada, Eccleſiam fundaret; quam de propriis rebus, ad Eccleſiæ miniſtrorum vſus ſufficientiſſimè dotaret. Quod quidem vt diſpoſuit, efficaciter etiam diuina largiente clementia compleuit, anno quinto decimo imperii Domni Ludouici Sereniſſimi Auguſti, filióque eius Pipino, quarto decimo anno regnante, qui eſt ab incarnatione Domini D C C C XXVIII. Cum vero ad vſque Dedicationem Eccleſiæ ventum, eſſet; eam in honore ſanctæ ſempérque Virginis Mariæ, & Omnium Sanctorum dedicari conſtituit; eiúſque

2 Oda Clara fœmina.

3 Agana Oda filia.

4 Robertus, primus Palatij Pipini Regis.

5 Pipinus & Karolus, filij Pipini Regis Aquitania.

6 Biturix prima Aquitaniæ, caput.

7 Strada villa.

Annus DCCCXXVIII.

que vel aliorum Reliquiis sanctorum, solenniter decorauit. [8] Cui in die consecrationis eius,qui est septimo kalend. Iulii , prædia quædam circumadiacentia quæ sui iuris erant, cum [9] mancipiis ibidem commanentibus,quorum non paruus fuit numerus, concessit. & testamento delegauit. Quod testamentum , hæc quæ diximus, etiam hodie teltari videtur.

8 *Dedicatio Ecclesiæ.*

9 *Mancipia.*

Immunitas Stradensis Ecclesiæ.

CAPVT VII.

POstquam vero Clarissimus vir, hæc studiosè peregit; Domno Pipino Regi, Ecclesiæ fundatæ causam innotuit. Cui supplices deinde preces effudit, vt ea quæ gesserat, [1] eius excellens roborare dignaretur authoritas. Cuius orationem Rex placidè suscipiens, [2] in presentia Primorũ Palatij, totiúsque Nobilitatis, tanti viri petitionem fieri decreuit. Ergo proposuit edictum, quod præsentibus & futuris voluit esse notum; statuítque præcepto : vt isdem locus, Strada videlicet,ab omnium potestatum inquietudine maneret immunis: & nullus cuiuslibet potentiæ Iudex aut exactor , in eodem loco, uel foro quod inibi concesserat haberi ad multorum vtilia negotia peragenda; iudicium aut exactionem vllam facere presumeret:exceptis rectoribus eiusdem loci. Quod vt imperpetuum maneret inconuulsum , à suis [3] Notariis scripto mandari, & annulo proprio scriptum iussit insigniri, in conuentu Nobilium , in [4] Ioguntiaco palatio , anno septimo decimo imperii Domni Ludouici Serenissimi Augusti sui genitoris , & sexto decimo sui Regni. Hac itaque Regis authoritate percepta, vir egregius eiúsque deuotissima coniux , frequenti deinceps statione, dignáque reuerentia locum excolebant. Igitur ex eo, deuotione fidelium, cultus sacræ religionis ibidem proficiens, cœpit isdem locus,non solum à venerandis iugalibus, verum & ab aliis religiosis mortalibus,decenter & honestè venerari.Eóque processit amplificatio rei ipsius Ecclesiæ , vt inter reliqua Matris

1 *Reges , emologabant fundationes Ecclesiarum.*

2 *Litera patentes olim fidebant , in præsentia Primorum Palatij Regij seu Aulæ.*

3 *Modus olim priuilegia concedendi.*

4 *Iogutiacum Palatium.*

Digitized by Google

ecclesiæ Byturicensis membra, cõnumeraretur & ipsa Ita religiosi coniuges, voti sui compotes effecti; vitæ suæ tempus, nunc in diuinis laudibus, modo vero cum administratione militiæ, fideliter agebant.

Fundatio Monasterij Stradensis, Diuinitus facta.

CAPVT VIII.

ALiquando vero, quodam ex ipsorum officio, custodiis equorum in pascuis præter fluenti alueo adiacentibus, solito more inuigilante: vna dierum iam aurora illucescente, uapor nebulæ vt adsolet superficiem tenebat terræ quo paulatim inanescente. quædam in Ecclesiæ modum recentis effigies ædificij, in contingua flumini planicie, & per aliquot horarum spatia, residere videbatur: donec diurnæ lucis vigore disparuit. Miratus insolitum: suæ primum Dominæ, quod viderat pandit Quod illa mente pertractans, & vt fidelis, diuinum fore fideliter credens: piam supplicabat Diuinitatem, vt reiteratione huiusmodi visus, eam de hac sui dispositione consilij, redderet certiorem, Quam voti compotem, Diuinæ complacuit facere pietati. Vbi vero eodem schemate quo primus ille viderat, ipsa quoque perspexit: mox venerando coniugi patefecit. Qui super auditis Deo gratias agens, ipse quoque Diuinis emeruit precibus, idipsum post aliquot dies simul cum his qui viderant, cernere schema. Tali denique modo, dispositio Dei, venerabilium mentes coniugum, ad prouectiorem instinctum bonæ pertrahens actionis: deinceps eos etiam ad Cœnobij constructionem animauit. Quibus vt se se tempus obtulit oportunum, continuò de rebus eidem loco delegandis, testamentum faciunt Domnique [1] Pipini Regis adeuntes præsentiam, vota suggerunt & locum sibi rebus decretis per testamentum, eius potestati committunt, vt ipsius authoritate atque Francorum deinceps Regum prouidentia, tuerctur. His igitur ad votũ eis à Rege concessis, properè cœptum perficiunt opus. Quod postquam decenter & com

1 Monasteria Patrocinio Regum à fundatoribus subnissa.

commodè perfecerunt;ad Honorem ſummi Saluatoris, eiúſque ſanctæ Genitricis & ſemper Virginis Mariæ, ſanctorúmque Apoſtolorum & omnium deinde Sanctorum, conſecrare fecerunt. Sacroſanctis etiam Reliquiis, [2] ex Sacra videlicet palla, Magni Gregorij Papæ meritis diuinitùs cruentata, ſicut in geſtis eius legitur, necnon & plurimorum pignoribus Sanctorum, locum illuſtrantes; diuerſis quoque muneribus, & eccleſiaſticis ornatibus, decenter adornare ſtuduerunt. Deinde compoſitis habitaculis; religioſis cœnobitis, quorum Pater vitæ venerabilis, [3] Dodo nomine fuit, cœnobium commiſerunt, qui ſecundum inſtitutionem Beatiſſimi Patris Benedicti, religioſè ſemper illud regerent, & per ſuccedentia tempora poſſiderent.

2 Palla S. Gregorij meritis cruentata.

3 Dodo primus Abbas Stradenſis.

Situs Stradenſis Cœnobij.

CAPVT IX.

ESt autem locus iſdem in penultima parte Biturici pagi, verſus Occidentem, admodum delectabili ſitu iocundus. Nam è regione, fluminis [1] Agneris curſus offertur, quod commoditate ſui, quàm maximè iuuat incolas eiuſdem loci. Tùm deinde circumquaque fertilis humus omni germine, cùm ſui fœcunditate, tùm etiam agricolarum opere. Præterea loco pertinentia, ex maxima parte ſatis contigua. [2] Prædicta porro ſanctæ Dei genitricis Eccleſia, ſpatio ſtadij ad meridiem diſtat. Quæ & ipſa cum ſibi collatis per prædictum teſtamentũ, eidem cœnobio fuit conceſſa.

1 Fluuius Agneris.

2 Eccleſia cœnobiis attributa.

Dotatio Cœnobij Stradenſis.

CAPVT X.

POſtquam vero Sacer Ordo, cura Religioſi Patris Dodonis, in hoc ipſo iam ritè profecerat cœnobio, idem Nobiliſſimi coniuges, animo ſitienti, adhuc amplificare loci ipſius rerum poſſeſſiones deſiderantes, præter illa quæ prius contulerant, alia quædam addi-

Digitized by Google

derunt, & cum Ecclesia, quæ vocatur [1] Cildracus, equè per testamentum, præfato loco contulerunt, anno vicesimoquinto Imperij Augusti Ludouici, & vicesimo quarto Pipini filij sui Aquitaniæ Regis. Quæ res in superioribus partibus Byrurici pagi, seu in vicinia Biturícæ ciuitatis consistere videntur: sicut ipsa rerum earumdem testamento, docemur.

[1] *Ecclesia Cildraci.*

Multorum mors Principum, & bella Regum.

CAPVT XI.

His igitur ab optimè religiosis coniugibus ita compositis, de cætero quo ad vixerunt, eis illa vigilantia fuit, vt isdem locus ad meliora semper & altiora proueheretur, quorum equidem materialis ædificatio, in ipsius angularis lapidis nomine Christi Iesu constructa, creuit in templum sanctum in Domino, cum in ea degentes cœnobitæ, per instituta mandatorum Dei, perque regularem [2] Sanctissimi Præceptoris nostri Benedicti tramitem gradientes, reliquorúmue Sanctorum Patrum exemplis viuentes, alius ab alio, coædificati sunt in habitaculum Dei, in Spiritu Sancto. Namque quòd hi tales, & boni quique, Deo magis quam sibi viuentes, ipsius Dei habitatio sint. Est inde veritatis verissima sponsio, quæ dicit. *Si quis diligit me, Sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Apostolus quoque Petrus, fideles adhortans. *Accedentes inquit ad lapidem viuum, & ipsi tanquam lapides viui super ædificamini, in domos spirituales.* Cum hæc ergo de fidelibus ita se habeant, merito hi fidelissimi coniuges, illorum gratiæ participes esse creduntur, qui ea intentione laborare studuerunt, vt hi in eorum labores introirent, quos pia Diuinitatis dignatio, sua dignos effecerat habitatione. Pro quibus omnibus, postquam à terrestri domo huius habitationis emigrarunt, domum non manufactam æternam in cœlis, promeruisse dignè credendi sunt. Quorum corpora, secundum sui dispositionem, tunc quidem secus ecclesiæ

[2] *Author Monachus extitit.*

Ioan. 14. 23.

1. Pet. 2. 4.

Digitized by Google

eleſiæ memoratæ Beatæ Dei Genitricis introitum, ad dexteram ſcilicet ingredientium ſepulta ſunt. Poſtea vero, deuotione fratrum præfati cœnobij agente, hinc tranſlata, dextra leuáque altaris ipſius ſpecioſæ virginis Mariæ, digno cum honore condita ſunt, [2] quorum depoſitionis dies ſub vno die. Nempe decimo Calendas Septembris quotannis recolitur. Circa quod tempus, [3] Domnus etiam Pipinus Aquitaniæ Rex, biennio ante Patris ſui obitum, vltimam vitæ ſortitus diem, Pictauis apud Sanctam Radegundem ſepultus eſt. Domnus vero Ludouicus, poſt plurima Rei Eccleſiaſticæ, nec non & Publicæ benè conſulta, quibus ad equum, diuino ſemper in aduerſis vſus auxilio Regni vel Imperij ſui moderauit ſtatum, [4] anno ab Incarnatione Domini Octingenteſimo quadrageſimo feliciter obijt: Poſt cuius extrema, tres filij eius, pro regno Aquitaniæ, quo frater eorum Pipinus regnauerat, inuicem diſſidentes, bello decertare contendunt, quod & factum eſt apud [5] Fontanetum Burgundiæ locum. Lotharius Maior natu, & Auguſtali dignitate ſuperior, cum exercitu Italiæ, aduerſus Fratres Ludouicum, & Carolum qui Caluus agnominatus eſt, & ipſi aduerſus eum cum Francis & Aquitanis. Et Lotharius quidem primo impetu victor extitit, ſed mox eſumptis viribus, [6] ab Vuarino Duce Tholoſano & Aquitanis fugatus eſt. Et quidem meritò: Nam is Imperij cupidine, quamuis non abſque, fratrum ſeu quorumdam prauorum conſenſu, Pium Patrem cuſtodia detentum, diademate priuare decreuerat, ni ſanior Ducum ſententia & Epiſcoporum authoritas, conatus eius fruſtrauiſſet, [7] qui poſt fugam, diademate depoſito, facinoris ſui pœnitentia motus, priuatè viuere deinceps, Monaſterio ſe contulit. [8] Ludouico præterea non longè poſt hæc, ab humanis obeunte, [9] Carolus ſolus qui Caluus dictus eſt, & Regnum Francorum & Imperium Romanorum, nobiliter ac ſtrenuè rexit.

2 *Dies obitus fundatorũ in cœnobiis celebriari & recoli conſueuit.*

3 *Pipinus Rex Aquitaniæ, Pictauis apud S. Radegundem ſepultus.*

4 *Ludouicus Pius moritur, 840.*

5 *Fontanetum Burgundiæ, in quo Prælium inter tres Ludouici filios commiſſum fuit.*

6 *Vuarinus Dux Tholoſanus.*

7 *Lotharius Imperator, fit Monachus*

8 *Ludouicus Rex Germaniæ moritur.*

9 *Karolus Caluus fit Imperator.*

* * *

Digitized by Google

Priuilegij Karoli Calui pro Stradenſi Monaſterio, ſumma.

CAPVT XII.

INterea Dodo promemoratus, egregiæ probitatis Abbas Stradenſis cœnobij, ſollicitè ſibi commiſſorum commoda, inſtanti procurans vigilantia; præſentibus & futuris quod optimum forè cenſebat, conſultè ſemper prouidere ſatagebat. Is ergo quam primum oportunitate reperta, memoratum Regem Carolum adiit; illiq́ue ſe ſe, cauſámque ſui aduentus diligenter innotuit. Deinde proferens authoritatis edictum Præcellẽtiſſimi Regis Domni Pipini ſui germani. quod pro liberalitate, ſibi credito conceſſerat loco: ex hoc maximè ſuas conſtare preces edicit, vt eius exemplo, ſimul & ob memoriam fraternæ dilectionis, ipſe etiam more Regio, ſpeciale decretum ad perpetuum munimentum, contra prauorum tumultuationem, ſupradicto dignaretur concedere loco. Cuius petitionem Rex placidè ſuſcipiens, eius voluntati libenter annuit, Igitur accitis in conſpectu ſuo Notariis, præſenti conſcriptione decreuit, vt hoc ipſum cœnobium vel in eo degentes, & cuncta quæ ſui iuris eſſent, vel quæ Deo fauẽte futuris temporibus ibidem augmentanda erant, nulli cuiuſuis potentiæ perſonæ, qualibet arte nequitiæ opprimendi, aut inquietandi vllo modo licentia foret. Neue quilibet, in omni loco Dominationis ipſius loci, quippiam praui vſus imponere, aut indebitam exactionem quo quomodo facere præſumeret. Sacræ ſiquidem religioni, ſoli Deo vacare cupienti, ſummam quietem debitam forè. neque licere debere, cuiuſquam illi impetum contraire. Ad hoc etiam fiſco Regio debita, pro ſui ſuorúmque ſalute, ſtatúque Reipublicæ ſuæ, cuncta prorſus, eo priuilegio eidem loco ſunt indulta, In clauſula demum perſcripti decreti, ſtatutum eſt, vt per ſuccedentia tempora, locum ipſum inhabitantes, è ſuis non aliunde petitis perſonis eligerent ſemper, quibus ſacra prælatio loci committeretur, à quibus cœnobij totius

totius gubernatio, æquo iure tractaretur. Idque non cúiuſquam mortalium vi, ſed fraterno cœnobialium voto fieri, quàm maximè decreuit. Hæc ita ſtatuta, literíſque mandata, Regio more, proprij impreſſione annuli roborauit, regnante eo iam quarto Regni ſui anno. Ita ergo venerandæ memoriæ Dodo pater, cum ſuis apud Regem honorificè habitus & voti compos effectus, ad propria remeauit lætus. Qui poſtquam feliciter vixit & humanæ debitum naturæ felicius ſoluit, ad bonæ vitæ percipienda merita, feliciſſimè peruenire promeruit. Cui nihilominus vita Religioſius, in prælatione prefati cænobij, Maïnardus ſucceſſit; cuius erga memoratum locum piæ ſollicitudinis ſtudium, [1] plurimarum edocent inſtrumenta ſeruata cartharum.

1 *Maïnardus ſecundus Abbas Stradenſis.*

Monaſterium S. Petri in territorio Niuernenſi ſitum, cœnobio Stradenſi ſubiicitur.

CAPVT XIII.

HIc igitur aliquando, pro ſibi competentibus cauſis, aulam expetiit Domni Karoli Regis. Aderant vero tuuc in palatio, fratres ex cœnobio [1] ſancti Petri, quod eſt in territorio Niuernenſi grata ſatis poſitione ſitum, inter duos amnes Ligerim & [2] Elauerem; [3] qui pro ſubſtituendo ſibi Patre, Regiam videbantur expetiiſſe Maieſtatem. Ad horum ergo conſultum, poſt alia Rex animum vertens, prædictum conuocat Mainardum Abbatem, & eius paternitati Monaſterium illud ſe velle concedere dixit. De quo quamuis ob prolixitatem viæ, tædioſum ſibi valde videretur, cum ſe illi parere conſenſiſſet. Mox præſenti Rex confirmauit ſcripto, Regium præceptum, ac proprio roborauit ſigillo. Vt iam dictus videlicet ſancti Petri locus, à præfato Abbate Mainardo, ſuíſque ſucceſſoribus Stradenſis ſcilicet Monaſterii rectoribus, perpetualiter poſſideretur & regeretur. Verum hæc de cœnobii Stradenſis conſtructione, velut ædificando operi poſita fundamenta ſufficiant. Superquè, quid-

1 *S. Petri cœnobium dictũ S. Pierre le Monſtier.*

2 *Elauer. fluuius Gual Allier.*

3 *Cœnobita, ad Reges pro habendis Abbatibũ recurrebant.*

dam altius ædificare geſtiétes. non id fateor mutuatis ab incerto ſumptibus agere decreuimus. Cùm huic loco de quo ſermo agitur, gratiæ Dei munere, feliciter abundet cæleſtium operum præclara materies. Igitur, ope virtutis Dei, cuius opus eſt quod extra vel intra cœlorum ambitum mirabiliter contineri conſtat, id agredi temptauimus; vt videlicet ad fidelium veneratiónem, illa conſcribantur, quæ in hoc Cœnobio Diuinitas noſtri Saluatoris, mirabiliter operata eſt ad ſui laudem nominis, illorum vtique ſanctorum meritis, quorum hîc pia fidelium deuotio, patrocinia, colligere curauit, quorum etiam precibus, iſdem locus nunc vſque tuetur, ſempérque tuendus ſperatur.

De Cella S. Genulfi.

CAPVT XIIII.

ERat igitur haud procul à prædicto Stradenſi cœnobio locus, ſex videlicet millibus diſtans abeo: in quo ſanctorum Genulfi & Geniti memoria continebatur qui temporibus Decianæ perſecutionis, à beato Sixto Papa Romano, ob verbum prædicationis in Gallias directi fuerant. qui venientes in vrbe Geturnicenſi, quanti apud ſe meriti eſſent, Omnipotéti Deo declarare placuit, dum eorum meritis ibi puerũ à Dæmonio, & puellam à grauiſſimo liberauit incommodo. Vbi pro veritate Chriſti, dira fuſtium verbera paſſi, poſt etiam, fornacis ardentis ignibus iniecti, Angelica protectione à vaſto ignium liberi ſunt ardore. Tùm deinde ferrea carceris vincula perferentes, ſed ab Angelo cõfortati, demum per reſurrectionem mortui, & Diuini verbi prædicationem, omnes Vrbis illius ciues, ad Chriſtum conuerſi & baptiſati ſunt. Quibus Eccleſiis fundatis, & inſtitutis Eccleſiaſticis edoctis: poſt aliqua temporis ſpatia, inde diſceſſerunt, & ſupradictum expetiuerunt locum. Quem pro ſui aptitudine, ſibimet ad manendum eligere decreuerunt. Quem etiam poſtea fauente eis gratia Diuina

uina, in propria ditione ab eius poſſeſſore ſuſcipientes,& ibidem Eccleſiam Chriſto fundãtes,felicis vitæ ſuæ curſum, ibi feliciter conſummauerunt: &diuinas ſepius oſtendendo virtutes,ſanctis meritis ſuis, ipſum deinceps inluſtrauere locum. Vnde & contigit, vt eo tempore, Cella ſancti Genulfi, cognominaretur ab incolis.[1] Succedentibus vero temporibus,extiterunt intra Gallias incurſiones plurimæ Barbarorum, nec non & perſecutiones infidelium,quibus,multæ,vt ſupradictum eſt, deſolatæ ſunt antiquæ ſanctorum memoriæ ac penitus per multa tempora deſtitutæ.

[1] *Bella, vetres diripiuntur memoria.*

Abſque Regio Iuſſu,Sanctorum Corpora non ſolebant à loco ad locum transferri.

CAPVT XV.

COntigit igitur aliquando, vt venerandæ memoriæ præfatus Mainardus Cœnobii Stradenſis Abbas conſilium haberet cum fratribus, de Tranſlatione iam dicti Confeſſoris Chriſti Genulfi, quibus idipſum omnibus inuicem ſentientibus, & huiuſmodi ſententiam amplectentibus: etiam ſuper hoc negotio Dominum Regem Karolum adire decreuerunt, vt quod futurum ex illo foret conſilio, illius celeberrimo fieret imperio, Aliquantis igitur aſſumptis Abba fratribus, aulam expetiit Domni Regis Karoli, cui cum adſtitiſſet, & pro quibus ierat intimaſſet. Cuius temporis, vel loci, ſeu authoritatis ildem vir ſanctus fuerit, Rex ſciſcitatus eſt. De quibus cum edoctus ab Abbate fuiſſet, libentiſſime quod petebat conceſſit, & vt liberè faceret imperauit. Hoc ſanè præcipiens, vt ſancti quidem Præſulis Genulfi corpus. Monaſterio transferret. beati vero Patris illius Geniti glebam, remanere ſineret.

Corpus S. Genulfi transfertur.

CAPVT XVI.

HIs igitur à Regali clementia conceſſis, accepta Abba remeandi licentia, regreditur ad propria,

Digitized by Google

& ſe pro quibus ierat, impetraſſe denunciat. Eo ergo fratres ex hilarati nuntio, auctoritate freti regia, ſanctorum cellam adeunt, deuoto cum obſequio. Quia vero minus quam decebat eo tempore locus ipſe reuerenter habebatur, ideo res ipſa, ſic ad habendum ipſius ſancti Confeſſoris corpus, animos fratrum accenderat. Oratorium ergo quod in honore ſancti Petri ſacratum erat, ſunt ingreſſi, ſanctum inquirunt theſaurum, ſed ne tunc incertum foret, quemadmodum ſanctus vterque diſcerneretur, olim vt credi poteſt, huic futuræ Tranſlationi diſpoſitio prouiderat Diuina. Nam vt in libello vitæ vel obitus eorum continetur, ſancti quidem Præſulis Genulfi corpus, ad ingredientium dexteram, Beati vero patris eius Geniti membra, parte fuerant ſiniſtra locata. Igitur ea certitudine maximi pretii reperto munere,[1] Digna cum reuerentia ſanctum corpus geſtatorio fratres imponunt, & ſic cum laudibus diuinis ad Monaſterium redeunt, In quo ſub. die xij. Kalend. Iulii precioſum deponentes onus, ob tanti Confeſſoris aduentum, hunc ipſum diem quotannis inſtituére celeberrimum atque ſolemnem. in quo deinceps loco, multoties per hunc ſibi dilectiſſimum famulum, multa ſanitatum miranda, frequenter mortalibus largire dignatus eſt Chriſtus, ad laudē & gloriam nominis ſui.

1 Quomodo Reliquiæ ſãctorum olim eſferebantur.

Reuolutiones ſtatus Gallici.

CAPVT XVII.

1 Karolus Caluus vltimus Regum Galliæ, qui Imperium tenuerit Romanum.

2 Ludouicus Balbus.

3 Baioariorũ quando incepit Regnum.

4 Karolus minor Balbi filius expellitur & Odo Aquitaniæ Dux, in eius locum ſubſtituitur.

EA ſane tempeſtate, grauiſſimis caſibus, Galliarum ſunt detritæ prouinciæ. Decedente ſiquidem glorioſo Rege Karolo Caluo regni quoque eius à ſua celſitudine corruit ſtatus. [1] Nullus namque poſt eum, Imperium tenuit Romanorum. eius [2] filius Ludouicus agnomine Balbus, ſolummodo Regnum obtinuit Francorum. Tunc [3] Baioariorum ſurrexit Regnum, apud quos hactenus conſtat Imperium Romanorum. At vero Ludouico decedente Balbo, filius eius [4] Karolus agnomine minor, poſt eum regnauit. Contra

Digitized by Google

quem Franci coniurantes, eum de regno expulerunt. Et Odonem Aquitaniæ Ducem pro eo regnare constituerunt, Qui nec integris etiam in Regno duobus subsitit annis. Cui filius successit [5] Arnulfus, in ipso penè initio regni sui, iam semiuiuus. His temporibus, [6] Vvillelmus Comes Aruernorum, erat Dux Aquitanorum, qui [7] Cluniacense fundauit cœnobium. Sanctus quoque Geraldus vir magnæ sanctitatis, ac præclaræ Nobilitatis ipsis temporibus claruit, qui [8] Aureliacum Monasterium construxit. Tunc etiam Abo nobilissimus partium Princeps Byturigensium, [9] Dolense cœnobium ædificauit. Eo quoque tempore, [10] cruentæ acies in cælo apparuerunt, ad præsagium excidii regni vel patriæ, iam tunc imminentis. Nam Karolus quem Franci repulerant, resumptis viribus, Regnum recepit: sed iterum repulsus est. & Dux [11] Robertus Rex constitutus est. Karolus ergo, ab [12] Othone Imperatore accito auxilio, prælium cum Francis qui eum repulerant commisit: Et victor existens, Rotbertum interfecit: Regnúmque recepit. Postea verò, controuersiis aduersantium sedatis, fœdisque pactionibus. [13] Vgoni filio Rotberti, Ducatum concessit, ac deinceps Regnum obtinuit.

5 *Arnulfus Rex.*
6 *Vvillelmus Comes Aruernorum.*
7 *Cluniaci fundatio.*
8 *Aureliacum monasterium.*
9 *Dolense monasterium.*
10 *Cruentæ acies in cælo visæ.*
11 *Robertus Rex.*
12 *Otho Imp.*
13 *Hugo Dux.*

Corpus S. Genulfi à furore Nortmannorum eripitur, & ad illud Dæmoniacus curatur.

CAPVT. XVIII.

SIc itaque clandestino malo, Francorum vacillante Regno, ab externis etiam, Galliæ, nationibus affliguntur. Siquidem barbaries effera Nortmanorum, [1] quæ interiora Oceani Britannici Plagæ Septentrionalis, incolere videbatur, nauali manu innumera de suis electa, ingentis Pelagi Galliæ, victum occupat limbum. Igitur ab ipsis incipiens oris, ac deindè cuncta peruadendo se se diffundens: Occidentales Gallias, & maxime Neustriam, & Aquitaniam depopulari cœpit. Idipsum vero multoties superioribus annis adgressi fuerant Nortmanni, sed eis belligeri viri Duces

1 *Nortmanni vnde exierũt.*

Digitized by Google

Duces locorum, ſæpius obſtiterant, & eorum frequentes impetus, ſæpe Mauortia manu pepulerant.

2 Bella ciuilia ſunt finitimis aggrediendi Regni incentiua.

2 At ipſis etiam Ducibus inter ſe diuturno bello diſſidentibus, ac vario rerum euentu, nunc iſtis nunc illis decidentibus: ita tellus nudata ſuis defenſoribus, perfacilè patuit externis peruaſoribus. Quorum inſania, per cuncta quà viſus ante ſui faciem erat, feraliter incedens: obſiſtentes ſi qui fuerant interimere, victos captiuare, bona cuncta diripere, nulli mortalium parcere, Diuina & humana ſuis ludibriis promiſcua habere, ſancta loca demoliri, cædibus, incendiis prorſus cuncta replere ſatagebat. Cum vero iam per plurima Galliarum loca, ſuę crudelitatis exercuiſſent facinora, Byturigum etiam Pagum, violenter affligere cœperunt. Iam dictus autem cœnobii Stradenſis Abbas Mainardus, cum fratribus ſuis, hoſtili præcognito aduentu, apud prædictum ſancti Petri Monaſterium; fugæ præſidium expetere decreuerat.

3 Corpus S. Genulfi, à facie Normannorum auffertur.

3 Aſſumptis igitur omnibus quæ ſaluandi gratia, ſecum ferenda cenſuerant. Etiam Beati Præſulis Genulfi corpus, pariter ferri voluerunt. Cum ergo cæptum iter, vſque Byturigam peregiſſent ciuitatem. Ecce ante eos, 4 Dæmon per os hominis cœpit clamare, & dicere. O ſancte Genulfe, num te effugere potero? Cur in his etiam locis me perſequeris? Non tibi ſufficit quo de Gedurnicenſi vrbe me expulliſti, & cellam inhabitare prohibuiſti? heu me ſancte Dei? Cum itaque nequam ſpiritus, huiuſmodi vocibus inſani hominis ore clamaſſet, ſine mora peruaſum reliquit hoſpitium. Ita meritis ſanctiſſimi Præſulis liberata perſona, geſtatoribus eius Dominum benedicentibus, plurimum lætitiæ contulit. Tandem igitur, ad diſpoſitum peruenientes, locum ſancti Petri videlicet oratorium, ſancti oſſa ibi depoſuerunt: & omni cum diligentia, ſeruare ſtuderunt.

4 Dæmones ad aſpectum Reliquiarum tremunt.

Incendi

Incendium Stradenſis Cœnobij diuinitùs reſtinguitur, & Normanni ſternuntur.

CAPVT. XIX.

ADuenientes autem hoſtes ad Stradenſe cœnobium, & tàm rebus quàm habitatoribus vacuum reperientes locum, quicquid reliquum fuit in ædibus, flammis tradidére voracibus. Sed reliquis circumpoſitis ædibus igne conſumptis, ita totius Monaſtérii fabrica, Domini Ieſu protegente virtute, reſtitit illæſa, vt in ea, nullius aduſtionis veſtigium appareret, Quod cernentes hoſtes, & virtutem diuinam ſentientes: à loco receſſerunt, & ſuper vicini fluminis oram, Duces eorum circumſe ſcrobibus actis, aliquibus temporibus conſederunt: donec ab eis, omnis circumquaque regio vaſtaretur. Itaque, cùm per ſeptem annorum luſtra, Neuſtriam & Aquitaniam deuaſtando, Aruernum vſque peruenisſent Normāni, [1] Rex Burgundiæ Radulfus, in auxilium euocatus ab Aquitanis; cum exercitu valido feſtinus occurrit eis. [2] Commiſſoque prælio cum eis, in loco qui dicitur ad Deſtrictos, Deo auxiliante Chriſtianis, penè vſque ad internecionem delecti ſunt Pagani. Et ab Aquitania fugati. Qui vero euadere potuerunt, in oris Galliæ ſuper Oceanum, in vrbibus ſcilicet quas ipſi primo impetu ſuo deſolauerant, eo pacto, permittente Francorum Rege, vt fierent Chriſtiani, reſederunt. [3] Quæ loca propter inhabitantes, nunc partim Nortmannia partim Britannia dicuntur.

1 *Radulfus Rex, Nortmannos ſternit.*

2 *Locus pugnæ Radulfi Regis cum Normannis.*

3 *Nortmanni quomodo Nortmanniã & Britanniã iam incolant.*

Corpus S. Genulfi, ad Stradenſe refertur cœnobium.

CAPVT XX.

POſtquam igitur ille metus hoſtilis, à prouincia diſceſſit, mox ſancta beati Præſulis membra, Stradenſi Monaſterio, fratrum reſtituere curauit deuotio. Ergo remunerato loco ipſo de precioſo [1] Reliquiarum ſacri corporis ipſius Confeſſoris Chriſti theſauro,

1 *Reliquæ quædam S. Genulfi, apud S. Petrum Monaſterienſe.*

Digitized by Google

ro,cum benedictione fratrum ipsius cœnobij, sanctorum pignorum baiuli profecti sunt. Venientes autem Niuernis, à ciuibus vrbis illius, ac sibi notis fidelibus reuerenter excepti sunt. Ibi etiam à clericis Episcopij ciuitatis ipsius,necnon à Sãctimonialibus ibidem degentibus expetiti , vt eis vel aliquantulam portionem de sacro Beati Præsulis corpore darent,vnam è cœtis eius illis concesserunt. Quàm cum inter se , Clerici siue Deo sacratæ Virgines sibimet exæquando secuissent , [2] mox ab vtrisque partibus , cruor stillauit. Admirantésque qui aderant , stupuerunt valdè : & verè viuentia coram Deo sancti Confessoris merita, dignis laudibus attollebant, Inde quoque egressi,viam suam direxerunt ad territorium quod [3] Sigalonium dicitur. Vbi post aliquot cum peruenissent dies: quodam loco diuersorium habuerunt,vbi post discessum eorum,circummanentes Pagenses , Ecclesiam in eiusdem Beati Confessoris honore fundauerunt , & nomine consecrauerunt.Ibi verò quãtam gratiam suam,Deus meritis huius Beati Præsulis Genulfi terræ illius incolis præstiterit, gratum memorare videtur.Cultores siquidem agrorum circumiacentium , votiuum sibi fecerunt vsum , vt sementis tempore , portionem fœminis quantum sibi videretur , ad Ecclesiam ipsam quisque deferret,ac sancto Confessori,ad vsus sacerdotis [4] qui diuina ibidem mysteria celebraret , deuotus offerret: vt eius meritis , eorum segetes vel à fulgure,& tempestatibus , siue aduersis aëris corruptionibus , illæsæ seruarentur. Quorum piæ deuotioni sic pietas annuit Saluatoris, Beato suffragante Patrono , vt ex tunc vsque nunc , in eodem voto perseuerantibus , expetita quoque perseueret salus. Nonnulla quoque sanitatum dona in eodem itinere,per beatum Confessorem confluentibus ad eum conlata sunt , quibus sæpè suos lætificauit , donec ad Monasterium prosperè ventum est. Interea iam tunc Maïnardus excesserat Abba. Cui etiam in prælatione vir strenuus & vtilis , Monachus successerat [5] Amalricus. Huic verò Amalrico, suisque successoribus , quidam vir claræ Nobilitatis, Lætarius nomine, [6] Monasterium quod in Vvastinensi pago

2 Cruor stillauit de costa S. Genulfi. apud Niuernenses.

3 Sigalonia.

4 Dona sanctis oblata , liberant homines à periculis.

5 Amalricus tertius stradënsis Abbas.

6 Monasteriũ S. Ioannis. Baptistæ , in Vvastinensi pago.

Digitized by Google

pago, ad honorem beati Baptiſtæ Ioannis, ac ſancti Genulfi Confeſſoris conſtruxerat, cum teſtamento ſemper poſſidendum delegauit, illoque decedente, ſucceſſit [7] Aymo, qui præceſſor extitit [8] Aërico. Hic poſt illa Nortmānica tēpora, propi[9] cœnobio præfuit Stradenſi, Obeunte Aërico, ſucceſſit [9] Elas, qui vſque ad noſtrorum tempora maiorum, longæuus permanſit.

7 *Aymo Abbas Stradēſis.*
8 *Aëricus. Abbas Stradenſis*
9 *Elias Stradenſis, 1 Abbas Sextus.*

Hungari direptum Gallias aduenium, & cœleſti auxilio pluuia ſiſtitur.

CAPVT XXI.

POſt aliquot iterum annos, accidit vt hæc ipſa regio [1] Hungarorum quateretur incurſibus. Quæ res vulgata, cœnobialium Stradenſis cœnobij, non minimum perterruit corda. Prouidentes itaque ſibi, caſtrum quoddam quod [2] Lucas vocitatur, ad ſui præſidium, in ea neceſſitate petierunt. Illuc itaque fratres ſe cùm ſuis, ac etiam cùm Beati Præſulis Genulfi corpore conferentes, illius tempore metus, eò ſancta Confeſſoris ſeruata ſunt membra, ſed poſtquam & ille hoſtium tepuit feruor, redire fratres ad Monaſterium, cum ſacris decreuerunt Reliquiis. Ergo cœptum iter illis peragentibus, ecce ſubito nubium denſitate cœli facies obumbratur. Anxiari fratres & ſanctarum Reliquiarum geruli cœpêre, futuræ tædio pluuiæ. Tùm deinde largiſſimis proruentibus imbribus, vehemens inundatio, ſuperficiem replebat terræ. Sed manifeſtè Diuinæ complacuit clementiæ, pia ſancti Confeſſoris declarare tunc merita. Nam à tantæ inundationis violentia, ita ſanctum corpus, eiúſque geruli cœleſti ſunt virtute protecti, vt nihil omnino ſuper eos pluuiæ ceciderit. Sic meritis magni Præſulis ab eo releuati tædiò, cum exultatione magnificantes Dominum, ad Monaſterium peruenerunt.

1 *Hungari, in Gallias prædatum veniunt.*
2 *Lucas caſtrum.*

Hungari

Digitized by Google

Hungari iterum Gallias vastant,& piscis Nautis diuinitus adest.

CAPVT XXII.

1 Iterum Hũgari aduenĩũt in Gallias.

ALia nihilominus [1] Hungarorum incursione, quæ biennio post primam contigit, ad proximam ab Occidentali plaga munitionem,sancti Confessoris delatæ sunt reliquiæ. Qua etiam decedẽte perturbatione, sancta membra Fratres nauigio imponunt,& per Agnerem fluuium, superius ad Monasterium remigare cœperunt. Quibus cum gaudio ascendentibus, exclamauit vnus ex nauigãtib⁹.Sancte Genulfe,certè si velles, seruis tuis cibos dare posses. Nec mora, pi- „
2 Squilla piscis. scis non paruæ quantitatis quem [2] Squillam decimus, „ à profundo gurgitis emersus, saltu se in naui præcipitauit. Admirantes gratulantur Nautæ, sic citissimè sanctum Confessorem suis adesse fidelibus.Sícque lætissimis animis, ad Monasterium reditum est.

S.Genulfus,morientem à periculo eterni interitus liberat.

CAPVT XXIII.

QVodam etiam tempore,quidam à natiuo Britanniæ solo egressus, orationis gratia, sancti Patris
1 S.Gildas. Abbas Britã. [1] Gildæ reliquias, siue aliorum sanctorum expetere loca decreuerat.Qui post aliquos itineris dies, ab inualetudine correpus est. Pro posse tamen, cum sociis iter explebat, donec ad hanc vsque quæ citra flumen Agneris Villa Godonis dicitur,peruentum est: ibi fessus omnino,ægritudine cogẽte,deponitur. Elias interea vir religiosus, huius loci tunc prælatione potiebatur. Ad hunc igitur, languens ille,suplices dirigit preces,vt sibi mysteria nostræ Redemptionis, per sanctæ religionis ministros mittere dignaretur : qui eum iam deficientem sanctis ac viuificis mysteriis com-
2 Ritus morientiũ Christianorum. municarent, [2] eius exitum Domino commendarent. Illico Venerandus Abba, per loci Parafonistam nomine Vvidonem, ei quæ petebat dirigere curauit. Ad quem

quem cum festinus isdem frater accessisset, mox eum sacrosanctis mysteriis participauit Qui mox clausis oculis, agebatur in extremis. Aliquibus igitur horarum spatiis exactis,iterum oculos aperuit,& adstantibus referebat, à sanctis prouinciæ suæ se visitatum fuisse, qui contra malignorum spirituum turbam, de eius animæ saluatione decretauerint. Quibus altercantibus : ecce subito sanctus Domini Confessor interuenit Genulfus. Qui conuersus,assistentibus ait dæ-
" monibus. Quid inquit miserrimi spiritus,hîc agere disponitis ? Ecce Dei clementia concedente, suscipiet hunc sinus Abrahæ. Quod cum dixisset,nequam conuentus repentè disparuit. Et conuersus ad sanctos,
" dixit. Benè sancti Domini vestrorum cura sollicitamini : sed in reliquis, vestræ sollicitudinis vt dicet meminisse, satagite. Nam istius salutem animæ, nobis a Dei benignitate concessam scitote. Hîc siquidem cum in præsenti nostrorum officio fratrum, diuinis sit participatus sacramentis: dignum est vt eorum precibus assistamus, & de eius salute procuremus. Hæc cum infirmus cunctis adstantibus aperuisset, iterum clausis oculis à vita discessit. De quo nulli dubium, cùm talia de sancto Præsule Genulfo retulerit, quin ipsius meritis,in æterna requie locatus sit. Eius itaque corpus,Monasterio delatum,honorificè sepultum est.

Vindicta Cælestis, in Monachi interfectores.

CAPVT XXIIII.

EX Ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ, quædam aliquando inter quosdam secularium atque Monasterij cœnobitas, extitit controuersia. Quæ adeò diffusa est,vt frater quidam Fredebaldus nomine, qui eò pro fratrum iure tuendo, ab Elia directus Abbate fuerat, in foribus eiusdem Ecclesiæ gladio necaretur, conscio loci Presbytero nomine Godone,qui fraudulenter eorum partibus fauere videbatur. Quo facto, Venerandus Abba paritérque fratres omnes : vehementer afflicti, magis ab illo Iudice Deo qui Domi-

nus vltionum eſt, & ex malè commiſſis vltionem liberè agere nouit, quàm ab aliquo ſeculi principe, tanti vindictam flagitij, expetere decreuerunt. Erat autem in eodem cætu fratrum, vita venerabilis ſenior Ermenulphus nomine, qui tunc in Monaſterio æditui fungebatur officio. Hic nocte quadam cum ſe poſt orationem expletam, in oratorio quieti dediſſet, conſpicit primo quidem immenſo claritatis fulgore, tota repleri ſpatia templi. [1] Deinde præfulgidũ quendam & maximam cœleſtium virorum conuentum, eximio candore vernantem, adſtare cuidam reuerendæ mulieri & inæſtimabilis potentiæ perſonæ: quæ incomparabili ſpecioſitate decora iuxta Sũmi Saluatoris adſidere videbatur altare. Ecce autem quidam venerandæ grauitatis Antiſtes, in ſacerdotali ſcemate, illi Dominæ propiùs adſiſtens, vltionem ex ſupradicti ſanguine fratris nuper interempti, coram ea ſuppliciter expetebat. Quæ gratificè ſic ad eum reſpondere videbatur. Et mihi potius frater, cauſa de hoc procu- „
randa eſt ſcelere. Et adiecit. Petrus inquiens Apoſto- „
lus, huc accedat. Quo accedente, ait ad eum. Ecce fra- „
ter, huiuſmodi piaculi iudicium exercendum, tuæ poteſtati commiſſum. His dictis, cæleſtis ille conuentus diſparuit. Poſt hæc igitur ex perpetrata nece, vindicta cæleſtis á Deo maturè ſubſecuta eſt; vt infra paruiſſimi temporis ſpatium, illius homicidij miniſtri, cum ſuis fautoribus & omnibus penè adfinibus, morbis decederent exitialibus. Perpaucis illius * immunes vindictæ relictis, qui in rerum miſeria, totius vitæ ſuæ tempore permanentes, ad vltimam vſque peruenerunt ætatem. Ita verò glorioſa genitrice Dei Maria, ſanctiſſimóque Præſule Genulfo famulo ſuo patrocinantibus; reddita confeſtim retributio ſuperbis eſt, quemadmodum ſcriptum eſt. *Mihi vindictam; ego retribuam dicit Dominus.*

1 *Viſio mirabilis.*

* *immunibus*

Rom. 12. 19.

* *
*

Damnatio

Digitized by Google

Damnatio cuiusdem Presbyteri reuelata.

CAPVT XXV.

PORro presbyter ille quem supra tanti facinoris consciũm diximus; reatus sui perpendens magnitudinem, sanctam Dei genitricis Ecclesiam & huius cœnobij cœtum, ex proprij possessione iuris, hæredem fecit. Hic ad vitæ suæ finem perueniens, [1] capsulam quamdam sacris sanctorum reliquiis insignem, ab eadem sanctæ virginis Ecclesia, coram se deferri rogauit. Qui cum in extremis ageretur, subito prosiliens hæc ipsa capsula à loco quo ante eum fuerat appensa; è conspectu eius, alibi perlata est. Ex hoc autem & immensitas Diuinæ virtutis, cuius in ea portio maxima continebatur capsula: & diuini in eum examinis prolata sententia, patenter intelligitur. De cuius adhuc iudicio, talis in Monasterio subsecuta fertur ostensio. Sabbato [2] quodam instante iam noctis articulo, cum fratres debitum Completorii soluere pararent. Ædituus, Ecclesiæ nomine Vvido, ob campanam pulsandam, ante processerat. Qui cùm ad campanæ peruenisset locum; ecce quem ante defunctum nouerat, illum in notissima forma presbyterum conspicit, euaginatum tenentem gladium. Perterritus illico, retrorsum aufugit, atque in ostii limine, velut exanimis concidit. Iam fratres aderant, illúmque quolibet alio casu, potius quàm metu, corruisse putabant. Post paululum itaque, spiritu recreato, surrexit à loco. Quodque viderat, Eliæ Patri Venerabili, cæterísque fratribus, verbis non valens, signis innotuit. Postquam igitur admirantes omnes in * stratibus se dederunt, ecce per alta silentia noctis, ipsi Vvidoni nominatim eum vocando, vox huiusmodi sonuit dicens. Surge inquit surge. Expergefactus ille nimio iterum corripitur horrore, Cui trementi & admodum pauenti, seque salutari signo Crucis munienti, vox etiam intulit. Ne inquit omnino pertimescas. Veniens autem in Monasterium videbis, quo pro nece Fredebaldi supplicio deputatus sim. At ille quamquam tre-

[1] *Capsula sanctis Reliquiis insignis.*

[2] *Completorii debitum, nocte instante soluendum.*

* *Stratis.*

Digitized by Google

mens & pauidus, rei tamen auditæ probamento, surrexit & iuit : & dictorum fidem coram ſancti Petri præſtolans altare, paululum obdormiuit. Ecce autem in illo quietis ſomno coram ipſo ſancti Petri altari, dolium ingens eructantibus repletum flammis ei apparet, in quo preſbyter ille, ſe ſe immergere videbatur. Deinde gladius quidam igneus, ab alto delapſus, & eius vertici illiſus, pariter in flamma demergebatur. Euigilans autem frater, cum maximo tremore, cuncta per ordinem ſupradicto Patri vel fratribus retulit. Hic ergo patet quanta ſanctorum ſolicitudo, ſuper ſibi dignè famulantes inuigilet ſemper. Ea videlicet, quæ ſiniſtrorſus illis accidunt ſubmouendo, ſed & commoda cuncta piè petentibus adhibendo.

Stirps Regia Franciæ Regum recenſetur.

CAPVT. XXVI.

AT vero Karolo decedente minore, [1] Ludouicus filius eius regnauit. Huius filii fuêre, [2] Lotharius & Karolus. Lotharius poſt patrem regnauit; [3] & à Regina ſua veneno extinctus eſt. Cuius filius Ludouicus, vno tantum ſuperuiuens anno, [4] & ipſe potu maleſico periit. [5] Patruus autem eius Karolus, cum poſt eum regnare voluiſſet; à Francis eiectus eſt. Et Vgo Dux filius Hugonis Ducis, Rex à Francis eleuatus eſt. Karolus autem captus in Senletenſi vrbe, in carcere truſus eſt. Ibíque genuit Ludouicum & Karolum, & mortuus eſt: Et expulſi ſunt filii eius à Francis, & erant morantes apud Imperatorem Romanorum. Ita Francorum Regum ſecunda deficiente linea, [6] Regnum in tertiam tranſlatum eſt. In qua quidem primus extitit Robertus, qui à Karolo minore interfectus eſt, ſicut ſuperius dictum eſt. Secundus vero, filius filij eius, præfatus Vgo, qui Magnus agnominatus eſt qui etiam eccleſiæ Dei clementiſſimus defenſor fuit.

* * *

1 *Ludouicus filius Karoli minoris Regis.*
2 *Lotharius & Karolus eius filij.*
3 *Lotharius Rex ab vxore veneno necatus.*
4 *Ludouicus karoli filius, veneno periit.*
5 *Karolus Lotharingus, à Francis eiectus, deinde de Carcere clauditur, in quo genuit Ludouicum & Karolum, qui ſunt à Francis exulſi.*
6 *Ibi incipit Genus Capetium.*

Digitized by Google

Vilio diuina, in direptores rerum Stradenſis Cœnobij.

CAPVT XXVII.

HVius ergo Magni primo Ducis[1] poſtea Regis Vgonis temporib⁹, quidá Optimates Nobiliſſimi Pictauorum, in eo loco vbi cœnobium beati Sigiranni extat Abbatis, munitionem ædificauerunt, ac firmiſſimè munierunt. Hoc Primas cótigui caſtri quod ad Orientalem Stradenſis cœnobij plagam ſitum eſt, admodum grauiter ferens, præſumptionem eorum omnino diſſultum iri feſtinabat. Igitur ob id negotij, memoratum adiens Ducem Francorum, eius ad hoc ſuffragia poſtulabat. Qui eius rogatui fauens, coactíſque militum millibus quamplurimis, quo fuerat expetitus, exercitum ducere cœpit. Itaque, cum ad Stradenſis Monaſterij vicinia peruentum fuiſſet, ibidem Franci caſtrametantes, fixére tentoria. Inopinato metu turbati ruricolæ, primo ſuſpicabantur barbaras nationes, veluti ſuperioribus ſolitæ fuerãt temporibus, ſuperueniſſe: ſed cernentes eos nihil inſiſtere prædæ, quod illi callide fecére, iam paulominus mali ſuſpicabiles habebantur. Sed poſtero die caſtra mouentes, quicquid vſquam victui neceſſarium, quæcumque fuerant oportuna reperta, futuræ parantes obſidioni, cuncta inuadere, rapere, ſecúmque ducere cœpére. Tollitur in cœlum vulgi mœrentis clamor, Saluatorem Chriſtũ inuocantis, & ſancti Præſulis Genulfi auxilium deprecantis. Adfuit illico miſeris, miſeratio ſaluatoris, per meritum ſancti Confeſſoris. Nam hi qui debita vel propinqua cœnobij loca, deprædati fuerant: ita cœleſti ſunt vltione percuſſi, vt eorum alios oculorum lumine mulctatos, alios verò neruorum contractione miſero cerneres corpore debilitatos. Huius ergo cæleſtis animaduerſionis opinio, cum ad aures vſque prædicti Principis perlata fuiſſet, rem ſciſcitatus & edoctus, confeſtim primarios exercitus ſui plurimos, è latere ſuo direxit ad locum, qui ſuos à peruaſione rerum Dominationis ipſius loci, vel ad eum confugientium, omnino prohi-

[1] *Hugo Rex.*

berent, & in eos, si nollent, etiam vindicarent. Qui cum veniſſent, vnum è ſociis elegerunt, qui toto deinceps illius obſidionis tempore, Monaſterij rebus tutamento fieret. Illi autem prædicti miſerabiles, diuino mulctati iudicio, Monaſterij limina, coram cunctis expetentes, reatus ſui veniam & ſancti Confeſſoris Genulfi auxilia ſupplicabant. Omnipotẽs verò Deus, notam ſemper faciens in populis virtutem ſuam, ita ſancti Patris Genulfi merita declarauit, vt omnes continuò priſtinæ redderet ſanitati. Ipſe verò Dux Vgo, cum principibus exercitus ſui, locum ipſum & fratres qui ſub patre religioſo viuebant Elia; ex eo, maxima veneratione coluit ſemper.

Miles diuinitus percutitur.

CAPVT XXVII.

1 Guillelmus Pictauëſis Comes, Hugoni Capetio rebellis.

CVm verò memoratus Dux, aſſumpto iam Regno, ad vrbem Pictauam exercitum duceret: [1] Vuillelmo Comite, propter abiectionem Karoli, & iniuſtam vt videbatur aſſumptionem Regni, ei nolente ſubdi. Pars exercitus eius, per vicum prædicti cœnobij Stradenſis tranſitum habuit. Cæteris pertranſeuntibus, vnus ex exercitu duos cuidã pauperculæ rapuit panes. Exclamare mulier, & ſanctiſſimum cœpit inuocare Genulfum. Nec mora, puſillum progreſſus eques, illius corruit equus, grauitérque collifus inutilis effectus eſt. Ipſe autem mox cæcitate captus eſt. Interea commilitones, collegæ ſui reatum cognoſcẽtes, ocius ad Monaſterium cum eo repedarunt. Confitetur ille delictum ſuum, veniam culpæ coram ſancto depoſcit. Adfuit & mulier, cui damnum intulerat. Quam ille iuxta modum culpæ, digna ſatisfactione placauit. Tùm deinde [2] verbera profert, & omnimodis precibus inſtat, vt his excruciato corpore, ab illo cœleſtis vindictæ vinculo ſolueretur. Fratribus autem & fidelibus qui aderant ſaluatorem noſtrum orantibus, & beati Præſulis Genulfi ſuffragia pro miſero poſcentibus: illico lucis ei gaudia reparantur, exilarantur adſtantes,

2 Vide ium eo tempore vſum flagellorũ, ſeu vt loquuntur diſciplinarũ, apud Chriſtianos pœnitẽtes.

Digitized by Google

ſtantes, tantæ præſentia virtutis, benedicentes Chriſtum, qui ſemper eſt mirabilis in ſanctis ſuis. Milites verò cum ſuo illo ſocio, vota Deo gratiarum,& ſancto Confeſſori ſoluentes, quo decreuerant abiêre gaudentes.

Miles ob pauperculæ illatam iniuriam, efficitur cæcus.

CAPVT XXVIII.

PEnuria regione finitima laborante, mulieri cuidam è vicino poſſeſſionis huius Monaſterij loco, panis ſubſidia defecerant: quamobrem vt ſibi prouideret, cœnobiũ petens, id orans ibat, vt ſancti pietas Confeſſoris, eius negotio pium præberet occurſum. Cùm igitur ad ſacram perueniens ædem oraſſet, atque poſt orationem inde fuiſſet egreſſa, confeſtim à proxima domo quendam egrediêtem offendit. Quem de ſuo cum interpellaſſet negotio, is ei continuo, ſuæ paupertatis prætio condignam annonæ menſuram, libentiſſimè largitus eſt. Sic itaque voto potita, gaudens ad proprium repedabat tugurium. Sed ne fortuitu potius id accidiſſe, quibuſpiam credibile videretur: euidentis inditio virtutis, mox declaratum eſt. A vicino ſiquidem caſtro, tunc etiam duo quidam vt ſibi panes emerent, aduenerant equites. Quibus emptis, modus portandi eos, non aderat illis. Horum igitur vnus Stephanus dictus, qui etiam à rapiendi ſibi ſolito more, [1] Raſtri dicebatur agnomen habere: præfatam conſpiciens oneratam abire pauperculam, eam ſubſecutus exonerauit, ſolóque fundens annonam, violenter ei ſacellulum abſtulit & abſceſſit. Tum verò gemere mulier, & manibus ad templum protenſis clamare cœpit. Heu me ſancte Dei Genulfe, ecce quod » à te petiueram; magis tua gratia, quàm meo prætio » me impetrauiſſe gaudebã. Vt quid ergo ſic deturbor? » Ne ſancte Dei, ne patiaris, inopiæ meæ iuuamen aufferri. Hæc vbi dixit, repentè quodammodo mente turbatus, infelix conſtitit eques. Deinde magis ac magis hebetatus, mox etiam cæcitate damnatur. Ita ſanctiſſimi

[1] *Homoquidã. Raſtrum: à rapinis vocatur.*

ctiſſimi merito Confeſſoris, propter miſeriam inopis & gemitum pauperis mulieris, tunc exſurrexit Dominus, faciendo videlicet ex calumniatore vindictam. Magis igitur quod illa paùlo ante petierat, ac ſe impetraſſe gaudebat: gratiæ diuinæ, quàm fortuito caſui deputandum, quia ſcriptum eſt. *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Enimuero clamore mulieris, noſcendæ rei gratia, plurimis ad eum confluentibus locum; ab aliquibus ille percunctatur, quidnam ſibi videretur. Quibus ipſe, nèque cernere ſe quippiam, neque noſſe reſpondit. Tum verò cunctorum qui aderant ore, glorioſi Confeſſoris meritorum virtus, laudibus innumeris effertur. Igitur, in præſenti pauperculæ mulieri de violentia ſatisfaciens Miles ille; non ſuis, verum aliorum obtutibus, ad ſacra templi limina deducitur; in quo reatus ſui veniam petens, cum deuotè coram ſancto perſiſteret; tandem diuina propiciatione, ſanctique Præſulis obtentu, luminibus priſtinis reſtitutus eſt. Ipſe autem huiuſmodi vindictam expertus, ita virtutis eius extitit teſtis; vt in quocumque locorum domi foríſque præfatam poſtmodum pauperculam offendiſſet: eam in maxima ſemper habuerit veneratione, atque ob eius iniuriam, talia diuinitus perpeſſum fuiſſe, ſed beatiſſimo patrocinante Genulfo, ſaluti ſe propriæ redditum, palam omnibus fateretur.

Pſalm. 9. 37.

Prædones à Deo caſtigantur.

CAPVT XXIX.

QVidam rerum venalium negotia perferentes, ex huius cœnobij vico, mercandi gratia, ſuperiora pagi huius adierant loca. In itinere autẽ, à quibuſdam conuenti ſunt equitibus; qui illis rerum ſuarum ſummam, violenter aufferre nitebantur. At verò ſummi Saluatoris ac Sanctiſſimi Præſulis Genulfi, ſuffragia proclamantibus eis, illi prorſus vt ſe ſe talium habet ſæuitia, proclamationem illam floccipendére, nec à cœptis deſtitére, quin potius conati ſunt perficere. Sed

Sed quamcitiſſimè, preſens adfuit ſancti auxilium Confeſſoris. Nam vnus ex ipſis, qui primus eorum eſſe videbatur, dum ſuum in partem flectere nititur equum, ita repente iſdem illius virtute diuina riguit equus; vt omnino perſtaret immobilis. Vrgeri quidem calcaribus, atque cruentari poterat; ſed mouendi prorſus nulla erat facultas. Mirari Miles cum ſociis cœpit, inſolito ſibi rei euentu. Tandem itaque virtutem ſentiens adeſſe diuinam, continuò ſocios abſcedere prohibet. Illísque viris ſatisfaciens cum ſuis, ac ſancto Confeſſori votum vouens: mox vinculo diuino ſolutum recepit equum. Hoc etiam, à cunctis huius loci notiſſimo, qui propriè inter fuit relatum eſt; iuxta cuius fidem, hîc quoque inſertum fuit.

Pœna prædantium Militum.

CAPVT. XXX.

TVronorum [t] ciuitatis obſidionis tempore, tres ex prætereunte exercitu milites, hîc captam prædam, abducere nitebantur, ſed vt paululum ab oppido progreſſi ſunt, continuo neruorum contractione, debilitantur vſu membrorum. Qui protinus reatus ſui culpam cognoſcentes; à ſancto Confeſſore veniam petituri, Monaſterium adeunt. Ergo conſueta miſeratione pii Præſulis, duo ſanitati redditi ſunt. Qui gratiarum Deo ſanctóque Confeſſori munera ſoluentes, receſſerunt: tertio deincops, vſque ad finem vitæ, in debilitate permanente.

[t] *Turonenſis ciuitas obſeſſa.*

Mutus loquendi vſum recipit.

CAPVT. XXXI.

QVidam aliquando mutus de tranſmarinis partibus, huc aduenerat: qui ſtridulæ magis ſtrepitu, quã ſono vocis, ſibi videbatur poſcere neceſſaria. Hic vna dierum ſacri Præſulis expetens vrnam, mox vt Eccleſiam intrauit, officium linguæ quo eatenus ca-

Digitized by Google

ruerat, videntibus cunctis, ibidem glorioſi Confeſſoris, merito recipere meruit.

Dæmoniaci curantur.

CAPVT XXXII.

QVædam etiam mulier huius incola pagi Byturici, Dæmonico furore plena, ſenſúque prorſus amiſſo; confeſtim vt ſacram ædem intrauit, ab inſania liberari promeruit. In hoc autem, contra videlicet Dæmonum nequitias, iudicio Dei multoties incautis mortalibus ab inſidiatore inlatas; ipſius ſæpè numero ſanctiſſimi Præſulis virtus, imperioſa conſtat. Ex quo teſtimonium perhibet non modo numeroſitas eorum, quí ipſam in ſemetipſis virtutem experti ſunt, ſed & illorum, qui propriis viſibus intuiti ſunt.

Dæmoniacus ſanatur.

CAPVT XXXIII.

NAm quidam è proximo loco, nihilominus ſeuitia Dæmonis plenus, vinctis manibus ad Monaſterium eſt adductus. Cùmque Fratres ſanctorum Reliquias [1] lauiſſent vino, & ipſi porrexiſſent, mox per os eius cum ſanguine, Dæmon exiuit. Sic igitur opitulante Deo meritis huius egregii Patroni propriæ redditus ſaluti, ſoſpes ad ſua rediit.

[1] *Sanctum vinagium quod vulgo vocant.*

Cæcus videt.

CAPVT XXXIIII.

PRima[1] quadam Sabbathorum, quæ in ſeptenorum reuolutione dierum, eadem octaua quæ & prima ſemper habetur; & ob [1] Dominicæ Reſurrectionis gloriam, ab orbe Catholico celeberrima recolitur. Quædam pariter cum paruulo filio, luminibus oculorum priuato, deuota venit mulier, quæ deuotionis ſuæ fructum à ſaluatore noſtro Deo, meritis vtique ſanctiſſimi

[1] *Dominica dies.*

Digitized by Google

ctiſſimi Patroni noſtri Genulfi, mox ita percipere meruit. Si quidem oratorium ingreſſa, cum attentius in oratione perſiſteret, à patre luminum Deo, filius eius illuminatus eſt. Et liberè ſuperiora templi ſpatia depicta conſpiciens [2] cernit, imagineas ſurſum mirando figuras. Tùm pueriliter exclamat ad matrem. Mi « mater, qui nam ſunt iſti quos ſurſum aſpicio? ſupra « modum autem mater admirans, reſpondit. Et quid eſt quod loqueris fili? puer vero cum hunc ipſum reiteraſſet ei ſermonem, exclamare mulier,& immenſas omnium ſaluatori Deo ſanctóque Genulfo gratias, agere cœpit. Cuius clamore, per cunctos qui aderant hoc diuulgato miraculo,ſimul omnium vocibus Chriſtus glorificatur; qui ſacra ſerui ſui pignora, talibus ſemper virtutum inſignibus exornat. Huius etiam miraculi certitudinem, à quadam notiſſima ſatis, ac ſuæ fidei merito credenda didicimus perſona.

2 *Superiora Eccleſia, depicta imaginibus.*

Mulier Dominica die laborans, à Deo caſtigatur.

CAPVT XXXV.

SEmper quidem Dei noſtri æquitas, popularem conſueuit reprimere audaciam, vel miſerationis reſpectu interius inſpirando, vel manifeſtato correptionis flagello exterius corripiendo. Quædam etenim mulier Tethberga nomine, dum meſſis tempore die Sabbathi, iam [1] illuceſcente ipſius diei veſpera, in Reſurrectionis Dominicæ prima Sabbathi, ex multiplicatis manipulis, Mergeten colligare nititur, ſubito digitis in volam deflexis ac erumpente ſanguine, audax manus & miſera, diriguit. Hinc illa ſe cernens Diuina perculſam vltione, tandem mœſta properat ad Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis Mariæ Strata nuncupatam. Ibique decubans, ac fide monente ſoſpitatem implorans; interuentu ipſius Dei genitricis Mariæ,duobus directis digitis,læta ſurrexit. Deinde vero Monaſterium petens, & coram ſancti Confeſſoris Genulfi venerando decubans ſepulchro; ædituum qui hodiéque ſupereſſe videtur Abbatis officio ſublima

1 *Nota ibi quomodo author loquatur conformiter Euangelio.*

Digitized by Google

2 Candela ad ſanctorum Reliquias

ſublimatus, rogat ſibi ſubueniri. Qui ſupplicanti, [2] candelam ad eius ſtaturæ menſuram, benigno miſerationis reſpectu largitur. Miſſarum autem celebratione completa, idem ædituus ad eam accedens, ac ſuper manum debilem ſignum ſanctæ Crucis faciens, & [3] de puluere ſancti ſepulchri ſuper aſpergens: manum quam detulerat inualidam, duobus aliis digitis directis, validam recepit, Gratias autem Deo ſanctoque referens Confeſſori, gaudēs ad propria remeauit.

3 Puluis ſepulchri ſanctorū, efficax.

Aues ſanctis oblatæ.

CAPVT. XXXVI.

1 Concurſus cum muneribus, ad feſta Sanctorum.

ALio rurſus tempore, inſtante ſolemnitate ſancti Confeſſoris, ac plurimis ad eius ſacro ſanctum properantibus ſepulchrum, [1] & deuotionis ſuæ munera prout cuique poſſe contulerat, deferentibus: quidam ipſius Monaſterii ſeruus, ſubſtantiæ inops, fide locuples, aiebat ſecum ingemiſcēs. Ve mihi, quoniam » inopia præmente, ad tua ó ſancte Confeſſor, ſine meo » pudore non queo properare limina. Dum mihi non ſit, » vnde aliquod deuotionis meæ munuſculum deferam, » cum cœteris tuum properantibus ſolemniſare feſtum. »

Hæc cum ſuſpirio, reuoluens animo, ac paululum progreſſus è tecto, conſpicit innumeram multitudinem auium, quas [2] Gentas vulgus vocitat, per herbida ſpaciari prata. Quas cernens, eis interdicit ne abire poſſint, quoüſque ſuæ paupertatis ex eis valeat explere deſiderium. Hæc dicens, & vt aliquam caperet, eas deturbans; aliis auolantibus, vna earum ab illo longè poſita remanſit. Non aliquo infirmitatis incommodo detenta, non laqueo inretita, ſed ſola ſancti Confeſſoris virtute; manſuefacta. Quam pauper aſſumens, [3] ſuper ſanctum altare, populo ſpectante depoſuit, palam oſtendens, quantum fides conſequi mereatur; quámque feſtinatò, beatus verè pauperatis ſpiritus, etiam preſenti conſolatione cælitùs releuetur.

2 Gentæ aues.

3 Aues ad altaria; Sanctorum portata, atque ſanctis oblatæ.

Aues

Digitized by Google

Aues ad altare posuæ.

CAPVT XXXVII.

ALter nihilominus ex huius cœnobij familia, dum ad sacra sancti Confessoris oraturus properans pignera, * par turturum in itinere pascẽtem offendit. Eo auiculæ viso, volatúque diuino quodam instinctu represso, mox vti domesticæ, ante eum abire cœpêre. Quod ille perpendens, sancti Præsulis memoriam corde seruabat, & ore proferebat. Et tandiu eum eadem auiculæ præcesserunt. Donec ad locum ex quo Monasterium primum videri poterat perueniret; ibíque eas absque vllius impeditionis pedica comprehenderet. Quas etiam in testimonium virtutis egregij Confessoris atque suæ deuotionis, super altare deposuit.

* *Pignora.*

Sancti locorum Custodes, nocte sæpè aduenium.

CAPVT. XXXVIII.

ALius æquè Monasterij seruus, vtique vir boni testimonij, dum aliquando sui negotij causa, noctu propriam ad domum rediret: circa iam noctis conticinium, ante portam oratorij transitum habuit. Ecce autem voces multorum miris compositas modis dulciſſonè resonantes, quasi psallentium chori, eius auribus insonuerunt: simul etiam splendor inæstimabilis ab intus ecclesiæ per fenestras emicans, illi apparuit. Hoc videns vel audiens, admirabatur. Cúmque domum suam quæ Monasterio propinqua satis habebatur, intrasset; coniugem scisciatur, cuius sancti celebritas in Monasterio ageretur, quod tam festinè in eo psalleretur. Illa vero se nescire respondit: sed & necdum Monachos ad nocturnas surrexisse vigilias adfirmabat. Tunc magis admirans, vxori quæ viderat vel audierat, enarrauit. At illa curiosius rem nosse cupiens, domo progressa, nihil eorum vel aliud quid potuit haurire; quàm cuncta prorsus sub silentio manere. Ex quo colligitur, illius modulationis concentum,

Digitized by Google

illorum visitationem fuisse sanctorum, quorum hunc cura complectitur locum. Et illam viri sui meritis imparem extitisse, cuius aures, illud spiritale mysterium percipere nequiuerunt.

Multi Mortales, ab incendio membrorum liberantur.

CAPVT XXXIX.

1 Incendium membrorum humanorum.

CContigit aliquando iudicio Dei, [1] quodam carnis incendio, multos periclitari mortalium, ex populo Christianorum. Quorum multitudines, ob sui remedia deposcenda, sanctorum expetere loca certantes: huc etiam quam plurimi, tunc fidelium miseratione subsidióque, delati sunt. Qui secus Ecclesiæ fusi iacentes introitum, ob intolerabilem passionem, die noctúque magnis clamoribus Saluatoris mundi clementiam, sanctíque Præsulis Genulfi suffragia, proclamabant. Erat autem non solum audire stridores eorum præ dolore, vel exustas à corporibus effluere partes videre, miseria, verum etiam, ex putræ carnis fetore res intoleranda, qua clade, multi eorum consumpti sunt: multi etiam [2] aquis aspersi sacratis, rore misericordiæ Dei per glorioſa confessoris Christi Genulfi merita, refrigerati sunt; & ab illo mortis erepti periculo. Ex quibus in pago Lemouicensi, quidam adhuc habentur superstites, huic sancto patrono certis temporibus vota soluentes. Plurima sunt in quibus Saluator noster hunc sanctissimum Præsulem Genulfum in huius prima Monasterij fabrica, glorioſum ostendere dignatus est: & quibus hunc locum ipsius vel aliorum sanctorum, quorum hic pia continentur pignera, * meritis, suam mortalibus impendendo clementiam, sæpe numerò summa voluit decorare Diuinitas. Sed ex præcedentibus virtutibus, fidem quoque de futuris si petentium fides exegerit, indubitanter tenemus: certissimè compertum habentes, Piissimum Præsulem, piissimè semper in omnibus, suis adesse fidelibus.

2 Aqua Benedicta.

** Pignora.*

Artifices

Digitized by Google

Artifices ab alto cadentes seruantur illæsi.

CAPVT XL.

POstquam igitur isdem locus, iam cohabitationibus plurimorum repleri, & aduentu multorum tàm mediocrium, quámque Nobilium frequentari, & eorum opibus ditari cœpisset. Circa DCCCCXC. annum ab Incarnatione Domini, primæ constructionis eius opus, eo quod angustum videbatur, destructum est: atque maioribus spatiis, à strenuissimo cœnobij patre [1] Rotberto, nouiter ædificari cœptum est. Die vero quadam ad vetus destruendum opus, plurimis aduocatis operariis; à duobus eorum, reliquo celsior ædificio prima templi præcidi cœpit, quam cum ex parte trabibus stantes incidissent; repente, cum magno strepitu ruinæ corruit, & trabes virósque, terræ deiecit. Illico de viris metuentes, adcurrunt omnes; ea ruina suppressos existimantes. Illi autem de quorum vita in tanto casu nil prorsus quisque sperare poterat; virtute diuina, sanctíque meritis huius nostri Patroni vt credimus, ab illo mortis periculo liberati: licet tanto præcipitio parum affecti, cum omni tamen integritate membrorum, viui reperti sunt. Quod equidem virtutis esse diuinæ, nemini debet ambiguum videri; cum minimis casibus, multos nonnumquam periclitari cernamus.

Anno DCCCCXC.

[1] *Rotbertus Stradensis Abbas.*

Cæcus videt, ad Translationem Reliquiarum S. Genulfi.

CAPVT XLI.

INterea nouæ monasterij fabricæ, iam ea quæ respiciebat ad Orientem ædificata parte; communi consilio fratrum, Prædicandæ memoriæ Pater Rotbertus, decreuit vt beata sancti Confessoris membra, in eodem nouo Monasterij opere, decentissimè transferrentur. Ad quod peragendum, certum constituentes tempus, interim cuncta quæ tàm solenni congrua videbantur officio, præparare disponunt. Itaque dies aduenit statuta; iámque, infinita populi multitudo

Digitized by Google

præmonita confluxerat. Cum multis ergo propter expetendam ſuæ ſalutis gratiam confluentibus ad locum ; quidam etiam [1] Abrincantinæ ciuitatis incola, Cæcus aduenit. Hic deuotiſſimè coram ſancti Præſulis proſtratus lipſanis, ingenti ſupplicabat prece, quo meritorum ipſius à Domino gratia ſuper ſe manifeſtaretur, vt videlicet eius interuentu, lucis amiſſæ gaudia recipere mereretur. Talia congeminans, terræ deiectus hærebat. [2] Fratres igitur ſanctiſſimum Beati Corporis eleuantes theſaurum, ex loculo veteri, trãſponunt in nouum; quod ad hoc ipſum, diligentiſſimè fuerat præparatum. Quod cum fieret, vnus ex ſanctarum Reliquiarum baiulis, os vnum, oculis ipſius admouit cæci ; idipſum eo fideliter deprecante. Tunc cum pſallentium choris, ac ſpecioſo ſimúlque religioſo ſatis apparatu, ſanctas ealdem Reliquias, ad conſtitutum extra vicum deferunt locum. In quo nunc ob eam cauſam, in honore [3] ſancti Apoſtoli Andreæ, videtur Eccleſia conſtructa. Ibi ergo, beata ſancti corporis petentibus populis oſtendentes oſſa ; cunctos de præſentia pij Confeſſoris, certos reddiderunt. Sed ne quibus piam ex hoc dubietatis adhuc portio ſupereſſet; mox rei veritas euidenter oſtenſa eſt. Námque vt ad Monaſterium cum laudibus reditum eſt; continuò cæcus ille, diſcuſſa cæcitatis caligine, palpebríſque reſeratis, videndi gratiam recipere meruit. Sícque ſanctus Confeſſor, per illius inluminationem cæci; ſui præſentiam, non ſolum demonſtrauit, verum etiam ſuorum deuotioni fidelium, apertè ſe congaudere declarauit. Tunc igitur in præparato ſepulchro, ſancta illius membra, primo Kalendarum Decembrium die depoſita ; digno cum honore condita ſunt. Ille autem ob reparatæ lucis gratiam; laudes immenſas & gratiarum actiones Chriſto, ſanctoque Confeſſori ſoluens ; per aliquot dies, ibidem in orationibus continuare viſus eſt. Sed & multi variis incommodis afflicti, eo quo tunc ſacræ fuerant intinctæ reliquiæ vino potati, priſtinæ ſunt ſaluti reſtituti.

1 Abrincium Ciuitas.

2 Modus ſacras transferendi Reliquias.

3 Eccleſia S. Andreæ extra Stradam.

Explicit liber Secundus, vitæ & tranſlationis S. Genulfi Confeſſoris atque Pontificis.

Vitæ

VITÆ S. ROMANI ABBATIS LIBRI DVO,

AVTHORE GISLEBERTO

perantiquo & erudito monacho. Nunc Primum è Bibliothecæ Floriacensis ruderibus, studio & opera I. à Bosco Cælestini eruderati.

Ad Illustr. Card. Gyurium.

Annæ Descars S. R.E. Presbytero Cardinali Illustriss. atque sapientissimo de Giury nuncupato, Ioannes à Bosco Cælestinus Omne Bonum.

Historiam Beati Romani Abbatis, sacri Patris nostri Benedicti Alumni: tibi (Sapientissime Cardinalis) dicare mihi cogitanti: nec paruæ nec paucæ dictu res occurrebant: quibus instituti mei atque propositi rationem expromerẽ. Verum, mihi satisque perspectus virtutũ eximiarũ tuarum cumulus, probeque explorata tuorum (cum suauitate nihilominus connexa) morum grauitas, laudum tuarum molem meis humeris imparem edixêre. Adeò vt meæ tenuitatis conscius, quæ ad te spectant (præ ipsorum magnitudine) sacro silentio venerari decreuerim. Dicere vero ea tantum, quæ me tibi deuinxerunt addixerúntque. Nempe in aduersa & inuida mea fortuna præsidium, tutamen ac refugium: in prospera verò atque blandiente, conuictum familiarem & patulam ac manifestam beneuolentiam. Propalare

præterea tuam in tuenda ſancti Monachatus, qua ab ephebis ornatus es dignitate, ſedulitatem. Quam, cùm in te ipſo, tùm in aliis (felici fauſtáque ſorte,) leni atque clementi tuo regimini creditis cœnobitis; ſeruare, tueri, amplificaréque perpetuo ſategiſti. Itaiit, nec Infulæ ſacræ, nec Puniceus pileus, nec Sanguinis eminentia, quicquam tua detraxerint modeſtiæ, ſobrietati, innocentiæ, religioni, puritati. Nam claro tuo Nobilitatis ſtipiti, Religioſæ vitæ immaculatè decurſæ, fulgorem inſeruiſti: quo omnium cordatorum in te tuóſque verè Cardinales mores intuitum, pellexiſti & attraxiſti: ac inſtar alterius noſtri cui Benedicti, te conſpicuum & admirandum (etiam culmini Apoſtolico atque Summis Pontificibus) reddidiſti. Cùm itaque tum ardenter ad fulgidiſſimi noſtri Patris Benedicti immitationem, actus ſtudiáque tua effingas: nil mirum, ſi ego Benedictinus qui tibi plurimum debeo, inter Monachos virtute ac dignitate facile Principi, intérque Purpuratos Patres præſtantiſſimo ſanctiſſimóque Abbati, eius qui olim ſeculo nuntium remittentem ipſum beatum Benedictum tuum meúmque communem parentem, excepit, pauit, aluit, educauit, Aſcetica monaſtica docuit, & ſacro peplo obnupſit hiſtoriam: nuſquam antea typographicis formis exaratam, inſcribam atque dedicem. Vt potè vitæ tuæ rationi accommodatiſſimã, meæ in te fidei & ſeruitutis, ac noſtræ Caleſtinæ Congregatiõis Gallicanæ erga tua merita cultus atque obſeruantiæ indicem. Illam igitur (Cardinalis Sapientiſſime, Abbas Religioſiſſime, & Nobiliſſime Monache) innatæ tibi manſuetudinis oculis intuere, méque ſeruum atque clientem tuum vt ſoles ama. Vale.

Vitæ

Digitized by Google

VITÆ S. ROMANI
ABBATIS LIBER PRIOR.

Præfatur de laudibus S. Romani.

CAPVT I.

ADest nobis dies venerandæ commemorationis Beatissimi Romani egregij Confessoris Christi, quæ licet omnibus piè viuentibus sit venerabilis & colenda, nobis tamen est præcipua deuotione susciplenda. Quos proniores in eius veneratiouem, dignissima reddit affectio. Hic enim noster est specialis patronus, & certa prouisio; quos sacratissima exornat præsentia, protegit meritis, virtutibus illustrat. Qui quondã Beati Patris Benedicti Alumnus, & in rebus diuinis extitit cooperator ac socius. Quẽ ad spiritualis agonis tyrociniũ properantẽ, tamquã miles emeritus, & diutina iã exercitatione instructissim⁹ præliator; doctrina instruxit, pane aluit, exortatione firmauit. Verè fœlix, verè glorioſus; cui concessum est, vt illius educator existeret, qui Monasticæ religionis arcem, iam super Christum fundatam, quaquauersum per orbem nobiliter excoleret, proueheret, sublimaret. Iure eos æquales meritis possidet cœlum, quos in terris adhuc positos, Christi charitas & germana dilectio, inseparabiliter tenuit sociatos. Sed hodie de Beato Romano sermo agitur, cuius tota conuersatio, bonorum operum speculum facta est mundo, cui iuxta Apostolum, *viuere Christus fuit, & mori lucrum*: & carne in terris positus, mente semper in cœlestibus versabatur, dissolui cupiens & esse cum Christo. Quique secundum quod vates diuinus præcipit, spiritale canticum, in tuba ductili & voce tubæ corneæ, Deo iugitur modulatus est. Tuba quippe du- *Philip. 1. 21.* *Psalm. 97. 6.*

ctilis, quæ crebris percuſſionibus, ex metalli maſſa producitur, mortificationem carnis deſignat. Et ille in tuba ductili Deo canit, qui carnem ſuam cum vitiis & cõcupiſcentiis crucifigit, qui caſtigat corpus ſuum & in ſeruitutem redigit, vt productum extenuatúmque diſciplinis cœleſtibus, ſupernam poſſit concinere melodiam. Tuba verò cornea, cœleſtem conuerſationem figuraliter exprimit. Cornu quippe de carne naſcitur, ſed carnem excedens, carneam mollitiem deſerit, & in oſſeam proficit firmitatem. Tuba ergo cornea Deo pſallit, qui in carne ambulans, non ſecundum carnem militat, qui ea quæ ſurſum ſunt quærit, non quæ ſuper terram. Talis huius ſancti Patris conuerſatio, talis eius tota vita fuit, ſancta innocua, cœlebs, gratioſa, pudicitiæ floribus perornata, fide integra, ſpe robuſta, charitate diffuſa, omni poſtremo bonitate conſpicua. De qua nihil eſt quod dignè ſatis valeat dici. Idcirco hoc breuiter perſtringimus, & veluti quaſdam conuerſationis eius lineas ducimus: quia quod non ſine magno cordis dolore dicimus, nuſquam eam ſcriptam reperire valemus.

Clades Galliarum, & vitæ S. Romani amiſſio deſcribuntur ac lugentur.

CAPVT II.

ET quidem tanti viri actus & miracula, non dubitamus fuiſſe ſcripta, eſſet quippe inhumaniſſimum, immo impium ſuprimi ſilentio, quæ per famulum ſuum ad profectum multorum, Deus operari dignatus eſt: ſed incandeſcente contra Eccleſiam immaniſſima perſecutione, adeo vt plurimis vel fugientibus, vel in necem occumbentibus, [1] maxima raritas eſſet Chriſtianorum, & vt noſter Poëta dicit, vacabat tunc temporis potentibus opprimere, prioribus rapere, priuatis perdere, miſeris flere. Et hoc modo ſicut & aliorum multorum ſanctorum, ſic etiam vitam huius de quo loquimur Patris, perditum iri contingit. Dum vnuſquiſque cogitabat magis qualiter vitam

[1] Vnde iactura veterum librorum.

mo-

morti iam iámque imminenti eximeret, quàm in cuſtodiendis proferendíſque libris, operam daret. Atque ideo quæ in prima ætate geſſerit, quas Diaboli temptationes pertulerit, quæ miracula oſtenderit, vel quo fine mundum deſeruerit ignoramus. Illud ſanè magnum ſanctitati eius præbet teſtimoniũ, quod beatus Papa Gregorius in libris Dialogorum de eo commemorat, quod & nos breuiter ſupra tetigiſſe meminimus. Sed & in vita beati Mauri Monachi dilectiſſimi Benedicti diſcipuli, quæ à ſancto Fauſto ſuo condiſcipulo elegantiſſimè digeſta eſt, eius memoria honorificè & ſicut ſanctum decet facta reperitur. Quædam etiam ad nos per ſuccedentium relationem, fideli narratione contigit emanaſſe. De quibus omnibus quaſi quoddam breue corpuſculum colligentes, quæ de ſancto nobis comperta ſunt, ipſius adiuti precibus conabimur explanare.

S. Romani religioſi mores exponuntur.

CAPVT III.

VIr Domini Romanus à pueritia monachus, diſciplinis monaſterialibus adprimè eruditus eſt. Aſſueſcebat adhuc puerulus, crebris ſubdere membra ieiuniis, ſanctis intereſſe aſſiduè vigiliis, & in tenero corpuſculo ſenum cruces ac caumenias; nitebatur adhuc inualidus experiri. Iam vero tranſcurſis adoleſcentiæ metis, cum in robur virilis euaſiſſet ætatis: omni ex parte in virtutum ſtudio probatus, ac ſpectabilis habebatur, adeo vt ſuo exemplo multos ad contemptum ſeculi, ac deſiderium ſancti propoſiti accẽderet. Quodam itaque tempore cum ſanctus ac dulci ſemper memoria recolendus Benedictus, ſpretis ſeculi actibus abiuratáque mundi gloria, eremum peteret: hunc de quo loquimur ſanctum obuium habuit, quo tenderet inquiſiuit. Cuius cum deſiderium cognouiſſet, & ſecretum tenuit, & adiutorium impendit eique ſanctæ conuerſationis habitum tradidit, & in quantum licuit miniſtrauit. Vir autem Domini ad de-

ſtinatum locum perueniens in arctiſſimo ſpecu ſe tradidit,tribus annis excepto Romano monacho, hominibus incognitus manſit. Qui Romanus non longè in monaſterio ſub A Deodati patris regula degebat, ſed piè eiuſdem patris ſui oculis furabatur horas, & quem ſibi ad manducandum ſubripere poterat, diebus certis Benedicto panem deferebat. Ad eumdem verò ſpecum à Romani cella iter non erat, ſed ex eadem rupe in longiſſimo fune religatum. Romanus deponere panem conſueuerat. In qua etiam reſti paruum tintinnabulum inſeruit, vt ad ſonum tintinnabuli vir Dei cognoſceret, quando ſibi Romanus panem præberet: quem exiens acciperet. Sed antiquus hoſtis, vnius charitati inuidens, alterius refectioni: cum quadam die ſubmitti panem conſpiceret, iactauit lapidem & tintinnabulum fregit. Romanus tamen modis congruentibus, miniſtrare non deſiit.

S. Romanus Dei monitu Italiam linquens, Galliam petit.

CAPVT IIII.

EA tempeſtate grauiſſimæ perſecutionis procella per totam Italiam, ac penè per omnem Romani Imperij terram detonabat. Gothis, Alanis, & Vuandalis omnia flammis & ferro proterentibus. Quo tempore deſtructæ Eccleſiæ, ſubuerſa monaſteria, captæ vrbes, deſolatæ domus diruta caſtra, ſtrages hominum innumeræ factæ, & multus vbique humani generis ſanguis effuſus eſt. Quod cernens vir Domini Romanus, non ceſſabat Dominum deprecari vt ſuam reſpiceret Eccleſiam, quam ſibi ſuo ſanguine acquiſierat, nec ſineret eam inſanis ſubiici nationibus, ſed eam in fide nominis ſui ſeruaret inlæſam. Cùm hoc indefinenter ageret, noctes diéſque in oratione continuans: quadam nocte per diuinam reuelationem audiuit, permiſſione Dei iſta fieri, omnémque terram iuſto ſed occulto eius iuditio fœuis gentibus traditam.

1 Cur Deus mũdo aduerſa accidere ſinit.

[1] Inde mutabilem forè cælitus prolatam ſententiam, atque

atque ideo, non eum debere ſic in immenſum triſtari, ſed glorificare potius Dominum iuſtè ſalubritérque omnia diſponentem; qui percutit & ſanat, vulnerat & medetur, quique idcirco temporaliter peccantibus flagella inrogat; ne in æternum pereant. Præterea iuberi ſibi à Deo, vt relicta Italia ad Gallias tenderet: & verbi diuini ſemina, longè latéque ſpargeret, ac ſanctæ conuerſationis exempla cunctis præberet. Hoc reſponſo Spiritusſancti accepto, conuocatis fratribus ſic eos eſt allocutus. Fratres & Domini
" mei, dulce lumen oculorum meorum, maximúmque
" pignus amoris mei & gaudij; audite me ſeruum Chri-
" ſti, ſanctæ fraternitatis veſtræ comilitonē ac ſocium?
" Cernitis quibus malis mūdus præmitur, quibus cladi-
" bus perurgetur. Vbique luctus vbiq; pauor, & plurima
" mortis imago. Non hęc caſu, verum manifeſtiſſima ira
" Dei contingunt. Peccatis enim hominū Dei patientia
" exacerbata, verſa eſt in furorem; manſuetudo muta-
" ta eſt in ſeueritatem: adeo vt mirum ſit, quod adhuc
" tolerat, leuiora peccatoribus inferens quam meren-
" tur: & non ſicut quondam Sodomitas & Gomorritas,
" ira nunc ſceleribus plenam terram, nubibus exurat
" fulmineis. Cùm hæc ita ſint Fratres, non debemus de
" mundi percuſſionibus dolere, quem ſcimus ipſis ſuis
" percuſſionibus interire. Vita enim nobis alia à Chri-
" ſto eſt promiſſa, cuius promiſſio inconcuſſa atque im-
" mobilis permanet, finis ignara, doloris neſcia. In qua
" gaudium eſt, epulatio, pax imperterrita, vbi beata
" immortalitas, & immortalis beatitudo, vbi æterna ſe-
" curitas & ſecura regnat æternitas. Hanc expectantes,
" aduerſa ſecuti non debemus paueſcere: ſed magis ap-
" propinquantem noſtram redemptionem, leuatis ſur-
" ſum capitibus, hoc eſt exilaratis cordibus expectare.
" Me ſi Deus meo voto res agere, & ſecundum meum
" velle viuere ſineret, optaueram ſanctiſſimi fratres vo-
" biſcum omnia ſeculi detrimenta perferre. Quæcum-
" que proſpera quæcumque aduerſa contigiſſent, colla-
" to vobiſcum robore ſuſtinere: ſimúlque patienter vi-
" uere, ſimul delectabiliter mori. Sed quia non eſt in
" hominis poteſtate via eius, ſed in illius qui cum ma-

gna tranquillitate disponit omnia; quæso ne me retinere velitis. Deus præcepit vt pergamus ad Gallias, parere debemus, eundum est: vos oro vt mei benignè memores sitis, quia & ego dum spiritus hoc luteum vasculum inhabitando vegetauerit, vos in corde & in visceribus meis, vt fas est & decet, semper habebo. Deus autem Omnipotēs, vos sancta custodia circumuallet, atque à presenti seculo nequam ereptos, saluos faciat in regnum suū cœleste; & concedat mihi exiguo & humili in illa vita beata, vos sine confusione videre. Hæc dicens & valefaciens eis, paruo sumptu profectus est; ignotus mundo, ascriptus ciuis in cœlo. Transmissa Italia, Gallias ingressus: peruenit tandem in pagum Antisiodorensem, in locum qui Fons Rogi appellatur: vbi aliquanto tempore demoratus, monasterium statuit; ibique plurimos à vanitate seculi conuersos, ad quietam & sobriam conuersationem, monitis simul & exemplis prouocatos, adduxit. Quo in loco, habetur Basilica, eius nomine, & miraculorum quæ per eum Deus operatur priuilegio, nobiliter insignis.

Aduentus S. Mauri in Gallias, & S. Benedicti glorioſus tranſitus exprimuntur.

CAPVT V.

1 S. Bertingrānus Cœnomanensis Episcopus.

NOn multo post tempore, sanctus [1] Bertingrannus Cœnomanicæ ciuitatis Episcopus, Legatos ad deiferum patrem Benedictum direxit, cui etiam xenia transmisit decentissima, exposcens vt ei perfectissimos quosque & in monastica disciplina experientissimos ex suis discipulis dirigeret viros, qui in fundo episcopij eius, monasterium secundum instituta regulæ ipsius sanctissimi patris, ædificare deberent. Nil ergo moratus Dei famulus, alacriter ad hoc opus, direxit [2] sanctum Maurum sibi familiariter obedientia & omni morum probitate dilectum discipulum, cui etiam quatuor alios addidit fratres, cum quibus tantæ expeditionis laborem subiret intrepidus. Sanè ex illis

2 S. Maurus Abbas.

Digitized by Google

lis quatuor fratribus vnus fuit hic[3] Fauſtus, qui vitam ſancti eiuſdem beati Mauri, eleganti admodum deſcripſit ſtilo. Cuius etiam verbis vt certior legentibus conſtet fides, quæ ſequuntur cenſuimus intimanda.

[3] *Fauſtus ſcripſit vitam S. Mauri.*

« Nos itaque cum appropinquante ſolemnitate Paſchæ« li, cotidiè profectionem acceleraremus: eo die quo « Dominica celebratur Cœna, in pagũ deuenimus An« tiſiodorenſem. Audiens autem beatus Maurus opinio« nem ſancti Romani Monachi, qui Beatiſſimo Patri « noſtro Benedicto in initio adiutor & cõoperator ex« titit, ſicut in hiſtoria vitæ eius pleniſſimè inuenitur; « quique per reuelationem Gallias petens, Cœnobio« lum in eodem pago, in loco qui Fons Rogi nuncupa« tur ædificabat, petiit duces itineris noſtri, vt eò diuer« tentes, ibidem ſanctum Paſcha celebraremus. Hoc au« tem beatus Maurus maximè expetebat; quia & ſe« quenti die, Tranſitũ ſanctiſſimi magiſtri noſtri com« plendum eſſe ſciebat, & colloquio beati Romani de« ſiderabiliter frui cupiebat. Ductores vero noſtri pe« titionibus viri Dei libenter annuentes, concitõ gradu « illuc tetendêre. Die itaque Paraſceues hora illic ſexta « peruenientes, deuotiſſimè à beato Romano ſuſcepti « ſumus. Cúmque nos qui cum beato Mauro pergeba« mus, ad ea quæ opus ad diem feſtum erant præparan« da vel emenda occupati eſſemus, ipſi Sanctiſſimi viri « dulcia inuicem perennis vitæ ſerebant colloquia. Et « cum iam veſpertina hora, ſolenne officium, quod ſpe« cialiter vt potè annuatim eo celebratur die, propin« quaret; vir Dei ſanctus Maurus beato Romano dixit. « Craſtina die Beatiſſimus Pater noſter Benedictus ter« reni depoſito corporis onere, cælibem, gaudens & hi« laris, ſcandet ad patriam. Quod audiens ſanctus Ro« manus, illico in lachrymas reſolutus, flere incõſolabi« liter cæpit. Quem beatus Maurus conſolari cupiens « iubebat. Gaudere potius quam flere ideo de eius mi« gratione debemus; quia & patronum magnum præ« mittimus & [4] præſentiorem eum nunc, quam ſi in « carne viueret ſumus habituri. Hæc tamen dicens non « ipſe ſe poterat à fletu cohibere. Noctem illam quæ « duodecima Kalendas Aprilis habebatur & qua ſacra-

[4] *Sancti nobis poſt ſuam mortem adſunt.*

tissimum vigiliarum Paschæ inlucescebat sabbathum, tàm beatissimus Maurus ac nos qui cum eo ibamus, quàm sanctus Romanus cùm aliquibus suis, ieiuni peruigilem duximus: vnusquisque nostrum, secreto apud se vt illis diebus [5] in Ecclesia Romana mos erat, psalmos & orationum preces deuote pro exitu eiusdem Patris nostri Deo dilectissimi Benedicti, consumentes. Cum verò transacta iam hora diei tertia ipsius sacratissimæ diei, Beatissimus Maurus in ecclesia consistens, transitum eius qualicunque eueniret hora, orando & psallendo præmunire, longè licet positus, satageret; séque pauimento in orationem dedisset. Raptus in spiritu, subito se transpositum in locum de quo egressi fueramus vidit; conspexítque palliis stratam ac innumeris choruscā lampadibus, recto Orientis tramite ab eius cella in cœlum vsque, tendentem viam. In qua etiam visione, duos congregationis nostræ fratres socios habuit; cum quibus eandem simul visionem conspexit. Itaque cum viam quam cernebant mirarentur attentius, venerando habitu vir desuper clarus assistens, cuius esset via quam cernerent inquisiuit. Quod illi se nescire professi sunt. Quibus ille respondit. Hæc est via qua dilectus Domino, cœlum Benedictus ascendit. Hanc visionem, vnus ex illis duobus fratribus nostris qui eam simul cum beato Mauro viderunt in nostro morabatur cœnobio, alter vero vt beatus scripsit Gregorius, longius positus vidit. Mox vero vt beatus ad se reuersus est Maurus, ocius sanctum Romanum ac nos euocans, cuncta quæ viderat, lucidè nobis per ordinem retulit, diem ac inibi illam, & sequentem Dominicam, [6] qua specialiter dies Resurrectionis Dominicæ colebatur; solennem & celebrem omni cum gaudio & lætitia peregimus. Secunda autē feria festiuitatis ipsius, antequam proficisci cœpissemus, Sanctus Romanus beato Mauro dixit. Si absque animæ periculo locum hunc deserere potuissem, melius tecum Amantissimè frater cuperem habitare, quam alibi finem vitæ terminare. Sed quia & hos delerere periculum est, & vltimus mihi iam iam imminet dies, perge felix quo miteris, ac prosperè

5 Ecclesiæ Romanæ mos, à Monachis in sacra Ebdomada seruatus.

6 Festum Paschæ.

« prosperè felici vtere sorte. Deus autem Omnipotens « semper sit tecum,& cum fratribus qui tecum pergunt; « & recto itinere perducat vos ad veram repromissionis « terram,quam omnibus electis suis polliceri est digna- « tus, vbi præparauit eis , *quæ nec oculus vidit, nec auris* « *audiuit , nec in cor hominis ascenderunt* ; nisi in illorum, « qui terrena omnia amore eius proterentes ac deside- « rio cælestium abdicantes, dicere cum Apostolo va- « lent. *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum.* 2.Cor.2.10.

Migratio S. Romani ex hac ærumna ad cœlum.

CAPVT. VI.

ROmanus itaque Dei famulus post glorioſam & plenam virtutibus vitam, post innumeram multitudinem vitæ æternæ acquisitam , comsummato viriliter Monasticæ professionis curriculo, felici & iam dudum exoptato transitu , migrauit ad Dominum. Túmque vt verè fatear, mori desiit & viuere cœpit: exutus mundi tenebris , cœlesti est claritate vestitus. Nunc assistit vultui omnipotentis Dei , accipiens de manu eius stolam candidam,animæ dico incorruptionem & indefectiuã beatitudinem. Præstolatur autem stolam duplicem, cum resumpto in fine mundi corpore, carnis simul & animæ gaudebit immortalitate.Sepultus vero est in sua ipsius basilica , à fratribus quos gemina in diuersum dispertiebat affectio ; quoniam quidem illi lætandum esse nouerant , sibi dolendum. Illius congaudendum glorificationi, suæ ingemiscendum desolationi.

Bina translatio Corporis S. Romani recensetur.

CAPVT VII.

IN hoc igitur loco per aliquot annos beatum corpus digna veneratione seruatum est. Verum , quia nefas erat mundanis tenebris lucernam obnubi sydeream,& ipsa per se veritas,*Ciuitatem supra montem positam*

Matth.5.14. *sitam, non posse abscondi protestata est.* Inconueniens & damnosum erat, sacratissimi corporis thesaurum, diu in loco minus celebri minusque noto latere: sed ad communem omnium vtilitatem atque profectum, cunctis innotescere ac diuulgari. Crescente itaque fidelium deuotione, corpus beati viri de loco primariæ sepulturæ, ad vrbem Antisiodorum delatum, atque in Ecclesia beatissimi [1] Amatoris honorificè conditum est. Aliquot anni iam fluxerant, & sancti nomen ac veneratio omnium pectoribus insinuata, magis magísque increbrescebat. Vnde fratres ex cœnobio ter beati [2] Germani Pontificis & Cõfessoris Christi fide in Dominum, spe in sanctum feruentes, [3] Heribaldo Antissiodorensi Ecclesiæ presidente Episcopo: venerandum sæpe dicti viri Dei corpus obnixè vt sibi daretur expetierunt; & licet egerrimè ac cum magni sudore laboris, tandem obtinere meruerunt. Sicque inde leuatum, & cum Staurophona ac Cereostata, cúmque diuinorum melodia hymnorum; ad præfatum cœnobium, miraculis chorusçantibus deportatum est. Erat ibi tunc quidã Presbyter Ecclesiæ ruris cui vocabulum est [4] Bonus hortus, Aaron nomine; qui fratribus iam dicti loci, optimè notus & familiaris habebatur. Is ergo cum sanctæ reliquiæ feretro componerentur accessit, eísque quibus id officium deputatum erat se se importunus miscuit; ac nemine circumspiciente, os capitis quo supernè cerebrum tegitur, quodque vulgo Testa dicitur, furto sublegit, atque opimo potitus spolio, ad suam trepidus repedauit ecclesiam. Ibíque plurimo tempore, sacrum pignus permansit; frequentibus se circa egrotantes præstitæ sanitatis declarans indiciis. Iamque instabat tempus quo Dominus sanctum suum mirificaret, quemque apud se glorificauerat in cœlo, apud homines magnificaret in mundo. Hoc talì constat ordine gestum.

1 *Ecclesia S. Amatoris, Antisiodori.*

2 *Monasteriũ S. Germani Antisiod.*

3 *Heribaldus Antisiod. Episcopus.*

4 *Ecclesia Boni hortus.*

Tertia corporis B. Romani translatio.

CAPVT VIII.

1 *Anseizisus Pontifex Senonensis.*

ANseizisus [1] erat sanctæ Senonum Metropolis Ecclesiæ Archiepiscopus, vir in cunctis optimè agens

agens, & in Eccleſiaſticis nogotiis experientiſſimus. Hic cum anxiè animo cogitare cæpiſſet, ſancti huius vndecunque impetrare reliquias; nunciatum eſt ei, quod in Eccleſia ſuæ Diœceſeos, ſancti haberentur reliquiæ. Cumque ille quænam hæc eſſet Eccleſia, curioſa indagatione perquireret; dictum eſt ei de hoc preſbytero, quod præcipuam partem ſancti huius haberet verticis. Quo audito, Antiſtes gauiſus quam maximè, Deóque agens gratias de oblata ſibi deſideratæ rei oportunitate, preſbyterum ad ſe accerſiri præcepit, à quo omni re certius agnita, maturè accedit ad locum, iuber cæleſtem ſibi oſtendi theſaurum. Suſcipiénſque ſancti reliquias: amplectitur, applicat oculis, auidioribus demulcet oſculis: ſícque voti compos, ſuam lætus redit ad vrbem. Deinde maiori adhuc deſiderio accenditur, querere vbi vbi ſancti corporis haberentur reliquiæ. comperiénſque in iam dicto beatiſſimi Germani cœnobio, ſancti corpus haberi: deprecatus eſt primum Domnum [2] Hugonem loci ipſius Abbatem re autem vera regni totius moderatorem ac principem. Dein, direxit illuc [3] Abbonen Niuernenſis Eccleſiæ Epiſcopum. Nam quia res magna petebatur, magnis profecto vtendum erat interpretibus ac miniſtris. Veniens ergo Epiſcopus, conuocatis loci primoribus, cauſam propter quam miſſus fuerat expoſuit. Fratribus hoc ſatis durum & difficile cœpit videri; hærebántque, & quid reſponderent ignorabant. Sed quia Abbatis piè præcipientis imperiis obuiare nefarium, & Epiſcoporum precibus non acquieſcere impium erat; victi tandem ſuccumbunt, & ſe facturos quod Archiepiſcopus petierat repromittunt. His acceptis promiſſionibus, Reuerentiſſimus Antiſtes ad ſuam quam feſtinè reuerſus eſt vrbem. Atque omnis moræ impatiens, ſumptis ſecum cleri primoribus, atque adunata religioſi apparatus frequentia, & nihilominus non modica plebis caterua, Antiſſiodorum properat. Iámque eo appropinquante, dici non poteſt quanto ſtudio, quámque ardentiſſima deuotione tota ciuitas obuiam venerit; adeo vt maximo ſe ſalutis & gaudij munere caruiſſe duceret,

[2] *Hugo Magnus, Abbas Antiſiod.*

[3] *Abbo Epiſcopus Niuernenſis.*

Digitized by Google

duceret, qui huic spectaculo defuisset. Procedunt splendifico habitu, hinc sacra Monachorum agmina, inde veneranda Cleri candidiferi turba. Cerneres in terris cœlestem chorum, & splendidissimũ Angelicæ societatis conuentum. Omnia diuinis laudibus & superni melodimatis concentibus personabant. Cum tali itaque pompa; ingrediuntur ecclesiam, & præmissa oratione ac data solemniter benedictione. Accedit Episcopus ad locum quo sanctissimi * somatis thesaurus erat reconditus, fratribus cum letania diuinum suffragium inuocantibus; sumítque glebam prædicti corporis, diuini odoris nectare flagrantem: reponens loco eodem, preciosissimas multorum sanctorum ac Martyrum reliquias, quæ hodiéque ibidem condigno venerantur honore. Adepto itaque exoptato munere, & voti sui cõpos effectus Episcopus, cum gaudio reuersus est ad cœnobiũ, quod [4] Vallilias siue vallis lilji nuncupatur, ibique pro maximo ac preciosissimo thesauro, sacrosancti corporis pignus collocauit. Tantáque se circa locum ipsum beneuolentia & largitate profudit; vt eum summa dilectione semper incoleret; & necessarios reditus abundantissimè delegaret: artiúmquoque diuersarum magistros, studiosissimè præpararet.

* *Antiquum verbum.*

4 *Vallis lilij cœnobium.*

Senonensis ciuitas à Nortmannis obsidetur.

CAPVT IX.

HOc itaque ad Christum migrante, & post diutinos labores ad laborum præmia transeunte, successit in sede Pontificali, [1] Ebrardus venerandus Archiepiscopus, non minus doctrina, quàm vita virtutibus plena & miraculis. Cuius tempore gens incredula Northmannorum, per Gallias se se diffudit; cædibus, incendiis, atque omni crudelitatis genere debacchata. Siquidem peccatis nostris exigentibus, atque vires aduersariis suggerentibus; subuersa sunt castra, desolatæ vrbes, destructæ ecclesiæ, succensa monasteria, vt ad nos vel maximè illud pertinere videatur,

1 *Ebrardus Senonẽsis Archiepiscopus.*

Digitized by Google

deatur quod Esaias Propheta preuidens sanctæ illius ciuitatis, & Augustissimi templi ruinam, lugubri ad Dominum voce quærebatur, dicens. *Vbi laudauerunt te patres nostri, facta est combustio ignis.* Tunc quoque præfatum [2] sancti Romani cœnobium, incensum & ad solum vsque dirutum est. [3] Suauus strenuissimo loci ipsius Abbate cum fratribus, ad Senonicam vrbem confugientibus; atque vt Deus afflictum populum placatus respiceret, interdiu & noctibus deprecantibus. Interea hostilis exercitus, [4] Senonum oppugnabat ciuitatem: eámque infestis viribus, & omni arte quæsitis machinis, capere nitebatur. Cum repente venerandus antistes, optato & vt ipse à Deo expetierat languore, corripitur. Quo ad Christum migrante; [5] Gualterius & generosi stematis nobilitate, & totius scientiæ eruditione clarissimus, pontificalem Senonicæ vrbis sortitur dignitatem. Tandem sanctorum precibus, ira Dei iustè peccatoribus superducta, in misericordiam versa est; franguntur vires hostium, retunditur impetus, confidentia debilitatur, sicque intelligentes frustra se niti, contra eos quos diuina pietas tuebatur, ab Vrbis obsidione recedunt.

Esa.64.11.

2 *Cœnobium S. Romani à Nortmannis incensum.*

3 *Suauus Abbas Vallilensis.*

4 *Nortmanni Senonensem obsidens ciuitatem.*

5 *Gualterius Senonẽsis Archiepiscopus.*

Quarta Translatio Corporis S. Romani.

CAPVT X.

PAce interim reddita, & post diutinam calamitatem populo aliquantulum respirante, [1] Bóno, cui post obitum præfati Suaui abbatiæ cura erat commissa; cogitare cœpit, quid de loco ageret, cuius tantummodo supersedissent ruinæ. Denique si illum vellet in pristinum statum reparare, opus certe difficillimum, ne dicam impossibile videbatur. Illud quoque vel maxime eius animum etiam tuta timentem exagitabat; ne si quid fortè operis in loco deserto, & ab vrbe remotissimo, agere cœpisset; reuersi denuò aduersarij, more suæ crudelitatis, incenderent, subruerent, dissiparent. Mens si quidem rerũ memoria quas viderat trepida, & adhuc grauiora formidans, per diuersa

1 *Bono Vallilensis Abbas.*

Digitized by Google

uersa raptabatur consilia: & quid eligeret ignorabat. Tandem placuit Abbati, fratribus quoque hoc ipsum ex communi consensu poscentibus, vt in prædiolo suo, quod est in suburbio Senonicæ vrbis, sub ipsis ciuitatis mœnibus sito, [a] Monasterium fundaretur, vbi prisco tempore conditum fuerat. Qui locus, & situs opportunitate, & fluminis præter fluentis amœnitate, ad id construendum aptissimus videbatur. Ergo ædificata pulchro satis schemate Basilica, cæterisque habitationibus religioni monasticæ congruentibus, illuc beati Romani corpus cum lætitia trâstulerunt: vbi florent meritorum eius insignia, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, qui est mirabilis in sanctis suis.

a Monasterium S. Romani, ad Mœnia ciuitatis Senonicæ ædificatum.

Author, de miraculis S. Romani narrationem instituit.

CAPVT XI.

NEc ociosè prætermittendum est respondere iis, quibus signa & miracula in tantum grata sunt, vt nihil putent Deo placere, nisi quod eorum exhibitio commendauerit. Cum ille potius bonæ vitæ meritum, quam signorum corporalium requirat effectum. Vt enim ait Euangelicus Poeta.

Merito cessante bono, miracula nil sunt.
Quæ faciunt plerúmque mali.

Et ipse Dominus Apostolos docuit, vt â se non signa & miracula, sed mansuetudinem discerent & humilitatem, inquiens. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Qua propter etsi beatissimi Romani miracula quæ in corpore positus gesserit, non legimus; non ideo impar cæteris sanctis habendus, quibus fide parem & sanctitate eum fuisse non dubitamus. Nec verò sanctissimus pater Benedictus, alumno suarum virtutum ex æquo inuidet gloriam, cum quo in cælestibus, beatæ immortalitatis meruit palmam. Et quidem non dubitamus eum multas dum viueret fecisse virtutes, sed vel segni scriptorum negligentia non sunt literis traditæ, quæ res non minimum Sanctorum præconiis

Matth. 11. 29.

persæpe

perſæpè intulit detrimentum; vel certè ſigna operum eius ſcripta fuerunt, aut ſitu diutinæ vetuſtatis conſenuerunt, aut tempore infelicitatis, monaſteriis & Eccleſiis depopulatis, rebúſque omnibus profligatis & perditis, illa nihilominus ad nihilum deuenerunt. Quippe hominibus quaquauerſum fugientibus, & ſibi tantum ſuæque vitæ conſulentibus, nullámque de cuſtodiendis archiuiis curam habentibus. Dicat itaque qui volet, nulla eius in vita extitiſſe miracula; dum ſciat eum iam mortuum, innumera feciſſe & facere cotidie miraculorum ſigna. Deus enim qui ab æterno ſua ſapientia cuncta præordinat, eáque ex archano diuini conſilij, locis temporibúſque prolata viſibiliter manifeſtat; acceptiſſimum ſibi famulum eo potiſſimũ tempore miraculis voluit inluſtrare, quando ſuperato omnium temptationum luctamine, fas eſſet iuſtum exultare in Domino, & rectum ſecura deceret laudatio; nec iam exinde laudis æmula timeretur elatio. Hæc breuiter diximus, pro memoria Sanctiſſimi Confeſſoris Domni Romani, indignum arbitrantes tantum ac talem virũ ſilentij modio contegi, & non ad profectum atque vtilitatem omnium piè viuentium, publicari. Cæterum ea quæ poſt feliciſſimum exceſſum eius, vel in prima ſacri corporis eius Trãſlatione vel Deinceps in loco in quo ſanctiſſimum eius corpus deportatum Venerabiliter reconditum eſt, per eum Dominus dignatus eſt operari; ab his qui viderunt, vel ab eis quos interfuiſſe contigit agnouerunt; fideliter collecta, atque pleniſſimè deſcripta, ſtuduimus opportunè ſubiungere, ad laudem & gloriam ſummæ lucis & viæ veritatis & vitæ, Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto viuit Regnat & Benedicitur in omni gente, loco & tempore, Nunc & per infinita ſecula ſeculorum Amen.

EXPLICIT LIBER PRIOR GISLEBERTI MONACHI ERVDITI, DE vita & Tranſlationibus S. Romani Itali Abbatis, Smi Patris Benedicti Monachorum Legiſlatoris Alumni.

Sequitur eiuſdem liber Poſterior, de ipſius S. Romani Miraculis.

Miracula ingentia S. Romani recitantur.

CAPVT I.

CVM glebam glorioſi corporis Domni Romani, vt ſupra ſatis luculentè inſertum eſt; Venerandus Antiſtes Anſegiſus, cum ſummis precibus & cum veneranda proſecutione proſequeretur & ad ſuam cum melliflua melodia veheret glorioſam ſedem; per longum eſt, de ſingulis valdè virtutibus diſputare. Quanti cæci inluminati, quanti Demoniaci curati, quanti ſurdi auditum recipientes, quantæque à Chriſto virtutes patratæ, ad glorificandum ſanctum ſuum. Vt quem videlicet iam gloria & honore laureatum habebat in cœlis, prodigiis miraculorum decoraret in terris. Attamen de multis vt propoſuimus, pauca narremus. Cum beati viri corpus, villam tranſiret cui vocabulum eſt [1] Curtis Abbonis cum dignitate pſallentium, obuiam perrexit mulier quædam Ioſia à parentibus vocitata, quæ ab omni actione manuum aliena manebat. Erant enim manus illius diſſoluta,

1 Curtis Abbonis.

solutæ, contracti nerui officio carentes salutari, intolerabilis dolor omni manebat corpore: Et penè nil mouere poterat. Suffragiis tamen aliarum sustentata fœminarum, pergit cum deuoto corde, gemitus effundit inenarrabiles ab intimo pectoris antro, manum præsidij postulat à sancto Romano, quem sciebat « possidere cœlum cum gaudio, dicens. O electe Dei « Romane, fer infelici mulieri auxilium deposcēti, qui « cum exultatione lucifua, lætaris in cœlesti patria. « Ne cōtemnas sceleratam mulierem, sexúmque fragi- « lem ad te clamantem, qui satis benè nosti caducam « esse humanam mentem. Dum hæc & his similia, flebili proclamaret eloquio, gratiosæ patefecit Omnipotens plebi, quæ sancta membra egregij prosequebatur Confessoris, quàm proficua manebat in cœlis supplicatio sancti Romani. Recepit protinus mulier conclamatam salutem, exultat cor populi præ gaudio, mens multorum fit hilarior, voces erumpunt in altum, conlaudant splendificum Dominum: qui mirabiliter suum glorificat tyronem. Verè ineffabilis est clementia Saluatoris nostri, Cum patramus inlicita vltionem sustinemus condignam, castigat corpora nostra, ægritudines tribuens congruas, vt expurget à delictis archana pectoris nostri. Hoc fratres debet quisque nostrum cum summo suscipere gaudio, si ei Omnipotens temporalem confert passionem; vt per præsentem tolerantiam, perueniat ad sedem sine limite fulgentem. Oportet enim nos per diuersas iniurias huc illucque distrahere, vt per diuersas ærumnas huius caduci seculi gradientes; cum felici tramite, ad sydereum regnum dirigamus animum. Quo per præsentes tribulationes gestantes manipulos nostros, mereamur capere cum summo gaudio coronas sine fine fulgentes.

Cæca mulieri restituitur visus.

CAPVT II.

PRæterea pio religiosæ intentionis studio commouente, ipsa quoque viri dignissimi beatorū actuum

sollicitante congerie : Non est prætereundum enarrari, vestræque commendandum indagini, qualiter quædam mulier Ragenis dicta, à sacri baptismatis vnda, ex ea quæ vocatur Neronis [1] villa oriunda, fermè per triennium diutissimo laboriosæ ægritudinis impulsu confecta, & neruorum omnium dissolutione stupida, quæ membrorum omnium ita tenebatur officio destituta, vt nullatenus ei à quoquam vita viuentium, remedium adferri potuerit, cùm plurimi ad eam accessserint curationis præditi gratia. Nisi illi per Diuinitatis potentiam, promitteretur spes recuperandæ sospitatis gratuita. Denique dum nihil apud se certum aliud haberet, nisi quoad morte intercludente, extremum vitæ præsentis occubuisset diem ; propitiante tandem Diuinæ visitationis respectu, cæpit intra se comminisci, si quomodo sanctorum oracula circuiens, eorum interuentu, sanitatis mereretur dono potiri. Sîcque iter ambulare desiderans sancti [2] Hilarii in villam Patritij, ibi pro his quorum fides exigit, Dominum deprecantis ; lento quamuis gressu, primum appulit ad titulum eius, petitura piæ intercessionis adminiculum. Nec multo post, illa supplicante importunè, & sancto Dei subueniente opportunè ; tunc quidem est reddita sanitati pristinæ, annuente cælitus Spiritus sancti munere. Iam iámque conualescentibus membris penè dudum emortuis, incolomitatis est gaudio circumfulta, adeo vt nulla eam alicuius instigaret vis doloris. His itaque decursis, cùm post aliqua temporis euoluta curricula, ab omni liberrima reperiretur incómodo ; rursus exigente proprij sceleris noxa, imo pro nobis Domini altissimi laude & gloria, sanctum Romanum haud longè post modum declaranda, oculorum sibi acie penitus denegata, lucis huius choruſco cæpit splendore priuari. Cùmque se ita haberet casus infortunij, effudit animam suam in conspectu Domini, atque in secreto cordis sui toto animi visu exæstuans, conferebat : quatenus si forsitan posse suppeditaret, in sancti huius, de quo loquimur, deuenire præsentiam. Denique vero vota votis accumulans, & non tàm corporis quàm mentis gressibus

[1] *Neronis villa.*

[2] *Ecclesia S. Hilarij in villa Patritij.*

Digitized by Go

fibus ire viam incipiens; non poſt multum, vbi venit in pontem 3 Tillianenſium ante beatiſſimum Romanum, quærulis oum clamare precibus non deſiſtens, eadem etiam populari quæ aderat multitudine proſequente, precabatur, quatenus vir Dei ſui precaminis oppitulante ſuffragio, illi iterum rediuiua reſtitueret oculorum officia. Nec mora, Dei operante potentia & ſancti Romani annuente clementia; quæ venerat cum fidei deuotione, efficitur lætabunda, de rediuiui ſibi luminis huius grátiſſima viſione. Illa deinceps ad propria cum gaudio regrediente, qui illò tunc adfuêre præſentes, gratias Deo retulerunt gaudentes. Nos quoque in eius laudibus exultemus, ipſum omnium illuminatorem in hunc mundum venientem laudemus, amemus, quantúmque ipſius dono poterimus attollamus: cuius muneris eſt creata ſaluare, perdita reformare, & maiora per ſanctos quàm per ſe operatus eſt, ipſo teſte mundo præſtare.

3 *Pons Tillianenſium.*

Fœmina à Dæmonis læſione liberatur, & cæcus illuminatur.

CAPVT III.

PRocedat ſermo condignus, ad ſtupendum miraculum enarrandum. Alia extitit mulier orta ex Vvaſtinenſi pago, vocabulo Amalberga; cui accidit quondam, muliebres de partu pati dolores. In ipſo autem temporis articulo, quo partum fundere in ima deberet; vir eius ſubitaneo correptus languore, diem clauſit extremũ. Reſtat infelici mulieri duplex pœna. Triſtitia de amiſſione viri, immanis dolor de partu imminenti. Non poſt multo tempore à partu reſoluta, exhilarationem quam de genito filio poſſidere debuerat; ſufferebat immanis anxietas de proprij viri diſpendio. 1 Tempore vero purgationis expleto, poſtquam natum quem genuerat ad Eccleſiam detulit, & Omnipotenti gratias egit, & poſt miſtica dona à Sacerdotibus patrata; & oblationem pro viro oblatam: egreditur ipſa cum toruido vultu, à foribus Eccleſiæ,

1 *Vide antiquũ, Chriſtianorum morem in pueris Deo à puerperio offerendis.*

pergit velox ad lamentabilem tumulum viri ſui, decubat ſuper illum, riuulos lachrimarum manare facit ab oculis, more mulierum alta emittens ſuſpiria. Valido itaque ſingultu diutináque maceratione conſumpta, veſperaſcente iam die, mulier repedauit ad propria. Tum parat balneum, lauat genitum, iterúmque deplorat viri ſupplementum. Intenta tamen in illo officio dum perſeueraret; audiuit extrinſecus vocem admodum terribilem, illam inclamantem. Quæ conſurgens & tremulo greſſu ceu timida progrediens, dignoſcere gliſcens quis eam tam horribiliter vocaſſet: peruenit ad oſtium, vidit tetram imaginem innixam baculo, & iuxta domus ipſius limina ſuperciliosè ſtantem. Ad viſum autem timore perterrita, ſanctæ Dei genitricis auxilium voce exclamauit repentina. Huius adminiculum voce expoſcens flebili vt pote muliebri, pedē ab oſtio retraxit curſu veloci. Muniénſque ſe viuifico Crucis ſignaculo, cum graui tremore procumbit in thoro. Adeſt rurſum deliramentum Diaboli, videt ſpeciem cunctis ſpeciebus horribilem, quæ iuxta illius lectum ſuperbè erigens collum, ad deriſionem potius quàm ad ſalutem; natum quem genuerat, vt illi ad ſuſcipiendum è ſacro fonte daret, rogabat. Cui illa cum ingenti reſpondit conſtantia. Miror quomodo tu cum ſis toto corpore nigerrimus & hiſpidus, & totius fœditatis amicus & inuentor omnis nequitiæ, módo quæras ſalutem animæ; ſcilicet vt filium meum à ſacro ſuſcipias baptiſmate, qui cotidie animas ad ima gliſcis diſtrahere. Hoc tamen pro certo ſcito, quia numquam tibi à me huius rei effectus tribuetur. His auditis, imago illa terribilis vt potè Diabolica, cum furibundo & repentino impetu, cupiens puerum aufferre ab amplexu brachiorum genitricis: exclamat iterum viriliter, & à ſancta Chriſti genitrice, poſcit manum auxilij. Deinde ille larueus hoſtis, enormi ictu & rabida impulſione diſcerpens illam, alligauit eam; pronam incedere faciens per reuolutiones quatuor annorum: adiiciens illi triſtitiam ſuper triſtitiam, volens penitus abſorbere eam. Quæ pectus ſuum diuino muniens ſignaculo,

" pergit velox ad lamentabilem tumulum viri ſui, decubat ſuper illum, riuulos lachrimarum manare facit ab oculis, more mulierum alta emittens ſuſpiria. Valido itaque ſingultu diutináque maceratione conſumpta, veſperaſcente iam die, mulier repedauit ad propria. Tum parat balneum, lauat genitum, iterúmque deplorat viri ſupplementum. Intenta tamen in illo officio dum perſeueraret; audiuit extrinſecus vocem admodum terribilem, illam inclamantem. Quæ conſurgens & tremulo greſſu ceu timida progrediens, dignoſcere gliſcens quis eam tam horribiliter vocaſſet: peruenit ad oſtium, vidit tetram imaginem innixam baculo, & iuxta domus ipſius limina ſuperciliosè ſtantem. Ad viſum autem timore perterrita, ſanctæ Dei genitricis auxilium voce exclamauit repentina. Huius adminiculum voce expoſcens flebili vt pote muliebri, pedē ab oſtio retraxit curſu veloci. Muniénſque ſe viuifico Crucis ſignaculo, cum graui tremore procumbit in thoro. Adeſt rurſum deliramentum Diaboli, videt ſpeciem cunctis ſpeciebus horribilem, quæ iuxta illius lectum ſuperbè erigens collum, ad deriſionem potius quàm ad ſalutem; natum quem genuerat, vt illi ad ſuſcipiendum è ſacro fonte daret, rogabat. Cui illa cum ingenti reſpondit conſtantia. Miror quomodo tu cum ſis toto corpore nigerrimus & hiſpidus, & totius fœditatis amicus & inuentor omnis nequitiæ, módo quæras ſalutem animæ; ſcilicet vt filium meum à ſacro ſuſcipias baptiſmate, qui cotidie animas ad ima gliſcis diſtrahere. Hoc tamen pro certo ſcito, quia numquam tibi à me huius rei effectus tribuetur. His auditis, imago illa terribilis vt potè Diabolica, cum furibundo & repentino impetu, cupiens puerum aufferre ab amplexu brachiorum genitricis: exclamat iterum viriliter, & à ſancta Chriſti genitrice, poſcit manum auxilij. Deinde ille larueus hoſtis, enormi ictu & rabida impulſione diſcerpens illam, alligauit eam; pronam incedere faciens per reuolutiones quatuor annorum: adiiciens illi triſtitiam ſuper triſtitiam, volens penitus abſorbere eam. Quæ pectus ſuum diuino muniens ſignaculo,

gnaculo,veternum fugauit inimicum; immanem retinés corpore & anima languorem. Dolorem in animo ſuſtinens de recenti funere proprij viri; in corpore validam ægritudinem Diabolica vi illatam. Ea tempeſtate, vt præfatum eſt. Hunc de quo ſermo agitur beatiſſimum Athleram ſuum Romanú Dominus prodigiis mirificabat,quæ vſquequaque diffuſa, ad huius infelicis mulieris peruenêre notitiam. Tunc illa, cum ardore fidei deſiderans à diuina ægritudine iam reſolui,vehi ſe fecit in biroto ad luculentũ ſepulchrum tanti patroni, de quo tantarum virtutum emanabat odor nectareüs. Quàm parentes eius ferentes illuc quo deſiderabat animus, ad tumbam ſcilicet glorioſi Confeſſoris, proſternit ſe in puluerem, poſcit præſidium à ſummo piiſſimoque iudice, flagitat etiam manum ſuffragij à ſancto Romano, cuius interuentu, æſtimabat ſe adipiſci incolomitatis donum. Rogitat cum altis ſuſpiriis, cuius mens morabatur in fuluis tenebris. Poſcit cum deuoto corde, Pulſat Romanus aures Diuinæ Clementiæ, qui plenus adeſt pietate, vt potè qui faciem contẽplatur piiſſimi Iudicis cotidie. Inuenit mulier,quod cum ſumma deuotione quęſiuit. Cerneres mulierem toto corpore trẽmebundam, mirantes populos, mirabilia expectantes ſuperna. Cœperunt nerui vigere,qui erant conſumpti diutina maceratione. Abſoluit eam glorioſus Confeſſor Domini à vinculis tortuoſi ſerpentis,& actum eſt tunc è ſacro ſepulchro, quod quandam egit filius Dei, quando natam Abrahæ quam venenoſus anguis alligauerat, liberam abire præcepit ſoluſtque eam à diris nexibus, qui mirabilis eſt in ſua maieſtate : laudabilis in ſanctis, cuius laus non deficiet, cuius æternitas ſemper fulget. Illud etiam, non ab re eſſe videtur in noſtri operis proceſſu adnectendum,quod ea tempeſtate qua vir Domini glorioſus Romanus, tàm innumera miraculorum præconia mundo impertiens, nequaquam ſub modio latitabat, ſed inſtar lucernæ ardentis & ſuper cãdelabrum poſitæ virtutum iubarẽ clareſcens, non mediocre ferebat plurimis remedij emolumentum, fœmina quædam, de iure dominationis ſancti *Luc. 13.16.*

2 *Riminacus Villa.*

Prothomartyris Stephani,de villa [2] Riminaco oriunda,nomine Segletrudis, vbi auribus hausit, quod vir Domini tanta præberet populis beneficia,secum conferebat, qualiter ad eius, memoriam ire potuisset. Erat enim ei filius vnicus puerulus Letherius vulgo nominatus,cui diutina iam impellente consuetudine, oculorum subtractũ est intuẽdi officium, iugíque anguore afficiebatur pro eo. Pro quo ad memorata beati viri præsidia, mente ire disponebat. Et quamquam meritorum suorum iustitiam, ad impetrãdam filij sospitatem minus sciret sufficientem: fide tamen nihil hæsitans, lachrymosis cœpit insistere precaminibus, quatenus per eum celerius Dei opitulamine frui mereretur. Plurimis ergo orationis gratia illò properantibus, simul cum illis, vt quæsitæ salutis prolis vnicæ fieret compos pergens, taliter virum Dei deprecabatur attentius. Sancte inquiens, à Deo dilecte Roma- „
ne, qui omnium es ad te confugientium piæ consola- „
tionis refugium, quíque destitutioni omnium in te „
sperantium compatiens, diuinæ opus gratiæ imper- „
tiris:miserationis tuæ nunc manum mihi porrige,quæ „
inter cætera sanctorum oracula te incunctanter ag- „
gredior. Quamquam enim ab illis nil quæsiti medi- „
caminis optinenti filio meo, redintegrationis suæ sit „
medela dilata: tamen non illi arbitror penitus dene- „
gatam. Te namque voti illius, haud dubito futurum „
compotem.Nec mora,protinus vt talia prosecuta est, diuina præsto fuit potentia, ad demonstrandam sanctitudinis viri Dei potentiam; quæ post cæcas tenebras, mulieris filio felicem ex integro fecit irradiare diem: Móxque propulsa totius agitationis molestia, sibíque redintegrato luminis officio, pulsis tenebrarum obstaculis,lucis quoque diurnæ copia suffusus,ita integerrimæ redditus sospitati, simul cum matre incolomis repedauit ad propria, ac si minime foret eatenus cæcitatis fasce depressus.Qui nequaquam deinceps illius amaritudinis peste pulsatus, pro suæ curationis dono,tàm ille quàm omnes qui aderant,voce consona laudes Domino cecinerunt,

Mulier

Mulier Nobilis, ad tumulum S.Romani conualeſcit.

CAPVT. IIII.

DIgnum etiam videtur nequaquam ſilentio comprimi, quòd mulier quædam nomine Helena inluſtribus natalibus orta, audiens quanta & qualia languétibus beneficia, diuina pietas ob honorem & laudem ſancti ſui, infuſo miſerationis ſuæ rore, præſtare dignaretur: dum per continua ſex annorum volumina grauiſſimo quateretur dolore renium, pedali quidem gradu quoquomodo incedebat baculo latere innixo: ſed omni grauata incommodo, totius iam carebat medicaminis ſubſidio. Cúmque prædictæ paſſionis in dies augmenta captans ita cruciatus accreſceret, vt ſe ſe ſanitatis vlterius remedia conſequi poſſe titubaret; vt potè quæ iam in quamlibet partem ſe vertere nec difficulter poterat, niſi alieno fulta præſidio foret: auditu comperit, quod venerabile corpus beati Romani cum plebeia promiſcui ſexus multitudine, transferendum eſſet in Monaſterium Vallisacenſe. Quod cum eadem die vſque adeo proſequeretur honorificè, præeunte & ſubſequente quàm maximo cleri atque vulgi popularis Dominúmque conlaudantis cuneo. Vbi autem perlata eſt ſancti viri gleba ad antedictum monaſterium. Illico, quamquam gradu non concito, illuc perueniens, adiuuantis populi leuamine freta, ſupernæ viſitationis reſpectu, cœpit animotenus comminiſci, quatenus ageret pro voto ante tumulum illius, candelam ſtaturæ ſuæ parili longitudine. Ibíque pro ſe orabunda, in baſilicæ ſolo procumbens: totámque diem precibus expendens & ſequétem noctem inſomnem ducens, ſubito inter orandum Deo propiciante: & ſancto ſuo interpellante, voti ſui compos effecta, cœpit à prædicta ſuperius renium ægritudine conualeſcere. Denique verò, paulatim ſuccedente virium pleniſſimo robore, quæ venerat cum fide, remeauit ad ſua, gratulabunda, de reddito ſibi dudum denegatæ ſoſpitatis munere.

CAPVT V.

1 Scabia villa.

PRæterea mulier quoque alia, Nobilis prosapiæ generositate orta extitit, de villa quæ populari appellatione [1] Scabia nuncupatur. Huic autem erat vnicus puerulus ita tenellus, vt non amplius à primæuis natiuitatis suæ in huius mundi lachrymosam conuallem cunabulis, nisi trium tantummodo hebdomadarum spatium, ipsa quæ eum protulit teste, crederetur expendisse temporis. Processu itaque tàm paruissimæ ætatis expenso, subito dum non speratur, mortis pallidæ inrumpente articulo, nouissimum vitæ præsentis clausit diem. Quod verò maximi extitit causa doloris, matris id protelante incuria, vt potè quæ abundanti fuerat geniti elegantia retenta, per quod falsò credebatur vitæ longæuitas cito non defutura: cum sacri necdum foret renatus baptismatis vnda, in ipso mox ortu proh dolor amisit lumina nequaquam vlteriùs rediuiua; sicque geminæ mortis horrore correptus, [2] ignibus mancipatur æternis. Quoniam sine dubio, vitæ æternæ priuabitur gaudio, qui vitali non fuerit tinctus in lauacro. Denique verò genitrix illius pro cuius sceleris noxa hæc contigisse haud dubium fuit; suo viro veri factum perterrita confiteri, in illo in quo mortem obierat loco, puerile destulit humare corpusculum. Sed protinus in vlnas eum excipiens, viro Prætextato cum circummanentibus inscio, ad aliam cursu concito detulit villam, ibidémque deliberauit humandum. Talibus autem profana infelicitate decursis, vt per hoc ni fallor comprobaretur iustæ vltionis recompensationem perpeti: eadem die qua ista perpetrata sunt, emarcuit man⁹ eius dextera, neruis quoque contractis laxa cute, stupentibus digitis in toto præcedenti cubito nihil diu potitæ sospitatis, vsu remanere declaratum est. Et quod matris infelicitas denegare vita est ad modicum, supernus arbiter sole manifestius propalauit in plurimum. Enimuero per triginta circiter annorum volumina, cùm

2 Ibi ignes ponit pro Limbe.

Digitized by Google

cùm totam ſuppellectilem in medicos erogauerit,nullo medicamine ſui curationem obtinuit. Tandem igitur cùm iam penitus deſperaretur,poſt tot temporum interualla decurſa, comperiens per ſanctum Romanum præſtante Domino, plurima dari ſanitatis beneficia, deuotis paſſibus Vallias adire diſpoſuit, atque viam adgrediens quoquo potuit inceſſu illius attigit limina baſilicæ, ibíque vario precamine voces ingeminans, beati viri intercedente meritorum ſuffragio, quæſitæ ſanitatis gaudium eſt adepta: eiúſque eſt reſtituta manus dextra, nec vllam pertulit vlterius, de huius infirmitatis faſce grauitatem.

Mutus & ſurdus curantur.

CAPVT VI.

CVm mens veſtra obſtupeſcat fratres, de ſalutifero odore tantarum virtutum, atque in fide Chriſti firmo robore corroboretur:ardet adhuc deſiderium noſtrum, vt pandat Chriſti prodigia, ad clarificandum Confeſſorem egregium olim patrata. Audite ergo nunc in vno eodémque homine,clara duo acta miracula.Puer quidã dudú à parẽtibus Arnoinus vocitatus,ex eo die quo in hanc miſerã vitam lapſus eſt,duo perdidit officia corporis; auditú videlicet & loquelã: Cuius mens continuatam ſuſtinens lamentationem, diutinis cotidie afficiebatur ſingultibus;quia nec voce ſtipem quibat flagitare, neque auditu aurium, vllam poterat capere conſolationem. Quid autumatis fratres dilectiſſimi?quàm acerbè cruciabatur in mente,qui ita erat omni diſſolutus corpore? qua ſe flecteret parte,ignorabat.Parentes vero illius,cum grauem de illo in corde tenerent mœſtitiam, voluebant pectore quid eis oporteret agere, quia cernebant illum in mundo, ſine vllo corporis officio. Clarum vero rumorem cum haurirent de virtutibus ſanctiſſimi atque omni veneratione digniſſimi Romani, deferunt eum illuc: faciúntque in terram procumbere, vt poſceret corde quod nequibat voce. Diu iacet, diu reſpirat;

rat; genitus emittit qui non poterat fari tandem reſoluitur lingua à diris vinculis, glorioſi Romani meritis. Hebetatus ſitus aurium repellitur, fibra cœleſtia aures illius verberant, recipit officium aurium, fit grata exultatio in populo, creſcit fides credentium in Domino, gemit truculentus anguis, torquetur inuidia qui eſt deputatus in æterna pœna. Curemus igitur illius declinare laqueos, cotidianis momentis qui paratus eſt iugiter trahere nos ad ima Cociti. Caueamus etiam ne infundat mortiferum virus in noſtris pectoribus; & aufferat ab ore noſtro ſeu à corde dulcia Chriſti pabula; quæ præſtant nobis ſuauitatem loquendi, auditúmque noſtrũ cœleſti refouẽt ſuffragio. Vt cum dies venerit inenarrabilis; gaudere mereamur cum ſummo iudice noſtro, necnon altiſſonis iubilationibus conlaudare, cuius imperium ſemper fulget, de cuius dominatione cœlum & terra reſplendet.

Fœmina à Febribus liberatur.

CAPVT. VII.

ILlud quoque veſtræ ſtatuimus inculcandum memoriæ, quod quædam mulier [1] Antrici incolatus vt ferebatur indigena; dum vi febris peſtimæ diutino temporis incremento mirabiliter pulſaretur, feſtinóque occurſu dilecti Domini glebam ſequeretur, in melioratæ ſanitatis recreatione, ſemet refoueri precabatur attentius. Iam enim omnium membrorum ſiccata compage, vt potè irremediabili eatenus ardore igneſcens, ita diriguerat; vt nihil omnino virium ſe aliquando recipere confideret. Talitérque iniuriis affecta multiplicibus, totis præcordiorum viſceribus, ſanctum Domini qui nulli rectè petenti denegat prouentum, efflagitat, vt ſuimet miſereatur. Denique adueniente hora diei, qua medium cœli Sol tranſcenderat axem: ſubito ſopore depreſſa, ſomnum cœpit, vidítque in mentis exceſſu quemdam hominis ſimilitudinem habentem, atque in hunc modum ſibi conloquentem. Vade, & nequaquam moras innectens, ſume linteum ,,

ſancti

« ſancti Romani , & eum aqua perfunde. Quam cum « hauſeris, crede quod erit tibi cauſa ſalutis. Nec mora, « poſtquam hæc excepit verba ; illico excitata , talia ſicut fuerat monita impleuit concita: ſtatímque ſupernæ dignationis conſolationibus freta , & ſancti viri meritorum ſuffragiis releuata , à prælibato peſtiferæ ægritudinis cœpit relaxari contagio, Sicque ſanitatis integræ compos effecta, nomen largitoris Chriſti, laudem quoque & gloriam beatiſſimi viri , cum immani glorificauit exultationis iubilo.

Nobilis vir Cæcus atque moribundus ſanatur.

CAPVT. VIII.

SEd & illud narratû dignum non præteribo, quod quidam vir cuius in Aquitaniæ partibus fuit origo, natalium flore nobilitatis vſque adeo pollens, Gundonius vocabulo dictus , caſu deuenit in territorium Senonum, viribus corporis potens, ſanitate alacrior: Vbi aliquantulum in tantæ alacritatis valetudine degens, infelici vt ita dicam omine; correptus ſubito dum non ſperatur, plurimæ infirmitatis vrgetur impulſu. Et cum die noctúque inremedialibus peſſimè angeretur doloribus, ad ſuæ infirmitatis cumulum , addita eſt & alia peſtis, quæ ei cæcitatem inculcans , grauiter laborare compulit, de amiſſo oculorum lumine. His ita ſibi inlatis, cum iàm in lectulo decubans ita grauaretur, vt à medicis deſperaretur ; illis qui circunſtabant præſentibus, requirit quid ageretur. At illis , eum curationis « ſuæ gratiam adipiſci poſſe hæſitantibus. Si eſſem in- « quit in Baſilica beati Romani, aliorum delatus admi- « niculo , protinus donarer ſoſpitatis gaudio. Confido « inquam quod poſſit oculis meis viſum reſtituere , & « reddere me ſanitati priſtinæ. Suumque mihimet non « dedignabitur præſtare , vt credo , interceſſionis ſola- « tium; qui digna miſeratione , preces ſolatur omnium « ad ſe confugientium. Inter has autem torturæ ſuæ varias cruces, vt illius miſereretur, iugiter ſancti implorat emolumentum ; ne eum videlicet in mortem ſine-

ret

ret abire captiuum, cuius deuotus cupiebat expetere templum. Taliter ergo sæpedicti inuocato nomine patroni, ad glorioſum illius templum famulorum baiulatione delatus, quibus potuit ex animo orationibus incubuit. Nec multopoſt, inter alia ibi quamplurimis conlata ſalutis beneficia; hic quod amiſerat iam dudum videndi recuperat officium. Et cum preſens ei penè fuerit paulo ante pallidæ mortis occurſus, omnium membrorum redintegrato robore: protinus nullorum ſolatij indigus, repedauit ad propria lætabundus.

Febribus vexata conualeſcit.

CAPVT IX.

MVlier quoque quædam tunc temporis, Leodegardis vt ferebatur vocabulo nuncupata, de iure dominationis ſancti Remigij Confeſſoris egregij, omnium membrorum ſuorum quatiebatur doloribus febre inualeſcéte præmaxima, præteritis iam ab ineunte ægritudine, bis quaternis menſibus. Cúmque nihil medicamenti vſpiam, iam propè moritura reperire quiuiſſet, factum eſt in vna dierum, vt immaniſſima doloris anxietudine preſſa, inter ægrotandum captaret ſomnum. Contigit autem illi, videre virũ in ſomnis ſibi talia referentem. Proficiſcere quibus poteris » paſſuum inceſſibus ad ſanctum Dei Romanum, & ſci- » to confidenter, quoniam per eum ſanitatis donaberis » gaudio. His itaque viſis, experrecta de ſomno, fidem præbuit dicto; móxque compleuit talia facto. Protinus quoque illò quo fuerat monita progreſſa, ſolo mox incubuit, atque in lachrymas erumpens, Dei virum intimo implorat mentis affectu. Denique ſui efficax precaminis, paulatim captans incrementa virtutis, cœpit firmari robore deſideratæ valetudinis. Sícque fidei roborata firmitate, atque totius corporis integritate, talitérque reſtincta febre omnique fugato dolore, ſolidatis membris, ad ſua cum gaudio repedauit inlæſa.

Eruditus

Digitized by Google

Eruditus Monachus Teduinus, febre soluitur.

CAPVT X.

ESt illud memoriæ fidelium inferendum, in quo diuina virtus famuli sui Romani approbauit meritum. Teduinus quidam à primis Senonum oriundus, sancti Remigij cœnobialis alumnus, sacræ institutionis tyrocinium, emeriti vsque perduxit ad præmium. Quippe monasticæ religionis decussatus schemate, cum esset liberalium artium præditus facundia; venustate morum, non destitit vitæ suæ excolere cursum. Verum quoniam qui filij agnoscuntur, paternis verberibus cohercentur, præmuntur flagellis ne insoleſcant vitijs spe adipiscendæ hæreditatis, vt animus eius assuetus virtute, iuxta Pauli exemplum vegetaretur infirmitate, & ne de meritorum quantitate subreperet eidem morbus extollentiæ; permisit eum superna miseratio, acri febrium torqueri incommodo. In qua certaminis afflictione, totum se & in gratiarum actione expendebat; & in nullo continentiæ suæ, vix nostris seculis imitabile propositum, laxabat. Oculis effusæ clementiæ prospiciens superna miseratio in vtroque tàm eius inuictum conflictum, mentali eum admonuit inspiratione, Patris nostri Romani expetere præsidium. Igitur sanctissimo fratrum accersito conuentu, precibus prout valuit ambiuit se deportari ad memoriam sancti. Quorum fultus solatio, nam ex valido languore viandi ei negabatur posse, cum deuotione supplici, peruenit ad locum sepulchri. Totiusque tractu corporis procumbens ante glebam sanctissimi Confessoris, ex intima cordis sede, has cœpit genituum voces emittere. Eya inquit "Confessor glorioſe, aspice quibus afficior pœnis exi- "gente criminum meorum scelere. Si tibi ita videtur, "iam satis sit cum his doloribus tantum certasse cer- "tamen; & à superno iudice simul cum venia peccami- "num, sanitatis mihi impetra optatum. Redde eum "mihi propicium, quem hactenus meis culpis expertus "sum offensum. Pande nunc meis lachrymis aures piæ exaudi

exauditionis,qui tua interceſſione indigis,pro fide petentium,te præſentem reddere non refugis. Ne auerſeris te in anguſtiis ſupplicantem,ſi dum aduixero non dedigneris me habere ſeruientem. His & huiuſmodi quæſtibus, dum totũ tridui occuparet ſpatium,quarto demum die, effectum ſuarum obtinuit precum. Summíque interceſſione noſtri protectoris, aſtantium in oculis, cum vigore ſanitatis à loco quo iacuerat ſurrexit. Et gratias referens Deo ſuæ incolomitatis authori,pſallentium choro admixtus, pro recuperata ſanitate,cœpit diuina beneficia non tacere.

Æger ad Sepulchrum S. Romani, ſanitatis ſit compos.

CAPVT XI.

TRanſeamus ad aliud non diſſimile, & ſpeculemur in miraculorum exibitione, iſte ſanctus de quo agitur quanto donatus ſit munere. Maiënarius quidam noſter, parentibus non mediocribus puer, quartano validiſſimè vexabatur typho. Qui bis quaternis menſibus huius ægritudinis faſce prægrauatus, cum à multis remedium ſperaret ſalutis, in nullo ei patebat ſpes cupitæ ſanitatis. Quicquid habere poterat in ſumptibus, medicinæ erogabat auctoribus: & in deſiderando medelam, totius victus conſumebat ſtipem. Si quidem ſenſu hebetatus pondere infirmitatis, neſciebat recolere, in proximo adeſſe, qui precibus peſtes à corporibus poſſet fugare. Cùmque in dies magis magíſque ægreſceret; vitæ diffidentia,mortis præſtolabatur extrema. Iam laſſatæ medicorum manus ab eius curatione ceciderant; iam verborum carmina huic vt fertur morbo medentia, in ore omnium conticuerant. Igitur omni ſpe ſalutis depoſita, cum iam in ipſo vitæ penderet limine, paululũ mente recepta,ſenſit auribus,aliorum relatu,beatum Romanum claris mundum irradiare virtutibus. Quo percepto,quia pene ei vocis intercludebatur officium;quoquomodo indiciis verborum, adſtantes cœpit compellare. Antiquæ dilectionis, amici chariſſimi, ferte me

« me ferte quantocius, ad tumulum Domini Romani.
« Videor mihi videre iam diutinũ periculum euaſiſſe; è
« vicino eſſe recolens, ex cuius interceſſione omne pro-
« cedit medicamen. Dignè denique cedunt omnia me-
« dicorum experimenta, quoniam hic ſolus eſt, cui à
« Chriſto donata ſunt meæ imbecillitatis ſalubria. Fe-
« ſtinatò illi eius obſecundant monitis, eúmque tollen-
tes cum grabato, ad ſancti deuehunt poliandrum. Cúmque pro eius recuperanda ſalute, vna cum ægro hij qui eum detulerant, excubarent orandi officio, æger idem reſoluitur in ſopore. Paruóque emenſo ſpacio experrectus, cum ſomni torpore, inualetudinis caruit langore. Ac pro hac ipſo, cuncti qui adſtabant immoderato tripudiantes gaudio, qui hactenus æger venerat, cum gratiarum & ſalutis munere repedauit, ad propria.

Clauda mulier, gradiendi recuperat facultatem.

CAPVT XII.

NVllo modo cenſeo & hoc ſilentio obliterandum, in quo Ieſu bone laus tua prædicatur per famulum. Mulier quædam à parentibus, neſcio fortuitû an induſtriá Aigleranna dicta, claris decorata natalibus, propaginis ortum apud [1] Fontanas accepit vicum. Quæ dum adoleſcentiæ annos excedens ſemina ageret; viſum eſt ei naturalem relinquere fundum, alteriúſque villæ expetere incolatum. Huius deliberationis ſuccedente effectu, in villa quæ [2] Viſis ab incolis ſortita eſt nomen, cum omni ſua ſuppellectili demigrauit. In qua multorum annorum tranſigens curricula, cùm ætas prolixior vergeretur in ſenium, & ſcarioſa longæ vitas, laxa cute faciem in rugarum contraheret exarationem: pendet dubium, vtrum exigente mole eius ſcelerum, an ad demonſtrandum viri Dei meritum, maximum membrorum luit detrimentum. Nam flexuoſi genuum nerui complicati in nodo inſolubili; & rigore tenaci in ſolidum durati, veluti baſibus infirmatis, non patiebantur à terra ſur-

[1] *Fontana Vicus.*

[2] *Viſis, villa.*

Digitized by Google

ſum prodire fabricam totius corporis. Hoc diutino tabeſcens incommodo, varia ſanctorum luſtrans oracula, nullius ſuffragari ſibi expertus eſt merita. Sed poſtquam percepit ſolerti proçuratione ſæpe dicti Pontificis, corpus Domini Romani præcipuo honore depoſitum, loco quo choruſcat miraculis: ſummopere cœpit mente diſponere & actu ſatagere, quoad eius præſentiam, quoquo pacto valeret pertingere: Cúmque aliquatenus facultate ſuppeditante, euectioni præparandæ in ſubeundo operam daret: dictû mirandum! ac ſi validæ febris ab incurſu, cœperunt membra illius frigere & horribili rremore vndíque executi. Famulantium officio, imponitur geſtatorio, & cum fide credula, Confeſſoris Iummi procedit ad aulam, qua ſubſelliis obſequẽtiũ intromiſſa, vt ad eius peruenit tumbam, Dei nunc per ipſius meritum adprobauit virtutem. Perplexis enim ſicut præmiſimus poplitum neruis, vt ſibi viſum eſt quadam via, ſua nodoſitate laxatis & in naturale obſequium reformatis, quamuis cum dolore non paruo, potita eſt gradiendi officio. Et quia contracta membris, auxilio eguerat vehentis; regreſſa eſt domum propriis plantis, de reliquo non requirens miniſterium baiulatoris.

Infirma mulier ſanitati redditur.

CAPVT XIII.

ALiud quoque quid enucleandũ gratũ habuimus. Quoniam eadem tempeſtate, quædam fœmina Senonicæ ciuitatis indigena, quæ vni ciuium nomine Gundacio iure ſeruiendi famulabatur ancilla, ab ardore febrium occupabatur inremediabili. Námque tanta præmebatur doloris anxietudine, vt non modo vigere, veram nec quo cibo vtimur, aliquo modo valeret traiicere. Cúmque ita ab omni haberetur expers ſoſpitatis officio, vertitur res in diſcrimine, vtrumnam videlicet conualeſceret, an etiam mortem oppeteret. Igitur dum in toto vnius anni ſpatio, ita egerrimo fatigaretur incommodo, vt cibi ei aditus denegaretur:

factum

factum eſt in vna noctium, dum in noctis opacæ ſilentio cuncta quieſcerent, & ipſa in ſuæ dormitationis ſomnio nouiter conquieuit. Vidítque in viſu vt poſtmodum retulit, quaſi innumeram populorũ frequentiam ad prædictum Dei patronum progredientem: ſeque illis interpoſitam, viam eandem greſſibus incedentem, atque communi precamine ſanctum Dei in ſui ſuffragio interpellantem. His itaque viſis, excitatur à ſomno, viſionis præteritæ non immemor. Confeſtim vero ſuo talia ſuggerens Domino, dimiſſis ſubnixè obſecrat aſpectibus, quatenus ei viſionis implendæ facilitatem conferret. At ille non modo animi voto conſenſum impertiuit, verum ſatis ad itineris difficultatem leuigandam, admonet vt ſui fruatur ſeſſione ſonipedis. Sed illa prædita munere fidei deuotiſſimæ, talia ſibi fieri omnimodis denegat non debere: ſed magis ratum habuit, pedali feſtinatione ſe illò debere proficiſci. Quod denique opere implens, vbi ad ſancti Baſilicam feſtina appulit, vt ſuæ miſerationis leuamine recrearetur, inſtantiſſima voce precatur. Cuius quærimoniæ, confeſtim quod petebat, Diuinitatis indulſit potentia, ad ſancti viri meritorum inſignia præconanda. Atque quæ eatenus omnimodæ ſalubritatis extiterat indiga, paulatim vigore adepto, diu optatæ eſt ſanitati reddita. Deinde ad propria remeans habitacula, longa de profundo corde trahens ſuſpiria, tàm Domino ſuo quàm etiam circumquaque manentibus indicat cognatis & amicis, quantis profectibus, ſanctus Romanus ſe rogantium fidem conſuleret. Itaque his ita fieri diuina prouidentia auditis, gratiarum diſtributorem Dominum non mediocribus attollunt laudibus, qui ſanctos ſuos potenter mirificans, vario non ceſſat decorare miraculorum vibramine.

Energumenus liberatur.

CAPVT XIIII.

PRæterea quia tantorum inſignium miraculorum, non proderit arripuiſſe principia; ſi hæc etiam ſimilitor

militer non congrua commendarit inſtantia : vnum memorabilium,pij potius ardorem deſiderij quam leporem culti ſermonis inquirens , imperito quamuis digeram ſtilo, per quod humana poterit experiri diligentia,quanta operum ac ſudoris aſſuetudine vir Domini Venerabiliſſimus Romanus, cœleſtium promeruerit perfectionem donorum. Neque etiam ſignorum eius enormitatem texere contendam , ſed ea tantum quæ ab anterioribus noſtris accepimus , quæque ab eiſdem ſunt nimis planè exſecuta , perpaucis aperire conabor. Itaque quidam extitit adoleſcentiæ floribus pubeſcens , nomine Ioſeph , qui in territorio Senonum, à parentibus progenitus,ab ipſis quoque eſt ibidem pueritiæ profectibus educatus. Qui cum iam florulentæ iuuentutis decore pulcreſceret,& ad virile robur tenderet , ei tam ex libero arbitrio quam ex prauo Dæmonum ſuaſu tàm ſuperflua atque peſtifera accidit continuitas , vt non modo diutinæ ædacitatis inlecebris, verum aſſiduis ſemet vrgeret falerni potatibus. Vnde non intermiſſæ potationis lethale virus, ita eius infecit animum,vt inſuper à via rectitudinis, eius iam violata deuiaret memoria. Sícque nequaquam ab eodem quê cœperat vſu renitens, ab his quæ bona ſunt declinando,inlicitis quoque indiſcretè indulgendo , multimodas genitrici ſuæ iniurias, inſtinctu ingerebat Dæmonico. Qua propter fortuitu accidit,vt illum mater conſiderans normam irreuocabiliter præcauere viuendi,quadam vice præ nimio fellita mœrore,maledicendo inculcaret. Mala quæ mihi fili inconſulta impietate ingeris,ſuper caput tuum redintegrentur. Talia intulit , atque illico filius potioris criminis & maioris inſolentiæ fomitem incurrens, Demonicæ poſſeſſionis eſt in hunc modum traditus excidio. Sane poſt aliqua,cum Pater & mater illius vt moris eſt , Trecaſſinas in partes negotiandi gratia properarent , ipſe Domi remanens , fratri ſuo ſecum commoranti inquiens. Faciam ait Frater mi candelam longitudinis meæ inſtar,& deferam illam cras ad baſilicam ſancti Romani ; poſt miſſarum decurſa ſolennia, reuerſurus ad propria. Hæc vt dixerat executus,

tus,die poſtero fratre ſecum comitante, eiuſdem patroni progreſſus eſt ad mœnia templi. In quo ſecus portæ introitum, cùm iam proximum eſſet vt Sol radios ſuæ lucis ſub vndis abſconderet; nocturnæ pauſationi animi votum accommodans, vbi ventum eſt ad vigilias matutinas, pſallentium vocibus experrectus, ſecum nimis ſollicitè agere cœpit. Expleta autem ex more duodecim lectionum functione, velut ſibi regularis poſtulat inſtitutio: poſtquam in analogio recitari initiata eſt Euangelij lectio; iſdem grauiori viſus eſt agitari Dæmonis impulſu, atque plus ſatis infeliciter diſcerpi, vociferans inter alia, velle ſe ad nota repedare habitacula. Cúmque ſe dehinc manibus tenentium, vndecumque omnibus robuſtior eliceret; cœpit ſoliuagus incedere per ſiluam conſitã in proſpectu Eccleſiæ ibidem conſtructæ. Taliter igitur errabúdo inceſſu hac illácque diſcurrens, & quo tenderet neſciens: tandem diutiſſimæ fatigationis moleſtia preſſus, ſomno coarctatur ſubitaneo, atque ibi iacuit donec inluceſceret ſuccedentis diei hora tertia. Denique finito longo dormitationis interuallo, euigilans à ſomno, aggreſſus eſt demum cœptum prius iter explere erroneus, quoúſque tandem applicitus eſt ad Fiſcum, qui vulgo nuncupatur [1] Malliacus. Ibique obuians illi quædam mulier, cœpit cum eo collationem texere, ſciſcitans ab eo vnde veniret, aut quorſum tenderet. Cúmque reſponderet ſe de Baſilica ſancti Romani venire, illa adiecit inquirere, vtrum nam ipſo die audiſſet illò concelebrata modulamina? At vt ipſa dicebat, ita actum eſſe illo ſubdole ſignificante, ab ea, cauſa retentus eſt prandij. Poſtea dimiſſus ab illa, tandem vix appulit ad propria. Interim iam eo domum regreſſo, ſubitò dum non ſperatur, pater illius cum matre à foro reuertitur. Tantúſque in eis eſt ignitus feruor doloris, támque inflicta ſolicitudo gemebunda pro illato proli chariſſimæ miſerabili omine, vt dictum videatur abhorrere. Finito autem illius diei articulo noctíſque ſequentis expenſo curriculo, dum ſuccedentis diei lux in mane prorumperet; cum nimiis anxietatis vocibus, quas nec commemorari di-

[1] *Malliacus Fiſcus.*

Digitized by Google

gnum est. Deliberatione decreuerunt mutua, quatenus filium damnationis cõplicem, ad sanctum ducere Romanum deberent: si forsitan dignaretur eum à tantæ anxietudinis detrimento reddere extorrem. Confestim itaque dicta factis exequentes, cœperunt eum in eundo compellere. At ille solo innixus, ac multifariàm semet dilanians, multipliciter se nitebatur ab illo itinere extorquere. Præterea illum equo superponentes, vt potè qui iam propè eius validitati contraire nequibant; cum multi accessissent aliundè ad ferendum adminiculum, atque maxima eum tenentes virilitate, duxerunt ad prænominatam sancti Romani Basilicam. At vbi appropiauerunt foribus Ecclesiæ, cœpit Sonipes (quod est mirabile dictu) fremere, ac se ad resistendam erigere, quasi non ausus cum tali sessore sancto Dei ad proximare. Tunc deponentes Energumenum, solotenus coëgerunt incumbere ante sancti viri corpus venerabile; atque in his vocibus erupit, inquiens. Quia propter tuam hoc sancte Romane candelam patior. Magis autem ac magis illum discerpens, cum iam semimortuus æstimaretur, tandem eo die nutu annuente Deifico, dilecti Domini id obtinente suffragio, cœpit ab ore eius & naribus cruor emanare fætid⁹ saliuis spumeis intermixtus. ipse quoque picei horroris deformitate deturbatus. Postremo à Demonicæ Dominationis pernicioſa conluctatione, mirabiliter est ereptus. Ab illo ergo die, per totum vitæ suæ spatium statuit, se se potissima compescere continentia, in cibi videlicet imminutione, & potus perceptione; nec postmodum tàm infeliciter sicut prius, praui virus obloquij, eius inrepsit animum. Genitor vero & genitrix tanti medicaminis compotes effecti, cum prole sibi liberrimè reddita, in sua cum gaudio sunt reuersi.

Puer ægrotus curatur.

CAPVT XV.

NOn tacebimus & illud, quod quædam mulier Aruis nominè, singulari erat vnicæ prolis prædita dote.

Digitized by Google

dote. Cui circa eum inerat intẽperãs pleniſſima amoris dilectio,quia præter ipſum nullum habebat alium, in quo ſpes poſteritatis videretur conſiſtere. Quamquam autem naturæ quod ſuum erat impertiret; partim in intimis cordis conclauibus in hoc amor tabeſcebat maternus, quoniam permiſſione Deifica, quin potius ad comprobãda non longè poſt ſancti viri præconia, geminæ quatiebatur contritionis anxietudine. Nam à primæuis ſuorum exordiis natalium, tẽporali huius ſemper caruit auditionis officio: ſed & vnius fœmoris marceſcente neruorum compagine, vnius erat pedis deſtitutus deambulatione. Cùm igitur hac de re,genitrix illius non mediocri circumferretur diſcrimine: Omni inſtantia,curationum genera mente perquirens ſollicita;quadam vice dum nox ſui curſus iter perageret,& ipſa nocturnæ pauſationi indulgeret; ſpiritualis intuitu contemplationis ſibi viſum eſt, quod cum prælibato filio vterino, ſanctorum vſquequaque luſtraret oracula, expoſtulans ſanitati illi reddi iuuamina. His ita viſis,ſuperueniente diei ſplendore, audiuit referre à commanentibus, quod ad ſanctum Romanum ire,ac peculiare deberent orationum concelebrare ſacrificiũ. Quem laborem tota cum illis ſuſcipiens induſtria,eorum iuncta agmini,vnicum detulit pignus, ad limina oratorij præfati protectoris noſtri. Quem cum ibidem expoſuiſſet, ſe in orationem effudit, & dignam Deo ſatisfactionem tàm pro ſuis negligentiis, quàm & pro filij incommoditatibus in promptu exibens; confeſſionis ſuæ veniam implorabat. Hoc feruentius orationum puritate flagitans, quatenus ſanctus Romanus vnigenitum illius, gemina ſaucietate dehoneſtatum, ſub ipſius momentaneo horæ ſpatio, vigori donaret temporaneo: & quem longa eatenus hebetauerat ægrimonia, redintegratio reſtitueret cœlitùs ſalutariter impenſa. Hac igitur deprecationum iugitate expenſa, exauditionis diuinitùs obtinuit effectum, & confeſtim ſancti Romani annuentibus meritis, audiendi recuperata ſunt ei officia, & greſſuum eneruitate procul remota, perpetim progreſſionem acquiſiuit ante denegatam. Sic vtér-

quæ ſuæ retributionem humilitatis promeriti, in ſua redière ab omni noxietate liberrimi.

Clauda greſſum recuperat, puer & aliæ duæ fœminæ ſanantur.

CAPVT XVI.

EOdem feré ſub tempore, venit altera mulier nomine Linatia de pago [1] Tornodorenſi, quæ pridem de concepto pueri fœtu ſatis abundantérque deſudans, in ipſa partus effuſione, maximam incurrit infirmationis iniuriam. Cúmque ſeptennis huius pateretur cruciaminis difficultatem, vtrorumque femorum ſtupentibus neruis, ita tandem claudicans effecta eſt: vt etiam ſuræ crurium natibus inhærerent. Taliter vero prolixiori grauata incommodo, viandi tramitem penitus amiſit. Vniuersámque ſubſtantiam ſub obtentu medicaminis, præ rigore grauiſſimæ ægritudinis, in medicinæ operam erogauit: quam nullis vſibus, nullíſque cómodis ſibi didicit profuturam. Tantæ igitur inquietudinis oneri ſuccumbens, diebus pariter ac noctibus, cum iam deſtructione ſolita cæpiſſet imminui; nouiſſimè parentes illius eius diuturnæ compaſſi grauitati; cæperunt comminici, qualiter cum illa varios vſquequaque circuirent ſanctorum titulos. Denique aſino ſtramenta ſuperponentes, eam deſuper impoſuerunt, atque viciſſim ſuſtentantes, plurima pagi Senonici luſtrauêre cœnobia: ſed nequaquam ſunt adepti ſanitatis præmia, cum multa ſanctorum popoſcerint ſuffragia. Cúmque nulla iam conualeſcendi de ea ſpes haberetur, ſed & cum inflicto infirmitatis contagio, ad domum propriam remearet, à comeantibus ad vltimum, bonam virtutum beati Romani hauſit opinionem, quòd videlicet nonnullis quorum fides exigebat, innumera conferret ſanitatis compendia. De hinc, marito ſuo cum cognatis ſupplicat, vt eam cita deliberatione, in eius accelerarent ſiſtere præſentia. Cuius petitioni ſtatim annuentes, hoc implendi operam adhibuerunt. At vbi

[1] *Tornodorū.*

appropia

appropiauerunt ad villam quæ dicitur [2] Gerillas, cæperunt membra illius inuicem diſrumpendo contorqueri. Paulatímque vigore reſumpto, iam diu feſſa corporis membra vt prouoluit ſe ante altare,viſa ſunt perfectius in pleno vigere robore. Sícque erectionis ſuæ gaudium adepta, venerabilliſſimum Dei virum laudibus extulit indefeſſis; cuius opitulamine, tàm præoptabili fuerat recreata munere. Sed & quidam puer Magenerius dictus, laborioſo febrium æſtuans typho, bis quaternorum menſium iam expenſo curriculo,vbi venit in præſentiam eius, ſine mora obtentum meruit emolumenti & ſalutis optatæ: redditus eſt gaudio, qui eatenus quartano laborauerat incommodo. Mulier quoque quædam S. Remigij, vno erat penitus diſſoluta brachio, inremediabili vſque adeo vulnere cruentato. Magis ac magis igitur inualeſcente morbo, cùm iam ſibi viſum eſſet, quod operandi perpetim priuaretur officio, quadam die plebeis adiuncta cateruis quæ viri ſanctiſſimi Romani templum more adibant ſolito,varia conſecuturi ſanitatis beneficia: mox vt proſtrata eſt ſolo oratorij, quæ venerat illò cum fidei deuotione, redditur gratulabunda de ſua reſtitutione. Altera etiam diutiſſimè fatigata renum multifaria diſſolutione, poſtquam prædictum eſt aggreſſa patronum; quæ per multa ſe nequiuerat erigere temporum interualla, ſanitatis ſubitò conceſſæ obtinuit remedia.

[2] *Gerille villa.*

Claudus curatur,& lumen diuinitus ad corpus B. Romani accenditur.

CAPVT. XVII.

NOſtris factum temporibus conſtat miraculi decus, quod Romanus promeruit à Chriſto ſuis meritis. Rei fuit neceſſitas pro raptorum iniuria, qui tollunt res monaſticas, propter ſui ſuperbiam, vt ſancti corpus ſplendidum deferretur vehiculo, in villam [1] Pontus nomine ſuper [2] Igaunæ fluuium, qui dat paſcui copiam, his qui veſcuntur ſapidam. [3] Abbas

[1] *Pontus villa.*
[2] *Igaunæ fluuius.*
[3] *Abbas Vvinemanus Valliciſis.*

Digitized by Google

Vuinemannus erat ipsius monasterij Pater, vir venerabilis, qui officinas plurimas construxit sat egregias, ad habitandum monachis,qui seruiunt Remigio, Antistiti præcipuo. Hic in sancti præsentia excubabat, vigilias persoluendo sollicitus, cum cæteris tunc fratribus, qui vigilabant propius, Romanum decus patriæ, rogantes pio pectore. Iacebat in ipsa domo,quidam pauper homuncio : contractus ipse genibus, super terram reptando & manibus. Alboinus de nomine ciuis ipsius villulæ, cuius erat hospitium, quod tenebat sanctissimum Romani patris feretrum. Cum solis sydus radios,emenso cæli spatio,sub terris flammas poneret, vt noctem terris reuehat , quam mane facto dissipat. Ille pauper accelerat sancti tangere capsulam, quam dùm manu fideliter, fide plena contingeret , paulatim cæpit surgere, neruorum se cæperunt lenitèr erigere chordæ , & genua tremere. bases plantarum cæperunt stare solidæ, sanguis per talos defluit, dum virtus redit corpori voces emittit stupidas ; horrendum altè resonat. His excitati vocibus qui dormiebant grauius, ora rigabant lachrymis, tundentes pectus digittis , læti facti miraculo , tripudiantes gaudio. Imperat Abbas Vuinemannus manu vt ora comprimant,sed potius silentio grates reddant altissimo , qui debilem consolidat Romani sub præsentia.Fortè lumen extinctum fuerat , quod in laterna positum ardebat ante feretrum.* Omnes clamore stupidi,lumen requirunt pauidi , vt clarescceret oculis, quod contigerat hospiti. Vnus minister affuit extinctum lumen baiulat , vt ante sanctum perferat scintillam clari luminis, quod casu fortè defuit. Sed dum pergit velocius , pars quædam quam reliquerat candelæ lumen occupat ; succensáque diuinitùs lumen præbet fidelibus. Plantis vident consistere qui iacebat in stramine , & recto gressu vadere qui se per terram penitus,solitus erat trahere.Vir vero nobilis prosapiæ 4Rainardus nomine,vrbis Comes Senonicæ,huic miraculo interfuit omnimodo. Hæc ciuitas antiquitus caput extitit vrbium , quas Galli ciues incolunt , qui quondam Brenno principe,sedem vrbis Romuleæ cœperunt

In hoc capite Author scripsit Rithmitice.

4. Raynardus Comes Senonensis.

perunt forti pectore. Armis accincti gallicis trecenta fere millia, vrbem cepêre nobilem, aurum tollentes remeant, totam penè deleuerant, orbis terrarum Dominam, nisi Anser à gutture, conclamasset altissimè. Custodes Capitolij, euigilati Anseris clamore, surgunt conciti, auro repellunt Senones, quos ferro duces nequeunt, Orosius Hystoricus & Iordanis.

Episcopus.
Et alij quam plurimi,
Hoc in suis historiis,
Narrauerunt veridicis:
Quas te moneo legere,
Si vis hæc plenè discere.
Tunc videbis hunc Rithmicum
Veri dixisse paululum,
De Magna vrbe Senonum.
Sub cuius altis mœnibus
Iacet corpus Sanctissimum,
Romani Patris conditum,
De quo dicetur amplius
Quod dictauerit calamus.
Cordis depinget digitus.

Dæmoniaca sanatur.

CAPVT XVIII.

IN Vvastinensi opidulo, mulier quædam pessimo est peruersa Dæmonio, quæ sæuis stridens dentibus & ore frendens acrius alternis vadit saltibus, vt cernas diabolicum monstrum Dæmonis pessimum. Mille voces à gutture emittit Dæmon pessimus, vt Taurus mugit, vt leo clamat validè, vt Porcus grunit strudulè, vt Asinus rudit horrificè. Ferreis nexa mulier vinculis, & duris stricta manicis, & loris ligata corij, sparso crine muliebri vi parentum attrahitur; repugnans toruis vultibus, ne ducatur ad tumulum sancti

Romani

Romani lucidum, miraculis egregium. Quo ſpes ſalutis redditur, ſanitas & reuertitur, vbi Dæmones procul fugiunt, dum Romanum ſanctum metuunt, ac Chriſto iubente trepidant ne trudantur in tartara, digni morte perpetua. Erat tunc Abbas ſapiens orator & Rethoricus, doctus & liberalibus diſciplinis in omnibus [1] Rainulfus, vir egregius: qui ſancti tunc Remigij regebat monaſterium. Dæmonium verò ſæuum, vt ingreſſum eſt oratorium, ſæuire cœpit. Romani vero vino brachium lauatur beatiſſimum. Vinum vero ori mulieris infunditur Domni Abbatis manibus, ac vix per meatus intrauerat, in venáſque ſe diffuderat vis vini, quod cœpit pugnare cum Dæmone, vtpotè ſacratum ſancti contactu corporis. Sic in vno corpuſculo contraria pugnant duo: vinum quod cor lætificat, Dæmon qui corpus poſſeſſæ agitat. At vicit vinum bibitum, Dæmonis monſtrum peſſimum. Et ſancti Romani precibus, cum riuo tetri ſanguinis diabolus excluditur & exit. Mulier poſtea terræ decubat ac ſi ſit mortua, ante aram Pontificis ac Francorum Præſulis Remigij, adeo vt diceres illam cum ſanguine vitam fudiſſe miſerè. Exclamant itaque qui aderant omnes, inter quos vir eius flens & eiulans aiebat. Quid fiet Domne Abba? vxor mea viuens in corpore venit; at mortiferæ nunc ſubiacet neci, vitam amiſit, perdidit. Aduximus eam incitati fama Romani Patris veſtri præcipui, confidentes ipſam ſanitati eſſe reſtituendam. Heu vero nunc ſpem noſtram vacui perdidimus, & labor noſter omnis diſperiit. Melius nobis fuerat vt viuens nobiſcum viueret, ac cibos ore caperet, quàm vitam tàm horribili amitteret morte. Abbas verò piis cum lachrymis ac de Romani beati confiſus meritis fiduciam habens Dei; hæc ſalubriter reſpondit. Deſinant fletus & lachrymæ, non mulier ſomno mortis tegitur, ſed laſſa membris recubat, mortis ſoporis neſcia. Hoſtis mundi hæreditatem perdidit ſuperbiens, filij quam hominum nunc poſſident: ac ob id ex inuidia dum hoc manebit ſeculum, erit inter illum & genus humanum diſſidium continuum. Nil noui vobis præſentibus agit antiquus hoſtis. Hæc

1 Rainulfus Abbas, Vallilienſis.

locutus

locutus fusis super faciem lachrimis Rainulfus Abbas humilis; iterum vinum brachio sancti Romani sacratum, infundit labiis mulieris; quod vt glutiuit, surgit lento conamine fœmina de pauimento, & gratiã Deo
" ac Sancto agens Romano, dicebat. Benè venisti Pater
" Itale, Gallicanam nostram prouinciam digniſſimè iuuisere. Sicque soluta à cathenis Diaboli, læta remeauit ad sua, plenis gradiens incessibus.

Curuus erigitur.

CAPVT XIX.

QVidam adolescentulus ambobus genibus curuus, ac more quadrupedis per terram cubitis reptans, adeo vt cœlum aspicere nequiret. Nam animalis omne genus terram respicit penitus, est semper ventri seruiens, herbam mandendo ruminans; vnde sumpsit originem, ibi tendit ingluuiem. Cum Deus de homine quem similem sibi fecit, iusserit oculis sydera eum cernere, mirari cœli culmina, atque quos Sol sedulò peragrat circulos intelligere. Ille ergo iuuenculus Teudo nomine, mœstus animo; rogabat Deum assiduè vt S. Romani merito, gressus reciperet vsum, ac rectum sineret. Omnipotens incedere: quem plasmauerat de puluere. Quadam ergo dierum, ita rogans vt potuit, reptando incedebat contra vitream basilicæ S. Romani qua lumen intus radiabat, & dum se seruum sancti Romani forè profiteretur, si incedendi beneficium ipso annuente assequeretur, cœpit mox extra basilicam vt erat constitutus, à beato Romano qui intus erat exaudiri. Nam statim eius se profuderunt nerui, & genua extendit fuso sanguine liquido ad talos vsque, atque nerui dato sonitu, vt cum ossa valida manu viri alicuius fortis franguntur, concrepuerunt, & rectus puer stetit. Fit concursus & strepitus ad sonitum, clamor ad cœlum tollitur, & laudatur altissimus Christus Tonans in nubibus. Romanúsque miraculis clarus habetur, publicis verisque patulus indiciis. Sic sancti in seruitio Romani Teudo mansit,

& dum

& dum vixit in corpore, ſeruiuit ſemper optimè, ſponſionis non immemor ſuæ, quam fecerat in atrio Eccleſiæ.

Talia Romani pro meritis
Chriſtus donat Senonicis,
Vt recolant aſſiduè
Quanto fruantur munere.
Nam Gemmam cœli poſſident
Dum penes ſe hunc retinent,
Quem protulit Italia.
Seruátque modo Gallia.

Explicit Hiſtoria Vitæ & Miraculorum S. Romani Abbatis.

Lectori pio, Ioannes à Boſco. S.

Summi beneficij loco à Deo mihi præſtitum eſſe exiſtimo: poſt tot ſecula, ignotas mundo virtutes B. Romani, inuentis Giſleberti duobus his libris, propalare. In gratitudinem eius erga Patrem noſtrum Benedictum olim exibiti religioſi officij: cuius ſemper altius meo inſedit pectori recordatio.

MEDAR

Digitized by Google

MEDARDICA E LATEBRIS BIBLIOTHECÆ FLORIACENSIS nunc Primum in Lucem edu-cta, Opera Ioannis A Bosco Cælestini.

Ad Aloysiam Lotharingiam.

Aloysiæ Lotharingiæ Heroïdi, Sacræ ΠΑΡΘΕΝΩ, ac Regalis Diuæ Matris Dei apud Suessiones Parthenones Antistæ Religiosissimæ: Æterni Sponsi sui Basia & Amplexus.

VT non insuetum est Principibus, in suis pinotecis vnius eiusdémque Heroïs, à variis Sculptoribus pictoribusue diuersas statuas & effigies sculptas pictásque habere: ita nec cuipiam mirum debet videri, quod effigiem B. Medardi Antistitis iam à Surio & Baronio expressam, alia manu atque vario penicillo multis retro seculis natiuè exaratam, tuo (Heroïna Sacratissima) cimeliarcho inferam. Nam quomodo diuersa hominum ingenia differentésque sunt ipsorum artes, sic & non eadem sunt cunctorum opera. Vnus quippe ora tantum, alter oculos solos, alius vero nonnumquam ora moresque simul delineat, adeo vt lepidum iucundum gratúmque, sit diuersorum artificum, circa idem subiectum luxuriantem ac ludentem varietatem intueri. At cur potius Medardi tabulam quam cuiuslibet alterius, tuis, virgineis obtutibus aspiciendam obiicio? Quod Princeps cum sis Amplissimæ partis oppidi Suessionici, iurè ac merito

Digitized by Google

merito hunc colere debes: qui Sueſſionẽſes, ſacris ſuis ditat reliquiis, fouet & tuetur præſidiis, illuſtrat miraculis ac regij ſui Mauſolei vt antiquo ita artificiali tymbo, nobilitat atque venuſtat. Adde quod in ipſius effigie, quia miram humilitatis ac manſuetudinis cum eleemoſynarum profuſa largitate venuſtatem conſpicio, non inuria tibi hanc dono. Tibi inquam, in qua omnes hæ virtutes arce locata ſtatutóque præſidio, cunctis ſupereminent viuis virginibus. Nam & ſi lituum geras: geris non vt faſtu turgeſcas, at vt vitia litures, morúmque præter quaſlibet ſanctimonia præluceas, vt incredibilem in tanta & poteſtatis & ſanguinis dignitate modeſtiam ac ſubmiſſionem animi, ipſi tuo ſponſo Cœleſti lites. Et dum in hunc modum, pluſquam muliebriter cuncta inferiora calcas, tibi, tuis imparibus pietatis operibus, floridam & immarceſſibilem vitæ & viroris perpetui, coronam paris ac paras, Quæ non tantum caras tibi Sueſſionicas illuſtret aras, verum orbi & poſteris non te præſſe cupiuiſſe ſed prodeſſe, non præfici ſed perfici, facilè indicet: Dum quod immundus tibi obtulit offertque mundus, id omne Eccleſiis, pauperibus, religioſiſue viris, ſpontanea ac ampla liberalitate offers. Non hic te pingo Hercïna. Sed ſolum tua meditor merita, quæ vt mundum ſibi obſtrictum tenent, ſic etiam humanitate ſua, noſtræ Cœleſtinæ Congregationis Humanitatẽ, cùm priuatim erga aliquos ipſius alumnos, tùm publicè erga cuncta ipſius Archiſteria dum adfuit facultas, numquã vinculis charitatis & largitatis deuinciendi, defuit voluntas Quo nomine, nos omnes qui cæleſti ornamur titulo, & tibi plurimum debere vt fatemur, ita quippiam, licet virtutibus ac in nos tuis meritis impar, reddere geſtimus & ſatagimus. Ego vero omnium maximè: qui Magnete tuo attractus, & ſi à te muſquam quouiſmodo viſus, te in interiori homine video, intueor, contemplor, frequenter, cotidie, ſemper. Vale.

Lugd. Galliarum Id. Septemb. 1605.

Digitized by Google

FORTVNATI PRESBYTERI DE VITA S. MEDARDI PONTIFICIS.

liber Vnicus.

PRÆFATIO.

Licet apud Surium Vitæ S. Medardi legatur, non tamen est ipsamet quam hic adferimus,

Sancti Medardi episcopi & Confessoris vitam, ea proculdubio causa imminet vt scribam; ne si acceptum terræ infodero talentum, ad iracundiam ipsum talenti prouocem Dominum. Seruus enim ille nequam, formidolosam præ tedio animi sententiam excepit; quia miles seruatum amittens depositum, debitum suæ incurrit supplicium desidiæ. Sic enim veritas ait. *Auferte ab illo talentum, & proiicite eum in tenebras exteriores.* Quapropter perspecto eorum exemplo, qui Dominica voce, pro geminato laudantur negotio; beati Medardi aggredior vitam illustrare, notitiæque tradita continuatim vniuersa illius præconia perstringere. Quod vt possim, ad illum spem erigo qui dixit. *Aperi os tuum, & ego adimplebo illud.* Hunc præducem cooperatorem & operis auctorem inuoco, quatenus per Spiritum suum mihi dicenda suggerens; munera, det linguæ, qui dat in munere linguas. *Matth. 25. 28.*

S. Medardi progenies atque ortus.

CAPVT I.

INter ortodoxos sanctæ Ecclesiæ viros, quos peculiares Catholica fides amplectitur patronos; beatus Medardus Nobilis quidem genere, sed nobilior per

Digitized by Google

1 Nectardus Pater S. Medardi princeps & Protagia eius vxor.

omnia claruit sanctitate. Pater eius nomine[1] Medardus, sublimi Francorum sanguine extitit generosus, & Protagia mater dicta; egregiis natalibus, vitæ & morum resplenduit sanctimonia. Vtriúsque tamen origine & habitatione, Veromandense constat territorium insigne: quo & ambo tunc carnale agebant matrimonium, sed cœleste nullatenus intermittebant propositum. Factum est ergo vt diuinitùs susciperent filium, cui vocabulum imposuerunt Medardum; ad medendum contritis corde, superna ex matris vtero sanctificatum prouisione.

S. Medardus à pueritia misericors & abstemius fuit.

CAPVT II.

HIc itaque Venerabilis puer, nil puerile à primis annis in opere gessit; quin potius amoris intimi facibus inardescens, ad cœlestia anhelare per continuum cœpit desiderium. Sed cum bonis omnibus polleret, præcipuè tamen circa pauperes misericordiæ affluebat visceribus; totum se quibusdam per actus exhibitionem inferens, neminem vero per mentis compassionem relinquens. Nam in pascuis pecorum ex antiqua consuetudine occupatus; inopum semper memor & debilium erat: quos etiam si vidisset, diligenter cibo quem ad horam percipiebat, refouere satagebat. Ipse autem sua contentus parsimonia, crebra ieiunia teneris inferebat membris; ne innocentis animus, vitio gastrimargiæ aliquo modo posset subesse.

Opus eximiæ misericordiæ, S. Medardus adhuc puer exercet.

CAPVT III.

QVa autem diligentia, constitutis in angustia subuenerit; subsequens sermo declarabit. Per idem námque temporis, patriis equis custodiendis curam agebat in pratis. Ecce autem oubuium habuit hominem

nem ignotum, adhuc peregrè in longinquam regionem abiturum; iámque laſceſſentem, nec vltra præ caſus amaritudine progredi valentem. Equo enim cui inſederat extincto, omnia ipſius falera impoſuerat tergo; ignorans quonam ſibi pacto conſuleret, qui penitus ſolatio vitæ deſtitutus fuiſſet. Quid plura? Euocato homine ſollicitè puer de eius requiſiuit conditione, cauſáſque percunctatus infortunij; maturatò omnem rei geſtæ effectum comperit. Sed vt in afflictione proximi crucem oſtenderet mentis, vnum ex pluribus equum ſumens, illi protinus ad itineris contulit leuamen. Et quia conſolandum ſuſceperat peditem, inde ſecurum diſcedere fecit equitem; ne de negotio ambigeret facti, cum ſe incunctanter authorem haberet dati.

Mira circa S. Medardum adhuc puerum, effecit Deus

CAPVT IIII.

TVnc verò immenſitas pluuiæ collectis eruperat nubibus in aëre, idémque puer metuens ætati, patulæ ſeceſſum expetierat arboris. Ibi eum Aquila, ab illa aquarum effuſione tam diligenti fouebat latebra: vt expanſis alarum remigiis, ei vtrobíque fieret, ac ſi ſuper ducti tuitio tegiminis. Nam nec cincinni capitis rore madebant, nec veſtimenta aliqua pluuiæ aſpergine ſqualebant; ne dum teneros artus aliquis vel paruiſſimi ſtillicidij inficeret fluxus. Quo viſo, ſeruus hora prandij ad accerſiendum eum directus; poſtquam admonuit de reditu, & ille reſtitit in conſenſu, illico ad domum rediit, patríque iuxta fidem facti, viſa & audita retulit. At ille cum ſuorum manu ad cœleſte properans ſpectaculum, tandem ad eundem vbi diuina gerebantur myſteria deuenit locum, & quod relatû didicerat ſerui, certo viſus experimento animaduertit. Interea dum milites equos recenſerent, equúm que vnum abeſſe quærerent, blanditiis agebant puerum, vt facti conſcium ſuum íllis proderet animum. Qui quod fecit, confiteri non eru-

buit. Illis autem importunè insistentibus, & equos iterum iterúmque regirantibus; subito eorum summàm redintegratam, & in pristinum statum mirum in modum inuenerunt restauratam. Tunc genitor sancto nati gauisus successu, eum omnium suorum constituit heredem bonorum;& ille sacrificium quod cœperat boni operis, vsque ad finem debitæ perduxit actionis.

Miraculo ingenti, S. Medardus puer dissidentes conciliat.

CAPVT V.

DIebus quoque illis,de cuiusdã agri confinio;controuersia inter propinquos illius exorta est. Quibus statuta die conuenientibus, vt communem super hoc sententiam perferrent; contigit & beatum Medardum rixantibus inter esse, iugum adhuc disciplinæ sub tutoribus ferentem & actoribus. Cumque disceptarent alternatim,& iam furor iráque mentem præcipitaret; ille lapidi pedem superposuit, qui eiusdem agri diuisor esse videbatur. Commotam ergo turbam, dicto citius ab illa cópescens seditione; titulum hunc, » inquit, horùm iugerum limitem esse noueritis & con- » finium. Nec mora, in illo lapide durissimo, puerilis planta mirabiliter expressa apparuit;ac si pes tenerrimus,recenti luto recenter impressus fuisset. Quod nimirum sacratissimi pedis stigma, hodietenus etiam subtili signatum scemate, in eadem apparet scilice; quæ in dedicato cryptæ posita loco, apta supplicum veneratur frequentia.Diuinum itaque miraculum,incrementum pacis & concordiæ fomitem ministrauit; sícque seditiosi homines, in sua pacificè cum gratiarum redierunt actione. Factus vero iam adolescens, cùm in Veromandensi vrbe per accessum temporis ad scholas recurreret, cæcum die quadam in itinere habuit obuium,præter cætera miseriarum, squalentibus pannis obsitum. Casullam igitur quæ per eum à matre dirigebatur artifici, egeno illi misericordia motus tribuit:

tribuit: eúmque vestiuit in paupere, qui sua pauperrate, nostram repulit pauperiem. Considerabat enim quodam Diuinitatis radio, se in huiusmodi oblatione posse placere Deo, perfectum vtique imitatus virum, qui clamidis suæ dimidio cathecuminus induit Christum.

Prædicit S. Medardus, beatum Eleutherium forè Pontificem.

CAPVT. VI.

PRophetiæ vero spiritu plenus, ventura nonnumquam prospiciebat ac si presentia, & foris præsagiebat de futuris, quod ei intus vnctio reuelabat spiritus. Inter scholares nãque alas positus; Eleutherium comparem suum, post triginta annorum curricula futurum præuidit Dei pontificem; & cum sena vitæ lustra impleret, fidelium ouium curam, & animarum prædixit feliciter susceptorum gubernacula. Qui scilicet Eleutherius, postquam in virile migrauit robur, diuina negotia publica actione administrauit, Pontificatus in ecclesia culmen, & in priuatis Comitiuam honoribus exercuit. Nam tricesimo ætatis suæ anno in Tornaco ciuitate, ad pastorale promotus est decus; vt quod prædictum fuerat adolescentis merito, diuino impletum oraculo probaretur.

1. *Eleutherius Pontifex Tornacensis.*

S. Medardus efficitur Sacerdos, & latronem diuinitùs in propria constringit vinea.

CAPVT VII.

IN flore autem iuuentutis, maiora beatus Medardus emulatus est charismata sanctitatis; cuius voluntas in lege Domini erat, in qua die ac nocte vt præciosum proferret fructum, sedula meditabatur instantia. Sed quia non potest abscondi ciuitas supra montem posita, continuo longè latèque bonitatis enituit fama, vt quis in occultis esset, postmodum visibus humanis

manis luce clarius innoteſceret. Cum enim in factis ſuis ſemper ſecretum optaret, quatenus percepta bona intra conſcientiam tegeret, diuina tamen diſpenſatione prodiit in publicum, quod multorum parabatur vtilitati profuturum. Ergo dum templorũ crebrò oracula inuiſeret & Eccleſiaſticis plurimum eruditionibus aſſueſceret, omnium clericorum amore exceptus, charitate ſimul & beneuolentia eſt habitus. Nec fidei eius meritum, Veromandenſium vrbis latuit Epiſcopum, cuius iam nomen, apud cunctos celebrem obtinuerat in diuina ſeruitute arcem. Quem ille ad potiora temptans impellere, ſacris eum deliberauit ordinibus imbuere, & arctius ſalubri vinciri miniſterio, cui ſe aptabat diurno ſanctificationis emolumento. Vnde præcurrentibus ſingulis gradibus, nec multo: poſt ad Sacerdotij eſt dignitatem prouocatus ſed dilationem meruit, vt ad ſuſcipiendum tanti myſterij archanum, hoſpitium præpararet mentis. Ac primo anno conuerſus habitu, ſe ſpectabilẽ in omnibus ſuis exibuit operibus. Erat enim frugalitate laudabilis, cũctis obedientiæ bono imitabilis dapſilis in pauperum recreatione, omnium infimus ſui cõſideratione, nec proſperis cedens, nec aduerſis vllis aliquo modo ſuccũbens. Et quoniam quicquid aduersũ eſt horruit & quicquid pretioſum eſt elegit, ſanctæ conuerſationis tramitem, & ſurgentem dextro conſcendit limite callem. Excepto autem dilationis tempore, Presbyterij ſolemniter ſublimatus eſt honore, & Sacerdos effectus altiſſimi, obtulit illi incenſum dignum in odorem ſuauitatis. Cum ergo omnem in clero gratiam tranſcenderet, cunctóſque agilitate boni operis anteiret in eodem officio, reliquo poſtea vixit deuotius æuo. Exinde, tamquam Chriſti alumnus, multis ſe euidenter cæpit exercere virtutibus, quarum in eo plena erat efficacia, veluti ſubſequentia explicant miracula. Autumni vero tempore, larga vindemiæ prouenerat vbertas, iámque maturitate dulcorati, per congruam aëris temperiem botri intumeſcebant. Intempeſta ergo nocte, vineam eius temerè latro aggreſſus eſt; cuius clauſtra irrumpens, ferro

Gradus Eccleſiaſtici.

ferro succisas raptim colligebat vuas. Sed quia alienam appetiit prædam, ipse magis prædæ mutato iure patuit, gustúmque habere non meruit de furto, cuius conscientia sacrilegij polluebatur macula. Ad rapinam quoque morsibus inhians, irrita vota diu continuit ab appetitu, sed & quod peruaserat, nec amittere nec auferre vllatenus fas habebat. Attamen prædictum prædonem eo vsque seruauit præda, donec vir sanctus præsago spiritu, primo accurrens diluculo, miserum illum miserabiliter intra patentia septa, deprehendit inclusum. Hinc vuas propria manu discerpens, latroni copiosiori benedictione obtulit, eúmque sceleris arguens, peruium redeundi aditum miseratus indulsit.

Apes, S. Medardum de fure vindicant.

CAPVT VIII.

ALius quoque eodem callidus argumento, beati viri domum nocturno infregit silentio,& custodibus profundo sopore demersis;liquido melle stipata cum apibus canistra subuexit. Iámque procul abierat omnísque res penè in tuto posita erat: & ecce alueariis suis effusæ,impetum fecerunt in hostem quasi cum indignatione. In eius itaque irruentes faciem, liuidam eam penitus reddiderunt & tumentem, atque perinflictionem diri vulneris acerrimis totum corpus aculeorum debilitauerunt spiculis. Sed ille in tantis constitutus angustiis, concitus ad sanctum Dei iter reflexit, & quod fraudauerat, apum violentia restituens, dum veniam expetiit pro reatu, pij Sacerdotis clementiam emeruit. Neque enim pœnitenti illi vel paululum supplicij intorquere debuit, cui ad pœnam sufficere poterat sæua vltio,qua torquebeatur vltricis prædæ.

* * *

Sonitu tintinnabuli, iuuencum S. Medardus recuperat.

CAPVT IX.

SEcus beati viri domum, quidam aliquando viator iter faciens, poſtquam clanculum eius rapuit iuuencum, hiatum tintinnabuli quod colo geſtabat, immiſſo gramine obſtruxit. Sed cum de fortuita ſibi fælicitate applauderet, & ſecurus timoris, ſe euaſiſſe periculum gauderet criminis. De ingeminato ſæpius ferri obſtipuit ſtrepitu, cui etiam ſteterunt comæ, & vox faucibus hæſit. Hoc autem terrore confuſus, in diuerſas animum partes verſabat: ſed ad compeſcendum frequentem tinnitum, nullum callidus hoſtis argumentum reperire potuit. Quo enim magis obſtruebatur, eo amplius ſpecies inanimata, crebriores emittebat ſonitus, quouſque latro, inuitus ſancto reſtituit prædam; & ab eo mercede pro culpa ſibi imputata diſceſſit hilarior. Ferrea vero materies, poſtea nullum niſi ventilata edidit ſonum, & in ſua perſtitit natura, quæ mutato iure vim intulerat naturæ.

Prædones oratione ſiſtit, ac de in liberat B. Medardus.

CAPVT X.

PRoceſſu denique temporis, in procinctum directa Francorum acies Chlotarij Regis, cum manu valida iam fluuium cui vocabulum [1] Summa preterlegerat. Itaque cum peruenisſet exercitus inter [2] Iſaram fluuium, & vrbem [3] Nouiomagum: ſpolia diripientes, prædámque agentes, cæleſtis mox ſententia proſecuta eſt. Nam animalia quæ illorum vehebant onera, aut carpentis trahebant; repentè vti immobilia diriguerunt ſaxa, sîcque veſtigia fixerunt ſolo; vt per triduum ab eodem non poſſent dimoueri loco. Turbati vero omnes & mente conſternati, ad hominem Dei qui tunc [4] Sallentiæ commorabatur, in ſpiritu conuenerunt humilitatis: indicatóque quod acciderat, abſolutionem

1. *Summa fluuius.*

2. *Iſara fluuius.*

3. *Nouiomagus Ciuitas.*

4. *Sallentia.*

Digitized by Google

lutionem ab eo supplicibus animis exposcebant. Quibus ille redeundi facultatem in hoc cum præmissa donauit oratione, quatenus nihil secum tollerent de immensa illa totius prædæ vniuersitate. Qui deponentes sarcinas, omniáque deferentes pecora & armenta: à beato viro discesserunt cum gaudio, officio liberè gradiendi animalibus reddito.

S. Medardus Euergumenum liberat.

CAPVT XI.

SI quando vero subulci, sues eiusdem agerent in glandem, quoties furtim subducebantur, toties ad proprium reuertebantur Dominum. Nam nullo præduce, ad beatum virum de longinqua terrarum repedabant intercapedine. Sed & quidam Tosio nomine, graui Dæmonum agebatur infestatione, quem vir Domini expresso Crucis signaculo, ab ipso spiritualis nequitiæ eruit periculo. Qui ergo ista potuit, profecto ad maiora horum efficax extitit, vt illis cita per eum adesset medicina, quos corpora lis quoquomodo conficiebat molestia.

S. Medardus fit Episcopus.

CAPVT XII.

IGitur paulatim & per incrementum temporis, in seruo Domini gratia proficiebat benedictionis: quoniam quem Deus in magno mentis tenebat culmine, per rumigerulos etiam fauores, beneficiorum suorum dilatabat magnitudine. Diuina enim prouidentia suo illo occulto iudicio disponebat, vt talem in ecclesiasticæ agro culturæ constitueret agricolam, per quem benè culta seges, lolij & Zizaniorum nil haberet. Quæ si quando insolescerent, ille ligóne verbi excoleret; & dum euelleret vitia, cordibus fidelium diuersa virtutum insereret germina. Interea contigit quod Præsul vrbis Veromandensium, de tumulenta

huius seculi voragine, fæliciter migrauit ad cælum: Quo carne soluto, de Pontifice subrogando facta est vniuersalis populi acclamatio, ne sancta ecclesia diu rectore destituta, dum repaciũ luporum incurreret rictus; magis ac magis, à iustitiæ diuerteret profectibus. Tunc beatus Medardus omnium electus vnanimitate, diuino dignus iudicabatur ministerio esse; qui non tantum ab excelsis gradibus acciperet honoris, quantum illis ex sua magnificentia adderet decoris. Tandem in sublimen eleuatus cathedram, & ad pontificalem gaudente populo sublimatus excellentiam, ad munimen totius sanctimoniæ, ecclesiasticum regimen in paterna suscepit administratione. [1] Sed huius ordinationis caput beatus Remigius extitit Remorum Archiepiscopus; qui beatum Medardum sanctificationis perungens oleo, super gregem Christi pastorem instituit cooperante spiritu sancto.

1 S. Medardus in Episcopum à S. Remigio vnctus.

S. Medardus beatæ Radegundi velum tradit.

CAPVT XIII.

APostolica itaque cõsecratus benedictione, sollitus præfuit & profuit creditis ouibus; factúsque sal vitæ æternæ, pectora fidelium sapore condiuit. Siquidem piis in sancta religione proficientibus, numero diebus illis & merito Christianus exultabat populus: quia quosdam infflicto terrore virga præmebat, alios vero blanda verborum gratia demulcebat. Illos ab illicitis retrahebat asperitas, istos in pietatis proposito detinebat lenitas, dum ille ita disciplinam foris exageraret per increpationem; vt tamen intus dulcedinem seruaret per charitatem. In rationali enim iudicij, duo ferebat præcepta, doctrinæ scilicet ac veritatis: quatenus incẽtores malorum doctrinæ feriens spiculo, ad veritatem quæ in Christo est, iustæ emulationis perduceret zelo. Inter multos autẽ quos Christo lucratus est, triumphalis sanctissimæ Radegundis palma emicat; quæ terreno iuncta Principi, non poterat ab eius diuelli amore, cum quo iam fuerat deui-

cta

ẽta charitate. Hinc mundanis cupiens eximi, ſanctarum virginum inhiabat adipiſci contubernium, vt luculento earum exemplo, fragilem ſexum & illæcebroſum vinceret ſæculum. Cúmque hac de cauſa beatum virum conueniſſet, & ille voluntati eius legalibus inſtitutis contradiceret: ab ea audiuit, quod perdita ouis de manu requireretur paſtoris. Quo fulmine percuſſus,[1] conſecratum illico velum capiti impoſuit, ſanctæ profeſſionis primitiis initiauit, quæque ſequenda forent, quæque euitanda, viciſſim, edocuit.

1 S. Radegundis Regina efficitur Monialis.

S. Medardus ægrotat.

CAPVT XIIII.

HIc itaque ſi lictor eum ſtricto appetiiſſet gladio, libenter ac promptè animam dediſſet pro Chriſto: nec momentaneam abhorruiſſet paſſionem, qui ſecularem nullatenus expauerat poteſtatem. Hoc enim optauit ſemper, vt ſanguinis ſui mereretur ablui effuſione, niſi quod percuſſor corporis defuit. Nam martyrium Confeſſor impleuit. Sed iſtud perpeſſus in occulto, Diaboli tentationem iugi ſuſtinuit prælio; vt quem conſenſu non raperet, ſaltem ſibi delectationis ſtimulo ſubiicere poſſet. Ille autem in agonia ſpiritualis conſtitutus militiæ, conſtanter vt bonus athleta, ne vinceretur ſtudebat vincere; nihílque hic ambiebat, quod eum aliquo modo ad prædeſtinatam impediret coronam. Factum eſt ergo, quò triumphum gloriæ de hoſte caperet ſuperato, & ad regem ſuum cum palma perueniret victoriæ, qui numquam in eius prælio nouit terga vertere. Nam ter quinnis annorum curriculis, Pontificatus ſui officium fœliciter adminiſtrauit. Sícque corporali percuſſus moleſtia; vſque ad extrema vitæ ſuæ, perductus eſt tempora. Securus itaque ſuſtinebat iudicem, quem toto deſiderio expectauerat venientem: quippe eum ab humanitatis conſideratione, nec longo poſt, in contemplationem transferret Diuinitatis ſuæ.

S. Me

Digitized by Google

S. Medardum ægrotantem Clotharius Rex inuisit.

CAPVT XV.

1 Regum veterũ erga Pontifices ſtudium & obſequiũ.

IGitur [1] Clotharius Rex Francorum,comperto quod vir Dei languore præuentus ægrotaret, feſtinauit eum inuiſere: ſeque ipſius ſuppliciter commendare orationibus. Ad quem perueniens, animæquior de petita & accepta benedictione reddirus eſt; ne quando dolerer abſentem, quem ſemper noſſet ſe ſpiritu habere præſentem. Poſtquam autem de conſolatoria lætificatus benedictione, deuotionis ſuæ ſanctiſſimo viro exibuit obſequium; quid ipſe haberet animi, ſollicitè percunctari de ſua ſtuduit ſepultura. Cuius proculdubio huiuſmodi extitit reſponſum, quod in ſua ſede locum eligeret humationis; vbi titulum ſortitus fuerat Apoſtolicæ dignitatis. Sed Rex ſaniore conſilio vrnam tumuli alio in loco prouidebat illi; in regali ſcilicet Fiſco,qui eſt in proſpectu Sueſſionicæ vrbis ſitus. Ad illum reuera ſacratiſſima eius transferre membra, & in eo reuerenter ſepulturæ diſponebat committere;ibíque nobile ſuper eum cõſtruere Mauſoleum,quod regia magnificentia, quandóque præcipuum faceret & ſublime. Cúmque hoc fidiſſimo patrono intimaſſet, regalibus ille votis clementer fauit: totúmque ſe ipſius commiſit arbitrio, quocumque deinceps ferret, ex animo prompto. Póſt hæc euoluto curſus ſui tempore, acriúſque ad mortem dolore correptus eſt; plenuſque dierũ,efflagitatum diuinis operibus Chriſto reddidit ſpiritum. Eadem vero hora qua de corpore erat exiturus, immenſus ſplendor cælo prodiens, trium ferè horarum ſpatio, iacentis lectulo circumſtitit, & cum eodem lumine, ſancta illa anima carne exempta, de labore ad requiem, de terrenis tranſmigrauit ad cæleſtia. Sed huic aſſertioni in villa

2 Charny villa.

[2] Charnis presbyter verum teſtimonium perhibuit, qui hæc oculis experta fidelibus, poſtea fideliter ad notitiam tradidit. Sed ipſo quoque momento inter

3 Res mira.

denſos pluuiæ globos, maxima [3] calidæ aquæ erupit inundatio, quo mirabilis in obitu clareſceret,qui mirabilis claruerat in diuinorum mirabilium actu.

Nobiles

Nobiles exequiæ B. Medardo celebrantur.

CAPVT. XVI.

REferri vix poterit, quanta ad eius exequias, promiscui sexus & ætatis multitudo confluxerit. Fama volans, & tamen tanti prenuntia luctus, plurimos ad hoc incitauerat de lóginquis etiam partibus: paritérque c ōuenerunt limitanei & extimi, quos Gallia suo sinu intercludit & ambit. Inter hos, Pontifices atque Primates, lugubri vultu pietatis affectum ostentantes. Illi in psalmis & hymnorum melodiis, isti vero virtutiferum corpus excipiebant, in deuotione mentis. Quod [1] aromatibus delibutum, preciosisque inuolutum linteis, feretro diligenter composuerunt; & penetralibus inuehentes Ecclesiæ, ad tempus, condigno ibidem deposuerunt honore. Ruente autem crepusculo noctis, [2] funalia nocturnas vincebant tenebras præ immensitate luminis, omnísque illa Basilica, multis cereorum adornata lucernis resplendebat. Ita deuotus populus continuè vigiliis excubans & orationibus, vsque ad sequentis diei primordium, totam noctem [3] peruigilem duxit atque insomnem. Interea omnis Palatina cohors certatim properabat, pauperúmque & debilium sine nomine vulgus occurrebat: quos ille studio pietatis, ecclesiasticis facultatibus, propriísque alebat stipendiis.

1 *Corpora sanctorum Aromatibus delibuta.*

2 *Faces ad exequias sanctorum.*

3 *Vigilia ad funera.*

Rex ipse funeri B. Medardi inseruit.

CAPVT. XVII.

MAnè autem facto, Rex locum in quo cœlestis seruabatur thesaurus ingressus est; & [1] data præceptione, Missarum solemnia celebrari fecit. Quibus expletis, ipse in primis ceruicem seruili habitu flexit; & religioso cultu, [2] colli nuda, humerósque ad subuehendum aptauit loculum. [3] Deinde Pontificum primi Nobiliumque secundi, vel quibuscumque liber patuit accessus, beati funeris lecticam, per gaudia mixta pudori

1 *In Aula, Missæ Regiæ non debent nisi annuente Rege celebrari.*

2 *Nudo olim collo, vt in antiquis imaginibus cernitur, incedebãt Reges.*

3 *Pontifices & Nobiles funus gestant.*

Digitized by Google

dori ſuſtulerunt. Sanctiſſimam vero deducentes glebam, in deducendo nullius ſarcinam ponderis perferebant. Sed veluti venti flamine acta ipſa leuiſſimo curſu archa, ferebantur. Quibus ab vrbe egreſſis, quidam [4] cæcus ſe inter confluentes turbas obtulit; móxque ſubſtratus feretro, poſt diuturnas tenebras, lucis illuſtratus eſt radio. Vnde gaudia miſcebantur gaudiis, per exibitam ſancti Antiſtitis virtutem, & per oſtenſionem miraculi, intuentes cœleſtia facta, villam quæ dicitur [5] Atchiaca peruenerũt; vbique [6] Axonam fluuium præterlegentes, iter ad vrbem Sueſſionũ cum gaudio flexerunt. Qua opinione magis ac magis crebreſcente, cum maximo religionis apparatu & obſequio, omnis Sueſſio obuia ruit Venerabili patrono.

4 Cæcus videt.

5 Atchiaca villa.

6 Axona fluuius.

S. Medardi Corpus, honoſicè à Sueſſionibus ſuſceptum, radiat virtutibus.

CAPVT XVIII.

SAnctus quoque [1] Banderidus eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, ad excipiendum illum [2] cum thimiamatheriis cum Crucib⁹ proceſſit & ceroferalibus; ſtipatus hinc inde agmine cleri, ſimúlque innumerabili turba exultantis populi. Sociatus vero choris fidelium, in iubilo vocis, cælicolam excepit illum: indiuiduúſque comes factus eſt itineris, vſque dum ad contigua peruenerunt mœnia ipſius ciuitatis. Tunc verò totis per propugnacula muris, reliqua multitudo exultabat in aduentu Præſulis; [3] qui ineuincibile munimen patriæ, & inextinguibile eſſet lumen ſanctæ eccleſiæ. Ita virtutiferũ pignus ſolemniter exceptum, & habitum à ciuibus; maximum illis gaudium intulit, quibus illi ſuam præſentiam exibere placuit. Ad augmentum quoque gloriæ, [4] ſurdus repente auditum meruit recipere, qui tantam quidem intuebatur excellentiam, ſed auribus perpẽdere modulatam non valebat concinentiam. Vt autem peplum loculo ſuperiectum attigit, illúdque auri fide ſubnixus applicuit; reſolutis illico abditis aurium, peruia audiendi

1 S. Banderidus Epiſcopus Sueſſionenſis.

2 Modus proceſſionis.

3 Sancti tutelares Patriæ.

4 Surdus audit.

(clauſtra

clauſtra homini ſunt reparata. Si quidem ſurditate prius obturati patuerunt aditus naturæ, & ille continuo cantilenam audiuit psallentium, cuius eatenus acerba passio fraudauerat auditum. Qua propter vniuersi ſtupore perculsi, cum ingenti lætitia crepidinem litoris attigerunt; Denuóque torrentem Axonæ transmeantes; ad ipsius confinium applicuerunt prædij, in quo tumulanda erant membra beati Pontificis.

Locus sepulchro S. Medardi idoneus aptatur.

CAPVT XIX.

ENimuero Regalis ex antiquo Fiscus, interfluente prælibato amne, finitimus est Sueſſioni [1] Chroniacus, ſicut diffusus territorio, ita proculdubio fertilis vſufructuario. Hunc denſiſſimis opacum lucis, paterna antiquitas tradidit & authoritas, in quo ſimulachra idolorum gratiſſima ſibi iam dudum domicilia collocauerant. Siquidem lapidea [2] Iani bifrontis imago, diu ad monumentum idololatriæ, ante fores conſtitit Eccleſiæ; & magnitudine præſtans vanæ ſuperſtitionis effigies, Chriſticolis abolitæ gẽtilitatis veſtigia dereliquit. In illo itaque haud procul à litore, leuiſſimum onus aliquamdiu depoſitum eſt; quia nondum ad ſummum peruenerat perfectionis, quod temporis oportunitas in conſtruendo ſepulchro exigebat. Primitùs enim ſucciſa & eruta arbuſta, eamdem terram cultoribus habilem reddiderunt; procúlque detruſa cum fruticibus ferarum luſtra, hominúmque effecta conuenticula. Vnde eruderato agro & omni diligentia exculto, grata in conuallibus ſuperficies, & noua per totum eiuſdem loci ambitum enituit planities. Eliminata ergo omni ſpurcitia è medio, Religioſi Pontifices celebrauerunt religioſè [3] Encænia; & Nobile cõſtruxerunt Mauſoleum, quod tanti viri digniſſimum eſſet receptui. Sed & ob depoſitionis illius teſtimonium, in loco in quo ad momentum quieuit, ſaxea columna in titulum erecta eſt; quæ inſerto nomine ſacerdotis, deſuper etiam tulit affixum vexillum ſanctæ Crucis.

1 *Chroniacus Fiscus Regius olim delubrũ Idolorum.*

2 *Iani bifrontis imago.*

3 *Dedicatio.*

4 *Crux erecta in loco in quo depositum fuerat ad tẽpus, S. Medardi corpus.*

Digitized by Google

S. Medardi Corpus graui pondere rigens,
Regia liberalitate leuis efficitur.

CAPVT XX.

COnſtructo itaque ſepulchro: cœleſtem Margaritam deuoti viri ad tumulum deuchere, Regio adniſi ſunt præcepto, ſed ſuo fruſtrati conamine, caſſo in ſuis viribus defecerunt labore. Itémque exertis brachiorum lacertis, hæc eadem attemptare promptis præſumpſerunt animis, verum operum victi magnitudine, protinus ab incæpto deſtiterunt voluntatis propriæ. Neque enim humani corporis ſpecies etiam grauiſſima, cuiuſcumque ponderis eſſe videbatur materies, quæ ita ſolida ſubſiſteret in ſe, ne ab omnibus hominibus aliqua poſſet moueri impulſione. Accito autem [1] Cõmentarienſi, factáque ſolemni in conſpectu omnium per chyrographum traditione eiuſdem Fiſci, partem mediam Pij Regis beneuolentia perpetualiter ſancto delegauit poſſidendam. Certus ergo quod nulla ſubuehendi feretrum foret difficultas, cum ſumma fiducia, iuſſit exanimatum corpus ad locum ſepulturæ deduci. [2] Mira res, illis namque conſtanter ad hoc inſiſtentibus, vna quidem parte facilè moueri poterat loculus, altera vero tanta firmitate conſtabat immobilis, ac ſi ingens ſaxum rigeſceret, pondere ſuæ quantitatis. Etenim beneuolentia ex dimidio leuitatem, tenacitas autem ex reliquo pariebat grauitatem. Dum ille quæreret reliquum, qui prius iam conſecutus fuiſſet dimidium. Sed eiuſdé rigorem tenacitatis: immenſa Piiſſimi Regis benignitas compeſcuit, qui ad id appulit animum, ad quod ſanctum Dei ſenſit mentis inflectere oculum. Priuilegium ergo ex integro Fiſco præcipiẽs fieri, annulo ſuæ authoritatis inſignitum roborauit, & ſuper corpus poſitum, eundem beato Medardo cum integritate tradidit Fiſcum. Poſtmodum vero, nulla votis ſupplicum obfuit interpolatio, ſed manus applicantes ad feretrum, nec mora cum omni facilitate illud ſuſtulerunt. Ita enim eis ponderoſa illa ceſſit ſubſtantia, veluti leuiſſima eſſe putare

1 *Commentarienſis.*

2 *Vide rem miram.*

putaretur ſtipula, & nihil vltra pertulerunt oneris, quibus affuit ſupernæ gratia propitiationis.

Æneruminus ad corpus B. Medardi curatur, ac cæleſtes columbæ viſuntur.

CAPVT XXI.

FActum eſt denique, dum illi alacres per viam incederent, hominem ſanctiſſimis occurrere exequiis, attroci immundorum ſpirituũ infeſtatione peruaſum. Hic vaſtis compendum arctatus nexibus, vix in ſuis conſiſtere valebat veſtigiis, & vinctus manicis, prorſus omnem corporis amiſerat libertatem, ſed alieno ſuſtentatus adminiculo, poſtquam digitis ſegumentum feretri attrectauit, expulſo Dæmone cuncta compedum vincula diſſoluta, procúlque cum ingenti reſiderunt fragore in terram. Ille autem in ſe reuerſus, de ſua mirabili gratulabatur ereptione, libérque & alacer, exultantium populorum iter, vſque ad locum ſepulchri comitatus eſt. Cúmque ventum eſſet ad tumulum, [1] diuina Præſules Chriſti celebrauerunt ſacramenta, & cum deuotione, depoſito feretro in concauo defoſſi tumuli antro, ſanctiſſima condiderunt membra. Sed nec dum ſuperpoſito operculo, nouum à Deo miraculi prodiit myſterium; dum geminæ cælis patentibus columbæ viſæ ſunt ſuper eum quaſi nubes deſcendiſſe. Mox etiam deore eius columba niue candidior egreſſa, cæleſtia intuentibus cunctis ſecreta penetrauit; & euidenter innotuit omnibus, quòd per manſuetudinem, columbæ ſemper ſeruauerit ſimplicitatem. Cùm enim veritas dicat. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Serpentis aſtutia iugiter columbæ in eo accendit ſimplicitatem, & columbæ ſimplicitas ſerpentis temperauit aſtutiam. Sicque cor eius lenitate tranquillum, & zelo iuſtitiæ accenſum fuit; vt his ad cum volaret alis, cui indiſſolubiliter in perenni regno cohæret.

[1] *Miſſa ad ſepulchra ſanctorum.*

Matth. 10. 16.

Ecclesiola de viminibus ad corpus S. Medardi constituitur, & miracula multa eduntur.

CAPVT XXII.

SEpulto itaque venerandi Pontificis corpore Rex Chlotharius pro sua olim anxiabatur pollicitatione, & de constructione templi vt spoponderat, varia agebatur procella perturbati animi. Cui quoniam necdum suppetebat in sumptus, vnde ad presens complere promissum posset opus, interim exiguam erigi super tumbam sancti, exilibus tantum intexta virgultis, capellulam fecit. Hæc autem, quanto plebeia iudicabatur opinione inferior, tanto virtutum exibitione apparebat glorioſior, & per potentiæ effectum, quampluribus sanitatis quoque fiebat signaculum. Nam tenues sæpè hastulæ ab ipsis quibus constabat viminibus decisæ, ad dentium dolorem effugandum, creberrimis se attollebant præconiis signorum. Quidam enim nomine [1] Charimenus [2] Cheldeberto Francorum Regi veluti Referendarius hærebat familiaris; quem huiusmodi infortunia acerrima, & pœnæ intolerabili præssura vexabant. Sed credens, quòd beati viri suffragia illi consulere & in illo possent: cum deuotione, sicut alij, ad eamdem virtutibus insignem Ecclesiolam deuenit. Cúmque ostium occlusum reperisset, iámque pulsanti nemo adesset qui aditum præberet; confisus oppidò de virtute patroni, quamdam ab ostio, fulgẽte machęra portiunculam decussit. Quæ postquam locum cui noxius insederat dolor attigit; omnem protinus ingruentis morbi iniuriam depulit, & ille domum incolomis regressus, de huiusmodi genere morbi nequaquam laborauit vlterius. Sedet virtutifer eiusdem patris baculus, plurimo fuit tempore sanctimoniæ habitus; de quo nonnulli variis langoribus obsessi; expulsis incõmodis, rediuiuæ sanitatis multoties sunt remedia experti. Ipsius quippe attactu, febrium crebrò tepuit feruor, immanissim[a] immundorum spirituum siluit furor. Et si quid extitit sinistri; medica virtus, potenti medicamine pertubauit.

1 *Charimenus Cancellarius.*

2 *Childebertus Rex.*

Miracula

CAPVT XXIII.

SVccedentibus autem prosperis, non multo post idem locus enituit insignis: ipsáque tumuli vrna, maximo laudis & honoris sumptu resplenduit prouecta. In constructo enim templi fastigio, Regia munificentia omnis adhibita est diligentia, quod prosperè fundatum, strenuè vsque ad perfectionis conscendit apicem. Quo in diuinæ laudis titulum erecto, maxima consequenter miraculorum executio prouenit, & euidenti claruit ratione, cuius sacer locus reliquias, intra ambitus sui cohibuerit septa. Nam prolixæ est sententiæ, quæ & quanta per eum magnalia vis Diuina operata sit referre, cum multiplicia tantarum virtutum insignia, vix perita alicuius possit includere facundia. Siquidem cæcis ad lumen redeuntibus, cum eis diù negata paterent luminaria, orbatis vultibus dies refusus, per sanctum Deifica præstabantur mirabilia. Et quia interioribus ruptis penetralibus, peruia fiebant surdis diutinæ claustra surditatis, cælestis potentia, liquidò eminentia sublimium refulgebat operum. Vt autem æterni gloriam Regis, in voce exultationis & confessionis decantaret lingua mutorum, soluta perfecta perfectè nouerat verba edere. Sed & manci habilitate destituti manuum, agilitati operis prorsus reddebantur idonei, & quibus contorta vestigia nutabant, libera ambulandi facultas, per beati Sacerdotis suffragia ad plaudebant. Squalida nihilominus læpra depulsa, multorum corpora nouæ mundiciæ decorabat gratia, & tenera cutis, omne in se virus obscœnæ adimebat pruriginis. Si quos verò captiui abreptio sensus peruaserat, ad mentem in momento sanctissimus Pontifex reducebat, sicut & in antiquum reuocabat robur, quocumque modo Paralysis miseros attriuerat artus. De Dæmoniacis autem, cur reticeo in quibus illi plena suppetebat copia? Spiritus enim immundus, sæpius ab obsessis intercessionis illius ope expulsus est. Hos ergo, etsi ferrea pon-

dera arctarent, mirabiliter tamen dissoluta procúlque valta compedum relisa sunt vincula, & illi ad templum Pontificis gaudentes & alacres, liberis confluere potuerunt vestigiis. Quicquid enim debile vulgi venerat, prompta in melius ad sanandum restaurabat virtus, & nemò de se dolebat, quod prosperè alteri sentiebat contigisse.

Homo Paralyticus ac mutus curatur.

CAPVT. XXIIII.

VT ergo de generalibus ad specialia transeamus, quidam [1] Paralyticus omnium mẽbrorum destitutus officio, præ foribus templi, diu eiectus & expositus excubauit, hic enim vtroque pede in posteriora reflexo, ad vitam quoquomodo semiuiuens tenebatur imago, quia & manus nugaciter vacabant ab opere, nec ad aliquid agiles exeri, nec dissipato saltem ori, habiles erant applicari. Insuper lingua palato adnexa, ipsa penitus loquendi efficaciam confuderat, vt veluti informe monstrum, quoddam aliquo modo putaretur & esset simulachrum. Quibus omnibus incommodis, tandem expetita Prælulis benedictio affuit, & postquam miserendi aduenit tempus, perfectus vigor singulis rediit artubus. Erectus námque, in pedes constitit, firmam manuum sanitatem æger recepit, & resolutis linguæ penetralibus, muneratorem suum dignis prædicauit, extulit, & prouexit laudibus. Sic homo ille incompositus, ab illa conualuit infirmitate, meritis sancti Antistitis interuenientibus, cuius etiam munere, patriam cognationémque, cùm integra reuisit sospitate.

1 *Paralyticus.*

Manca mulier, manus obtinet vsum.

CAPVT XXV.

ALio nihilominus tempore, quædam admodum paupercula extitit mulier, cui arida manus, omni, exausta dependebat humore vt ramale vetus.

Hæc

Hæc enim Marcida, areſcente neruorum compage, tantum torpebat ad otia, impóſque laboris, ſolo inhærebat brachio, plenitudine viroris effœta. Cùm autem relatû multorum, comperiſſet ad ſancti memoriam, creberrimè ægrotantes concurrere, eiuſdem amoris facibus accenſa, ad locum toto orbe venerandum peruenit anhela. Inter promiſcuas verò turmas, ſacras eadem qua aduenit nocte [1] vigilias continuauit, & ſequentem diem cum pluribus, feſtiuum in diuinis exegit laudibus. Sed dum fraterna caterua ſacroſancta publicè [2] Miſſarum ſolemnia percoleret, ecce nerui protendi, & ex improuiſo ac ſe inanimata cœpit ſpecies animari. Ventilatis namque digitorum articulis, continuò manus illi optentû reuiruit ſancti Pontificis, rediénſque in florem, muliebrem denuo didicit inire laborem. Accedens ergo ad altare cunctis intuentibus, incolumem protulit manum: ibíque ſuo ſatisfaciens deſiderio, ſoſpes ad propria cum ingenti remeauit lætitia.

1 Vigiliæ in ſanctorum feſtis.

2 Miſſa à cœnobiis decantatur.

Altera fœmina manum recuperat.

CAPVT XXVI.

ALtera item mulier tenuiſſimis ſuarum rerum facultatibus pauper, à primeuæ ætatis vagitibus, eodem agebatur infortunio, in annis proculdubio ſenilibus. Nam arefacta illius dextera, ſpem ei ſalutem, auxilium, conſilium, ſubduxerat, & ab ipſo geminæ ortu natiuitatis, perplexis in vola digitis, effectum pariter ademerat laboris. Confidens autem ſibi poſſe ſancti virturem ſuccurrere, quę profectum ſalutis aliis conſueuerat inferre, cum copioſa manu debilium, ad eumdem vbi ægris frequens patebat medicina, ſuppliciter acceſſit locum. Vbi cum aliquot inuigilaſſet diebus, in continuis piæ obſecrationis perſiſtens precibus: quod penè ex materno vtero amiſerat, diu optato Sanctiſſimi Cõfeſſoris Chriſti meruit patrocinio. Siquidem poſt diuturna nimiæ ægritudinis tempora, aridis in momento articulis, rediuiuæ iuuentutis gra-

Digitized by Google

tia reſplenduit, & cutis ſuperducta manui grandæuo conſumpta ſitu, maxima pars miraculi reuireſcentibus extitit neruis. Eadem inſuper dextera, ita in oculis cunctorum apparuit ſaniſſima, ac ſi in ea nihil periculi, in trāſacto tàm longo vitę ſuæ ſpatio pertulerit. Tunc primum compos lanificij, muliebria feliciter exercere opera didicit, & quæ prius diurnam ſibi oſtiatim prouidebat ſtipem, poſtmodum colo, fuſo & filo, ſuperſtitem vegetauit ſenectutem. Incolumis ergo effecta, in iubilos vocis collata ſibi attollebat beneficia, repeténſque domum, diuinum quibuſcúmque potuit reuelauit ſacramentum.

Dæmoniacus amens ac corpore impotens ſanatur.

CAPVT XXVII.

ALius item dæmoniacus, manicis vinctus & pene indiſſolubili compedū affectus onere, cum abreptione illa iniqua libertate mentis & poſſibilitate carebat attriti corporis. Priuſquam itaque veſtibulum, aut ipſum interioris atrij ſanctuarium libaſſet, morbidis admixtus aliis, aliquamdiu inter diuerſis præpeditos ſubſtitit paſſionum calamitatibus. Vt autem, veneranda ſacratæ ædis limina attigit: continuò, vt exanimis inter manus ſuſtentatium corruit, & immania habenarum pondera cum ingenti reſilierunt fragore, altrinſecus diſtributa. Spiritus quoque immundus, continuò à peruaſa exiuit domo, illéque in ſe rediens, perfecto plenariæ ſanitatis conualuit vigore. Poſtquam enim antiqui hoſtis euaſit captiuitatem, protinus emeriti ſacerdotis interuentu ad mentem rediit, & erutus à Dæmone, in ſemetipſo didicit, cuius grauiſſimum paulo ante pertulerat iugum. Frequens ergo populus, omnigenis id quod acciderat laudibus efferebat, prædicans Dominum mirabilem, cuius magnificentia, magnifica opera magnificum fatebantur Confeſſorem. At ille cui ſanitas fuerat conceſſa, in Domino Deo præcordialibus triumphabat votis, duplicíque ditatus munere, integra deinceps animi & corporis proſperitate donatus eſt.

Peroratio

Digitized by Google

Peroratio Vitæ S. Medardi.

CAPVT XXVIII.

PLurima vero reſtant, quæ per ſanctum Dei mirabiliter ædita conſtant, nequaquam quidem tradita literis, verum multiplicibus frequenter ſignorum propalata experimentis. Hæc itaque etſi liquidò non elucent, geſta tamen in laudis eius trophæum proculdubio clarent, quia paucorum exhibitio, firma & euidés eſt plurimorũ certitudo. Inceſſanter verò fierẽt, ſi vtilitate rectitudinis, aut ratione appeterẽtur iuſtę neceſſitatis, & toties inculcarentur, quoties inculcari dictante æquitatis ratione iudicarẽtur. At tamen crebrò ad ſepulchrum eius ægri veniunt, & optata ſuæ ſanitatis remedia referunt, ficque remeant cum gaudio, qui ſe alicuius infirmitatis oppreſſos anguſtia, cœleſti offerunt medico. Quæ omnia ad laudem illius, illius fiunt plenitudine gratiæ, cui in perfectione totius cohærẽt iuſtitię. De qua plenitudine beatus Medardus Confeſſor & Epiſcopus, in ſuperna curia cum Angelicis exultat ſpiritibus, & quod hîc acquiſiuit in itinere, proculdubio adeptus eſt in peruentione. Iam hunc ergo ad eum noſtra conuertentes vota, ſupplici prece ipſius exoremus patrocinia, vt pius quærimoniarum noſtrarum in terra auditor, & clemens pro eis in cælo dignetur aſſiſtere ſuffragator. Sícque nobis delictorum impetret veniam, qui hodierna die ad cæleſtem feliciter peruenit gloriam. Præſtante Domino, &c.

Explicit Fortunati Presbyteri Liber vnicus De Vita S. Medardi Epiſcopi & Confeſſoris, recitatus populo in ipſius feſto.

Digitized by Google

SEQVITVR SERMO ANONYMI veteris authoris, de Primi templi S. Medardi ſtatu, eiuſque vt maius fieret lapſu, & de interim Guarimberti Abbatis ſimúlque Epiſcopi.

OPeræ pretium eſt fratres Chariſſimi, vt in memoriam reuocetur, quo excellentiæ cultu & religionis prouectu, locus beati Medardi per ſuccedentia tempora efloruerit; & in ſeruorum ſuorum hoſtes, quanta interdú vltione eius ira efferbuerit. Chlotharius namque Rex Francorum, beneuolus erga obſequium & reuerentiam ſanctorum; quòd ante mortem ſanctiſſimo ſpoponderat viro, poſt delibationem corporis illius, efficaci in quantum licuit adminiſtrauit ſtudio. Collectis enim neceſſariis in ſumptus, ad perficiendum quæ vel Regifico luxu. vel promptiſſima quorumcumque fideliũ oblatione exhibita ſunt; Nobile templum conſtruere, mira peritorum cœpit latomorum arte. Hoc itaque ſubtili fundatum artificio, luculenti ſatis ſupérq; prouectus ingenio, ad vnguem in breui temporis ſpatio perduxiſſet, niſi communis eum mortis ſententia, heu prohdolor, rapuiſſet. Nam [1] Turonis ad ſanctum Martinum gratia pergens orationis, piis illum precibus ac munerib⁹ placauit; circumquaque etiam poſita monaſteria præcordiali perluſtrans] voto, ſingulis prout viſum eſt, donaria diſtribuit dictante Spiritu Sancto. Regreſſus ergo in Gallias, [2] venatum in [3] Cotiæ ſaltu abierat; ibique valida ferbe correptus, corporis cœpit deſtitui viribus. Inde [4] ad Compendium villam reductus, viámque humanæ carnis ingreſſus; regni reliquit habenas, qui ſuæ ditioni exteras quoque nationes ſubiugauerat. Cuius corpus ſuorum officiis, funebri [5] triũpho Sueſſionicæ illatum eſt ciuitati; & in eadem quam cœperat, necdum finierat baſilica, condigna ante ſanctum Dei tumulatum reuerentia. Huiuſmodi quippe habere debuit ſepulturam, qui in eo ſtabilem ſuæ mentis

1 *Clotharij Religio.*

2 *Reges Francorum dediti venationi.*

3 *Saltus Cotia.*

4 *Clotharius apud Compẽdium moritur.*

5 *Clotharius Sueſſioni humatus.*

deſixerat

defixerat anchoram ; quatenus ab illo nec morte posset dissolui,quem in vita vnico semper affectu habuit. Decessu autem illius lugubri , grauissimo omnis Gallia mœrore infremuit;& opus illud egregium, permutatione regalis sceptri, elanguit suspensum. Sed sicut malæ soboles , actiones malorum parentum imitantes, ad reatum eorum ,paternæ existunt præuaricationis hæredes; ita boni filij,ex bonis procreati parentibus, ad laudem illorum,omnibus excrescunt virtutibus. [6] Sigebertus itaque eiusdē filius Chlotharij , patri vnanimi Francorum consensu in Regnum successit; studiosus diuinæ religionis fundator , sicut indefessus Christianæ professionis emulator. Hic intimo cordis prouocatus zelo , eodem quo & pater , erga sanctum Dei amoris flagrauit incendio ; & opus quod illius morte fuerat interruptum , piétatis studio , prosperè vsque ad ipsum perduxit fastigium. Quod scilicet cœnobium , vtrobique miranda sui habitudine conspicuum; interius ordine simul & religione cleri,decenter adornauit. Exterius verò prædiorum suorum delegationibus , solenniter ampliauit : feliciter extulit, strenuè prouexit. Deinde [7] fraternæ inhians neci,cum in Tornaco ciuitate Chilpericum obsidere,præparatis disponeret insidiis; versutia [8] Fredegundis vxoris suæ, regimini terminum imposuit , pariter & vitæ , Gladium enim quem fratri intentauerat,in sua versa vice retorsit viscera ; & inde protinus interiit , vnde cæca mente alterius insidiabatur sanguini. Hunc enim [9] Teruennenses gemini tyrones , fraudulenter super se in Regem eleuare simulantes;spiculis repentè improuisum vibrauerunt [10] per latera , & inuitam euomere ipsi pariter procumbentes compulerunt animam. Cuius corpus preciosis vestibus inuolutum,[11] Lambris est cum ingenti suorum merore perlatum , & postea in eadem quam mirificè construxerat Basilica,[12] iuxta paternum latus magna reconditum gloria. Hæc est nempe illa sublimis Regia, nobilitate sui præstans & operis subtilitate inclita, quæ in suo solido tādiu perstitit statu , quoüsque paternam monarchiam Hludouicus susceptt [13] Augustus. Quo vicem suam agente

6 *Sigebertus Rex Francorum primi Clotharij filius laudatur.*

7 *Chilpericus Rex.*

8 *Fredegundis Regina.*

9 *Teruennenses.*

10 *Sigebertus Rex à Teruennensibus occisus.*

11 *Lambri.*

12 *Sigebertus Sueßioni sepultus.*

13 *Ludouicus Pius Imp.*

Digitized by Google

in ſceptris, qui eadem aula interioris atrij claudebatur auguſtiis, ita eſt à fundamento diruta, vt lapis ſuper lapidem, in tota illa nequaquam relinqueretur fabrica. Nam idem glorioſus Cæſar, [14] virtuti fera beati Sebaſtiani Martyris membra, eidem iam dudum loco inuexerat, & ideo diuina virtus promptior ad medendũ quibuſque patebat debilibus. Propter concurſum ergo inſolitámque populi frequentiam, quæ cotidie ob innumera mirabilia meritis eiuſdem exibita martyris accreſcebat, prefatus Princeps eamdem priorem funditus euertit domum, quod minimè eſſet capax populorum, ad tantum ſpectaculum vndique confluentium. Vnde ex ipſis infinitæ oblationis expenſis, aliud templũ multo maioris adorſus eſt quantitatis, omnibus idoneum ſuperuenientibus: cuius ſcilicet omnes cohibere poſſet ambitus. Quod cum omnium decus virtutum obtineret, totiúſque ſchema dignitatis & gloriæ prætenderet: nulli extitit inferius, dum vniuerſis elegantia ſui, eſſe claruit ſuperius. Hæc inquam domus à [15] Marcommannis olim exuſta, ab illis maxima ex parte honorum decidit gradibus, quibus conſtabat, & quaſi ad poſterorum dedecus, ſolum ſuperſtes relictus eſt immenſus congeſtorum lapidum aceruus. Hæc etiam iſtis hodietenus ſupereſt temporibus, quæ tribus dimenſa interuallis, vaſtam ſui corporis quantitatem præfert omnibus. Teſtitudine videlicet eminens, longitudine vero atque latitudine plurimum excellens. Proceſſu itaque temporis, cùm iam idem locus foret inſignis, poſt venerabilis viri [16] Auſberti deceſſum, qui eidem præfuerat cœnobio. [17] Vvarimbertus eiuſdem loci primatum ſuæ tyrannidi rexit ſubactum. Defuncto autẽ [18] Drauſione Sueſſionicæ vrbis Pontifice, apud Regem pecuniæ magnitudine, & amicorum obtinuit interceſſione, vt & Pontificatus dignitatem adminiſtraret, nec tamen aliquo modo, priſtini officium prioratus amitteret. [19] Erat enim in curia frequens, & plurimum inter Regis Domeſticos valens: vnde tametſi difficulter, tamen ſuæ cupiditatis effectũ obtinuit efficaciter. Vtriſque ergo prælatus gregibus, aſtutam vapido ſeruabat

14 S. Sebaſtiani corpus apud S. Medardum Sueſ.

15 Marcommani populi exurũt S. Medardi Baſilicam.

16 Auſbertus Abbas S. Medardi Sueſ.

17 Drauſio Sueſſion. Epiſ.

18 Vvarimbertus Sueſſion. Antiſtes & Abbas S. Medardi.

19 Hæc ars agglutinandi beneficia, plus iuſto hodie viget.

Digitized by Google

bat ſub pectore vulpem, illos diſtrictius æquitatis agens ratione, quibus in ouina prius ſubdole præfuerat veſte. Nam cum hos à ſecularibus tutari debuiſſet impedimentis, ſecularibus ſine ceſſatione prouocabat irritamentis, continuas infligens quærimonias, quas defédere iuſtitiæ authoritate debuiſſet, inflictas. Si quidem quæ illorum ſuppetebant victui diripiens, & in ſuos neceſſaria illis vſus retorquens, inſtanter profligabat bona, quæ veri ſacerdotis, clypeo virtutis oppugnat tutela. At illi quibus ingerebatur calumnia, illata damna & opprobria non æqua perferebant patientia, ignari quo pacto illi reſiſterent, cuius grauiſſimum in miſerrima ſubiectione iugum ſuſcepiſſent: Igitur ſpatioſus regalis prædij fundus Matuallis
20 qui quaſi Bonauallis interpretatur nõ ex Latina atque Britannica cui finitimus eſt lingua, ſed ex vbertatis abundantia plenæque fertilitatis copia. Sicut enim territorio diffúditur, ita ampla marſupia debito complet cenſu, quia dum in latum extenditur ceſpitem, frequentem immenſæ poſſeſſionis præfert cultorem. Hunc Sigibertus Rex Francorum, ſpectabilis præcedentium pietate regum inter multa collata beneficia, perpetim ſancto Medardo poſſidendum delegauerat. Cuius quia Cænomanico pago adiacet terminus, procúlque diuiditur à Sueſſionicis finibus, difficillimum videbatur eſſe officialibus, infinitos ad monaſterium ſumptus conducere. Ideo annales eius reditus, per ſingulos certatim annos diſtrahebantur, eorúmque præcia in diuerſa monachis diſtribuebantur. Nam Salis & mellis ſpecies, & aliæ quæ facilius deduci poſſent, inde emebantur vtilitates, taliterque onuſta plurima ad cœnobium plauſtris deuehebantur dolia. Hoc Vvarimbertus conſiderans, obuius captata opportunitate cum ſuperbia ibat; & inreuerens ac lubricus, onerata plauſtra ad propria, ſuis deducebat exultantibus. Illi vero induebantur confuſione, qui conceſſa ſuperno munere priuabantur poſſeſſione; & per acerrima improperia, profunda ab immo pectoris multoties trahebant ſuſpiria. Factum eſt ergo quadam vice, dum exterioribus carnifex ſtuderet curis inhiare,

20 *Matuallis.*

re; vt explorata fratres eius abſentia, hæc eadem venientia, in ſuas audacter diuerterent & reconderent apothecas. Quod ille audiens, factúmque nimium egrè ferens, in iram continuo exarſit; & præſumptuoſam eamdem temeritatem, condigna interminatus eſt ſententia plecti. Turbati ècontra fratres, [1] ad orationum præſidia ſe contulerunt vnanimes, & triduanum agentes ieiunium, precibus ac lachrymis ſupernum conſtanter implorabant auxilium. Quo tempore nulla in choro vox audiebatur, ſed conſtitutis tantum horis, pſallentium labia mouebantur, [2] dum ſub ſilentio ac lugubri, percurrerentur omnia: quæ decore Eccleſiæ excellenter deuotio inſtituit Chriſtiana. Sed hæc res in oculis tyranni, inuidiæ, odij, & diſcordiæ ſeminarium maximè exſtitit, indéque doloris ſumpſit ſupplementum, vnde ei reſpirationis prouenire debuiſſet incrementum. Quid multis immoror? Tandem in ſedem rediit, ac ſi vltionem de preuaricatoribus prauæ exacturus conſuetudinis, primóque ſurgens diluculo, cum valida manu ad locum venit, concito ſpiritu pariter & animò. Deinde comitibus Regiam pulſantibus, nemo, clauſis diligenter ianuis, reſponſum dedit interius; quia per procacem Epiſcopum, omnes in commune promiſſum ſibi metuebant exitium. Ille vero accedens propius, crebris eaſdem ianuas pulſabat ictibus portas ſimul collidēs, & [3] æreas fortiter valuas, iracundia plenus concutiens. Ad hæc ædituorum vnus, minus prouidè arreptis templi clauibus, ei proceſſit obuius. Itaque reſeratis oſtiis, vir ſanguineus cum ſpiritu introiuit furoris. Nam mox ſublata altius dextera, aperientis capiti tam validè illiſit ferulam, vt totus ſanguine cruentatus, liuidam faciem & fædata ora, ad ingens referret dedecus. Vnde vt erat mœrens, imprecatus eſt ex animo, quod cæleſtis protinus clementia, euidenti declarauit iudicio. Quoniam ille non tulit impunè, quod in ſeruum Dei nimis crudeli inuectus eſt examinatione. Nam proteruè pergens oratum, vix poplitem flexerat ante Sancta ſanctorum: & ecce contigit Diuinitùs, quòd cuncta illius interiora proruperunt per alui ſecreta, & ſuper

1 Placandi Deum optimus modus.

2 Mira doloris indicia.

3 Ærea valua.

per pauimentum ſunt effuſa, qui ſicut immunis pie- 4 *Horrenda*
tate, ita procul dubio vacuus remanſit & ventre, 4exi- *mors.*
túſque teſtimonium perhibuit, quod Sacerdotis vita, longè Sacerdotij merito impar fuit. Cuius corpore extra templi limen eiecto, reliqua quoque ſpurcitia, fidelium eliminata eſt obſequio, & ille locum ſepulturæ in cœmeterio, qua dignus fuit, exhauſti corporis habuit humatione. Hinc paſtores animarum metuant, ne deterior eos aliquando pœna inuoluat, & cum diſcretione præeſſe diſcant ſubditis, ne forte ſubditi extra diſcretionem, effectu careant ſalutis. Cum enim homini adprimè in vita vtile ſit, vt *Ne quid nimis.* liquidò claret quod diſciplinam hac debent cautela moderari, vt timor nequitiam compeſcat, & amor iuſtitiam exercendo prouehat. Ita ſucceſſus proficiet ſubiectorum, & profectus reuera exagerabitur præſidentium, erúntque omnia in omnibus, quatenus æquè Omnipotens Deus, honorificetur ab omnibus. Meminerint quoque rectores Eccleſiæ, ne peccata populi aſſueſcant comedere, & illorum rapiant ſubſtantiam, pro quibus ponere debent, ſi neceſſitas exigit, & animam. Pro ouibus etiam Chriſti, terrena omnino debet facultas diſtribui, ne dum ſua illis aufferantur, quibus corpora in diuinæ ſeruitutis tyrocinio vegetantur. Qui ergo pro commiſſis non dat terrenam ſubſtantiam, nec pro eiſdem aliquando dabit animam ſuam, cum à primo minimo, perueniatur ad extremum maius, & poſtremum maius nemo apprehendat, niſi prius primum minimum exerceat. Sacerdotes vero Dei, verbo ſemper & opere oportet informari, quo & ſi ſit qui bona proferat, conſequenter tamen non deſit, qui imitari ſtudiat. Sed qui aliena diripit, paſtoris pro certo officium amittit, & inde reprobus, à recto veritatis tramite ſit deuius. Igitur nec ſubiectos ſubiectio conterat, nec prælatos excelſior locus extollat, ſed iſti humiliter vice filiorum pareant, illi vero loco patrum, temperanter quæ præcipienda ſunt præcipiant. Si res prælati ſe ſe aliter habuerint cuiuſcumque, ille procul dubio Guarimbertus erit, qui in cauſis ſubditorum, animi motum, non dilectionis conſiderauit

derauit affectum. Enimuero de principalibus beati Medardi geſtis, aliqua ſcriptoris compendioſa oratio perſtrinxit ; quæque in his & in illis potuit reperire, in vnius congeriem quantitatis coaceruare, moderata inſtitit breuitate. Nam præclara ipſius vita, anguſta olim fuerat ratione incluſa, virtutúmque eiuſdem inſignia, cum tranſlatione corporis quadam propemodum infantia, vilibus exarauit ſcedulis. Cum ergo ſuccincta eſſet Fortunati authoritas & negligenter habita legentibus diſpliceret. Poſteritas vtraque ex precepto obedientiæ opuſcula, vna coïre ſcriptoris & cohærere fecit armonia. Iuſtum quippe videbatur eſſe, vt ſuæ ſeruitutis debitum perſolueret ſaltem ex officio linguæ, quatinus beati viri præconia quodam glutine compacta, & honeſtare digeſta, paulo prolixior dilicudiórque expediret ſententia. Nec in aliquo illi voluit viro derogare, qui eiuſdem patris vitam, metro iam dudum & arctiſſima edidit oratione, ſed quæ ille ac ſi in tranſitu tetigit, hæc iſte mediocri dilatare calamo, operæ precium duxit. Quæ vero perfectus orator in relatione præteriit, hæc iſte nouus relator, poſteris tradere ad notitiam procurauit. haud ſuis commentis extorta, verum veteribus antiquorum vtcumque carthulis inſerta. Rationi ergo videtur Fratres congruere, vt tanti patroni merita, dignis mecum ſtudeatis laudibus efferre, qui cum habeat domum non manufactam ſed æternam in cælis, temporalem tamen aulam reliquis ſublimiorem ſemper habuit in terris, & vti ſuos ab inuiſibilium impetu hoſtium cuſtodit, ita ab incurſione viſibilium ſæpè ſuæ interceſſionis ope defendit ; eóſque in cæleſti ſecum amplectitur tabernaculo, quibus paſtoralem diligentiam in preſenti adhibet ſeculo. Ipſe námque familiam Dei, inter naufragia gubernat fluctuantis Oceani; ne nauim noſtram, procella tempeſtatis abripiat : aut in æternam prædam, pyrata crudelis abducat. Quam nimirum familiam, ab illo olim ſuſcepit regendam, qui ſuis diſcipulis, ac per hoc fidelibus cunctis ait.

Matth. 24. 25 *Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit*
Rom. 12. 3 *Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tri-*

tico

tiei mensurã. Hinc Apostolus dicit. *Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.* Quod ergo tritici mensuram Christus nuncupat, ipsam mensuram fidei Paulus apellat, vt intelligatur, nihil, aliud esse spiritale triticum, nisi Christianæ fidei venerabile sacramentum. Quapropter fratres vbi thesaurus noster est, ibi studeat & cor nostrum esse, quatenus ad amoré supernæ sortis anhelemus: ad quam beatum patronũ nostrum, iam peruenisse confidimus. Itaque æternis admixtus ciuibus, diuinam exoret clementiam pro nostris reatibus; illúmque nobis faciat placabilem cuius sempiterna gloriá per continuam fruitur visionem. Sed ad hæc agenda, suæ misericordiæ manum Vnigenitus Dei inferat; cuius regnum & imperium solidè subsistit & permanet, in secula seculorum Amen.

Sermo de Sanctis Medardo & Gildardo, Anonymo quodam veteri authore.

SAnctorum Confessorum gloria, per condigna dilectissimi fratres exageranda præconia, illíque in laudis promouendi sunt titulum, qui Christo semper confitendo, verum perhibuerunt testimonium. Cùm enim minima de eo denunciarent, maxima autem constanti animo prædicarent, in vno quidem Angeli, in altero vero dignè nuncupari meruerunt Archangeli. Et quia Apostolus ait. *Templum Dei sanctum,* 1.Cor.3.7. *quod estis vos.* Cuius facti sunt templũ, ipsius procul-dubio ara & regale extiterunt sacerdotium. Nam in illa æterni regis mensa, placationis immolantes & expiationis hostiam, per vota piæ Confessionis, sæpè gratum Deo sacrificium humanæ obtulerunt reconciliationis. Vnde & in munere virtutis, vim obligationis potestatémque obtinuerunt solutionis: vt quod eorum sederet arbitrio, ratum per diuinam authoritatem esset in cælo. Pro talibus ergo meritorum prærogatiuis, iure in titulum promouendi sunt laudis, quos pro sui nominis confessione, amoris intimi priuilegio donauit ipse Rex iustitiæ. Sed illi Dominum verè amant, quorum mentem delectatio praua ex consensu

conſenſu non ſuperat : qui etiam eò ad amorem eius incaleſcunt, quò cedere clandeſtinis imminentium temptationum ſubreptionibus neſciunt. Siquidem indiſſociabiliter accenſi, cæleſtibus merito inter Cherubin & Seraphin numeros, deputantur, ibíque ſortem ſuæ accipiunt vacationis, vbi continuæ contemplationis ſtudio, anchoram defigunt mentis. Cuius perfectionis culmen, dum beati Confeſſores attingere deliberarent, ſtuduerunt nil in hoc mundo appetere, verum ſolo conditoris ſui deſiderio ardenter inhiare. Terrenis quippe abrenunciantes concupiſcentiis, carnalibus omnimodè ſemetipſos crucifixerunt laſciuiis, quò ſua membra hoſtiam offerrent viuentem, ſanctam Deóque per rationabile obſequium placentem. Et quia noluerunt huic ſæculo conformari, ſed conſtanter in nouitate ſenſus ſui inſtiterunt reformari, ſecundum interiorem ambulantes hominem, ſanctis incitati ſunt ſucceſſib⁹ dē virtute in virtutem. Ad illum enim indeſinenter anhelant, cui deuotis mentibus vſquequaque inhæſerant, quia pennas aſſumpſerant tamquam columbæ, per quas volare ad cæleſtia poſſent & requieſcere. Dominum itaque verè amauerunt, cuius mandata & præcepta cuſtodierunt, quatenus ab eius diuelli amore, nec in ipſa poſſent, etiā cum efferueſceret, temptationū inflictione. Cùm autem veritas dicat. *Sint lumbi veſtri præcincti, & Lucernæ ardentes in manibus veſtris.* O quot ſibi cruces conſciuerunt, qui in ſuo corpore luxuriæ fluxum edomare potuerunt!¹ Sine ferro etenim, longum martyrium in ſuis pertulerunt membris, vt quod ſanguinis non contulerat effuſio, conferret etiam prolixa in attritione flagelli, membrorum vexatio. Ac primum illis in tenacitate cibus & in .·. ; . : : erat potus, cum indicta parſimonia in vtroque, veluti ſine, Cerere & Libero, venerē cōſtare frigere. Pallida ora præ nimiis, trahebāt ieiuniis, ſetiger habit⁹ ſitū induxerat Ethyopicæ cutis, & in vigiliis cōſtans erat animus, ne mens Deo deuota vacabat ab orationibus. Præcinctos quoque lumbos habebāt, carnis luxuriam cohibentes per continentiam, & lucernas ardentes tenebant in manibus

Luc. 12.35.

¹ *Caſtitas longum Martyrium.*

nibus ſuis, per bona opera, lucis exempla monſtrantes proximis. Cúmque nec caſtitas magna ſine bono opere,nec opus bonũ ſit aliquid ſine caſtitate,vtrúmque tamen agebant per diſcretionem, ne appetitus laudis,animi ad alia tendentis frangeret intentionem. Præcinctis igitur lumbis, lucernas ardentes tenebant in manibus ſuis, quatenus & munditia caſtitatis eſſet in corpore, & palam ipſum lumen veritatis clareſceret in operatione.

Inter hos ſane magnæ venerationis viros, beatos Medardum & Gildardum eſſe nouimus egregios, qui ſerpentinæ prudentiæ aſtutiam,& columbinæ ſimplicitatis piam æmulati ſunt innocentiam. Horum quidem vnus præmebat vicia, alter vero virtutum illibata ſeruabat iura: & cautela vtriuſque, fermentum malitiæ & nequitiæ ſolerter nouerat cauere. Per hoc in errantes inuehebantur, ſed per illud inuectionis ſuæ habenas moderabantur; quia cum in ore ſonaret correctio: nullatenus tamen,in corde paterna dormitabat oratio. Nam dum cenſura ſuum teneret rigorem, leuitas quoque cordis prætendebat manſuetudinem,& quod iſtius eraſerat lima,illius per compaſſionis gratiam temperando curabat litura. Hinc ex iudicio iuſtæ examinationis, facti ſunt euidenter throni ſui conditoris; per quos & ſancta Eccleſia regebatur; & plerũmque de ſuis infirmis actibus, etiam electi iudicabantur. Ergo quod vnius exacuit vigor, hoc in eis moderari alterius non deſtitit tepor, dum columbæ ſimplicitatem, aſtutia ſerpentis accenderet,& aſtutiam ſerpentis, columbæ ſimplicitas temperaret.

Subnixi vero voluntate bona, quibuſcumque in tribulationis ſuccurrebant anguſtia: & qualibet affectis calamitate, opem ſuæ conſolationis, inolita adhibebant miſeratione. Quod enim ſibimetipſis, hoc proculdubio omnibus imputabant aliis, nec præiudicabant in aliquo, qui omnibus omnia facti fuerant euidenti ſalutis iudicio. Nam aliena damna,ac ſi propria conquerebantur fore incommoda, quibus detrimenta aliorum iam annuente Deo, multarum pepererant incrementa virtutum. Sed & rentiebãt inferre,

quod ſibi inferri nullius cupiebant exactione, nec negabant alteri quod ſuæ conſultum eſſe prouidebant, & proficuum vtilitati. Cúmque in Deo amicum, & inimicum diligerent propter Deum, dilectione Dei vigebant ac proximi, *Vbi Prophetarum plenitudo, & totius ſummæ legis conſiſtit.* Quo nimirum holocauſto, nil vmquam offertur locupletius Deo: quando per hoc quod illi immolat, benè ſemetipſam anima in ara cordis mactat. Itaque ex bonæ voluntatis ſtudio, ſemper placere ſcrutatori cordium curauerunt altiſſimo; cum de ſe humilia ſentirent, qui aliquando extra ſe fortia & ſublimia egiſſent.

Matth.7.12.

Quin vero ſermo Propheticus ait interea de talibus. *Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas.* Beati quppe iſti confeſſores, ore ſemper manúque cælibes, ſacri verbi eloquio torrebant, ſignis per crebra experimenta, virtutibúſque coruſcabant. Et quia eos ſublimis vita ſanctáque à terrenis contagiis prædicatio ſuſpenderat; & nubes erant volantes, & ad ſupernarum etiam virtutum Deificas congruebant diſtinctiones. Cúmque malignos ſpiritus de obſeſſis corporibus fugarent, eóſque virtute orationis & vi acceptæ poteſtatis expellerent, cœleſtibus reuera poteſtatibus aſſignari merebantur, & admitti crebris dæmonum expulſionibus. Qui bonis effecti meliores, ac per hoc electis fratribus principantes, inter numeros Principatuum ad æterni Principatus ſedem congruebant pariter & locum. Sed nec in felle amaritudinis, nec in obligatione reperti ſunt iniquitatis; qui dum fæliciter viuerent Chriſto, mortui erant per abrenunciatiònem carnalium & huic mundo. Cúmque terrena mente tranſcenderent, & ante ſe cordis eorum oculi ſemper intenderent, ſic eis ſubiecta foris ſeruiebant; quatenus numquam cordi obſiſterent, tranſitoria quæ conſpiciebant. Igitur vt nubes volantes erant, & quaſi columbæ ad Feneſtras ſuas, qui caduca ſimplici conſiderantes oculo, nullius ad hæc mouebantur aut trahebantur rapinæ deſiderio.

Eſai. 60.8.

Hi autem vno gemini ortu, pareſque vnius ſanctitatis

ctitatis effulserunt prouectu ; & sicut eos ortus equales,ita optimus vitæ cursus in bonitate formauit vnanimes. * Verumtamen in materno iam vtero mundi: imparis vitæ leguntur sorte distributi , vt cumque allegoriæ subesset : vterque tamen qualitate meriti & gratia discreparet. Vnus enim simplex fuit habitans in tabernaculis, & alter secularem militiam exercuit in armis ac per hoc iste electus , ille autem omnino Apostata factus est & reprobus. Beatos vero Medardum & Gildardum vnus quidem ortus effudit in mundum , sed quibus exordium vna contulit natiuitas,eadem in sanctitate & magnificentia applausit libertas. Nam sub vnius horæ editos articulo , vna in fide tenuit confessio ; eósque virtus socios reddidit, quos natura in momento temporis geminos protulit. Dum ergo tales enituerunt , parentibus conformes se in bonis exibuerunt actionibus.Et quos mundus coæuos habuit , consocios in pietatis opere , sinus Ecclesiæ matris aluit.

* *Ibi videtur esse mendum.*

Genes. 25. 26.

Illud vero in his spectabile omnibusque constat seculis memorabile,quod vnà consecrationis suæ gloriam , vnáque pontificalem in prælatione fidelium adepti sunt cathedram. Sicut enim par carnalis editio, ita eis par spiritualis prouenit consecratio , & in benedictione claruerunt pares , qui in cunctis iustitiæ generibus,nullatenus claruerùt impares. Ambo quippe pari conditione sanctificati , ambo sunt æqua sorte consecrati & diuino delibuti chrismate , qui animas suscepturi erant , sacrosancto defecandas baptismate. Ambos vna hora veros Dei Præsules ; Ambos vna eademque dies egregios creauit Pontifices , & vera statuit mundi lumina , solari orbe lucidiora , & lunari lampade splendidiora. Vnus quidem horum Nouiomagensis Episcopus,alter vero Rhothomagensis subrogatus est Archiepiscopus ; sicque suffraganei vicem, ille autem ad sublimioris officij testimonium, Metropolitani obtinuit sedem , horum ductu ætherea panditur Regia , horum verbo fidelibus cælestis patet ianua. *Tum per eos regnum cælorum vim patitur,* & violenti , *cotidie per pœnitentiæ remedia , rapiunt illud.*

Matth. 11. 12.

Ad Episcopatus itaque communiter promoti officium, communiter etiam sacri regiminis susceperunt locum, quatenus quos communiter vnà coniunxerat fides, communiter quoque in eodem regimine, vnà eadémque connecteret dies.

Ad augmentum nihilominus gloriæ accidit, quod audire diligenter vestra charitas velit. Beatos Confessores indifferenter exemptos mundo, indifferentérque gloria & honore coronatos esse in cælo. Hinc finito pariter cursus sui agone, pariter de cœnulenta mundi voragine, pariter de carnis ergastulo euulsi, paritérque laboris sui æterno consolati sunt præmio. O quam pium spectaculum! ô quam mirabile & in istis pietatis iudicium! Simul namque concepti & geniti, simúlque sunt fidei primitiis nubiti, simul salutare baptismatis sacramentum, simúlque fortissimum diuinæ militiæ sumpserunt tyrocinium. Simul Apostolica benedictione insigniti, simúlque sunt pontificalibus infulis redimiti, simul ad patrium emissi regimen, simúlque subditis facti sunt speculum & specimen. Simul pastoralis officij peregerunt curam, simúlque super Dominicam laborauerunt pecuniam, simul fideles extiterunt in commisso, simulque geminatum lucrum de accepto retulerunt talento. Simul letale mortis persoluerunt debitum, simulque ad æternum peruenerunt regnum, simul clarissimi extiterunt victores, simulque ad æternam gloriam susceptí sunt triumphantes. Simul igitur terrenis rebus eximi, simulque cælestibus meruerunt inseri, simúlquæque corruptibilia euaserunt, simulque incorruptibilia perennis vitæ gaudia subierunt.

Præterea iunctis geminatísque meritis, festiuum instituerunt diem magnæ celebritatis, Angelicis nimirum spiritibus semper venerandam, Christicolis itidem populis vbiuis locorum præcordialiter recolendam. Omnes enim indesinenter debemus recolere, & incessanter ad mentis oculos reuocare, horum meus in quanto culmine steterit; quæ perfectum bonum perfectè reperiens, perfectè denique tenuerit. Quid enim est eo perfectius, cui nec minus adiacet nec maius,

maius, qui nec in quo minuatur nouit, nec vmquam quo creſcat recipit, néque per initium haſcitur, neque aliquo finitimi temporis termino anguſtatur? Deus quippe ſemper eſt habet, dum eſſe ſuum proprium poſſidet, ſicut & ei eſſentialiter ineſt quod bonus, ſummus, ineffabilis, & incircumſcriptus Spiritus eſt. Hunc autem plenè & perfectè habere, perfectè conſtat & ſine fine viuere, quia ipſe vita eſt omnium; viuus ſcilicet panis & æternus cibus Angelorum. Ergo ad hunc beati Cõfeſſores cum celebri perfectionis triumpho peruenientes, ingens gaudium ſupernis intulerunt ciuibus; & ſolemnem lætitiam, omnibus adhibuerunt eorum feſta recolentibus. Inter hæc nos etiam oportet ſcire, vt maneat iugiter alta repoſitum mente, quod à terra ſuſcitauit inopes; & de ſtercore, diuina clemẽtia erexit pauperes. Pauperes quippe ſpiritu facti ſunt, quatenus indeficientibus perpetim gazis ditarentur. Quoniam in eis illa extitit paupertas, quàm non facultatum indigentia, ſed animorum commendat humilitas. Vnde margaritæ quæ ſqualebant in ſterquilinio, iam aſſumptæ poſitæque ſunt in cæleſtis regis ornamento. Iam inter ſupernos ciues emicant, iam inter ignitos illos lapides æterni diadematis choruſcant. Nam in terra prius corruptibiles, iam in cælo Angelorum exiſtunt cohæredes, rapiẽtéſque de carne trophæum, intima conditoris ſui viſione perfruuntur in perpetuum. Sed & expoliatione ſui corporis, immortale compendium mercati ſunt regni cæleſtis; & depoſita terrena ſarcina, induti ſunt candida æternæ immortalitatis ſtola. Quorum carõ dum reſoluitur in puluerem, ad cæleſtem anima inuehitur requiem. Vbi in illis æterníſque paſcuis, de æternitatis gloria faciantur cum omnibus ſanctis. Itaque ſuos merſos in infimis, de lacu miſeriæ eripiens, & de luto fæcis, à terra Dominus ſuſcitat inopes; & de ſtercore Diuina clementia, beatos erigit pauperes.

Cæterum ad ea quæ propoſuimus, ſi ſpes noſtras iam animóſque excitemus; aſpiciamus quà greſſum fixerunt animi, quatenus paſſibus amoris eorum me-

reamur veſtigia imitari. Eloquar ; an ſileam? Prudentiæ ſubnixi robore , iuſtitiæque hinc inde vallati munimine, prudenti cautela,ſequenda tenuerunt omnia, & iuſto examine,verſuta callidi hoſtis ſubegerunt argumenta. In ſuis vero temperati moribus, tempetantiæ moderamẽtum totis aſſumpſerunt viribus, fortéſque in aduerſis & proſperis , contra cuncta aduerſantia arripuerunt arma fortitudinis. Sed & humilitatis ima ſectando, per vitæ vias conſtanti inceſſerunt animo. Et magna patientiæ præbendo exempla , in ipſo veritatis tramite inflexibili perſtiterunt conſtantia. Manſuetudinis denique virtute ſolidati, manſuetè leuiſſimum iugum portauerunt Chriſti , & in opere ſeruauerunt modeſtiam,quam in corde habebant veluti cognatam & amicam. Vnde neceſſe eſt fratres Cariſſimi,quò talibus muniamur armis fidei,per quas beati iſti Confeſſores,amici Dei & clariſſimi eſſe meruerunt triumphatores. Supplici voto tantos veneremur viros , omnifaria laude & honore digniſſimos, quò per venerabilia eorum ſuffragia , paradiſiacæ amœnitatis gaudia, in illáque cæleſtia obtineamus tripudia. Igitur aſpiciamus qua greſſum fixerunt animi , quatenus mereamur eorum veſtigia ſequi , præſtante Piiſſimi Redemptoris gratia. Amen.

Sermo tertius Anonymi veteris authoris de ſancto Medardo ; qui eſt imperfectus.

BEatiſſimi Medardi Antiſtitis vitam quæ per vniuerſum orbem virtutum propalatur inſigniis, nequiuimus ſilentio præterire ; quamuis non valemus geſtorum cuncta perſtringere.Et quia ſolennitatis eius diem veneratione perſpicuam , omnium populorum
1 Feſtum S. Medardi. cateruas quotannis expetere, depoſitionis ſuæ [1] commemoratio principalis inuitat;creſcat in vniuerſorum pectoribus, pro fidei ardore deuotio; dum ſanctorum ſuorum panditur magnitudo. Et ſi eſt in hac rarus qui exiſtat imitator operis, cunctos tamen faciat eius interceſſio potiores. Huius ergo originem propterea primum

primum ſuggeſtio noſtri ſermonis inſinuat, vt nullum forſitan deſperationis obſtaculo magis culpandus offendat, quoniam Dominum integro amore diligere non facit, gẽtium diuiſa diſcretio. Sed vnita fidei plenitudo, ne diuina gratia quæ volentibus cunctis generalis oſtẽditur, ſpecialis eſſe iudicio fallente credatur.

Pater igitur huius nomine Nectardus de forti Francorum genere, non fuit infimus libertate; mater vero Romana, nomine Protagia abſolutis claruit ſeruitute natalibus. [2] Quæ Chriſti tabernaculis vt cenſemus præcioſo fecunda partu, plus profuit quàm ſi integritate ſeruata, nequaquam ſe vinculis virilibus tradidiſſet. Quorum in Veromandenſi territorio, & habitatio fuiſſe dignoſcitur & origo.

In qua vrbe cum adoleſcens ad ſcholam recurreret, caſulam quam ei ſua genitrix fecerat, per ipſum ad artificem componendam direxit; quam in itinere ſanctus Medardus, cæco à ſe inuento mox prebuit. Similiter quicquid ad eſcam accipere deberet, dum ſuorum parentum gregem paſceret; ſi pauperem vidiſſet, cibos egeno porrigebat, tamen ipſe ferebat inopiam, diei ducens ieiunia.

Nec illud eſt reticendum rei geſtæ myſterium. Cum adhuc eſſet in ſcholis vir ſanctus paruus & innocens, dixit ad Eleutherium quemdam puerilem comparem, quòd publica in actione Comitiuam aſſumeret, & cùm triginta annorum vitæ ſpatium caperet, ipſum dixit futurum ſummum Dei Pontificem. Qui in Tornaco ciuitate, paſtor eſt datus Eccleſiæ. Ita ſanctus Medardus quod prædixit, quaſi Propheta Diuino iam ſpiritu probauit. Deinde cum crebrius ad templorum oracula, fidei monita promulgando diſcurreret: & teneroſitatis annos librans patientiæ moribus, propriæ voluntatis arbitrio dum mundi inlecebras vitando deſpiceret; officiũ Sacerdotis excepit, Pariter & animo conuerſus & habitu, morum charitate præcellens; confeſtim claruit apud vrbis pontificem, conuerſatione præcipuus. apud cunctos mentis puritate ſyncerus. Nunquam ſe lætitiæ vbertate plus extulit, numquam mœroris acerbitate turbauit; fuit ſemper tole-

2 Cautè lege & mitem authoris conſpice. Nam virginitas per ſe conſiderata ac cæteris paribus, præpollet cõiugio.

Digitized by Google

rans in aduerſis, mitis in proſperis, cunctos ſibi obedientiæ ſedulitate præferens, egentibus larga miſeratione ſuccurrens, & ex omnibus calcato vitiorum fomite, anguſti callis tramitem, ſanctæ conuerſationis greſſu ſurgente conſcendens. Quicquid aduerſum eſt horruit, quicquid pretioſum elegit. Quid plura? vt hoſpes cerneretur in ſeculo, & iam poſſeſſor eſſet in cœlo. Tunc creſcentibus ſingulis ſacerdotij honoribus, interiecta diſcretione temporum, eccleſiaſtici moris tenorem percurrens; Preſbyteri officium electus excepit, & probatus obtinuit. Et ita ſe deinceps ſanctis cœpit publicare virtutibus, vt Chriſti meritò putaretur alumnus. Contigit ergo vt Autumni temporis fructus, miteſcente botri ſucco, vindemiæ vbertas oſtenderet; per quam latronis temeritas, eius gratiam publicaret. Intempeſta igitur nocte, cùm potius in humanis corporibus curarum diuerſitate ſecluſa, dominante ſilentio blandi ſoporis onus incumbit; vineam ſuam cupidine fructus capiendi impulſus, latro expetiit, & irrupit. Tunc prædam gladio ſecante corripiens, ipſe magis prædatus intra patentia ſepta conſtringitur: & quo defugere violentius voluit, nequaquã euadere potuit, in poſterum ſuo crimine captiuatus. Guſtum habere non meruit, & redeũdi aditum ebrius non inuenit. Nec amittere poterat quod præſumpſerat, nec auferre fas habuit quod ambiebat. Sed cum inibi primo diluculo, rei præſcius vineæ dominator occurreret; furem reperit, quem ſua iam præda vinxerat, & vterque alium mutato iure ſeruabat. Tunc vſque adeo ſancti vltio, rei ſæuit in crimen, vt vuas propria manu decerpens, augmentum illi magis profuſa oblatione tribueret; & delictum obiurgatione caſtigans, remeandi aditum indulgeret. Pari igitur meruit pœna percuti vel perdurante inſidia coërceri, qui vaſa eius nocturna obreptione præueniens, diſtenta mella furatus fuerat. Cuſtodem direptione callida fallere potuit, pecus quod rapuerat temerarius non euaſit. Caſtrorum habitacula, ſublatæ apes cum indignatione linquebant: Vbique furem non caſto ditantes opere, ſed aculeorum ſæuitia perſequentes, quouſque latronis

tronis detecta confusio, sancto quod fraudauerat reddidit & veniam prostratus inuenit. Sed nec immerito pia Sacerdotis indulgentia reum non damnabat, ex crimine, quem ipsa vltrix præda torquebat. Accidit etiam simile sub hac proditione mysterium, cum viator quidam iuxta domum eius agendi itineris copia præteriret: cupiens illius callida fraude iuuencum furti scelere auferre, tintinnabulum collo præripuit, atque hyatum ipsius impressi graminis fraude condemnans, nullius contemplatione deprehensus abcessit. Et cum iam se censuit vel criminis euasisse periculum, vel fortitum compendia fuisse per furtum; obstaculo nullo serata ipsa dedit præda tinnitum, cupiens Domini redire præsidio. Quæ quamlibet abditis penetralibus studio diligenti locata, vel ferrata claustrorum obseratione retrusa maneret; tynniente ambitu, scelus nullo modulante vulgabat, hyatum ingẽtem vomens, authorem criminis quærela germinãte confudit. Tunc latro præteritis memorans confusa mente periclis, reuexit Domino territus, quod abstulerat; quod etiam pietatis studio non seruabat. Ita demum reddito iure naturæ, cœpit species inanimata celare, nec sonitu se nisi pulsa detegere. Sanctus igitur Medardus Athleta Christi, absque reatu proprio, pro delicto confunditur alieno; atque ideo mercedem reo pro culpa tribuit, ne inani ambitione ttistior remearet.

Huc vsque veteres admodum Floriacenses membranæ habent de S. Medardo.

Digitized by Google

Sequitur Rithmitica oratio de beata Maria Magdalena, in Floriacenſibus ante ſexcentos annos ſcriptis Membranis reperta, Atque meliore mente quàm arte confecta.

1 *DVm pietas multimoda,*
Deus gubernans omnia
Per virginem puerperam,
Formam ſumpſiſſet carneam,
In huius mundi area,
Grana ſenit vitalia.
2 *Editus abſque macula,*
Mundi piauit ſcelera
Deuicto mundi principe.
Spem nobis dedit venie,
Teſtantur Euangelica
Diuinitus eloquia.
3 *Ieſus quondam humanitus*
Compatiens mortalibus;
Conuiua factus humilis,
Abſque carnis illecebris.
Docebat inter pabula,
Vita celeſtis Dogmata.
4 *Mirantur plures nobilem*
Predicantis indaginem,
Quorumdam ſtupent pectora,
Peccati lato ſaucia;
Quòd filius altiſſimi
Conſors foret edulij.
5 *In domo quippe Symonis*
Cum eſſet cum diſcipulis,
Maria ſupplex humilis

Famoſa

Digitized by Google

Famoſa quondam meretrix,
Compuncta verbo Domini,
Locum quærit remedij.
6 Vnguentum ferens piſticum
Intrauit Domicilium,
Abſque ſequeſtri nuncio
Procumbit coram Domino;
Nemo delicti tabida,
Poſtulat medicamina.
7 Acceſſit temeraria
Cum venia fiducia,
Nardi ſpicati ſpecimen
Effudit ſuper cervicem,
Teſtans ex imo pectoris,
Affectum penitudinis.
8 De hinc pudore conſcius
Curuatur ad veſtigia,
Et cuius caput liquido
Perfuderat antidoto,
Eius rigauit plurimis,
Deuota pedes lachrymis.
9 Confiderat in Medico
Securra de remedio,
Flebat ſupplex vberius
Suſpirans corde grauius;
Pro ſpeciali lintheo,
Vſa eſt cappillicio.
10 Inter ſacra conuiuia
Non defuit inuidia,
Que protoplauſtum pepulit
De gloria Paradiſi;
Cuius longum exilium,
Crucis ſoluit patibulum.
11 Nam quidam corde tumido

Impropera

Improperabant Domino,
Si noſſet hic myſteria
Diuinitatis intima,
Non ſineret peccatricem
Se tangere mulierem.
12 Reſpondens autem prouidè
Rimator conſcientiæ,
Cuius non latet oculum
Creaturæ latibulum,
Proponit imitabilem
Remiſſionis ſpeciem.
13 Symon inquit Domeſticè
Affatus Allegoricè,
Duo fuerunt homines
Diuerſum fœnus debentes,
Quingentis alter munulis
Alter preſſus quinquagenis.
14 Qui repetenti debitum
Non refudere pretium,
Corde tunc mollis creditor,
Vtrúmque ſoluit debito:
Dic itaque quis plurimum
Horum diligit proximum?
15 Nec mora Symon addidit,
Is vtique plus diligit
Quem maior pœna debiti
Oppignorarat homini:
Qui vero parum debuit,
Minus profecto diligit.
16 Adiecit quoque Dominus
Et dixit coram omnibus,
Recto quidem iudicio
Senſiſti de propoſito:
Attende nunc veriloquam

Me prodente parabolam.
17 Domum tuam introij,
Cum cæteris discubui,
Non caput meum roscido
Delinuisti oleo,
Nec saltem aquæ riuulis
Pedes rigasti hospitis.
18 Hæc autem ex quo subiit
Ædem, fecit quod potuit.
Et me quia plus coluit
Multa capere meruit,
Cuncta eius facinora,
Mea delet clementia.
19 Tunc conuersus ad Mariam,
Sic consolatur flebilem,
Peccatorum remissio
Fiat in te continuò,
Sponte quæsisti medicum
Hoc tibi sit remedium.
20 O felix illa meretrix!
O cor ardens mulieris!
Incendium libidinis
Quod piis necat lachrymis!
Vulnus & fedum pectoris
Crine detergens capitis,
21 Curramus ergo propere
Angustum callem patriæ,
Speciosa itinera
Linquentes morti proximæ;
Efficiet nos incolas
Cœli sancta humilitas.
22 Iesu pro peccatoribus
Venisti de cœlestibus,
Vt reparares numerum

In

In ſupernis Angelicum;
Vnde cadens in tartara,
Sathan ruit Apoſtata.
Adeſto nobis miſeris
Quos grauat pondus ſceleris,
Et per dilecta veſtigia,
Sequamur te in patria,
Quam promiſiſti omnibus
Te verè diligentibus.

Explicit Rithmitica oratio de B. Magdalena, quam vetuſtatis ob commendationem, interire nolui.

Digitized by Google

B. MAGDALENÆ PRÆCONIA.

Ad Reuerendiſſimum Abbatem Cluniacenſem.

Reuerendiſſimo P. Claudio A Guiſia Primarij Cœnobij ac totius Cluniacenſis Ordinis Abbati Generali Nobiliſſimo, ac Domino ſuo Ioannes à Boſco Cœleſtinus. S.

TAnti Nominis amplitudo, tua dignitatis ſplendor, tuæque humanitatis mihi nuper explorata virtus: animum meum (Abbas Nobiliſſime) iam iam admodum in te propenſum, totum tibi deuinxerunt addixerúntque: & ad exerendos ſui in te ardentis ſtudij radios, pupugerunt. Vt vel quantulocúnque munere, ſpecimen tibi ditioris atque præſtantioris quandoque doni, ſi ſuperi annuant, proferrem. Nam vt tibi Odonis tui & aliorum quorumdam, quaſdam lucubratiunculas in procinctu offero; ſic etiam otium aliquando nactus, ſi ipſe materiem ſuppedites, Cluniacenſis tui Celeberrimi Archiſterij vetera multa & magna monumenta, tibi dicare poſteríſque prodere fert animus. Interea verò praliba, pragusta, pitiſſa clientis tui affectum: qui cum necdum quiret tabulam tuam integram ac compiam, hominum viſibus exponere: voluit tamen vel exaſciatam tuam ſtatuam, Regiæ Bibliothecæ Xyſtis inferre. Vt vel eo nomine Regis qui te amat, tibi qui id mereris, & ſibi qui te colit & obſeruat obſequeretur. Quod æqui bonique conſulas Oro. Vale. Sermo &c.

SERMO

SERMO DOMINI ODONIS ABBATIS FLORIACENSIS ET Cluniacensis, in veneratione S. Mariæ Magdalenæ.

QVamquam per quatuor mundi climata, fidelium connexione propagata, sacratissimæ Mariæ Magdalenæ insignia, piæ imitationis exemplo sacrosancta celebret Ecclesia. Atque in beatissimorum scriptis Euangelistarum, ipsius deuotionis sedula famulatio, perseuerántsque seruitus & ingens dilectionis feruor, ac illius sanctæ familiaritatis ministratio, & vsque ad triumphum Dominicæ passionis ineffabilis habeatur constantia; nec non & quæ in morte sui Redemptoris etiam Apostolis fugientibus egerit, & quod ipse Dominus magni consilij Angelus, resurgens à mortuis primo ei apparuerit; tamen vtilitati legentiũ consulentes, ea quæ de ipsius virtutum flosculis gemmarum more, sanctarum elucidant paginas scripturarum & quodammodo sui iubaris impressione vernantes reddunt; compendiosè prælibare curauimus. Vt si cui fortè non vacat sanctissimi pelagus Euangelij ex ordine percurrere, in quo tantæ fidei continentur præconia, saltem hanc nostræ exiguitatis scedulam, illius accensus desiderio, legere non recuset.

y Nobilis fuit B. Magdalena.

Fuit igitur secundum seculi fastum [y] clarissimis beatissima Maria natalibus exorta, quæ vt Patrum asserunt traditiones à Magdalo castello, Maria Magdalenæ nuncupata est. Quam non solum germinis dignitas, verum etiam patrimonij iura parentum excessu, splendidam reddiderunt: adeo vt duplicatus honor nominis excellentiam circumquaque diffunderet

deret. *Solent enim apud homines, plus diuitum quàm pauperum nomina sciri. Sed quia rerum affluentiam, interdum voluptas comes sequitur*, adolescentioris vitæ tempora, lubricis suppositit discursibus, solutis pudicitiæ frenis. Hæc est enim mulier de qua scribit Lucas Euangelista *Quia erat quadam mulier in ciuitate peccatrix, quæ quia dilexit multum, dimissa sunt ei peccata multa.* Et de qua Marcus ait. *Surgens autem Iesus mane prima sabbathi, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua ieceraat Septem Demonia.* Quam vero pius & misericors erga conuersos peccatores extiterit Deus, ætius comprobat perfectio, quæ non solum criminis promeruit ablutionem, sed Apostolorum consors effecta, illis donata est Dominicæ Resurrectionis nuncia. Hæc autem diuino postmodum afflata spiritu, mentisque intuitum in se reuerberans, ac pristinæ vitæ detrimenta non sustinens; vt comperit Dominum & creatorem totius humani generis, in domum venisse Symonis, *qui non venerat vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam*, non ob suorum enormitatem scelerum de sui conditoris diffidens clementia, preciosissimo accepto vnguento, ad ipsum misericordiæ fontem concito properauit gradu; corruens ante clementia Domini vestigia, amaritudinémq; cordis, per vberem lachrymarum exaggerans fontem. Mox denique compunctionis flectibus, sui Plasmatoris pedes cœpit rigare, capillisque suæ deuotionis tergere; ac indesinenter osculis veræ humilitatis confouere, ac mundissimo suæ dilectionis vnguento pervngere. Quæ cum in tali deuotionis famulatu non esset repudiata, sed potius misericorditer suscepta; ausu familiaritatis confisa; etiam super sanctissimum Domini caput, preciosissimi liquoris effudit odorem. In tantum vt tota domus, ex odoris fragrantia more aromatum redoleret; nihil scilicet ore depromens, sed per exterioris obsequij beneficia, suæ compunctionis flammam ac dilectionis feruorem intimans, ac si ipsis loqueretur verbis dicens. O Domine Iesu clementissime, qui omnia scis & cordium inspector es verus, qui non vis mortem peccatorum, sed magis vt conuertantur & viuant,

Luc. 7. 37.

Marc. 16. 9.

viuant, tu ipſe intelligis quid mei depoſcant ſingultus, quid lachrimæ ab imo erutæ flagitent, quid meus amarus exoret gemitus. Peccatrix ſum & immũda, & omnium nefandorum criminum labe polluta. Sed quia meam ab annis ptioribus contaminaui vitam, ad te Dominum meum qui es vita æterna cõfugio; vt malè perditam reſtituas vitã, & me de baratri faucibus clementer eripias. Miſericorditer liberes, potenter abſtrahas, qui ſolus laborem & dolorem conſideras. Quid verò ex huiuſcemodi dilectionis profeſſione conſecuta ſit; ipſe Dominus manifeſtat, qui Symoni indignanti cur ad ſe mulierem peccatricem permitteret accedere, conuerſus ad illum reſpondit inter cætera. *Amen dico tibi, dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum.* Quæ Domini adepta clementiam, vt Lucas deſcribit, il lico poſthabitis omnibus, ita familiaris effecta eſt, vt ipſum non ſolum mente, ſed & corpore ſequeretur, de propriis facultatibus, vt pote valdè locuples, victum & veſtitum ei miniſtrans; implens bifariè Dominicum præceptum dicentis. *Qui mihi miniſtrat me ſequatur.* Miſticè autem hæc beatiſſima mulier ſanctã deſignat Eccleſiam. Quæ benè in domum Symonis veniſſe dicitur, & ab omnib⁹, priſtinæ vitæ contagiis curata. (Symon enim interpretatur obediens) priſtinos decoquens anathematiſauit errores, omnémque Idolorum poſtponens ſpurcitiam per aquam baptiſmatis, ſuorum obtinuit veniam delictorum, ac cotidie Dominum ſequitur non greſſu pedis, ſed imitatione operis. Rigauit autem hæc mulier pedes Domini lachrymis pœnitentiæ, & vnguento piæ confeſſionis liniuit quia Eccleſia Dominum Ieſum Chriſtum verum Dominum ac verum credens hominem, pro ſuis cotidie exceſſibus, lachrymarum ſingultibus ipſius exorat ablutionem. Dúmque aſſumptæ humanitatis myſteria, digna reuerentia ſuſcipit & predicat, quia inter homines conuerſari dignatus eſt; vtique in pedes Domini vnguentum Nardi piſticum id eſt fidelem, fundit. Quæ loquitur in Cantico amoris dicens. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, Nardus meu dedit odorem ſuum.* Quæ nimirum ver-

Luc. 7. 87.

Ioan. 12. 26.

ba

ba iuxtà literam, manibus beatæ Mariæ Magdalenæ compleuit;& cotidie ſpiritualiter non ceſſat implere, cum in totam mundi latitudinem glorianter laudes referens creatori dicit. *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos, in omni loco, quia bonus odor Chriſti ſumus Deo.* Quæ cum ſublimitatem diuinæ Maieſtatis quæ æqualis eſt illi cum patre, congrua religione ac reuerentia confitetur & predicat; & in quantum naturalis ingenij vigor ſuperni luminis illuſtratione perfuſus ſcit, digna veneratione recolit; mentiſque aciem ad contemplandam tantam potentiam extendit; caput profecto illius precioſiſſimo perfundit vnguẽto. Quod verò Iudas Scharioth contra hanc ſanctiſſimam mulierem, indignatus dicitur: pro effuſione tanti vnguenti, datur apertè intelligi, quia reprobi & infideles, contra ſanctam eccleſiam cotidie ſæuiunt; eiúſque derogant religioni ac deuotioni, videntes per quatuor mundi plagas, doctrina ipſius & exemplis, diuinitatis Domini potentiam, & humanitatis eius clementiam cunctis claruiſſe. Vnde & de hac ſancta muliere quæ præuenit vngere corpus Domini, inquit ipſe, *Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius.* Quoniam non ſolum in toto mundo, de hac ſancta muliere prædicatur quod vnxerit caput Domini; ſed & de Eccleſia. Cotidie enim vt iam prælibatum hæc operatur in ſuis ſanctis actionibus. Benè etiam Maria Magdalenæ dicitur,[1] Magdalus verò interpretatur turris, & ſignificat Eccleſiam. Turris enim non ſolum ſublimior, ſed & tutior domus eſt: non facile hoſtibus patens, ac per hoc Eccleſiam deſignat quæ terrena deſerens cæleſtia deſiderat, pugnans inter ſpiritales nequitias, fortitudinemque ſuam non ſibi, ſed Domino committens; orat cum Propheta dicens. *Eſto mihi turris fortitudinis, à facie inimici.* Hæc eſt illa turris fortis & inexpugnabilis, cui voce ſponſi in Canticis canticorum dicitur. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Mille Clypei pendent ex eo, & omnis armatura fortium.* Et de qua Salomon ait.

[1] *Magdalus turris interpretatur.*

Pſal. 60. 4.

Cant. 4. 4.

Prouerb.18.10. ait. *Turris fortiſſima nomen Domini; ad ipſam currit iuſtus, & exaltabitur.* Sed quia nominis interpretatione compulſi, à ſuperficie hiſtorica paululum diſceſſimus. Libet intuere clementiſſimam Domini familiaritatem erga beatam Mariam & Sororem eius Martham: ac ipſarum piæ deuotionis in omnibus famulatum.

Luc. 10. 38. Legimus enim Euangeliſta Luca narrante, quod *Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam, & huic erat ſoror nomine Maria, Quæ etiam ſecus pedes Domini ſedens, audiebat verbum illius. Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium.* Vnde non ſolum contra ſororem, verum etiam contra ipſum Dominum querelam aſſumit dicens. *Domine, non eſt tibi cura quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi vt me adiuuet.* At ille qui non eſt perſonarum acceptor, ſed ſingulorum merita diiudicat, ſcitque meliorē eſſe animam quam corpus, vt cibum ſpiritalem quàm carnalem: ita vnius opus laudat, vt alterius non vituperet. ait vero. *Martha Martha Sollicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum eſt neceſſarium. Maria Optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea in æternum.* Spiritualiter autem hæ duæ mulieres deuotiſſimæ, quæ Dominum ſuſceperunt in domum ſuam, duas ſignificant Eccleſiæ vitas, actiuam ſcilicet & contemplatiuam. Per Martham ergo quæ circa frequens miniſterium erat, actiuæ vitæ labor exprimitur. Per Mariam vero quæ ſedens ſecus pedes Domini, verbum illius intenta mente percipiebat; contemplatiuæ vitæ dulcedo deſignatur; cuius ſapor quanto magis deguſtatur, eo amplius à rebus viſibilibus, & curarum tumultibus animus ſeparatur. Spretis enim omnibus temporalibus, ſola mens cum Deo eſſe deſiderat. Libet enim audire præcepta cœleſtia, ſicuti hæc beatiſſima faciebat Maria, quę ſedens ſecus pedes Domini, verbum illius intenta aure percipiebat, Impletum eſt in ipſa, quod olim per beatum Moyſem dictum fuerat. *Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina ipſius.* Quàm gratiſſima enim apud conditoris clementiam, pro ſuæ deuotionis famulatū & inextinguibili dilectionis feruore habita

Deut. 33. 3.

bita sit, Ioannes Euangelista manifestat : vbi quatriduani Lazari venerandam inauditámque describit resuscitationem. *Diligebat* inquit, *Iesus Martham & sororem eius Mariam, & Lazarum* Ac in sequentibus commemorat, quoniam vocata à sorore sua, cum veniret vbi erat Dominus, corruit ante pedes eius dicens. *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus:* Iesus autem vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea flentes, *Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum, & dixit. Vbi posuistis eum? Dicunt ei. Domine veni, & vide: & lachrymatus est Iesus.* Manifestè suæ pietatis clementiam ex assumpta humanitate dilucidans, quando pro ipsius doloris immanitate, lachrymas non dedignatus est fundere suæ compassionis, saltuo tamen diuino mysterio. Germinis sublimitas, ac secularis pompæ dignitas, beatæ Mariæ Magdalenæ in hoc dignoscitur facto; quando iam in quatriduana fratris morte, tanto Nobilium & potentium multitudo Iudæorum, ad ipsius mitigandũ confluxerit dolorem. Et non passi sunt ad fratris tumulum sine sui præsentia, eam properare, dicentes. *Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi.* Est Denique hoc procuratum Domini misericordia, vt patraturus tale tantúmque miraculum, multi adforent Iudæorum. Quatenus dum vnus resuscitatur in corpore, nonnulli erigerentur in mente, & essent testes ac laudatores ipsius promptissimi. Vnde in consequentibus idem Euangelista refert dicens. *Testimonium ergo perhibebat turba quæ fuerat cum Iesu, quando Lazarum resuscitauit, & vocauit eum de monumento.* Typicè autem hæc mulier quatriduanum mortuum flens fratrem, sanctam præfigurat ecclesiam, quæ pro illorum discrimine quĩ obnoxij tenentur sceleribus, atque consuetudinaria mortalium criminum labe tumulati, pessimæ opinionis famam è suis egerunt corporibus, lugere non cessat. *Omnes enim in Christo fratres sumus.* super Lazari verò interitum flere dicitur Dominus, quãdo suæ miserationis respectu, huiuscemodi corda, per compunctionis gratiam visitans, ad pœnitentiæ lamenta inflectit. Hoc autem ipse agere dicitur, quod vt nos

Ioan. 11. 5.

Ibid.

Ioan. 12. 17.

Matth. 23. 8.

intentissimè perficiamus, suæ inflammationis instinctu procurat. Tale est profecto & illud. *Ipse enim spiritus, postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et sicut Lazarus post effusionem lachrymarum, mirantibus turbis resuscitatur a corpore: ita & peccatores post compunctionis lachrymas, digna carnis maceratione peracta; resuscitantur in anima, impio, Domino per Prophetam pollicente qui ait *In quacunque die peccator conuersus fuerit, & ingemuerit: omnia peccata eius obliuioni tradentur.* Sed his breuiter prælibatis, ad ipsius fidei constantiam atque feruentissimæ dilectionis ardorem, nec non & quod in passione Domini specialiter ac familiariter peregerit; cunctis admirandum imo magis imitandum mortalibus, perueniendum est. Nam hæc sancta mulier Dominum secuta sicut iam præfati sumus, & de suis largissimis facultatibus illi deuotissimè ministrans; postquam vidit eum comprehensum, ligatum, flagellatum omnibusque subsannationibus & irrisionibus, delusum, ad vltimum pro salute generis humani in Cruce positum. Discipulos etiam qui prius dicebant *Eamus & nos, & moriamur cum ipso.* terga vertisse; ipsa cum eo remansit, quia quæ arctius & feruentius eum dilexerat; nec à mortuo potuit separari. Et sic impletum est tempore Dominicæ passionis, quod olim per beatum Iob dictum fuerat. *Pelli meæ consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.* Quasi enim consumptis carnibus pellis osi adhæret, quando discipulis fugientibus, beata Maria Magdalenæ cum Domino perseuerauit. Et tandiu permansit, quousque diuersis condirum aromatibus in sepulchro collocari prospexit. Inde autem moerens & nimio succensa dolore recedens, perspicue ad notum sui Redemptoris locum abiens sepulchri, emit aromata. Et ipsa nocte in quantum valuit, vnguenta præparauit. Sabbatho vero secundum mandatum legis siluit. Occidente autē Sole, quod supererat, in præparandis vnguentis operam dedit. Mane autem vna sabbathi, cum adhuc tenebræ essent, cum præparatis aromatibus venit ad sepulchrum, cupiens sacratissimum

Rom. 8. 29.

Ezech. 33. 2.

Ioan. 11. 16.

Iob, 19. 20.

mum eius corpus perungere, quem viuentem nimio dilexit amore. Cum enim sexus fœmineus timidus soleat esse ad ambulandum in tenebris, nihil ista metuit quæ toto corde Dominum dilexit. Erat porro in ea perfecta charitas, quæ foras mittit timorem. Nam neque propter sui sexus fragilitatem, neque propter lapidis magnitudinem, neque propter metum custodum, à cæpto itinere declinauit, quousque ad sepulchrum Domini intrepida peruenit. Cuius mulieris constantia in libro Regum pulchrè præfigurata est, quando Allophyli vaccas fœtas applicarunt ad plaustrum, vitulósque earum recluserunt Domi. Ibant autem sicut scriptum est Vaccæ in directum, *Per viam quæ ducit Bethsamith, pergentes & mugientes, nec tamen ad dexteram vel sinistram declinantes.* Ita & beata Maria Magdalenæ cupiens sepulchrum Domini inuisere, quasi mugiens & gemens, quæ ad tempus præsentia Domini sui priuata fuerat incedebat, imitabile exemplum omnibus præbens fidelibus, vt per viam Dei ambulantes, nec propter temptationem dæmonum vel metum hominum aut curam parentum, acœpto itinere deuiemus, quia inchoantibus præmium promittitur, sed perseuerantibus datur. Allegoricè autem tenebræ erant in corde huius sacratissimæ mulieris, cum ad Domini venit monumentum: quia resurrectionis eius ignara, viuentem inter mortuos requirebat. Tunc vero in eius mente Sol ortus est, quando non solum resurrexisse vidit, sed etiam credidit, & vidit lapidem sublatum à monumento. Et quia corpus Domini non inuenit, furatum credidit, atque festina quod viderat discipulis nunciauit. De hac veraciter in Canticis Canticorum voce Ecclesiæ dicitur. *In lectulo meo per noctem, quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum & non inueni, surgam & circuibo ciuitatem, quærens quem diligit anima mea. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem, num quem diligit anima mea, vidistis? & factum est cum pertransissem illos, inueni quem diligit anima mea. Tenebo illum, nec dimittam: donec introducam eum in domum patris mei, & in cubiculum genitricis meæ.* Cucurrit namque vt diximus hæc sacra mulier, & venit

1. Reg. 6. 12.

Cant. 3. 2.

ad symonem Petrum, & ad alium discipulum quem
Ioan.20. 2. diligebat Iesus, & dixit eis. *Tulerunt Dominum meum de monumento, & nescio vbi posuerunt eum. At illi currentes venerunt ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulier dixerat. Abierunt ergo discipuli & reuersi sunt ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.* Considerandũ est hoc loco huius mulieris mentem, quantus amor Domini accenderat, quæ etiam discipulis à monumento Domini recedentibus, non discedebat. Et quia ab inquisitione non cessauit, prima videre meruit. Plorat ergo quia quem multum desiderabat, non videbat. Plorabat, quia corpus Domini de monumento furatum putabat. Dum vero fleret, inclinauit se, & prospexit in monumento. Iam enim monumentum vacuum viderat, & Dominum furatum de monumento discipulis nunciauerat. Quid est quod iterum se inclinat, nisi quia iterum videre desiderat? Verbi gratia, sicut dum aliquam rem amittimus, quamuis huc illúcque sæpius discurrendo quæramus, ad illum tamen sæpius locum discurrimus & respicimus, vbi eam posuisse memimus. Ita & hæc sancta mulier, quamuis huc illúcque curreret corpus Domini quærens; anxia tamen de eius absentia, frequenter monumentum aspiciebat vbi eum positum nouerat. Vnde etsi Dominum statim videre non meruit, Angelorum tamen visione priuata non est. Nam vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi. *Mulier quid ploras? Quem quæris?* Interrogabant Angeli non vt quærẽdi minuerent desiderium, sed vt augerent. Sic enim nos cum propter amissionem flemus, si quis causam fletus inquirat, magis ploratum accumulat. Ita & illi causam doloris interrogabant, vt fletu desiderium augerent, scientes beatos esse. *Qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Sed
Matth.5.4. mulier cuius rei gratia fleret manifestat, cum adiungit: *Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset conuersa retrorsum, vidit Iesum stantem, & nesciebat quia Iesus est.* Recte vt Dominum mereretur videre, conuersa retrorsum dicitur,

qui

qui enim retrorsum conuertitur, illuc oculos dirigit vbi prius terga habebat. Quasi enim retrorsum conuersa est, quando dubitationis postponens nebulas, Christi resurrectionem ex parte credere cœpit. Cui tamen visionem sui Dominus ita suspendit, vt quia amabat, sed eum resurrexisse non credebat: illum & videret, & non cognoscere t. Vnde Euangelista: *Illa inquit existimans quia hortolanus esset, dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* Habet enim vis amoris hoc proprium, vt quem quisque multum amat, omnes amare putet. Sed non in toto hæc mulier erraut; cum Dominum hortolanum estimauit. Sicut enim hortolani officium est noxias herbas eradicare, vt bonæ quæque proficere valeant. Ita Dominus Iesus Christus de horto suo, id est de Ecclesia sua, cotidie vicia eradicat, vt virtutes crescere valeant. Cum vero sexus fœmineus fragilis sit ad onera ferenda, hæc propter amoris magnitudinem, leue & possibile arbitrabatur dicens. *Si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus, Maria.* Conuersa illa dicit, *Rabboni quod dicitur Magister. Dicit ei Iesus, Noli me tangere.* Quia Dominus superius mulierem communi sexu eam appellauit & cognitus non est: vocauit eam proprio nomine, vt saltem cognoscentem se cognosceret. Air enim, *Maria.* Cum enim apud Dominum certus sit numerus electorum, magna gratia illis datur, qui propriis nominibus Deo noti esse manifestantur. Qualis erat Moyses cui dictum est. *Noui te ex nomine.* Vnde mulier postquam proprio nomine a Domino vocata est: statim cognoscentem se recognouit dicens, *Rabboni, quod dicitur Magister.* Hæc autem inquiens, illico corruit in terram, volens adorando pedes eius tenere, recognoscens eum, vocata ab ipso ex nomine. Cui à Domino dicitur *Noli me tangere.* Vbi non est putandum quod post resurrectionem tactum renuerit fœminarum; cum de duobus à monumento illius recedentibus dictum sit, quod accesserunt & tenuerunt pedes eius. Sed ideo à suo contactu prohibuit, quoniam eius mentem adhuc perfectam in fide

Ioan. 20. 15.

Exod. 33. 12.

non sensit: quando Dominum viuentem inter mortuos requirebat. Quare autem ab ipsa se tangi noluerit, manifestatur cum subditur. *Nondum enim ascendi ad Patrem meum.* id est, quia me inter mortuos vt mortuum requiris, & non dum credis me æqualem Patri secundum diuinitatem, *Noli me tangere.* In eius quippe mente Dominus ad Patrem non ascendit, qui non credit eum æqualem esse Patri. Et quia beata Maria nec dum perfectè diuinitatis eius potentiam cognouerat, prohibita est tunc ne tangeret pedes eius. Vade autem ad fratres meos & dic eis. *Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Venit autem Maria nuntians discipulis, quia vidi Dominum, & hæc mihi dixit.* Clementissima namque Dei pietas, in hoc loco erga fœmineum genus declaratur. Quia enim per fœminam mors mundo illata fuerat ne semper in opprobrium sexus fœmineus haberetur, per sexum fœmineum voluit nunciare viris gaudia resurrectionis, per quem nunciata fuerat tristitia mortis. Ac si diceretur. De cuius manu sumpsistis poculum mortis, ab eius ore audite gaudia Resurrectionis. Et sicut per beatã Mariam semper virginem quæ spes est vnica mundi, paradisi portæ nobis sunt apertæ, & maledictio exclusa luæ: ita per beatam Mariam Magdalenam opprobrium fœminei sexus deletum est, & splendor nostræ Resurrectionis in Dominica Resurrectione exortus, ab ea propinatus est. Vnde bene Maria interpretatur stella maris. Quę interpretatio quamis Dei genitrici specialiter cõgruat, per cuius partum virgineum, Sol iustitiæ mundo resplenduit, tamen & beatæ Magdalenæ potest congruere, quæ cum aromatibus veniens ad sepulchrum Domini, matutinam splendorem Dominicæ Resurrectionis mundo nunciauit. Et discipuli ideo Apostoli vocati, quia missi sunt ab ipsa prædicandum Euangelium omni creaturæ. Nec minus beata Maria Magdalenæ ab ipso Domino delegata est ad Apostolos, quatenus dubietatem & incredulitatem suæ Resurrectionis, ab illorum cordibus remoueret. Te ergo supplices quæsumus Domine vt qui illi tuæ misericordiæ

Maria Magdalena Apostola Apostolorum fuit.

ricordiæ tantam contuliſti gratiam, nobis ipſius propiciari digneris meritis, quatenus qui noſtrorũ obruti farcina peccatorum non valemus obtinere veniam, ipſius pio ſuffragante patrocinio quæ tibi deuotè immo ſpecialiter ſeruiuit in ſæculo, núncque cum Angelis claritatis perfruens gloria triumphat in cælo, ſolito charitatis radians fulgore, omnium criminum exuat labe, atque ſuperiam ſuo precatu ducet ad patriam, quò lætati ipſius conſortes efficiamur gloriæ, eo annuente qui viuis, &c.

Explicit Sermo Venerabilis Odonis Floriacenſis & Cluniacenſis Abbatis de B. Maria Magdalena

---

Homilia prima Sancti Ioannis de beata Magdalena.

Necdum qui-ui reperire, quisnã ille ſit S. Ioannes qui has homilias de beata Magdalena compoſuit.

IN *diebus illis mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod intrauit Ieſus & recubuit in domo Phariſei*, ſubito quaſi meretrix audax intrauit in domum, & obtrita publicis aſpectibus, fronti obtulit ſaluatoris. Audaciter intrauit non iam meretrix, ſed modeſta non libidinem expletura ſed lucem viſura, intrauit non ad libidinis fornicem, ſed ad indulgentiæ fontem. Intrauit non vbi iam vltra ſordeſceret, ſed vbi contractos poneret ſordes; & ſpernenda viſcera Domino miſerante purgaret. Superingreſſa eſt auida, nec reſpexit ad Phariſæum, ſed recto limitem direxit ad fontem: pudore priuata, & pœnitudine armata. Et quid fecit? Non tulit ſe ſtatim ad pedes Chriſti in domo recumbentis, ſed ſtetit anxia curuáque corpore, & poſtea pedes Domini tenet rea, & remedium exigit. Vritur animo, loquitur tacita, gemit ſilenter, inſtat opportunè, pœnitudine compuncta, & doloris ſui amaritudine ſtimulata: ſubiecit ad cælum animum, aſpectum deiicit in terram, illum ſolum videt quem tenet, illi pandit pectus ſuum, illi peccata fatetur, & criminoſa reiciat conſcientia. Cor ſuum, terra pedes, eius mixtum cum fletibus fundit, capillis eius

mollibus

mollibus lachrymis perfusos pedes, quasi linteo quodam detegit. Nec solum lachrymis abluere satis, satis & crinibus tergere, insuper de alabastro quod manu tenebat, vnguento perfundit, & pedes quos rigauerat lachrymis, vnguento liniuit. Atque in his tribus speciebus immunda mulier, in lachrymis in capillis & vnguento, quasi fontem baptismi sui, de pedibus Christi extraxit. Nam in fonte baptismi, quid aliud est quam aqua & chrisma, & vestis alba? Huic mulieri pro aqua fletus fuit, pro chrismate vnguentum, pro veste capilli. O mulier peccatrix multa adinuentio tua! Quis tibi monstrauit talem aut iuuenire aut proponere artem, vt congesta in te crimina, momentaneis lachrymis vinceres, crinibus raderes, vnguento extirpares? quid ergo? *vidit*, inquit, *mulier peccatrix cum alabastro vnguenti, & stetit iuxta pedes Christi.* Et quid saluator? Numquid ignorabat eam? numquid nesciebat quod esset peccatrix famosa? hoc nefas est dicere. Verum vbi vidit compunctam, iam non repulit quasi publicanam, aut spreuit importunam: sed recepit dolentem, & amplexus est pœnitentem. Non ei imputauit vt erat imputandum. Non ei dixit Dominus, meretrix, adultera, fornicaria, tu venis ad me? tu mihi approximas? aut ausa es pedes meos manibus pollutis contingere? Non vides massam malorum tuorum? calent adhuc in te crimina, membra tua feruore libidinis inspirant, corpus tuum crimmosis lachrymis plenum est. Animam ipsam intus contaminationibus tuis funesta sarcina premit: & tu tantis sceleribus deprauata, ausa es venire ad me? Non illi sic Christus, nec imputauit, nec dixit. Qui & si dixisset illi, illa talis mulier parata erat sine dubio respondere contraria. Si dixisset illi Christus immunda mulier, fediſsima contaminata, cessa & à me discede, nullam habeo cum meretricibus causam, habuit illa respondere. Domine Rex celestis, redemptor mundi, quæ sunt hæc? Vt quid descendisti de cælo? propter iustos tatum an propter peccatores? Et quanti sunt iusti? si peccatores repudias vbi populus tuus? An non tu medicus es? quos venisti curare? Numquid

sanos?

ſanos? abſit. *Sanis non eſt opus medicus, ſed malè habentibus.* Meretricibus opus eſt medicina publica, & pulſant vt eam accipiant. Peccatoribus veniſti porrigere manum, eliſos erigere, & cæcis reddere viſum. Medice quid me repellis vulneratã? Et ſi me repellis, ego non recedo, ſed iure meam de te exigo ſanitatem, quia ſanare veniſti ſautiatos peccatis, non repellere: tenqo pedes tuos, nec ante diſcedo, quàm percipiam curam Omnipotentis. Suſcipe importunam, & noli deſpicere pulſantem meretricem. Ecce precium tibi offero pro redemtione mea, porrige ad me aſpectum tuum. Et quidem quid offeram, nihil habeo in ſubſtantia præter lachrymas, indigens ſum inops ſum, hoc tamen ſcio ſatis tibi eſt. Noui quod grata tibi ſit iſta oblatio. Non quæris pecuniam, ſed exigis pœnitentiam. Nec libamina tantum quæris, quantum lachrymis delectaris. Sacrificium tibi eſt cor contribulatum, & ſpiritus compunctus. Suſcipe itaque prætium pœnitentiæ meæ, & da mihi præmium indulgentiæ tuæ. Paſtor, dic mihi quæſo, numquid non ſum de ouibus tuis? Sed erraui de grege, & facta ſum ſicut ouis perdita, quære ancillam tuam, & fac de meretrice pudicam. Noli me deſpicere, non ſum ſola, multas habeo cõpares. Et quàm maxima pars ouium tuarum inde eſt paſtor excelſe; quære oues diſperſas & ſcabie contactas, collige eas in vnum, & imple ouile tuum. Tu namque dixiſti. *Habeo alias oues quæ non ſunt ex hoc ouili, & eas oportet me adgregare, vt fiat vnum ouile & vnus paſtor.* Quæ ſunt iſtæ oues quæ non ſunt de ouili tuo, quàm meretrices & publicani, quàm peccatores & adulteri & iniuſti? & ſi hos repudiaueris vel excluſeris, qui sũt qui remanebũt vt impleãt ouile tuũ? Prophetæ? Apoſtoli? Martyres? Virgines? Cõtinentes? Et quanti ſunt iſti ad integrum populum? Si ergo præſcribitur peccatoribus, pauci intus, & multi foris erunt. Sed quoniam Redemptor es generalis & paſtor communis, qui veniſti non perdere ſed ſaluare, corrige corruptas oues & ſcabie conſperſas, ad caulas cæleſtium fac de omnibus vnum gregem, & eſto omnibus vnus ſicut promiſiſti, & ſaluator & paſtor. *Ioan. 10. 16.*

Obſecro

Obſecro te ego mulier indigna, & tacita intra me prece depoſco. Conſcium omnium te eſſe ſcio, & errantium medicum. Dolorem meum verbis ingemino & actionem meam ſecretis ſingultibus exprimo. Fiio mihi aduocatus, ſuſcipe cauſam meam, & ſolue compedes meos, Multum eſt quod ipſa merui tangere pedes tuos. Ego fletibus pœnitentiæ perfundo pedes tuos, & tu flumen indulgentiæ, dele crimina mea, tango te ſaluator ego immunda mulier & oſculor pedes tuos, non vt inquinem quod tango. O meretrix magna eſt fides tua, mira conuerſio, clara confeſſio; non te iam dicimus meretricem, ſed omnium meretricum medicam! De te enim capiunt multi, remunerationis exemplum. Sed cœpti capituli ordinem explicemus. Pharifæus interea qui vocauerat Dominum, vbi vidit mulierem, velut indignans ait intra ſe. *Hic ſi eſſet Propheta, non ſineret mulierem tangere ſe*, cuius ſciret infamiam. Illo ſic intra ſe perpendente, ac proſperum actum obſcurare nitente: cogitatum eius cõprehendit Dominus pariter & detexit, ſic aſſerens. *Symon habeo tibi aliquid dicere. At ille reſpondit. Magiſter dic. Fœnerator ille qui duos habebat debitores, unus debebat quingentos denarios, alter quinquaginta. Illis dum non haberent unde redderent ambobus remiſit. Dic quis de iſtis duobus plus eum diligere debuit? Reſpondens Symon dixit, Quantum eſtimo ille cui plus donauit. Dixit ei Ieſus recte iudicaſti.* Symõ hoſpes Phariſee applica ad te parabolã iſtam, neſcis quia propter te illam protuli? Cur indignaris? cur venenum verſas in pectore tuo? Cur contra factum bonum, ſubrigis caput ſerpentis? Indignum iudicas ſaluare mulierem fornitariam, lachrymarum fontibus inundantem. Sed facis hoc quaſi incredulus Phariſæus, dum non vis mẽ eſſe aut credere Deum. Amice feciſti rem bonam, paraſti mihi conuiuium, & prandium exibuiſti. Sed quid ad iſtam mulierem? Animus eius plus eſt quam tua humanitas. Amor eius vicit tuum conuiuium. Non vidiſti quid fecit? *Introiit Domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti. Hæc autem lachrymis ſuis rigauit pedes meos, & capillis extersit. Oſculum mihi non dediſti, hæc autem ex quo introiit,*

rauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Propterea dico tibi, remiſſa ſunt ei peccata multa. O tu Phariſæe ex malo fermento indignaris, angèt te quod ſaluauerim pulſatricem, & a peccatis abſoluerim, quid hoc ad te? mala intentio tua. Numquid non licet mihi in meis facere quod volo? *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Sed ſi placet tibi, corrige te ad parabolam meam intuere & vide. Tu feciſti conuiuium, & meretrix coronata eſt, quare? Quia multum dilexit, multum plorauit, multum pœnituit. Plus valuit apud me fletus meretricis, quam tua fercula, & vidè, duplum tibi prælata eſt fornicatio, quando tu quinquaginta, illa eſt quingentos denarios compenſata. Vnde non immerito, de vobis olim prædixi. *Quia Publicani & meretrices, præcederent vos in regno Dei, & Conuerſus Dominus Ieſus dixit ad mulierem, fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.* Ecce quomodo patuerunt propoſita in duobus exemplis. Ecce quomodo crimina contrarijs conliſa ſunt armis, auaritiæ tela retundit eleemoſyna, luxuriæ incendia lachrymæ extingunt. Fœnus exercuit publicanus, & factus eſt iuſtus. Fleuit fornicaria & facta eſt ſancta. Quid tu ad hæc talibus prouocatus exemplis deſperas? fortè dum diſplices tibi ipſi? Deſine deſperare, & diſce quid agas. Quando vis orare pro luxuria quæ in te eſt, aut erogare aliquid pro peccatis. Scio quia reſiſtit tibi conſcientia tua, & reuoluit infinitum numerum peccatorum, obſtrepit tibi ſilenter dicens. Quid eſt quod oras, aut quid eſt quod erogas? clades eſt, ſcelerum te cumulus vrget. Et qualis eſt obſecratio tua vel erogatio? Quando ſic te obiurgat conſcientia, tu noli terreri, ſed oppone te illi publicano, obiice meretrici & die: Ceſſa conſcientia noli mihi obſtrepere, noli obſiſtere, eſt acceſſus ad Dominum, & locus reneandi ad Chriſtum. Fleuit meretrix & facta eſt filia. Vt quid in deſperationem cadis conſcientia, vt quid me confundis & in barathrum contemptus præcipitas? Si Deus recipit, quis eſt qui reſciet? Si Deus iuſtificat, quis eſt qui condemnet? Chriſtiane quid tardas? publicanum vides antequam adhuc pœniteret receptum, & tu ambigis? Quid me-

Matth. 21. 32.

tuis

tuis vitium libidinis quo corpus polluitur & membra maculantur, quasi (nō si toto animo gemueris) absoluaris? Homo lcortum vides vno momento per solas lachrymas ablutum, & dubitas? Sed dicis. Ecce compunctus oraui, aut erogaui, aut fleui pro his quæ mala gessi, & merui Domino indulgente absolui. At si rursus peccauero quid sum facturus? Numquid iterum flere debeo, vel desperare de remedio? Respondeo tibi. Si quidem radix peccati in membris tuis arescerer vel a medulis tuis discederet, rectè hoc diceres. Si enim stimulus carnis quiesceret securus esse posses, nec luxuriæ peccatum faceres, nec pœnitentiam pro libidine quæreres, sed semper quasi Angelus illibatus incederes. Quod si etiam millies te corripis, naturaliter senties quod te libido arguit, & pungit. Quid ergo facturus es? fragilis es, vinceris, subinde flecteris, frequenter facis illud quod Deus non vult, & forte quod tu ipse horrescis. Sicut ait Apo-

Rom. 7. 15. stolus. *Non quod volo ego bonum, sed quod odio malum facio.* Quid tunc? Ecce orasti & annuit Deus pius, indulsit misericors, euasisti peccatum, verum quia non iam idcirco absolutus es a stimulo carnis, ecce iterum impellit conditio cadere post veniam impetratam, delinquere post indulgentiam, post lachrymas iterum lapsum incurrere. Ex hoc planè tam magnum venit odium boni, & tam inæstimabilis difficultas. Conari quidam debes toto animo & pertinaciter pugnare contra carnis stimulum, & concupiscentiam cordis, vt vincas & non peccs. Sed si fortè contra votum tuum conditio carnis viceri, & cupiditas strauerit in peccato, quid facturus es? Debes iam despicere aut desperare salutem? Non sic cogita, surge iterum homo, surge noli timere, noli iacere, est qui recipiat, est qui te non despicit: si surgis, mox resurgis, mox si te erigis, erigeris, iam non errorem tuum Deus, sed animum respicit. Nec peccatum computat, sed pœnitentiam pensat. Odit planè si te viderit negligentem aut resolutum aut pigrum, si te viderit non laborantem in pœnitudine, sed remanentē in crimine. Talis namque est Deus erga homines. Odit peccantem amplectitur

ſtitur pœnitentem. Ergo cecidiſti noli deficere aut differre, ſed ſurge. Si per ſingulos dies erraueris, per ſingulos dies condecet te erigere & emendare. Hoc eſt enim quod à te expetit Deus. Aut non audiſti quomodo vox eius reſonat per Hieremiam Propheram? *Numquid qui cadit non reſurgit, aut qui auerſus eſt non reuertetur?* Hoc de vno caſu non dicit, ſed de totius temporis lapſibus teſtatur. Si enim contigerit te ſæpè cadere, clamat ille ſemper & dicit. Surge homo, quid iaces? numquid qui cadit non reſurgit? ſurge peccator conuertere ad me, quãtumcumque multoties peccaueris, conuertere à via tua mala & viue. Hoc ita dicit, vt non tu per multas rimas deſperes & deficias, ſed ſuberigas te ſollicitius, ac per ſingulos lapſus ſurgas contra peccatum, opponas illi lachrymas, obiſcias eleemoſynam, interſeras orationum excubias, vt pondus peccati, pœnitudinis pondere obruas & euertas. Sic te perſiſtentem numquam deſeret diuina clementia. In iſto agone poſitus perlucta, hanc incede viam, ſed anguſto itinere preſſam: latam namque planè tenet viam, qui non vult à ruinis ſurgere. Anguſtam tenet viam, qui quoties peccauerit, arma non abiicit pœnitentiæ, ſed perſeueranter plangit in via anguſta quæ ducit ad vitam, ſicut ſcriptura dicit. *Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* *Ierem. 8. 4.* *Matth. 10. 22.*

Homilia Secunda eiuſdem B. Ioannis, de ipſa S. Magdalena.

NEceſſitas interni doloris, ipſa ſibi captat à Domino preces, non eget alieno conſilio mærens contempta ſecretò, vt ſibi dictet aliquem modulum precum, ſicut adſolent facere temporales palatij præcatores. Vadunt enim ad iuris magiſtrum, exponunt cauſas negotiorum ſuorum, quærentes ſalubri conſilio qualiter iudicem poſſint adire terrenum. Sed hoc non facit anima Chriſtiana. Nam quibuſcumque temptationibus vel tribulationibus fuerit inuoluta, habens

Digitized by Google

intra se fidem : intrat continuo palatium cordis sui,& in spelunca pectoris , collocat sibi dignum consistorium, facit cartham conscientiam suam,stilum gemitum , & lachrymas atramentum. Et cum conscripto interno, insistit precibus, proximat ad diuinum auxi-
Psalm. 27.1. lium & dicit. *Exaudi Deus orationem meam , Domine auribus percipe lachrymas meas nec sileas à me.* Sic fecit & illa mulier peccatrix , quia lachrymis lauit pedes Domini, & capillis capitis sui extersit. Hæc ergo mulier cum nimio peccato æstuaret, & fatigata lassaretur,& iuuenilium voluptatum adsiduis defædata sordibus squaleret : audiuit in mundum venisse Dominum Christum prætium perditorum, medicinam languentium , & indulgentiam peccatorum. Statímque reatus sui stimulis puncta , considerauit se , quæsiuit se à se. Facta est ipsa sibi Iudex & aduocata, posuit se ante faciem suam , aspexit carthas suas , atramento iniquitatis scriptas, aperuit fœditatem suam, agnouit malè lubricatam vitam suam. Cœpit sibi ipsa in omnibus displicere , apud se internis doloribus se redarguens & dicens. O mala vita mea quomodo perdidisti animam meam ? quamdiu in perniciem meam mihi parcam ? quamdiu post facinora mea errando discurram ? Vadam tamen & reuertar ad Dominum meum à quo auersa sum , quia audiui eum dicentem. *Nolo mortem peccatoris, sed vt tãtum reuertatur & viuat.* Propterea & ego peccatrix quia non sum digna videri ab oculis eius præ multitudine peccatorum meorum, certè vel mereri satagam ipsius me vestigiis volutare , pedes eius lachrymis lauare , capillis tergere, puniámque me vt ipse redimat me. Puniam confitendo quod malè gessi peccando , credo quia donabit mihi indulgentiam , dum viderit fidelem patientiam meam. Quia idem ipse dixit. Nolo mortem peccatoris , &c.

Surgit & vadit mulier de Christi Indulgentia secura. Multum de suis peccatis sollicita , venit ad hospitium , in quo Dominus Angelorum vnà cum peccatoribus conuiuio lætabatur ; vidit ante fores silentium , cœpit cogitare quomodo ad diuina vestigia

peruenì

peruenirет. Ingreſſa igitur mulier nullo nunciante, nullo præcedente, ſola confeſſione ſe deducente, & quia ſciebat ſe indignam videri ab oculis eius, laborabat vt furtiuè peruenirет ad veſtigia, tenuit credidit, ſtatim indulgentiam meruit. Tunc Ieſus conuerſus ad mulierem ait. Dic mulier quid eſt quod agis? Vnde tantum præſumas? non te cognoſcis? Attende mulier atende ſexum, vide vitium. Dicta es mulier & peccatrix, ſexu fragilis, perſona turpis. Cùm ſis ergo tantis facinoribus rea, quomodo auſa es diuinum introire conuiuium, vbi intereſſe dignatus eſt Dominus Angelorum? certè erraſti. Debuiſti nuntium quærere, debuiſti expectare, nõ debuiſti præſumptiõis tuæ cauſa temerè introire vbi nõ cõpetit. Et illa Domine noli in me iraſci, peccatrix ſum, infirma ſum, ad indulgentiam feſtinaui, curari à te debeo non vulnerari. Præbe mihi benignam patientiam tuam, & expono tibi ſi iuſſeris cauſam meam. Et Dominus. Dic mihi mulier. Et illa ego ſum ouis illa perdita quę malè errauit, inter dira & ſpinoſa huius ſæculi fruteta. Diſplicet tibi quia veni ad Domini mei menſam? Deus meus & Dominus me⁹ venit quęrere & ſaluare quod perierat, quia audiui eum dicentẽ. *Nõ veni ad oues qua perierunt domus Iſrael.* Malè feci quia vltro ad Dominum veni? Ego malè vagabam per domos facinoroſorum, ego ſum quæ errando perieram, iam vero ſatiata erroribus & ebria ſordibus, diſcutiens & examinãs me dixi. Si paſſer iuuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi vbi reponat pullos ſuos, ego quare non reuertar ad Dominum meum? potens eſt mihi donare peccatum meum, quia propter nos venit in hunc mundum fundere ſanguinem ſuum. Et Dominus. Verum dicis mulier. Tamen dum ingreſſa es debuiſti conſiderare quæ & qualis mulier es, & reuereri angelicas poteſtates mihi à latere adſiſtentes. Et illa. Conſideraui Domine & conſideraui. Et quia conſideraui ideò ſecura feci, quia ſcio illos magnum gaudium, *habere ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, magis quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia.* Et Dominus. Verum dicis mulier, verum dicis. Tamen dum

Matth. 15.24.

Pſalm. 83.4.

Matth. 11.28.

Digitized by Google

introiſti debuiſti tegere caput tuum malè ſuperbum, oleo Diaboli inquinatum, nec ſoluere debuiſti crines tuos arma iniquitatis, & dæmonis laqueos. Nam audiſti quia Cherubin & Seraphin ſupernæ ac terribiles poteſtates velant lumina ſua, & tu auſa es coram Domino tuo nudare impiam comam tuam ? Et illa Noli mi Domine indignari, quia benè feci venire ad
Luc. 11.7. te,vt ad medicum meum,qui dixiſti. *Venite ad me omnes qui laboratis,& ego reficiam vos.* Nudauíque ante te caput meum, caput in quo erat fons libidinum, & præcipitium miſerorum: ſolui crines meos vita Diaboli alligatos, ipſiquę capilli me grauiter flagellabant,quando ad peccatum miſeros ſeducebant. Nudaui ante te caput meum. Caput in quo erat fons libidinum, vt tua illi gratia medela fieret peccaminum.Et Dominus. Dic mihi mulier quanta ſunt peccata tua ? Et illa Domine Deus meus, ſi numerum peccatorum meorum dixero, non me confitenter accuſo. Scio Domine ſcio, quia non te latet quanta ſunt peccata mea. Sed ſi numerantur lachrymæ meæ, numerantur & iniquitates meæ.Tu noſti peccata cordis mei,quia tibi numerati ſunt capilli capitis mei.

Explicium due Homilie Sancti Ioannis de Beata Magdalena.

VETV

Digitized by Google

VETVSTISSIMI ANONYMI AVTHORIS, ANTE SEXCENTOS ANNOS IN Floriacenſibus membranis deſcriptus Commẽtarius; De Tranſlatione S. Iacobi Apoſtoli, fratris S. Ioannis Euangeliſtæ.

Ad Philippum tertium Hiſpaniarum Regem Catholicum.

Philippo tertio Catholico Hiſpaniarum Regi, Ioannes à Boſco Cæleſtinus. Pacem Dei quæ exuperat omnem ſenſum C.

PAx illa quæ inter Regiam Francogallici ac Nauarrei Admirandi Regis Henrici IIII. Majeſtatem, tuámque, maximo Reipu. Chriſtiana viget cõmodo, (Philippe Regum Potẽtiſſime) iconem tuam licitè Xyſtis Regiæ Frãcogallicæ Bibliothecæ, mihi inferre permittit. Rex quippè meus, vt ſuos aſpero inuetur hoſtes oculo, ſic leni & placido vultu cõtemplatur amicos: nihilque habet optatius, quàm ſibi beneuolentia coniunctorum Regum, beneflagrantem odorari famam, ac videre decorem. Cuius ego propẽſioni inſeruiens, volui exiguo quidem, cartharum mole, at per maximo, rei æſtimatione, munere, tuam adornare florentem ætatem & vernantem comere proſperitatem. Nam cum Iberorum Diuus Iacobus Ioannis frater, Chriſti Apoſtolus, Primarius Tutelaris exiſtat. Quod acceptius iocũdiúsve tibi à quo-

quam hominum poterat offerri donarium, quàm certam, veram, antiquam ac eruditam, de Hiſpaniarum Patrono, mundo inuehere relationem? Multi de eo, multa, varia, incerta vero penè cuncta aut dubia, ſcripsêre. At iam nunc per me, Gallia tibi omnem Hiſpanorum ad Chriſti fidem conuerſionis primigeniam hiſtoriam veracem pandit: quidque de ipſius Apoſtoli venerandis lipſanis credendum ſit, ac exiſtimandum, cunctis fabulis reiectis, tranſmittit. Vt vel hoc eximio & maximo in te tuóſque populares officio, experiaris: ipſam tuo ſplendori ac Illuſtrationi addictam. Sed quamdiu integrum & incorruptum clàm ac palàm, fœderis nexum cum ea ſeruabis initum. Quomodo namque ſuis ipſa fortiter reſiſtere conſueuit aduerſariis, ita fauſta, læta, honeſta, & vtilia omnia impendere ſolita eſt amicis. Eſt quippe magna illa & fortis Danielis arbor, cuius proceritas calum
Dan. 4. *contingit, cuius aſpectus eſt vſque ad terminos vniuerſæ terræ: cuius ſunt folia pulcherrima, & fructus eius nimius, ac eſca vniuerſorum in ea: ſubterquam habitant animalia ac beſtiæ, & in ramis eius conuerſantur volucres cæli, denique ex qua veſcitur omnis caro. Floreat igitur per hunc vetuſtum Floriacenſem Gallicum Authorem, hiſtoriæ Tranſlationis B. Iacobi Chriſti cognati veritas, & per totum orbem tuis fauſtis dilatetur auſpiciis. Nec floris huius quem tuo odoratui amica ion Gallia admouet, ſpreueris odorem aſperneris pulchritudinem. Ab inito etenim Regno, nullus tuæ Majeſtati ſuauior at elegantior oblatus eſt vel poterit aliquando eſ-*
Vale. Lugduni Galliarum Id, Sept. 1065.

COM

Digitized by Google

COMMENTARIVS DE TRANSLATIONE S. IACOBI APOSTOLI.

SPiritum ſanctum Paracletum per os Dauid Prophetæ dudum prælocutum fuiſſe nouimus, & cotidiana admonitione audiuimus, hanc eſſe gloriã omnibus ſanctis, vt laudetur Deus in ipſis. Verè ſiquidem & ad laudem Eccleſiæ ſummi regis, hoc ipſum proficere ſcimus; dum magnificentia fortitudinis, prætioſorum militum ſuorum, ante ipſum excellenter recenſetur. Ergo nos tantis ac innumeris Scripturarum ſanctarum edocti præmonitionibus, ſecũdum fragilitatis noſtræ modulum, Dominum in ſanctis ſuis glorioſum plenè laudare ſtudeamus; ac memoriam mirabilium ſuorum, totis niſibus in nobis extollere gaudeamus, quia hæc eſt gloriatio diligentibus nomen Dei. Exultent ergo iuſti in Domino, quia ipſos rectos decet rectè laudatio. Exultemus & nos Dominum in ipſis laudando, vt quam non meremur, precibus eorum nos decere poſſit laudatio. Et quia beato Raphaële Archangelo docente, didicimus occultiora Regis conſilia, non detegenda: archana autem myſteriorum Dei honorabile ac digniſſimum eſſe fidelibus reuelare, ſeriem tranſlationis Corporis Beatiſſimi Iacobi Apoſtoli, à loco in quo paſſus eſt, in eum quo nunc iuſtiſſima Dei præordinante prouidentia requieſcit; ſtrictiori licet ſtylo, hebetiori quoque ſenſu, ad tanti Apoſtoli laudem & Eccleſiæ, vtque fortis Dominus ſabaoth in ſuis glorificetur militibus, indicare fidelibus decreuimus. *Matth 144.2.*

Igitur poſt admirandam & adorandam Domini

noſtri Ieſu Chriſti in cœlos Aſcenſionem, antequam ſancti Apoſtoli prædicationis gratia ſecundum Domini Ieſu præceptum, diſpergerentur in mundum, Deo dilectus Apoſtolus Iacobus omnium Apoſtolorum primus velut athleta fortiſſimus, martyrij coronam ſuſcepit promptiſſimus: ab Herode nequiſſimo Rege interemptus. Qui non multo poſt Angelo Dei percutiente, ad nihilum eſt redactus. Periit ergo eius memoria cum nomine. Iuſtus autem eſt in commemoratione ſempiterna, & laus eius in Eccleſia ſanctorum & congregatione. De cuius Apoſtoli ſanctiſſimi effuſione ſanguinis, quia iam latius & lucidius tractatum eſt [1] à viris eloquentibus, nos omnino ſupprimimus. Tranſlationis que ipſius tenorem quem ſcribere diſpoſuimus, nunc adoriemur.

1 Paſſio S. Iacobi à viris eloquentibus ſcripta.

Ordine quo diximus, Dei dilecto Iacobo calice paſſionis Ieſu Chriſti Domini potato, atque gloria & honore a Deo iuſto retributore coronato; beati diſcipuli ſui ſanctiſſimum theſaurum, illorum magiſtri videlicet corpus, prout res tempúſque exegit terræ oculuerunt latebris; mærentes ad tempus de abſentia pij doctoris, lætaturi poſtmodum vnanimiter, in præſentia egregij paſtoris. Siquidem benigniſſima creatoris & reformatoris omnium Dei Omnipotentis miſeratio, ne clariſſimum mundi lumen diutius terræ abſconderetur in antro: incomprehenſibili ſua ſapientia, quam nemo principum huius mundi cognoſcere potuit; fidelibus ſuis innoteſcere voluit, quo ordine tantæ lucis claritas, ſeculi hui⁹ irradiaret tenebras. Mirabilis itaque in ſanctis ſuis Deus, mirabiliter mirabilem hunc Iacobum Apoſtolum, puſillis corde ſe metuentibus, hoc reuelauit modo.

Cum totus mundus iugo Dæmoniacæ ſeruitutis teneretur depreſſus, tenebríſque ignorantiæ ſuæ eſſet obcæcatus. Sanctiſſimi Apoſtoli iuxta Domini Saluatoris edictum, eum à ſuæ perfidiæ ſqualore eruere cupientes, vniuerſis mundi partibus, in fide Chriſti fortiſſimos & lege ſancta doctiſſimos, Euangelizare diuini verbi gratiam, direxerunt viros. Vnde factum eſt, vt prudentiſſimum omníque militia ſpiritali inſtructum

Digitized by Google

dum [2] eligerent virum Ctesiphontem sanctissimum, quem ordinauerunt Episcopum, adiunctis sibi coëpiscopis sociis, in hoc opere satis strenuissimis. Hi missi Domini, ad Hispanias delegantur: quo barbaræ gentis saxea corda, vnguine Sancti Spiritus delibuta molleſcerent, gratiam Christi susceptura. Qui verissimi & rectissimi Christi famuli, iniunctam sibi prædicationis gratiam ocius implere cupientes, nauali euectione illuc properare satagunt. Aptata itaque nauicula, & quæ sibi videbantur necessariis impositis, subitò diuinæ dispensationis munere sibi collato, consilium ineunt: vt corpus Sanctissimi Iacobi secum deueherent. Quatenus dum ipsi prædicationis officio sollicitius intenderent, sancto resplendente miraculis Apostolo, efferæ nationis hominum mentes, [3] ad baptismatis fidem suscipiendam paulatim mansuescerent. Quod & factum est, vt patefaciunt sequentia. Etenim beatus Ctesiphon cum sociis, ad sepulchrum properans glorioſi Apostoli; cum ingenti deuotionis honore & tremore, inæstimabilis prætij præcioſissimam Margaritam, à loco terræ humili sustollentes, cum magno & spirituali gaudio; in hymnis piæ iubilationis con-laudantes Dominum, decenter in naui compoſu erunt sua. Ergo absque Remige, absque Naucleri iuua mine, inscij rectoris, mari eo tantum conscio cuius nectabant ossa, se credentes, sola Dei manu ductrice, sex dierum circuitione, per marinas procellas, vsque ad locum à Deo sibi ante mundi constitutionem præelectum, nauis eorum ferebatur certissimè. O mira Dei potentia! O mira archanæ virtutis eius mysteria! Ecce etenim redituiua prioris seculi exoriuntur miracula. Qui enim dudum super vndas Deluuij Archam ne mergeretur gubernauit, mirabilis in altis Dominus, inter mirabiles elationes maris, in Translatione sui dilecti Iacobi, nauem sanctissimũ ferentem thesaurum, ne marinis absorberetur fluctibus, excelso suo brachio protexit; & mirabiliter quò voluit exposuit. At vero mirandum satis erat, tàm immensum profundi abyssi pelagus, tàm infinita æquoris spatia: ab ignaris, sub breuissimi temporis spatio peruolata fuisse, nisi quod

2 S. Ctesiphon missus ab Apostolis in Hispaniam.

3 Qua occasione S. Iacobi corpus, fuit in Hispanias delatum.

Miraculum.

Digitized by Google

ille qui menſus eſt pugillo aquas, & molem terræ tribus digitis adpendit, hoc impleuit meritis Iacobi Apoſtoli. Ne denique memoria ipſius ſolummodo dilataretur in terris, conſtituit quod etiam mare illi præberet teſtimonium: vt quem ſibi dilectiſſimum fecerat iam in cœlis glorioſum, miraculis choruſcantibus, terra marique redderet honoratum.

Nec hoc ſine myſterij intellectu. Senarius numerus in ſacris Scripturis, ærũnas & fluctuationes huius ſeculi crebrò ſignat. Septimum vero ſacra pagina requietioni donat. Sex diebus ſummi opificis manus, quicquid creatum fuit & eſt, decenter & ornatè inſtituens, varia donorum & bonorum ſuorum munera nobis conferens, ſeptimum ſacrauit requiei ſuæ. Ceſſantibus diluuij aquis, columba per feneſtram emiſſa, ſeptima die ramuſculum paciferæ roſtro ferens oliuæ, placatum Dominum & terris pacẽ datam denunciat. Sexta ætate in qua nunc laborantes ducente Deo tendimus ad requiem perfectæ beatitudinis, donec occurramus in gloria Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, mirabilia demonſtrauit Deus ſeruis ſuis: dum corpus transferretur Iacobi Apoſtoli & Martyris Senario denique dierum numero, in mari vt dictum eſt, fluctuantes eius diſcipuli; ſeptimo, Dei dextera gubernante, requieuerunt in portu qui [4] Biriuus nuncupatur, eo quod inibi in mare bini profluant riui, vbi oſtendit Deus futuris ſeculis, quanti apud ſe Apoſtolus ſuus haberetur meriti. Subito namque à conſpectibus intuentium ſublatus. Atque vſque ad poli centrum ſplendore igneo rutilans eſt eleuatus, & ad locum ſuæ tumulationis proximum, propitia diuinitate ſibi conceſſum, inenarrabili claritate conſpicuus deuenit. Nec hoc incredibile cuiquam debet videri. Qui enim [5] Theologum Ioannem prærogatiua ſingularis dilectionis ſibi vnitum, miro quo voluit modo, etiam corpore in cœlos aſſumpſit: potuit & fratris eius ſanctiſſimam glebam indicibili virtute ſua, de loco vno ad alterum tranſuehere locum. O Dei & Domini noſtri mira & admiranda virtus! mira diſpenſatio! mira operatio! qui omnia quæcunque voluit fecit in cœlo mari

4 Biriuus portus Hiſpaniæ.

Res mira.

5 Vide iam Euangeliſtam Ioannem, ad cœlum corpore eſſe aſſumptũ.

Digitized by Google

mari & terra. Beatus autem Ctesiphon cum sociis, pauentes tanto carere cœlitus sibi collato dono, flentes & merentes, atque Dei piissimi misericordiâ semper orantes, ad locum tumulationis Apostoli Dei, Angelico ductu, vt potè ignari locorum properè accedunt, duodecim mielibus distantem ab ipso maris freto. Degebat eo loci, in extremis videlicet [6] Galloeciæ finibus: Gentilis & Nobilis matrona, quæ erat multæ familiæ, & amplissimi fundi possessor & Domina. Hæc in Idolio suo, multa simulachra dæmoniorum recondita habebat; quæ sæpissimè adorabat, quia factorem & creatorem suum, Dominũ verum ignorabat, quem nec nominare hactenus audierat. Hæc secundum proprietatem linguæ ferociſſimæ gentis suæ, ferali & rabulo * atque superbo vocabatur nomine, nam [7] Luparia dicebatur. Nec immerito, nam sicut beatum Paulum ex tribu Beniamin exortum, qui prius Saulus dictus est, sæpius in sacris voluminibus Lupi cognomine, ob nimiam in Christianos crudelitatem inuenimus descriptum: prius enim circuncisus extitit superbus, postea autem baptizatus humilis est factus. Sic, & hæc gentilis mulier, prius superbiendo desipiens, & secundum vocabulum sui, Christi seruos rore rabido execrando vehementer deterrens; postea autem Spiritussancti inspiratione illuminata, ferocitatem belluinam trucis deponens animi, lota lauachro salutari, vbi omnes veterem hominem deponentes nouum induuntur, agnorum Christi est sociata collegio. Comperta itaque prædicti venerabiles viri, huius Nobilissimæ mulieris amplissima fama, multa Dei fiducia fisi, adeunt illam; oraturi, vt in fundo quem tenebat, facultas sibi concederetur ossa tumulandi Apostoli beati. Quos illa rigidæ mentis vesania acerbissimè execrans, & execrando refutans, insani furoris typho repleta, ad Regem terræ, illos talia petituros properare ocius iubet. Qui nil cunctati, vt mandatum eis erat, sollicitè perquirere Regem satagunt. Quo reperto, proponunt illi de fide sancta sermonem, simúlque orando, satis ingeminant preces, dari sibi locum Apostolici corporis sepulturæ aptum. Ergo Rex truculentus,

6 *Gallæciæ.*

* *Rabido.*

7 *Luparia.*

lentus, gentilitatis errori deditus, venerabilium virorum auditis verbis & precibus, cognoſcens eos Chriſticolas eſſe. Iam enim Ieſu Chriſti Domini nomen, in totam mundi latitudinem diffuſum erat, exacerbatus nimium, cupiens vindicare in ipſis; non ſolum quæ petebant præſtare noluit, verum prauo corde, malo ore, peruerſa actione, interimi eos iuſſit: neſciens miſer, imminere ſibi velocius vindictam ſolius Regis Dei. Sanctitatis autem miniſtri, fragilitate carnis adducti, fugã capeſſunt; inſcij mirandæ virtutis Dei, quæ in ipſis per ipſum, Apoſtolica interueniẽte declaranda erat gratia. Nec mirũ verò, ſi carnales carnaliter metuebãt, cum patres multos inſtantiã legamus deuitaſſe gladij, non timore perculſi paſſionis, ſed ad meliora ſe ſeruantes, gratia prædicationis ac roborãdæ fidei. Hæc vero omnia agebantur, vt amplior magnificẽtia Apoſtolicæ dignitatis clareſceret adhuc, per impiam impiiſſimi Regis temeritatem. Nempe mœrẽtium cõſolator Deus, qui contritis corde medetur, cuius *oculi ſunt ſuper eos, vt eruat eos à morte: ſuper iniuſtos autem vt diſperdat eos de terra.* certo oſtendit, *quia non aliquando ſaluatur, Rex fidens in multitudine virtutis ſuæ.* Denique ſanẽti illi per viam qua venerant reuertentes, deuenerũt ad fluuium [8] Thare dictum, in portum [9] Nicrariæ Iuxta quem erat fons ampliſſim⁹, arcuato opere, ſaxeo ambitu circumſeptus, penes quem publica via diſcurrebat: quem, deliteſcere cupientes, introgreſſi ſunt: Sed repentè mutato conſilio, vt pleniorem magnificentiæ gloriam, glorioſus in ſeruis ſuis demonſtraret Iacobus Apoſtolus, preſago ſpiritu inde egreſſi ſunt. Vt verò cognouit peſtifer Rex, ſub vmbra alarũ protectionis Dei, ſanctos clam effugiſſe, dum ſitit ſanctorum ſanguinem, non valens ferocitatem prauiſſimi lenire animi, collecta militari manu ſicut equus effrenis ruens, iuſto ſe Dei proſequente iudicio, non deſtitit, donec in precipitium ſempiternum, cum ſuis omnibus caderet. Eſtimans enim iuſtos in præſcripto fonte abſconſos, cum ſuis comitibus ingreſſus eſt intus. Ecce vero multiplici Dei virtute, *cuius immenſæ fortitudinis & ſapientiæ non eſt finis, qui reprobat conſilia principum, &* deducit

8 *Thare fluuius Hiſpaniarum.*

9 *Portus Nicrariæ.*

Digitized by Google

deducit consilia eorũ in finem stultum, egregio orante Iacobo Apostolo, omne illud ædificium cryptæ huius quod in tanta perstiterat seculorum soliditate, miro modo subitò corruit. Et qui simplices & innoxios opprimere moliebantur, tanta ruina oppressi, in profundũ abyssi sunt demersi, vt patenter innotesceret, cõdolere venerandum Apostolum Iacobum, contumeliis seruorũ suorum. Tunc liberati sublimi Christi potentia discrimine tanto, isti nouelli filij Israël, transito quasi altero mari rubro, repedarunt alacres, carmen illud Mosaïcum Deo decantantes, *qui excussum dudum Pharaonem & exercitum eius, demersit in mare.* Sed sanctorum a bonæ actionis certitudine deuiare, nescius est animus. Nam a Spiritu sancto præmoniti, præscriptam rursus adeunt mulierem, sollicitè eam præmonentes, de tumulatione Venerabilis Apostoli. At illa nec dum verbis eorum credula, sed adhuc impœnitens, & more elati Pharaonis obduratum cor habens; donec mens sua ampliori gratia Apostolicorum signorum reuerberaretur, conspiciens eos flentes, dixit illis. In monte hoc proximo qui [10] Illicinus dicitur, armenta nostra pascuntur. Erat enim ipsa more gentis suæ, pollens copiosa animalium multitudine, quæ passim per lati soli marginem, absque pastore, vt potè agrestia, quò libebat discurrebant. Euntes ergo illuc, quotquot cupitis tollite, & quò vobis cordi fuerit ducite, & in ipsis laborantes, operam impendite aptari domum, vt dicitis, Apostoli vestri. Hæc dixit, diffidens illos ea agere posse, ignara virtutis Dei, qua omnia creata subiecit sub pedibus metuentium se. Contiguus est præfatus mons sanctissimo & venerabili, totóque orbi summæ deuotionis plenitudine excolendo loco, [11] in quo cælestis thesaurus, Corpus sanctissimi Iacobi decenter & honestè in marmoreo mausoleo conditum est. Vocatus est autem ante mons Illicinus, nunc vero [12] Sacer dicitur, ob glorificationem Apostolicorum signorum, quæ Dominus per excellentissimum Apostolum Iacobum, fidelibus suis declarare dignatus est. Præsumpserat enim sibi plurimam partem supradicti

" " " " " " " " " " " "

10 *Illicinus mons.*

11 *Corpus sancti Iacobi in Gallæcia est.*

12 *Mons Sacer cur ita dictus.*

pradicti montis, quasi in possessionem, immanissimus draco: qui omnes circum se positos pagos, horrendo & horribili flatus sui anhelitu, exinaniuerat, omnes extinxerat, animantia deglutierat, & reliqua omnia protriuerat. Gradiebantur itaque sancti illi per ascensum montis, donec ad locum deuenirent, quo illa sanguinaria & truciſſima iacebat belua. Quos præsentiens, eleuato capite, impetum direxit in eos, cum multo stridore insibilans. Tunc Apostolici discipuli fide Dei firmi, nihil hæsitantes, & absque terrore permanentes, munimine [1] armati inuictissimi vexilli salutiferæ Crucis, Apostolica defensoris sui protecti gratia, inuocata Maiestate Iesu Christi, beatæ signum Crucis obtutibus opponunt aduersarij. At ille non ferens vim virtutis Dei & Iacobi Apostoli glorioſi, *velut fumus periit à facie terræ.* Et nec mirum se à conspectibus quærentium Deum fugatus est draco, quia ipse pollicitus est, *ipsos fore super serpentes & scorpiones impunè graditurос.* Erepti itaque ab imminente tantæ cladis exitio, liberatori suo omnipotenti Deo magnificas grates, protectori suo Iacobo Apostolo deuotas laudes reddiderunt, vnanimes. Ex hinc factus est mons ille ante funestus, mons Dei; mons Sanctus, mons Sanctificationis pinguedine inexausti olei, opere scilicet misericordiæ indeficientis, mons in quo complacuit Deo inhabitare, quia Deus noster, *qui perforauit maxillam Leuiathan, operatus est salutem in medio terræ suæ, confringendo caput Draconis antiqui.* Sic impleta est scriptura dicens, *quia in cubilibus Draconum animalia Dei requiescent, quia non habitabit ibi amplius mala bestia, & qui liberati fuerint, venient in monte Syon laudantes Dominum.* Exinde bonæ voluntatis affectu, cœptum prosequentes iter: tandem diu quæsita reperiunt animalia. Quæ dum comprehendere nisi essent, effugiendo manus eorum, à conspectibus ipsorum delapsa sunt. Indomita quippe erant. Estimauerat sæpè scripta mulier, infidelitatis adhuc caligine obtenebratum habens cor, seruos Christi se decipere posse: donec Omnipotens, *qui in sanctis suis semper glorioſus permanet*, ostenderet illi, quod nulla aduersus eum

[1] *Signum Crucis.*

Luc. 10. 19.

Ierem. 9. 11.

Digitized by Google

eum prævalet fortitudo, nullum sit vtile consilium. *Deridetur enim*. Vt propheta Denuntiat Resurrectionis, *Iusti simplicitas, Lampas contempta apud cogitationes Principum, parata ad tempus statutum.* Denique sanctorum corda ab amore Dei numquam discrepantia, cum se delusa esse à muliere intellexissent. Ad orationum sanctarum solita se conuertunt munimenta, pia supplicatione sanctam Dei exorantes maiestatem, simulque Patroni sui incliti Iacobi Apostoli glorioſa poscentes suffragia, vt illam cœlestem mirandorum signorum clarificationem, quam hactenus exercuerat, tunc quoque ostendere dignaretur, ne illusio essent Gentium dicentium, *vbi est Deus eorum*? Tum demum spe cœlesti animati, & robore fidei Christi confortati, resumentes animi constantiam, rursus ad eadem perquirenda iumenta se præparant. Confestim Dei Omnipotentis, *qui propè est se fideliter requirentibus, & voluntatem ipsorum perficit largitor promptissimus* prosperante actione; reperta animalia sub manibus eorum sunt edomita, sicque liberè quo voluerunt deduxerunt. & ad eam quæ se miserat, gaudentes reuersi sunt. Interea visis tot miraculorum signis, ea matrona. Non iam Lupa dicenda, quippe ouis Christi mox erat futura, atque gregi Ecclesiæ socianda, quæ ante reniti conabatur præsumptione prævalida, corde & ore est compuncta. Terrebat eam velox Regis sui submersio, pauebat beluæ crudelis subitam deiectionem, mirabatur iumentorum suorum emollitam ocius acerrimam feritatem. Moxque omnis illa dubitatio, versa est in credulitatem, scandalum in fidelitatem, illusio in admirationem. Et hæc omnia fassa est à Deo fieri, ad dilecti sui Iacobi declarandam gratiæ celsitudinem. Benigna itaque pietas & indulgentissima clementia misericordissimi Dei, qui ad se illam pertrahere volebat, nigerrimum antrum pectoris eius clarificans, & viciis omnibus purgans, super candorem nimis dealbatam effecit. quæ recto principalique spiritu confirmata, perennis ablutione fontis sanctificata; Ismaëliticæ nigredinem cutis, in candorem omnium commutauit bonarum virtutum. *Iob.12.4.*

tum. Verè hæc *mutatio est dextera excelsi Dei: Spiritus enim sanctus, quem vult aspirat. Et inspiratum saluificat, suáque replet gratia.* O sanctæ misericordiæ Dei, & immensæ pietatis eius, nouæ vocationis. misterium. O mira operatio mirabilium rerum! Ob spem itaque veniæ promerendam, & salutem perpetuam adipiscendam, iubente iam illa beata muliere, delubra sunt demolita, simulachra deiecta, Idola confracta. Et domus illa quæ ante erat spurcitiæ & contaminationis,[14] purgata aspersione hysopi veræ inundationis, templum facta est sanctificationis: & in honorem Dei, ac venerabilis Iacobi Apostoli solenniter est consecrata. O fidele commercium! O felix sanctúmque mercimonium! Dum pro terreno fragilique palatio, æterniter manens in cælesti Ierusalem comutatur habitatio. Gratuito autem clementissimæ miserationis Dei Omnipotentis munere, fidelibus concessum est, vt vna[15] eadémque die, Passionis & Translationis eius sanctissima occurreret solemnitas, vt duplicato Apostolici honoris gaudio, multiplicaretur plenius & credentium deuotio. Tantam præterea salutiferam immutationem, illa sancta conuersio, gentibus eisdem attribuit, vt præeunte Apostolica gratia, relicto errore simulachrorum, ad agnitionem veritatis vnius Dei properare gauderent. In omnibus enim Iberiæ finibus, diffusa & dilata est extunc adeo Ecclesia, diuinæ cognitionis soliditate fundata; vt in plenitudinem gratiæ cælestis, eundo de virtute in virtutem, Deo cooperante cotidie augmentaretur. Omnibus his ritè hoc ordine perfectis,[16] vir Dei Crescphon & beatissimi socij ipsius, sedes sibi secundum sanctorum Apostolorum qui eos miserant præceptum, ad diuini cultus deligunt solemniter ministerium peragendum. Nam ipse in ciuitate[17] Vergi resedit, cæteris in propriis commanentibus locis, orationi semper & omni sanctitati intenti: donec expleto* laboris sui felici agone, præmium susciperent benè promeritum.

Tu autem inclita[18] Galloecia gaude, quæ es Ethymologia tui nominis fæliciter potita; quia dulcedine cælestis

14 *Ecclesia S. Iacobi in Gallæcia, olim templū Idolorum.*

15 *Passio & Translatio S. Iacobi Apostoli vna die celebratur.*

16 *S. Crescphon & socij, sedes instituūt Episcopales.*

17 *Vergis ciuitas Hispaniæ, sedes S. Crescphontis.*

18 *Galloecia quid significet.*

Digitized by Google

cælestis lactis, vberius es enutrita. Exulta inquam & gaude, quia diuini gaudij meruisti esse particeps, & splendore lucis mundi, amici Dei Reuerentissimi Iacobi Apostoli es clarificata. Fælix terra tua, tanta fælicitate ditata, fæliciter Apostolico culmine sublimata. Fæliciſſimo virtutis Dei robore stabilita. Beata gens tua, quæ ad tantam arcem gratiæ est eleuata, vt concessum sit ei à [19] Deo, possidere Apostolum proprium protectorem, & specialem patronum. Beatus populus tuus, cui ex sacro sancto prouisoris sui tumulo, fluunt incessanter cælestia balsama, & flagrant suauissimè orationum sanctarum non deficientia aromata. Ex quibus cotidie reficiendo pascitur, & sine tabe saginatur. Aue Beate & Beatissime Iuste, & Iustissime fili sublimis tonitrui Iacobe Piissime, amice Dei, lux mundi, iudex seculi, splendor perpetuæ lucis, qui salutiferæ dispensationis Dei munere, cunctas ab Oriente vsque in Occidentem, Sol orbis terræ, illustras tenebras. Quando enim tibi famulata sunt elementa, mare, cælum, terra, tunc *illuxerunt* diuinæ claritatis dono, *choruscationes tuæ orbi terræ.* Dum ex Oriente in Occidentem, per mare, mirabili potentia diuinæ operationis vehebaris. O inenarrabilis Theologe! insuperabilis testis perpetuæ veritatis! inexpugnabilis assertor inuiolabilis fidei Preciosissime Iacobe! Tu ante conspectum diuinæ gloriæ inreuerberatis adstans oculis, in choro sanctorum innocentum inaccessibili splendore refulges, vbi iocundaris perpetua exultatione. Tu columna es Orthodoxæ religionis, super quam reclinatorium consistit aureum, ad hoc, in fundamento Dei domus, super basim Christum consolidata: Vt omnium imbecillium in te se inclinantium, impossibilitates sustentes & foueas. Et quia quod nostris meritis adipisci nos apud Dominum posse diffidimus, sancta intercessione assequi confidentes tua, quibus nulla digna est confessio, satisfactio nulla, nulla pœnitentia, quippe contrito corde & humiliata mente: Oramus proni, imploramus cernui viscera ampliſſimæ pietatis tuæ. Concessa tibi Dominica voce potestate remittendi peccata, malè comissa

[19] *S. Iacobus proprius patronus Hispanorum.*

Digitized by Google

noſtra dele, crimina terge, ſcelerum macula exilis ſeruitutis noſtræ obſequia ſuſcipe; & te non augeant noſtra præconia, tamen o quia ſupplicatione tua mitiſſima, confidim prouenire nobis ſalutis eternæ remedia. Præ multimodè de ſanctæ tuæ protectionis fa gratia, depoſcimus ſuppliciter, vt glorific glorifices, diſſidentes, vt filius Dei, diſcordant cifices. In fide Dei vnitatem largiaris, inuo protegas & robores, memoriam tui celebran ris & confortes, requirentes te benigniſſimé & viſites, vt dum memineris noſtri in ben tuo, lætemur perpetim ſanctis tuis preci Chriſto.

Pſal. 18. 5.
19 S. Iacobus à toto orbe Chriſtiano colitur.

Ecce vero perfectiſſime Dei amice Iacob lentiſſime Dei martyr & Apoſtole, [19] *in omnem terram exiit ſonus tuus, & in fines orbis terræ verba cationis tuæ*, quia in cunctis terrarum locis Chriſti auditum eſt nomen, tu poſſides pe honorem. Nam radiis tuæ ſanctæ claritatis, e

20 Ex toto orbe, peregrinatio ad S. Iacobum.

extimas totius Chriſtianitatis perluſtraſti p vt ad ſanctiſſima cum tremore & honore dice tua, fideliter concurrant. Si quidem ex honor venerabiliſſimo ſepulchro tuo, emanat iugite cidiſſimus fons innumerabilium ſanitatum, multimodæ ſpecies variarum infirmitatum, ſ dilutæ curantur. Nec tantum corporaliter, ſec ritualiter glorioſius clara oſtenſione; cotidiar facit indiciis, pium ſe dilectoribus ſuis præbe tum. Dum læproſos omnium fedatos varieta catorum curat, claudos a rectitudine viarum orbitantes, redintegrat, febres viciorum, di algore torpentes expellit; ſurdis in lege Dei tum habentibus auditum, aperit, cælis quoqu tatem mandatorum Dei intueri non valentib cem reſtituit. Ora ad Dei pronuncianda m muta, in laudibus Chriſti referat. Sic miris m que præcellentiſſimi Apoſtoli virtutibus, ſpera uenit credentibus indulgentia quia præſtan ſanitas animarum, quàm corporum. Et non ſo

Digitized by Google

hoc omni reuerentia excolendo, verum in omnibus eius ſancto nomini dicatis locis, diuina hæc operatur pietas. Eſt namque in Neuſtriæ partibus, Eccleſia ſanctæ eius memoriæ ſacrata, in qua ipſius glorioſiſſimæ venerantur reliquiæ. Floriacenſi ſancti Benedicti ſubdita Baſilicæ, vbi tanta fieri cotidiana operatione nouimus miracula, quanta decent tantum operari Apoſtolum, quæ etiam aliàs in plurimis præcioſorum ſufficerent Baſilicis ſanctorum. Pro his omnibus gratias agimus tibi ſacrum vocabulum maieſtatis, ſancta Dei Trinitas & vnitas; Immenſam maieſtatis tuæ implorantes pietatem, vt cum beato Iacobo Apoſtolo, vitam mereamur poſſidere perpetuam,

Eccleſia S. Iacobi in Neuſtria ſubdita Floriacenſi cœnobio, miraculis claret maximis.

Explicit eruditus Commentarius, veteris cuiuſdam Floriacenſis Cœnobitæ, De Tranſlatione Beati Iacobi Apoſtoli: ante annos ſexcentos conſcriptus.

SS. MACHABEORVM VICTORIÆ ET TRIVMPHVS A DIVO HILARIO HEROIcis versibus decantatus, nunc primum è Floriacensi Bibliotheca opera Ioannis à Bosco Cælestini Prodiens.

Ad Illustrissimum Cardinalem Sourdium, & Fortissimum Alfonsum Dornanum.

Illustrissimo Cardinali Sourdio, Burdegallenti Archiepiscopo ac Aquitaniæ Primati, & Clarissimo Alphonso Dornano Franciæ Marescballo, Guyēnæ Proregi, vtriúsque Regis militiæ Equiti Torquato, Militarique Centum Cataphractorum Equitum Tribuno, Dominis atque Patronis suis Quærentibus bonum Deo & Regi Ioannes à Bosco Cælestinus Gloriam Honorem & Pacem D.

1.Pet.2.17. QVod Apostolica suadela, Omnibus Christianis, Ecclesiæ Vertex Petrus, inculcare sategit. *Nempe Deum timendum ac Regem honorificandum.* Vōs ō Eleazare & Iosue, Cardinalis & Polemarche, mira animorum consensione atque voluntatū conbinatione, in Vvasconibus perficitis. Adeò vt, absit Inuidia, inter cæteras Monarchiæ Frācogallicæ insignes præfecturas, Burdegalensis Vvasconica, vestra Religione emicet, vestra resplendeat Prouidentia, vestris Exemplis & gubernandi solertia, palmam cultus pietatis & timoris, erga Deum, in Regem

Regem verò honorificentiæ atque fidelitatis, facilè reportet ac obtineat. Tantum refert, Petrum & Paulum eadem ſentire; Clauem ſacram & Clauam Politicam, indiſſolubili nexu connecti. Et reuera, quia eadem ſentitis, eadem vultis; Deus pacis vobis adſiſtit. Proſperatúrque in veſtris manibus, Fidei ac optimæ Adminiſtrationis Prouinciæ, veſtræ integritati à Deo & Rege creditæ, negotium. Vóſque Deus & Rex, ſucceſſiuè honorant: quia ambo Deum timetis, Regem ambo honorificatis.

Quos Deus & Regia vigilantia coniunxerunt: homuncio ego ſeparare noltui. Et cum vtrique veſtrum multis vinculis gratitudinis antiquæ, adſtrictus eſſem: volui vnico ſeruitutis redhibendæ conatu, vnitos pro Deo ac Rege animos, demulcere atque reblandiri. Tibi enim, Cardinalis, debeo, quod me à pluribus iam annis beuolentia mira complexus fuiſti. At vero tibi Polemarche, quod me adoleſcentia mea, fauoribus, donis, & munificentia ita obſtrinxiſti, vt etiam Initiis Filij tui nomen geſtare & retinere, iuſſeris ac præceperis. Sed quid tandem muneris, inclitis Heroïbus offero? Pietatem & fortitudinem in Machabeis maritatas, qui religione vt fulferunt: ſic & fortitudine vicerunt. Adeo Pios & fortes pia & fortia decent dona eáque rara, quia nuſquam quod ſciam, hominum oculis expoſita. Præter quod Præſtantiſſimis Dei Regíſque Miniſtris conſentaneum eſt, in Xyſtis Regiæ Bibliothecæ locum ac ſtationem aſſignari: & eos ſtatuis perennibus etiam poſt funera vniri, qui in vita ſummopere mansêre vniti. Valete præclara Vvaſoniæ lumina ac Chriſtianitatis lucentia ſydera. Nec vos locorum longinquitas ab eius protectione & ſtudio dimoueat, qui vos in ſacris ſuis Lyturgiis, propinquos & præſentes iugiter habet: ita vt mente vnumquemque veſtrum contingat. Lugd. Galliar.

Idib. Septemb.

1605.

Digitized by Google

SANCTI HILARII
VERSVS, IN NATALI MACHABEORVM.
Martyrum.

Cuiusnam Hilarij sint hi versus Pictauiensis an Arelatensis, non ausim est affirmare, propius tamen ad stylum Hilarij Pictauiensis accedere videntur; vt versus de Creatione mundi in fine operum suorum ipsi ascripti iudicant. Cæterũ eos vt in veteri exemplari legebamus, descripsimus: astericis tantum corrupti vbi nam sint scriptorum errore, indicantes, & in margine aliquantisper restituentes.

Ex fuit Antiochus syriæ ditissimus olim,
In cuius regno mater natique fuerunt
Septem vt fama refert, de sancta gente creati:

* Egregij quos cùm generis meminisse videret.

* *Quos cura egregij generis meminisse videbat*
Et legi seruire dabat. (Sic namque volentes,
De populo meliore Dei sua iura tenebant.)
Rex auidus mutare fidem, mutare timorem
Iustorum voluit, populo vt miscereret iniquo.
Præmia promittit matri, promittit & aurum,
Et quicquid posset toto conquirere regno,
Si modo mutaret mores sensusque priores.
* Dinos. *Cogeret & natos, alios sibi fingere mores.**
Illa negat, tacitumque premit sub corde dolorem.
Hanc postquam nullis potuit corrumpere verbis,
Tempauit primum tormentis vincere fatis.
Pertulit illa graues, minus, & tristia Regis

Verbera

Digitized by Google

Verbera non timuit. Victum vt se vidit, at ille.
Heu quid agam dixit? Vincis quod fœmina Regem!
*Non tamen effigies, plus * est quod dura dolebis.*
In natos sæuibo tuos licet improba perstes.
Hac certe ratione, meum satiabo dolorem.
Sustulit illa manus, cœlumque aspexit in alium,
Emisit gemitus, & talia verba locuta est.
Tu licet & gasus tradus & regna Tyranne,
Non capimur Regum donis, nec munera sanctis
Eripient promissa Dei. Spes certior illa est,
Quæ vitam nobis promittit tempore longo,
Hanc sequor, hanc didici. Nam lubrica tangere dona,
Sumere diuitias facilè est, & perdere vitam:
Sed licet & flammas post vulnera sæua mineris,
Nil mutare potes quod primis cœpimus annis.
Virtute id cum lege data, mihi vincere certum est.
Quid nunc sæue iubes? natis quid dure minaris?
Hoc solo poteris matrem turbare dolore?
Est mihi námque Deus spes, est mihi cura meorum:
Per quam spero equidem te nullum vincere posse.
*Cœli tu fave numen id quia rogamus **
Rex furit Antiochus turbatus corda tumultu
Non tulit, & sæuos testatur lumine vultus.
Miratúrque diu possit quod fœmina tantum.
** Pare age miles ait, Regi quoque pare minister*
** Vos famuli parcte mihi, date digna furenti*
Fœmineo tormenta malo, sæuire furentem
Fœmina me cogit. Quod plus est fœmina vincit
Regis iussa sui; sed non impunè locuta est.
Membratim perdam septem quos perfida natos
Intra se retinet, quorum qui primus habetur
Hic primus pereat: perdam sic ordine cunctos.
Pœna autem manet hæc. Celeres decet esse ministros.
Interea fœcunda parens iam crine soluto

* Plusque est.

* O cœli numē faueas, id namque rogamus.

* Regia miles, ait, peragas mandata ministri.
* Rex iubet, ô famuli! iam iam date digna furenti.

Stabat, & hortanti similis iam pectore nudo
Vbera protendens, natorum alimenta suorum
Non confusa aperit. Natúmque vt vidit ad ignem
Constantique gradu fortem procedere, dixit.
Tu mea progenies, tu primus respice matrem.
Tu certe meus es, nunc nostri nate memento.
Te primum peperi, nunc nunc imitare parentem:
Sume meos mores, & Regem vince tacendo.
Tu poteris durare diu, si tempora vinces
Perfida, ne superet sanctos violentia Regis.
Viere consilio matris, nec damna timebis
Fortior esto Ære * saxóque potentior ipso. * Armis.
Ingredere vt iuuenis, patienter vince dolores.
Ille modo ad matrem vultus, modo tollit in altum:
Diúmque tacet, tacitúsque rogat quem debet timetque,
Conscendit rapidos, subiectis cratibus ignes.
Corpus inane fluit, mater grauis ipsa resulta:
Et dixit. Vici: Inuicta sic sæpius oro
Duret natorum virtus incognita Regi
Sed iam nota Deo, populi qui pectora nouit.
Finierat primi partus fœcunda laborem.
Sed re manente metu, pro pluribus anxia mater,
Dissimulátque tamen, ne Regem gaudia tangant.
Rex stupet Antiochus, nec credit ipse sequentes,
Pœnæ tale genus simili peruincere sensu,
Cœpta iubet peragi. Mater non territa mansit.
Sed tamen vt vidit pallentem assistere natum,
Hæc secum voluens, aliqua iam parte leuatur.
Ecce secunda mihi partus producitur ætas,
Quam similis fratris formæ si pectore duras,
Et sequeris primi partus vestigia nostri.
Esse meus poteris: poteris reperire salutem
Quam iam frater habet, matris præcepta secutus.
Pone metus, Regisque minas contemne furentis,

Regna

Regnaque queïs curſim labentia tempora dantur:
Non poterit poſt iſta, tibi Rex iſte nocere.
Sed poteris poſthac, tu Regi nate nocere
Temporis ecce leuis conſcendere cogeris ignes,
Sed virtute opus eſt, languentem pone timorem.
Eſto memor noſtri generis, ſi ſenſus inhæret.
Hic qui ſceptra tenet, regno qui ſæuit in iſto.
Tempus inane putat. Regno vitáque carebit
Damnatúſque nocens æternos ſentiet ignes.
Tu ſecurus eris turba comitante piorum.
Aſpice nate meos vultus, & ſuſpice cœlum
Auctorémque Deum, per quem tibi vita paratur
Hac melius, fratriſque tui veſtigia calca.
Neue quod iſte iubet, ſed quod Deus imperat audi,
Sicut erat monitus, matrem cælúmque videre
Conſtitit, atque hilari vultu contemnere Regem
Cœpit, & vt ridens ardentes irruit ignes,
Collapſúſque iacens anima ſuperante quieuit.
Mater vt hoc vidit, rigido ſic ore locuta eſt.
Felix parte aliqua iam ſum, iam non potis omnes
*Sæue tyranne meos * cremando vincere natos.*
Te grauior mox pœna manet crudelis inique.
*Quam patiêre breui, * Deus namque hæc omnia cernit.*
Iam Duo ſecuri, contempto Rege manebant,
Spes melior iam matris erat, iam tertius inſtat,
Ecce locus pœnæ, ſi pœna eſt vincere Regem.
Et ſeruire Deo laus eſt, non pœna furentis.
Tertius adtrahitur iuuenis frendente tyranno
Qui nondum ſatiatus erat. Furor intus & ira
Sæuibant pariter, quod fortia pectora fratrum,
Viderat impauidè Regis ſuperaſſe furorem.
Conſtitit ante pedes iuuenis florentibus annis,
Egregius forma, dignus qui regna teneret:
Dignior Antiocho, verum meliora ſecutus.

* *Vrende.*

* *Nãque hæc Deus omnia cernit.*

Regna volente Deo, mater cui talia fatur.
Accipe nunc tuæ securus dicta parentis,
Accipe nec segnis, perdas virtutis honores
Sunt tibi iam fratres pietatis sede manentes
In quie loco meliori quam labentia Regna
Quorum tu proprios attingis pectore sensus.
Victor apud populos Regem superasse ferentes.
Sicut fama tuos iam misit in omnia fratres,
His accede precor: sunt hæc aptissima dona,
Contempsisse nefas, & iura relinquere Regis
Indomiti, quem nulla manet post ista voluptas.
At iuuenis tacito mittebat murmure voces
Oranti similis, palmas tendebat in altum,
Subrixóque genu, matris pendebat ab ore.
** Cui licet aspectus corpus non ipsa præmebat,*
Qui simul admonitus cratem conscendit in igne
Intepidus, certáque fide sua membra locauit.
Conduntur flamine, trepida remanente familia.
Corpúsque illæsum, tellus adaperta recepit.
Sancta quoque ad superos anima inuiolata recessit.
At mater dubitans gemitus an gaudia sumat
Hæsitat, & querulo sic est sermone locuta.
Quid nunc dire paras? iussis parebimus omnes?
Sed numero parcus custos ne subtrahat vllum,
Ac licet ipse velis non sum passura tyranne,
Vt non isto omnes pereant certamine nati:
Temporis ista tui mutes licet horrida pœna est,
Duráque damnatis eadem sententia natis.
Si grauiora putas, si sunt grauiora minare:
Quodque meos cernis vultus, horrore teneris.
Gaudemus pariter, quoties desæuis in istos.
Ardet at ipse magis rabida Rex concitus ira,
Temptarique putat ne sicut cætera fratrum
Turba, ferant pœnas, matremque hoc quærere sensit.

* Quo licet aspecto, cor non turbata præmebat.

Dum

Durat in exitium, quartúmque addúcere natum
Pœnæ mox voluit : laſſati námque miniſtri
Nec Regis furias, nec Regem ferre valebant.
Proh pudor, erubuit vultus oſtendere matri
Natus,& attonita mente confundere cœpit.
Hunc poſtquam ſtantem ſubmiſſo lumine vidit,
Talibus aggreditur dictis monitura timentem.
Quartus es à trino partus, mihi quartus & infans
Quæ nunc verba tibi, quæ poſſum dicere nate?
Hoc niſi quod ſolum durata potentia tecum
Sit ſimul & virtus, ſanctæque propaganis ortum
Illi debemus Regi, quodcunque negamus.
Ille dedit nobis Abraham cum ſemine ſancto,
Per quem nobilitas, per quem genus omne probatur
Quod manet in Domino ſanctum cum naſcitur illi.
Tunc cum iam nullum natum ſperare ſenectus
Sponte ſua poterat, ſterilis quia Sarra manebat,
Illáque cum peperit, generiſque propagine ſepta,
Ex inſperato remanent tibi Sarra nepotes:
Eſau & patria deductus origine Iacob,
Quos ſcimus partu geminos peperiſſe Rebeccam.
Hinc ſumus, hinc morimur, genus hoc tibi nate petẽdũ eſt
Tu tibi pande viam, genitori accede priorum.
Quorum progenies totum diſperſa per orbem
Inuidiam patitur, Dominum quia ſola potentem
Mente colit, turbæ nec mixta accedit iniquæ.
Quid tibi cum triſti vultu? quid lumina terræ
Fixa tenes? cælum potius cælique parentem
Conſpice, ne dubites, mater tibi proſpera monſtrat.
Quicquid ineſt patiens porta, ac comitare valenter
Turbam nate meam, numerúmque hortare ſequentem.
Sic dilecta parens luctus & gaudia miſcens
Finierat claros monitus, cum luminis orbes
Ipſe levat, matréque oculis intendere cœpit.

Digitized by Google

Nil iam triste gerens habitu, vultúque fatetur
Se timuisse nihil, nisi tristia vulnera matris
Per partus diuisa suos: sicque ipse tenentum
Elapsus manibus, cursu contendit in ignes.
Mira loquar, flamma illius non contigit ora.
Corpus vt examine flammam superarat & ignes
Ore patente tamen tacito, qua spiritus iret
Vnde acceptus erat; pariter cum sanguine fugit.
Hoc ipso gauisa parens, quod qui modo tristi
Constiterat vultu, fretus mox pectore toto
Paruerit monitis, & Regis tempserit iras.
Sic est orsa tamen, cum Rex dubitaret in illos
Qui superant, gemitúsque daret pia turba, ministri
Regem execrantes, tacito sermone requirunt.
Protrahe quid dubitas nulli iam parcere debes,
Nec potes vt cupias, decretum rumpere noli.
Apello regem totum qui temperat orbem,
Cui mare cui cælum, cæli, cui sydera parent:
Quod nisi producis timor est, iam sequitur hæres.
Iam sentis quæ Regna petant, quæ gloria nobis
Iam parte ex vtraque manet, si parcere nolis.
Nam quoscumque tuo iussisti excedere Regno
Seu vitio comitante, tuum vicêre furorem,
Nempe tuum, latique manent in sede piorum.
Forsitan hoc mortem credas furiose tyranne?
Vita est longa magis, regnóque potentior isto.
Quod regis, & cuius extrema in parte moraris,
Mortalis tamen es, nec in æuum regna tenebis.
Sed perage Imperium, nec partus diuide nostros,
Hos quoque funestus superant qui ætate minores:
Hos quoque da flammis & iuribus vtere regni
Hi contempta etiam vincent tua regna superbe.
Concipit Antiochus furias, sæuúsque tyrannus
Æstuat, & gemitus inter sua pectora voluit.

Consen

Conſentit cum mente dolor, triſtiſque grauatos
Attollit vultus,& talia verba profatur,
Hæc tua libertas & dura potentia lingua,
Atque hic quem tumida portas cernice rigorem,
Sentiet irati Regis quid verbera poſſint.
Si nondum es ſatiata malis,& fingere temptas
Lætitiam:luctúſque tuos in gaudia vertis
*Non * muta bene eſſe,gaude,lætare,triumpha.*
Dum modo ſic vincas, vt ſis ſuprema tuorum.
Sic furioſa animis natorum funere gaudet.
Hos quoque do flammis,hoc nec mutare poteſtas
Vlla poteſt,decreta manent,lætare ſuperſtes
Natis orba tuis: & ne mea iuſſa morentur,
Ordo ſuos peragat curſus,producite natos:
Ne vani pereant ignes. Dubiúſne videri
Rex poſſit?certe timor eſt mihi fœmina nullus.
Præcipuus de gente tua ; Producêris,ore
Et ſpecie mirande puer cui pectore virtus.
Firma manet.Iámque hinc poteras vel vincere Regem.
Ad quem ſic placido mater ſermone locuta eſt.
Si dare complexus matri tibi nate liceret,
Confiteor ſoli, poſt vulnera nate dediſſem,
Sed me dura vetat , triſtiſque potentia Regis
Denegat amplexus. Dum ſit vox libera nobis,
Et liceat meminiſſe Dei, legémque tenere.
Non à Rege datam,ſed quam Deus arbiter orbis
** Tradidit & mundi rector,Moyſéſque petitam*
Accepit, populóque dedit,cui maxima laus eſt
Noſſe Deum,meritum cui nos debemus honorem.
Tu modo ne dubites monitis parere parentis,
Sit vigor & virtus, penitúſque in pectore toto
Mens maneat iam plena Deo , ſit fortior ætas,
Quàm Regem ſperàre fuit,ſuperare iubentem.
O quanta eſt virtus, quanta eſt fiducia forti!

* Non mutare inſſa.

* Conſcripſit proprio digito.

Sed

Digitized by Google

Sed iam ne dubites medias peruicere flammas,
Victor eris mi crede puer, victórque redibis.
* Miſcebunt. Oſſibus & ualidis * miſcebam corpora, nerui.
Seruatas animas iterum in noua viſcera reddent.
Sed ne forte tamen rapidus te terreat ignis,
* Æternáque Fœtum ſume animos, * aternúmque inuoca nomen.
Numina adora. Iuſſa facit, tacitúſque Deum teſtatur, & orat
Murmure quo poterat. Puerum non impedit ætas,
Non timuit cratem expoſitam, matríque volenti
Paruit, & dicto citius ſuper irruit ignes.
Ceſſerunt flammæ, ceſſit dolor omnis & una
Corpus & ignis erat, corpus ſuperauerat ignem.
Spiritus ante tamen placidas ſuperauerat auras.
Læta dolet tacitè mater, preſſeque dolore,
Triſtitiam luctúſque ſuos, in gaudia vertit.
Interea trepidat & curas corde volutat,
Non de præteritis: ſed de puerilibus amis
Qui ſuperant; ne forte negent, ne forte timorem
Concipiant animo, Regíque accedere malint.
Et quo quis minor eſt, maior metus, anxia ſecum
Ducit heu curas, etiam ſpes, ac timor vna
Luctantur, matriſque pia per viſcera currunt.
* Mox vt natum. Spes tamen eſt, * natum vt procedere vidit
Et procul exultans, video quid poſſit in iſto
Spes conferre mihi, vultus agnoſcere noſtros
Debet, & hic fratrum numero parere ſuorum.
Forſitan hunc ſolium puerilia pectora tangunt,
Indigníque ferat quod ſic velut hoſtia detur?
Alloquar & paucis conabor dicere verbis,
Sit memor vt potius generis, quàm temporis huius.
Si te nobilitas generis, ſi tangit origo,
Reſpice nate tuos, Iſrael quoque reſpice nate:
Noli annos numerare tuos puer: incipe forti
* Referant. Pectore ferre Deum * tradent hoc ſecula ſeclis

Quod

*Quod tua det * fortis ætas exemplà futuris*
** Temporibus. Dona te Precor quę quod amplius hoc eſt*
** Cogita quæ fugias, & quam meliora petantur.*
Non te ſolliciter ſtolidi fallacia Regis,
Sic creſcens iſte, nunc in contraria victor
Spiritus extinxit flammas, ſic deinde vocatum
Quod dederat corpus, tellus adaperta recepit.
Sanctáque quæ ſupereſt anima immolata receſſit.
*Quamuis laſſa parens, * Pérque & ſua vulnera victrix,*
Procidit in faciem, pariter manibúſque ſupinis
Has habuit voces, & talia verba locuta eſt.
*Qui * tenes imperium cæli, terræque maríſque.*
Sydera qui calo, qui das animalia terris,
Æquoribus piſces, auibus qui temperis auras,
Ad te magne, mea mentis fiducia ſurgit;
Qui chaôs immenſum cæca caligine mixtum
Diuidis in partes, & das noctémque diémque,
Lunámque ad ſolem, vario quos tempore ſemper
Nocte diéque iubes, lumen præbere per orbem.
Poſt hæc das hominem, cuius de ſemine mundi
Compleatur mortale genus, cui lingua loqueſſit
Diſſona per gentes, ſapor eſt tamen omnibus vnus,
Sed quid mutarit meritúmque hominùmque lequelas,
Longa referre mora eſt, cœptis inſiſtere certum eſt.
Te mare diuiſum virga tenuiſſe fatemur,
Dum pede per ſiccum populus tranſcenderet æquor.
Ægypti fugiens montes, Regémque Pharaôn,
Qui ſibi ſanctorum numerum ſeruire iubebat,
Quem tua majeſtas Moſe Duce, tranſtulit amne,
Seruatúmque tua, tutum virtute diremit,
Terra dabat fructus, quos te cogente ferebat,
Et ſitis ad requiem, quæſita eſt lympha latebris,
*Humor erat nullus, cuncti clamore * quærentes*
Poſcebant Moyſem, daret vt ſitientibus vndas,

* Constans.
* Temporibus miranda.
* Quæ fugias reputes.
* Et per.
* Regis.
* Quærentes.

Ad

Ad quos ille breui sic est sermone locutus.
Credite posse Deum. quicquid * petetis ab illo.
Qui potis est virga * hanc amnem * defundere saxo,
Vt veniant fontes tota regione negati.
Percusitque, simul dictoque velocius omni,
Emisit saxum fontes dulcedine prima.
Confiteor totus cum sit tibi debitor orbis,
Tu quicquid possunt gentes, potes omnia solus.
Et quod non capiunt gentes, capis omnia solus.
Tu mortale genus curis oneràsque leuàsque.
Te precor * attonita mente confirma timentem
Ne desit fratrum numero meus infimus infans,
Ignarisque sui, quem iam procul ecce teneri
Conspicio, turba circumueniente frequenti.
Hunc propter solum lachrimas mihi commouet etas.
Vnus enim supersit, de quo mihi maxima cura est.
Ne tener ignoret, qua sit de gente creatus,
Hunc ego si possem, secreto apprehendere solum,
Blandirer, patriúmque genus patriâmque docerem:
Sed quacumque tamen potero solatia mittam,
Parue puer teneriſque tuis mihi carior annis
Carior es regno, vita quoque carior ipsa,
Tu potes in totum victricem reddere matrem,
Tu finis partus, finisque future malorum,
Si te cura mei tangit, si matris honorem
Mente pia retines quamuis sis * & infans:
Hoc magis aure auida, dictis attende parentis
Primum disce puer, quid sis post ista futurus
Si patiens fueris, quid * mihi care futurum
Facta docent. Fratrum sanctorum in parte manebis.
Et requie securus eris dum secula cursus
Sæua suos peragunt, finito tempore longo
Hanc lucen repetes, aternàque regna videbis
Non maculata malis, nusquam contraria sanctis.

* Poscetia.
* Hoc.
* Diffundere.
* Attonitam enentem firmáque timentem.
* parius &
* te

Nec

Nec morti locus vllus erit, nec bellà citatis
** Commiſcentur equis: ſed & pax æterna manebit.* * committentur.
Mauri crede tuæ, ſaluum quæ te cupit eſſe.
Heu mihi cur triſti vultu, mea dicta repellis?
Quid refugis? miſerere mei, miſerere tuique,
Si liceat, prior ire velim, vetat. Ecce ſed ibo.
Tunc cum victorem te videro nate malorum,
Quid ſperare iubes? ſolus mea dicta moraris?
Solus adhuc etiam reuocas mi nate dolorem?
Annuis an damnas? & me fratréſque geniſque.
Quod ne fortè velis, oro te & deprecor audi.
His ego te paruum, nutrimi nate papillis,
Has etiam lachrymas te propter nate profundo.
Ne remanere velis, remanebis ſolus & orbus.
Non tibi iam frater ſupereſt, ſolatia vitæ
Quis dabit? heu ſolus matrem confundere temptas?
Et genus & patriam? ſi talia dicta recuſas,
O quanto melius vitam ſeruabis in euum,
Si facis ante Deum quicquid fecere priores!
Audenter depone metus, depone timorem,
Concipe mente Deum, vires dabit ille viriles.
Hæc dum mater agit, puer ad præcepta parentis
Reſpicit, & ſolum cum ſe videt eſſe relictum:
Suſtulit in cœlum vultus palmaſque ſupinas,
Et ſic voce petens æternum numen adorat,
Quem ſecum ſenſu pariter nutuque rogabat,
Vinceret vt Regem, ſæuos vt vinceret ignes.
Atque ita non ſegnis nec pro puerilibus annis,
Proſilit intrepidus medios delapſus in ignes.
Expugnat, victor donec remearet in altum
Spiritus, & fratrum peteret ſecreta priorum,
Dum puer iſta gerit, ſoluerunt gaudia matrem,
Iamque vt erat laſſata malis, iam voce negata,
Spirat ouans, interque manus collapſa ſuorum

Digitized by Google

Concidit examinis, resolutaque membra quierunt,
Sic ipsas nati sanctorum in parte recepta est.
Explicium Versus S. Hilarij, in Natali Machabeorum Martyrum.

REYNALDI LINGONIENSIS EPISCOPI DE VITA AGONE AC TRIVMPHO S. MAMANTIS

Martyris, è Græcorum fonte, Liber vnicus. Nec-non Anonymi cuiusdam Sacerdotis, de eiusdem Reliquiarum apud Lingonas, diuersis Translationibus Liber alter è Bibliotheca Cœlestinorum Ternensium, nunc primum in huius Floriacensis Bibliothecæ ΞΥΣΤΟΝ dextrum, opera Ioannis à Bosco Cœlestini adducti ac deportati.

Ad Illustrissimum Cardinalem Baronium.

Cæsari Baronio S.R.E. Presbytero Cardinali Illustrissimo, atque Polyhistori Ecclesiastico: Ioannes à Bosco Cœlestinus Gallus. Post indefessum cum Nestoreis Annis Robur.

ANNOS ÆTERNOS.

MAgnum apud Orientales Martyrem MAMAM, tibi Maximo apud Occidentales Cardinali veritatis testi ac Ecclesiæ MAMMÆ offero. Qui enim Romæ in Quirinali monte frequenter vnius eiusdem Alexandri Magni Bucephalum domantis, aut Tyridatis binas statuas, a Praxitele & Fidia variis

Digitized by Google

variis ſculptoribus effictas, eiſdem ſtereobatis conſiſtere aſpicis, deſines mirari vnius Mamantis toreumata Græcis Latiniſque ſcalpris formata, iiſdem hiſtoriæ Sanctorum ſtlobatis ſuſtentari. An non cotidie ipſius eiuſdem rei Græca & Latina artificia iucunde contemplamur? Scripſit Metaphraſtes Mamantis hiſtoriam: at Græcè Græciſque tantum, quoiſque eam Latinis ſuperueſtiret coloribus, vir Lauris perennibus coronandus Aloyſius Lipponamus. Verum, eam pluribus ante ſeculis ſcripſerat Reinaldus Lingonenſis Antiſtes, Latinè, genuinè, ſimpliciter, abſque fuco. Quam tempus terra operuerat, intraue altum ſilentium dejederat, quamque, obuter aliud quæritans, eruderauit. Et cum Antiquitatis notis eam conſpicerem inſignitam, atque ſine compta compti ſſimam: Oblitioni eam reflagitanti, fortiter denegans obſtiti. Ac ne ea præclarorum ingeniorum Nouerca, iterum ſibi eam eblandiretur, denique ingularet & enecaret: Intra Porticus Regiæ Floriacenſis Bibliothecæ, ipſam inuexi, ac vt ſecurior tutiórque eſſet Aſilo tuo commiſi. Nam tu verus Hercules Latinus es, qui Cacos, è paſcuis Latinorum Scriptorũ boues cauda in ſua obſcura antra pertrahentes, Annalium tuorũ Claua icis & perentis ac ſpeluncam obliuij, vaſto ſubmotam receſſu & Solis inacceſſam radiis, diripere ac deprædari ſolerti & inuicto animo nouiſti. Præterquæ cum Gallicus ſis iſte Scriptor, atque homine Gallo repertus, intre Cardinali à Rege Chriſtianiſſimo Gallorum Hercule amatiſſimo, Gallorum gloriam penna ad ſydera attollenti, & Gallorum amorem in cordis foco fabris eximiorum officiorum iugiter accendenti, debetur ac competit. Doctiſſime Cardinalis Philogalle, nos Eccleſiaſticæ libertatis vindices vt ſcripſiſtiſſic frequẽti Patrum Purpuratorum Senatu pronunciaſti, At te Polyhiſtorem ſacrum, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Parentem, atque Romanæ integritatis fortiſſimum &

inuictissimum Athletam immo & Propugnatorem, & scribimus & prædicamus. Nostrisque scriptis, collatis animis, tuam in apice eruditionis, in culmine sanctitatis, in arce authoritatis, & fastigio dignitatis animi modestiam, ingiter posteritati inculcabimus, & in adamante calabimus. Scribetúrque ab vniuersis authoribus Gallis in generatione altera, Quod humilis atque demissi Cælestini V. animus, in te Cæsare, Redimitus ferrea hac ætate apparuit. Nam quod ille fuit & abiecit, tu esse iteratò potuisti, nec voluisti. Iam longè Priori Cæsari dissimilis, qui vt multis populis imperitaret, cælum terrámque sursum deorsum miscuit. Tu vero ne omnia mũdi Diademata, tuos pedes in Christo & propter Christum videres lingentia, propensis Patrum in te voluntates graui oratione exinaniuisti attenuastique, & quorumdam ipsorum dissidentes animos, erga alterum vniuisti: ac tua libera atque Cæsarea voce, opprobrium quod Israëli imminebat depulisti. Hæc, hæc sunt Cæsar Temperans atque Modeste, quæ temporum ratio mihi de te ad te, in amplissimo totius orbis theatro, fari permittit. Dum autem qui multos eruditisti in cœlo fulseris, nubesq; tuæ humanitatis, Gallicum pudorem iam non obnubilabit. Omnia Francogallica astra, Soli tuæ famæ accedent: & à veritate tuæ vitæ vocata, adsumus ecce dicent. Interea vero Mathusalinos tibi precantes annos, velatum te Mysem Romani tabernaculi, fiducialiter adoriemur, alloquemur, salutabimus: & fastigij à te magnanimiter spreti limbis, dona nostra cum cordibus annectemus. Vale, longè mirabiliori quàm Prior victoria Inuicte Cæsar, atque animi mei te mirificè colentis æstum mansuetè sustine, ac Cœlestinam Gallicanam Congregationem, te vt virum de cœlo in terras ad Ecclesiam tuẽdam demissum admirantem, pio fauore prosequere.

Lugduni Galliarum Kalend.
Septembris. 1605.

Digitized by Google

LIBER PRIMVS.

Genus & Patria Sancti Mamantis, Genitorisque eius Nex.

IGitur sanctus Mames magnus Matyr: (hoc enim à Syris & Græcis specialiter vocatur cognomine, siue quia in paruo corpore magnum Martyrij certamem sustinuit, siue quia magni nominis generaliter apud ipsos habetur) Patriam habēs [1] Paphlagoniam, præclarus quidem secundum generis Nobilitatem, sed secundum fidei Nobilitatem, præclarior fuit. Pater eius [2] Theodotus, Mater autem Rufina vocabatur fideles ambo & excelsi Nobilitate generis, vt potè Patriciis progeniti, totius genealogiæ suæ Nobilitatem, moribus & vitæ probitate exornabant. Hi itaque amore Dei succensi desiderium suum nullomodo abscondere valentes; audaciter quæ Pietatis erant, in publico exercebant, & quoscunque poterant, ad fidem Christi exortando conuertentes, de lacu impietatis extrahebant. Vnde & apud [3] Alexandrum qui tunc ciuitati [4] Gangæ præerat accusati sunt. Hic namque mandatum ab Imperatore acceperat, culturam Deorum omni studio exaltare & ampliare: quoscunque autem Christianos inueniret; duris cruciatibus subigeret, & quos a fide Christi per tormenta euertere non posset, crudelissima morte mulctaret. Et hic Theodotum suo iubens assistere Tribunali, idolis sacrificare cogebat: Cui nec aurem Theodotus adhibuit. Verum ille tormentare Theodotum conatus: sed parentum dignitate prohibitus, [5] non enim licebat alicui nisi iussu Imperatoris Patriciorum filios iniuriare) à tormentis quidem destitit. Sed [6] Cæsaream Cappadociæ, [7] Fausto Duci illum transmisit. Qui & ipse quanto impietate feruentior, tanto crudelitate vehementior erat. Hic diuinum suscipiens Theodotum, mox in carcerem retrudi iussit. At coniunx Theodoti veteri licet onere

1 *Paphlagonia B. Mamæ patria.*

2 *Pater S. Mamæ Theodotus, mater autè Rufina.*

3 *Alexander Præses.*

4 *Gangæ Ciuitas.*

5 *Nobiles olim apud tyrannos in pretio habiti.*

6 *Cæsarea Cappadociæ.*

7 *Faustus Dux.*

Digitized by Google

grauida, virum tamen incunctanter sequuta cum ipso carcerem intrauit. Quibus retrusis: Theodotus suæ carnis infirmitatem considerans,& tyranni crudelitatem non ignorans: mori magis cum vxore optauit, quàm grauioribus tormentis non valendo resistere indignum quid sua Nobilitate, cõtra Dei voluntatem agere. Vnde sursum cor cum manibus eleuans, orauit sic. Domine Deus virtutum dilecti filij tui Pater, Benedico te & glorifico quia pro nomine tuo in carcerem recludi adiudicatus sum. Verumtamen te deprecor Domine qui omnia & inter omnia meam fragilitatem nosti,suscipe in his vinculis animam meam ne prævalens aduersum me gaudeat inimicus. Sic orauit. Et qui *finxit sigillatim corda hominum* & cogitationes eorum intelligit,voluntatem pro operibus suscipiens continuò ad effectum orationem perduxit. Mox namque illa sancta anima à corpore egressa Domino ei eiusmodi transitum prouidente; migrans ad cælum corpus reliquit in carceris cœno.

Mors matris B. Almæ, ac eius educatio.

CAPVT II.

RVfina interim carceris angustias non sustinens, præ multitudine miseriarum,immaturè & ante tempus quod natura præfixerat,expulsit filium. Contristabatur namque miserabiliter dilecti mariti discessu, & cura infantuli miserabilius angebatur:intollerabilis nihilomin⁹ horror carceris, & crudelitas Ducis de perseuerantia quæ sola remunerationem meretur. cum tremore magno & timore cor eius concutiebant. Nullo horum tamen deuicta: infantulo Deo commendato, curáque corpori defuncto quantum potuit exibita: à viro sese derelictam indesinenter deflens, sed nec a mortuo separari volens cum lachrymis & gemitibus dicebat ad Dominum. Tu es Deus qui plasmasti hominem & mulierem de latere eius formasti, placeat tibi Domine, & me de corruptibilibus huius seculi eripiam ad tua tabernacula quæ sine fine manent cum viro meo transire. Hæc Rufina & confe

& confestim quod orauit Deo largiente consecuta est. Completa denique oratione, beatam illam animam emisit felicem ad Deum viam & ipsa pergens, solo inter glebas vtriusque parentis, infantulo in carcere relicto. Diuina interim visio, cuidam mulieri Amyæ nomine, genere satis Nobili & diuitiis præditæ, nec minus in his quæ ad Deum spectant abundanti, in forma cuiusdem adolescentis apparuit, præcipiens ei & dicens. Vade, & pete à Duce Fausto corpora sanctorum qui in carcere dormierunt, tollénsque infantulum quem in medio eorum vagientem reperies, adopta tibi in filium curámque illius tamquam vterini permaximam gere. Vidua siquidem erat, nec sobolem propriam habebat. Amya ergo visionem ad se diuinitùs factam intelligens, continuò Ducem aggreditur, & facilè quod petebat est adepta, Diuina gratia vtrique cooperante: & Duci vt concederet, & Amyæ vt quod sibi præceptum fuerat sine dilatione impleret. Ea propter carcerem festinanter ingreditur. Et inde corpora Sanctorum ac infantulum tollens, corpora quidem splendidè & cum magno honore in horto proprio sepeliuit: infantulum verò in filium sibi adoptans, velut proprium quam peperisset sic enutriuit, sic erudiuit, sic amplexata est: magísque quàm mater aliqua super filium vterinum, circa illum curiosa extitit. Etenim quanto magis puer crescebat: tanto & amor in eum augmentabatur: quippe quem fructum omnium laborum suorum, & suæ senectutis optimum sustentatorem se habituram gratulabatur.

S. Mamantis feruor in fide.

CAPVT III.

IAm itaque ad secundum puer peruenerat annum, & lingua tenera Mama, quod Latinè mater significat, Amyam balbutiendo vocare cœpit: vnde & Mamas proprium nomen accepit, & de cætero hoc nomine vocatus & ab omnibus cognitus est. Quinto itaque completo anno, cum iam ab Amya magistris literarum

terarum commendatus fuiſſet,tanta auiditas doctrinæ tanta capacitas memoriæ,tantum maxime in eo acumen ingenij apparuit:vt in breui coætaneos ſuos omnes, in eruditione deuinceret Anima ſi quidem eius tota aut circa lectionem, aut circa doctorum ſermones aſſiduè verſabatur. Aurelianus ergo Romani Imperij apicem adeptus, Dæmonibus omnes immolare præceperat, nõ ſolum viros ac mulieres,ſed & pueros: maximè quoniam propter tenerrimæ ætatis naturam, facilius eos errore ñdem Chriſti abnegare & velocius ad impietatem ſuam traducere eſtimabat. Et reuera alij pueri voluntati Imperatoris obediebant. Quicumque autem condiſcipuli Mamæ fuerunt, ſanum pueri intellectum imitantes , verbis & exemplis eius informati, præcepto Imperatoris nec auditum ſaltem præbebant. Docebantur denique à deſiderabili pueri prudentia , Ieſum Chriſtum verum Deum eſſe qui omnia creauit ex nihilo & creata ſuo gubernat imperio,& in fine mundi pœnas & præmia reddet cunctis pro merito,& ipſi ſoli rationabilem hoſtiam intus & foris offerri debere. Illos autem qui ab impiis & honorantur & Dij dicuntur,Innania ſimulachra eſſe turpitudinis & ridiculi plena.

S. Mamas Imperatori ſiſtitur.

CAPVT IIII.

DDm hæc itaque ſic ſe haberent,Mamas quintum decimúmque ætatis ſuæ annum complens. poſt mortem bonæ Matronæ (hoc enim Amyæ cognomen erat) ſuper qua non modico dolore confectus eſt. totius ſubſtantiæ hæres ab Amya relinquitur conſtitutus. Interea Democritus quidam, vir culturæ Idolorum vehementer ſpirans, & ad hanc zelo ardenti ſuccenſus, officium ſupradicti Fauſti adeptus, dum Cæſaream aſcendiſſet, audito de beato Mama quod non ſolum Deos ipſe non coleret,ſed & coætaneos condiſcipulos ſuos,ab eorum cultu dehorrando reuocaret,crudeliſſimè in puerum iratus,ſuo illum Tribuna'i

nali assistere iubet. Et primum quidem si Christianus esset interrogat. Deinc si hic est qui nec sacrificare Dijs vellet, nec sodales suos Imperatori obedire permitteret. At Mamas imperterritus nec in aliquo omnino turbatus, prudentiori quam illa ætas soleat constantia. Ego inquit Dux vestras optime noui versutias, qui tam densa deceptionis caligine obuoluti estis, vt nec ad lucem quidem veritatis respicere valeatis. Deum namque viuum & verum reliquistis, & idolis surdis & inanimatis immolatis. Absit autem à me vt vestris fraudulentiis deceptus: vel ad punctum à Christo meo recedam, vel quoscunque ad ipsum conuertere potero, vestris territus minis desistam. Expauit Democritus pueri constantiam, & cum recedere eum a recta fidei regula blandiciis posse desperaret, minis aggreditur, & vt ad templum Serapydis ductus idolo sacrificare compelleretur præcepit. Mamas nihil fœmineum aut ignobile ex minarum terrore concipiens: Non licet inquit tormétare te, vel minis afficere quem tàm magna & præclara matre nutritũ, tàm ditissimis copiis & amplissima hæreditate constat esse præditum, nomen ei Amyæ proponens. Audiens hæc Democritus de prædicta Matrona & Mama puero, an ita se haberent diligenter à circunstantibus requisitis, ad Aurelianum qui in Aegas morabatur, ligatum cathenis Mamam transmisit: quæ de ipso erant literis Imperatori significans. Qui perspectis literis, statim puerum suo præsentari conspectui iubet. Quem multis modis circumuenire satagens, nunc quidem pulchra & delicioſa promittens, munera & honores plurimos. offerendo, nunc vero dura & terribilia minando verbera, & tormenta proponendo. Si inquit ô bone Mama, magno Serapidi sacrificaueris, eris nobiscũ primus in palatio, delitiis frueris Imperialibus, & in tantum glorificaberis, vt & boni te mirentur & laudent, & mali te æmulentur & tibi inuideant. Si autem piis non acquieueris consiliis, multis cruciatibus afflictum, vngulis hominum & dentibus bestiarum discerptum. flammis te contumi præcipiam. Vnde puer nec blanditiis illectus, nec terroribus victus, immo magis

ardore fidei succensius cum magna fiducia respondit

S. Manes varia perfert tormenta.

CAPVT IIII.

NVmquam mihi Imperator contingat in tantum fraudari ac decipi quod hæc quæ a vobis coluntur simulachra surda & muta & omni sensu carentia rationis alicuius vel honoris existimem digna. Quin potius vestri intellectus crassitudo & hebetudo vehementer est arguenda qui talia coli vel quoquomodo honorari permittitis. Desine ergo talia vel læta mihi promittere vel terribilia minari Si beneficiis quę promittis assensum præbuero, gaudia sempiterna amitto: si tormenta quæ minaris infers, magna mihi præmia confers. Et ne te diutius traham, præciosior est mihi mors pro Christo, quàm totius mundi honor aut diuitiarum possessio. At hæc Aurelianus vehementius spirans in puerum, fustibus corpus eius tundi præcepit. Dilaniabatur interim corpus tenerum, & quasi in primo flore pueri mente cani. Qui quasi dulci somno requiescens sic hilari vultu, læto corde, immobilis subsistebat. Imperator autem, vt potè astutus & dolo plenus simulans se puero velle misereri & quasi ab atrocioribus tormentis quæ illum expectabant volens eruere reuera ita ad sacrificandum inducere temptans. Dic ait solummodo verbo te velle sacrificare & ab his tormentis liber eris, Respondit Manes Non ego Imperator etiàsi multo numerosiora & grauiora quàm impresentiarum cerno pateris supplicia, Christum solum verum Regem corde vel ore negabo. Sed & tibi magnas refero grates per quem mihi desideratum appropinquare cognosco brauium. Tortorum quidem manus non lassari vt potè quæ tantorum mihi sunt causa bonorum sed magis ac magis valere & confortari exopto. Porro Aurelianus puerum plagas ei illatas nihil curare prospiciens: Corpus eius nudum præcepit lampadibus incendi quatenus in breui carnibus incendio perforatis diutius acutioribus

1 Prima Manæ pœna.

2 Secunda pœna.

cutioribus torqueretur doloribus. Nec mora adhibentur lampades corpori ſancto, ſed ignis Athletam Chriſti reueritus in milites potius vehementer deſæuiit Corpus igitur Martyris exterius flamma abſque dolore lambebat, animam vero Tyranni interius cum magno cruciatu cremabat. Quanto enim Martyri minus propinquabat tanto maioris inſaniæ flamma perſecutorem vrgebat. [3] Deinde iubet lapidibus Martyrem tundi quos ille ſpe futurorum vt roſarum flores ſuſcipiebat. Perpendens itaque tyrannus nullo genere tormentorum mentem Mamæ ſe flectere poſſe [4] peram plumbeam collo eius ligari & ad medium maris in profundum demergi præcepit. Sed nec hic ô Mama tui Deus oblitus Angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te.

[3] *Tertia pœna.*

[4] *Quarta pœna.*

S. Mammas ab Angelo liber effectus, aliquanto poſt tempore rurſum Duci Alexandro ſiſtitur.

CAPVT V.

EXtemplo quidem Angelus Domini in humana forma apparens, tantum militibus pauorem incuſſit: vt in fugam omnes conuerterentur. Martyrem verò de manu eorum eripiens, ad montem quemdam iuxta Cæſaream tranſire præcepit: ibique morari. Quo cùm peruenisſet, quadraginta continuis diebus abſque cibo potúque manens, alter quodammodo Moſes effectus, Teſtamentum nouum vt ab Apoſtolis iam pridem prædicatum fuerat per orbem, ſuſcepit. Et vt audaciter loquar, quod minus datum fuerat Moſi: huic conceſſum eſt Martyri, Moſes namque tabulas tantum veteris Teſtamenti de cælo ſuſcepit. Huic verò virga, & cum virga, vox ſuperuenit, dicens. Virgam ſuſcipe Mama & terram virga percute. Quo ſine mora cópleto, protulit de occultis ſuis terra dehiſcens, Euangelium Chriſti. O mira circa puerum gratia Redemptoris! Adhuc puerulus, præter curſum naturæ, non ſolum Moſi, ſed & Apoſtolo Paulo comparatur. Ille virga mare, ille terram ſcidit. Et ne quid ei gratiæ Apoſtolicæ deeſſet: Euangelium non ab homine neque

Mirabile.

Digitized by Google

que per hominem, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti accepit. Dehinc, Oratorium propriis manibus fabricauit. Qui & de cætero viuere de labore manuum ſtudens, & doctus ſapientia, ſorris mulieris exemplo quæ
Prouer. 31. 27. panem ocioſa non comedit, ſilueſtria animalia quibus vti licitum eſt, diuina ad ſe virtute deducta mulgens,
Act. 20. 35. faciebat caſeos. Nec ignorans, *Beatius eſſe dare quam accipere.* Paucis ſibi ad vſum retentis, reliquos Cæſaream deſcendens, pauperibus diſtribuebat. Interim
1 *Alexander alter Dux.* [1] Alexander quidam, non ille cuius ſupra mentionem
2 *Cappadociæ.* fecimus, Dux [2] Cappadociæ conſtitutus, Vir nemini crudelitate volens eſſe inferior, immo impietate omnes ſuperare contendens: Magnitudinem ſapientiæ & Religionis Mamæ, quam fama diuulgante didicerat non ferens, omnibus de ipſo diligenter inquiſitis, milites ſuos qui ipſum ad ſe deducerent, ad inquirendum tranſmittit. Quod ſanctum minimè latuit, ſed ocyus eis obuiam occurrit. Cui militer obuiantes, & quis eſſet penitus ignorantes: locum in quo Mamas maneret, ab ipſo ſciſcitabantur. Quibus ille. Paululum » vos, inquit, primum quieſcere, & de equis deſcendere, » & ad cœnam recumbere conuenit: ac poſt hoc, Ma- » mam quem quæritis oſtendam. Quo conceſſo, dili- » gentius præparat cœnam: aquam manibus infundit, panem & caſeum, conuiua dapſilis ſufficienter apponit. Talibus delectabiliter refectis: Ecce feræ more ſolito ad Mamam conueniunt, cui ſic manſuetè & conuenienter ad emulgendum ſe exibebant, ac ſi ab illo nutritæ, & ad hoc inſtructæ diuinitus fuiſſent. Quo viſo, Milites timore & ſtupore magno correpti, reliquentes cœnam: confugiunt ad Martyrem. Et qui vt occiderent eum, tenere venerant: timent ne moriantur. Quos ipſe leniter conſolatus ne timerent, immo confortarentur & viriliter ſe haberent, exortatus eſt. Deinde volens eos à cura liberare, qua pro ſe quæ- »
rendo angebantur: Ego ſum inquit Mamas quem quę- »
ritis, & amplius nolite in quærendo vexari: ſed præ- »
cedite, ego vos è veſtigio ſequar. Cui illi firmiſſimè credentes, nec in eo leue ou[illegible]ſpicati, via qua venerant regreſſi ſunt. Sanctus vero Martyr, vnum de

Leoni

Digitized by Google

Leonibus qui ſecum in monte morabantur, nutu vocans, ait. Veni mecum, ac dum agonem aggrediar ego: Tu Gentilium & Iudæorum pueros quotquot maligna & blaſphema lingua nomen vnigeniti filij Dei detrahendo maledicent, curſu velocißimo arripe: & crudeliter diſcerpe. Hæc præcipiens beſtiæ, diſceſſit à monte. Qui, milites circa portam ciuitatis expectantes conſecutus, ad Alexandrum cum illis ingreditur, Quem intuitus Alexander: Tu ne es inquit, Mamas, qui de arte Magica æſtimaris? Ad quem Mamas cum magna modeſtia. Ego inquit ſum Mamas ſeruus Chriſti, qui ſaluat quidem ſperantes in ſe, & facientes eius voluntatem: Magos autem & incantatores, ſacrilegos, & Idololatras igni inextinguibili condemnat. Sed quamobrem me vocaueris, modo expone. Quoniam inquit Dux talibus maleficiis quibus tu vteris, communicare nolo: quibus inuincibilem beſtiarum crudelitatem ſic tibi allicis, vt cum ipſis tanquam cum hominibus conuerſeris: Et ipſæ pluſquam homo quis rationabilis, tuis pareant iuſſis. Cui reſpondens Martyr: qui meo inquit ſeruit Deo, non ſolum cum Idololatris & incantatoribus non conuerſatur: ſed nec breui quidem cum eis aliqua cohabitatione communicat. Qua propter cum feris & beſtiis, magis quam vobiſcum conuerſari elegi, Hæ quidem non noſtris vt ſuſpicaris incantantur maleficiis vt quaſi domeſticæ mihi famulentur: Non enim quid ſibi velit nomen maleficij vel incãtationis ſcio. nec tale quid vmquam didici: ſed licet ſint feræ ſenſus rationalis incapaces, Deum tamen norunt, & reuereri: & illi ſeruientibus honorem exhibere. Vos autem multo per omnia illis eſtis irrationabiliores, qui & ipſas in hoc habetis exemplar, quod honorem communi omnium Domino deferunt: & nec ſic creatorem veſtrum cognoſcitis.

S. Mamas variis excarnificatur tormentis.

CAPVT VI.

DVx igitur quoniam ad hoc nihil contradicere habebat, appertè cœpit ſancto comminari Martyri.

Digitized by Google

Martyri. Quomodo inquit in tantam ſtultitiam & audaciam prorupiſti, vt nec præceptis Imperialibus contraire metuas, nec iniuriari nobis verearis? Sed tormenta quid te opporteat facere docebunt: Et confeſtim præcepit eum ſuſpendi ac dilaniari; ſuſpenſus vero ac dilaniatus, inter tot ſupplicia in nullo molliter egit; nil infirmum, nil ignobile dixit: ſed in omnibus viriliter agens, ſchylari vultu tortores aſpiciebat, ac ſi nil doloris ſentire videretur, quippe cælo totus intentus, paradiſum lætus præſtolabatur. Duce ergo acriores dolores prætendente, & vt vehementius Martyris corpus diſcerperetur, inſtantius inſtigante: Diuina quædam vox cælitus elapſa, ita ſanctum Martyrem confortauit; quatenus nimietatem dolorum penitus non ſentiret; & ex hinc tormentorum omnium victor exiſteret. Quàm vocem multi fidelium audientes, plurimum in fide Chriſti confirmati ſunt. Videns Alexander, Nobiliſſimum puerum ſæuiſſimas illas vngulas nil curare: in inſaniam verſus, illum dimitti de equuleo iubet, Fornacem autem ignis, ad Athletam Chriſti cremandum ſuccendi præcepit. Interim alias detentus, opportunum valdè ac commodum ſuæ malitiæ exiſtimauit, Martyrem Chriſti ad tempus in carcerem retrudi, Spe enim falſa deceptus, penſabat, quod ſi tempus exiguum requiei concederetur: pro ſemetipſo forſitan Martyr diligentior exiſtens, tùm præteritorum dolorum experientia, tùm timore futuræ fornacis ſibi accenſæ, ad ſecundam interrogationem mollior occurrens, prioris rigoris non modicum deponeret. Recluditur ergo puer generoſus in carcerem, Vbi quadraginta Chriſtianos Cathenis aſtrictos inueniens, à vinculis ſoluit: vectes carceris & omnia clauſtra orando amouit. Ianuas apperuit, illos quidem foras exire iubet: ipſe vero ad futuros agones Angelica præſentia confortatus, ſolus in carcere remanſit. Interea Dux aliorum negotiorum cauſas ſeponens, camino vehementer accenſo, Martyrem ſuo Tribunali aſtantem ſic alloquitur. Negotiis „ quæ multa & magna nobis imminent, attendentes, „ aliquantulum tequiei indulſimus; vt tibi conſulens, „ vtilita

Quinta Pœna.

Sexta Pœna.

Digitized by Google

« vtilitati tuæ prouideas : quod si volueris, tu ipse con-
« spicis in quantam accensa fornax altitudinem flam-
« mas extollat. Nec amodo ego te verbis aggrediar,
« donec ipsa tua irrationibilis duritia, post profunda
« suspiria, ad pœnitudinem licet seram conteratur. Ad
« hæc Martyr constantissime respondit. Iam pridem O
« Dux meam apperte tibi expolui voluntatem, Et quid
« in eodem rursum versaris ? Incipe impone finem, &
« ne amplius in minis moreris. Quo dicto, in caminum
« illico proiicitur, sed Deus qui quondam in Assyria *Septima Pœ-*
tribus pueris in fornace, cælesti eos rore perfundens, *na.*
ignes non sentire donauit. Ipse & huic suo non de-
fuit puero. Nam Christi Martyr tamquam in horto
florenti, rore cælesti perfusus: in medio flammæ deam-
bulans, nec odorem quidem ignis sentiebat. Immo
toto triduo quo caminus eum tenuit, hymnos cane-
re, & Deo gratias agere non cessabat. Post triduum
vero, flamma deficiente & carbonibus in cinerem
dissolutis: Carnifex nec mortuo parcere sciens. Quic-
quid de ossibus Martyris supererat, de camino extra-
hi, sibique præsentari iubet. Missi tortores ad forna-
cem, protinus sanctum Martyrem audiunt, voce cla-
ra intus magnalia Dei glorificare. Vnde & attoniti,
& vehementer territi : properè reuertentes, quæ au-
dierant & viderant præter naturam accidisse, exacto-
« ri cinerum renunciant. At ille. Per Magnum inquit
« Serapidem & omnes alios Deos, manifesta incanta-
« tio est. Hæc & alia multa contra veritatem loquendo,
Martyri furens derogabat. Intantum siquidem ira &
indignatio, diu cor eius excæcauerant : vt quod cæte-
ris luce clarius erat : hoc iste mente cæcus, Meridie
quasi in tenebris palpans, nec videre nec sentire vllo-
modo poterat. De turba autem quæ ad spectaculum
conuenerat; quotquot ad veritatem vel per modicum
spirare poterant, in Athleta Christi nec vestigium
ignis nec exustionis signum aliquod reperientes ; Ie-
sum Christum glorificabãt, ipsi soli miraculum ascri-
bentes. Interim Alexander videns sanctum Marty-
rem suo rursus tribunali astantem, sic sanum & inco-
lumen, vt nec minima in pilis vel capillis eius vstio
inspici

inſpici potuiſſet : iteratò conuiciis & deriſionibus, aliiſque blaſphemiis illum aggreditur. Magum & incantatorem & Dæmonicum, inſano clamore vociferans. Cui Martyr nec reſpondere dignabatur. Interim ad locum quo populus ad ſpectaculum venire conſueuerat, eſcam illum ferarum ſe facturum exiſtimans: duci præcepit. Quo & Martyr ſubridens lætus ſubſequitur. Leopardus item & Vrſus qui iam multos interfecerant, ad diſcerpendum Martyrem dimittuntur. Vrſus quidem cum magna modeſtia inclinans caput, Martyris Mamæ pedibus prouolutus, veſtigia eius diligenter deoſculari videbatur. Leopardus autem quaſi quoddam domeſticum animal in pedes ſe erigens, ſudorem quem ob laborem ſanctus emiſerat: totum corpus lambendo detergebat,& quaſi de iniuriis quas ſuſtinuerat grauiter condolens, quibus datum eſt modis conſolabatur. Et feræ quidem quas impius ad deuorandum Martyrem emiſerat, talia noſtro inferebant coronato.

Mamæ Martyris

S. Mamas gloriosa & nobili morte triumphum adipiſcitur.

CAPVT VII.

SEd & ille Leo qui ab eo mandatum acceperat, & quem vt ſupradiximus contra impios armauerat: frendens dentibus, & furore ſpirans, ocius de monte deſcendens, turbam quæ ad ſpectaculum conuenerat terrendo diſperdens, alios dentibus, alios vngulis diſcerpebat. Vnde non minima infidelium multitudo, Diuinam circa Martyrem potẽtiam ſentientes, Deum ipſius magnificauerunt. Sed hæc quæ pectora etiam ſaxea mollire valerent, tyrannum potius crudeliorem reddebant : Nam induratum cor habens, Leonem iterum ad deuorandum Martyrem dimitti præcepit. Sed quanto prædictus Leo contra impios acrius ſæuierat, tanto hîc modeſtius ad Martyrem manſuetus acceſſit: quaſi ad conſolationem potius quàm ad ſupplicium videretur adductus. Demens igitur Alexander,& penitus

nitus desperans, quod iam nullo genere tormentorum, Mamam vincere posset: quodam de astantibus fortissimo & ad impietatem promptissimo ad se vocato. Tridentem ferream quam fortè manu tenebat, in viscera Martyris, ambabus manibus infigere fecit. Quod cernens quædam Religiosa mulier, & circa Martyrem veneratione deuotissima: cucurrit ad Martyrem, & guttas sanguinis de visceribus eius defluentes, in cratera suscipiens, honorificè sibi recondidit. Porro Christi Martyr glorioſus, defluentia viscera propriis manibus stringens: cum magna fiducia, quam illi diu expectatus, sed iam proximus finis præstabat, pertransiens theatrum, gratioſus & honore suo decoratus, *improperium Christi portans*, Ciuitatem egreditur. Lætissimè quippe interiorem naturæ suæ plasmationem in manibus ferens, Plasmatori suo extra castra seipsum obtulit sacrificium. Ad duo denique studia, declinans in spelunca: Ecce corona sibi in cælo parata cõspicitur, vóxque cœlitus demissa est adeum dicens. Ascende Mamas Athleta Christi, ascende cælum, quo Christus quia legitimè certasti, te coronaturus expectat. Móxque illa sancta anima vinculis corporeis absoluta, in æterna tabernacula, ad illas ineffabiles delitias & claritatem supernorum ciuium, inter choros Angelorum assumpta est. Christum cum ipsis sine fine laudatura, cui deuotè seruierat. Ascendit autem die secunda, id est quarta Nonas septembris, cum qua & nos ascendere possimus, cooperante gratia Redemptoris nostri, cum quo & Patri & spiritui sancto, gloria honor & imperium, nunc & semper & in sæcula sæculorum Amen.

Digitized by Google

ANONYMI VETERIS SACERDOTIS LIBER, QVI EST SECVNDVS, DE translationibus Reliquiarum S. Mamantis in Gallias.

Auctor præfatur de ſanctorum gloria.

CAPVT I.

QVoniam fragilitas cõditionis humanæ præteritorũ memoriam diu viuere non permittit, à Domino datus eſt in remedium, literarum vſus: per quas & præterita viuant, & poſteriorum oculis quaſi præſentialiter facta, fideliter præſententur. Antiquorum enim exempla, ſunt illi carbones delolatorij, per quos & viciorum rubigo conſumitur in mentibus auditorum, & fidelis deuotio ad agendum vel patiendum ſimilia ſi opus fuerit, feruentius inflammatur. Quis enim tàm ſaxeum pectus habet, quod non faciat aliquantulum emolliri, cum ſubit in mentem fides Patriarcharum, Prophetarum Audacia, Admiranda Petri & Apoſtolorum Potentia, Conſtantia Martyrum, Patientia Confeſſorum, tenera Virginum Fortitudo, ſicut dicit Apoſtolus. *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus.* Ego autem minimus Sacerdotum, qui nec dignus ſum vocari Sacerdos, quia ſæpius & in multis offendi, & extra legis ſemitam frequentius ambulaui: pandere propoſueram Karitati veſtæ, qualiter beati Mamantis Martyris Caput Lingonas eſt allatum, ſed vereor ne imputetur mihi ad præſumptionem, ſi opus aggredior quod vltra me eſſe non dubito. Nouit tamen Dominus, quia ad hoc adſtrictus ſum quaſi ex maioris imperio. Vnde & confido in Domino, quod vires

Rom.15.4.

quas

quas imperitia denegit, Obedientiæ virtus & Karitas miniſtrabit. Veniam autem poſtulo, ſi aliquantulum altius exor ſiar. Quædam enim in legenda beati Martyris omiſſa ſunt, fortè pêr negligentiam Prædeceſſorum: quæ & Martyri cedent ad gloriam, & vtilitati proderũt auditorum ſcitâ. Nam cum Nobilis illa mulier Amia nomine, ad ſuggeſtionem Angeli, infantulum de carcere ſuſtuliſſet: vbi ambo parentes eius pro fide Chriſti cathenati deceſſerant; Et cum faceret eum deferri ad Eccleſiam, vt baptiſmi ſuſciperet ſacramentum: multis adſtantibus. Sacerdos qui eum regenerare venerat quæſiuit in publico, Quo nomine cenſebitur puer iſte? Reſpondit puer qui necdũ vſum linguę nouerat, Mamas eſt nomen meum. Cunctis autem ſtupẽtibus, & Sacerdote iterũ hoc idem interrogante: ſecundo & tertio aperta voce dixit puer, Mamas eſt nomen meum. Intelligentes itaque factum eſſe à Domino, quod erat mirabile in oculis omnium: non præſumpſerunt mutare nomen, ſed gratias in communi referebant Domino, quia nec ante nec poſt, in tota Gratia inuentus eſt aliquis, qui hoc nomine cenſeretur. A miraculo redeamus ad propoſitum, ſed vt ſequentia facilius eluceſcant, prius dicendum eſt breuiter, quomodo huius beati Martyris notitia, Domino procurante in Burgundiam venit.

Quomodo Lyngonenſis Princeps Eccleſia, nomine S. Mamantis ſuerit inſignita.

CAPVT II.

FIdelis enim narrat antiquitas, quod Eccleſia Lyngonenſis, à Principio ſui in honore Beati Ioannis Euangeliſtæ [1] fundata fuit: ſed Dominus qui Apoſtolum ſuum per Euangelicæ prædicationis gratiam ita videbat ſublimatum, quod *In omnem terram ſonus eius exiuerat*, & *in fines orbis terræ verba eius* cognita fuerant: non derogauit quidem Apoſtolo, ſed Martyris ſui gloriam ſic voluit reuelare, vt non tantum in Græcia notus eſſet: immo etiam in Burgundia cele-

[1] *Eccleſia Lingonenſis primũ fundata in honore S. Ioãnis Euangeliſtæ.*

Digitized by Google

berrimus habetur. Quod factum fuisse dicunt hoc modo. Nobilis quidam de Galliæ partibus cuius nomen inuidia vetustatis,de medio sustulit : à Ierosolymitanis partibus rediens , Constantinopolim venit. Vbi moram faciens , audiuit de beato Martyre, quomodo in ore totius populi frequentius resonabat , & quomodo præ cæteris Martyribus venerabatur à cunctis : ita vt etiam [2] MERA Martyr id est Magnus Martyr , Anthonomasicè diceretur. Quippe cum in toto sanctorum catalogo , non inueniatur aliquis , qui in ætate tàm tenera, pro Christi nomine tot & tanta sustinuerit genera tormentorum. Cœpit ergo vir ille auxius in animo voluere , si quomodo de Reliquiis huius Martyris aliquid habere posset , quod secum quasi pro viatico deferret in via , contra omnia pericula tutamentum. Nec fraudatus est à desiderio suo, quia per Dei gratiam , obtinere meruit partem ossis eius,qui vulgò Oschia colli dicitur,quæ caput humeris continuare solet. Quem thesaurum,diligens super aurum & topazion: reposuit diligenter in pera serica, & collo suo propter reuerentiam suspendit , & sic exultans & gaudens , repatriandi iter arripuit. Tandémque post multa terrarum spatia, trāsuolatis etiam alpibus , ad fines Lingonicos applicuit. Et cum iam esset propè Ciuitatem, in loco qui dicitur. [3] Magnum Pratum : necesse habuit ire ad requisita naturæ, & secedens paululum à comitatu suo , sicut semper consueuerat , sustulit à collo suo reliquias dependentes: ne iniuria fieret sacris pignoribus , si in turpitudinis loco ea secum haberet: & ramusculo cuiusdam arboris suspendit , statímque cum vellet resumere depositum , iturus viam suam , nullomodo potuit rehabere. Quid faceret ? quo se verteret ? suspirans & gemens, reuocauit socios abeuntes , qui reuersi , totis viribus nitebantur filum sericũ manibus aut ferro disrumpere , sed in vanum laborabant. Quælibet enim iuga boum apposita, non possent illud auellere. Quoniam nihil potest mortalis infirmitas , contra Dei potentiam & virtutem.Stupentes igitur & dolentes, ascenderunt in Ciuitatem : & Episcopo loci cuius nomen nouit

2 *S. Mamas Magnus Martyr.*

3 *Magnum Pratum prope Lingonas.*

Digitized by Google

nouit Deus, rei geſtæ ſeriem ex ordine narrauerunt. Epiſcopus verò exultans in Domino,& gratias agens: conuocatis Senioribus & vniuerſo populo Ciuitatis, expoſuit diligenter quod audierat: & indicto ieiunio, cum cereis Crucibus & thuribulis, comitante Clero & innumerabili vtriuſque ſexus multitudine, perrexit ad locũ,Pſalmos Dauiticos humiliter decantando. Videns autẽ Reliquias, præcepit omnes vnanimiter ſecũ flexis genibus in oratione proſterni: vt Dominus ſicut Archã fœderis non permiſit remanere in tẽplo Dagõ, ſed de terra Philiſtim reduci fecit eam in terrã Iſraël: & ſicut Crucem filij ſui,tulit de Fano Coſdroë,& per manum ſerui ſui Heraclij reportauit in Hieruſalem:ita faceret hæc ſancta in Ciuitatẽ portari. Et ſtatim ſurgens ab oratione, voluit tollere vaſculũ in quo erant: ſed nec ipſe nec alij omnes qui aderãt clerici ſimul & Laici,temptãtes pariter ac ſucceſſiuè ſi fortè alius alio potẽtior eſſet,modicũ quo dependebat filum, aliquomodo rumpere vel auellere potuerunt. Vnde mirantes & tundentes pectora ſua, rurſus ad orationis ſuffragium humiliter proſternuntur: Vota vouentes Domino,quod huius ſancti Theſaurum mirabilem, auro & lapidibus pretioſis honorificè decorarent. Quódque natale eius, ſingulis annis deuotiſſimè celebrarent:& quod diem Natalis eius,vigiliis & orationibus ſolenniter præuenirẽt. Sed nec ſic aliquatenus habere potuerunt. Quid facerent? flebant omnes, & Dei miſericordiam precabantur. Et cum ſic iam ferè totum diem duxiſſent in veſperum: confuſi ac de impetratione diffidentes,recedere diſponebant. Licet enim difficile ſit vt multorum orationes non impetrent, tamen non iudicabant ſe exauditione dignos, nec propter hoc murmurabant contra Dominum: ſed totum ſibi ac ſceleribus ſuis potius imputabant. Tandem Dominus, qui licet aliquando deſiderantibus tardare videatur, numquam tamen obliuiſcitur miſereri, ſuſcitauit ſpiritum cuiuſdam ſenioris, qui iocundus aſpectu & gratioſa canitie venerandus, proſiliuit in
" medium: dicens Epiſcopo. Pater, euidentibus pater
" iudiciis, quod ſanctus iſte maximi meriti eſt apud

Digitized by Google

Deum: Vnum superest,vt promittamus,& petitio no- »
stra debito gaudebit effectu. Quod scilicet Ecclesia »
Lingonensis, huius sancti nomine tituletur. Nec ti- »
meas, quia non indignabitur sanctus Euangelista »
Ioannes, si filius eius quem verbo prædicationis suæ »
Domino genuit, pro eo honoretur. Hac voce tam-
quam de cælo missa,omnes pariter confortati, iterum
prosternuntur oraturi cum lachrymis. [3] Episcopus,
etiam prostratus ante Reliquias, titulum suæ Eccle-
siæ deuotus sancto Martyri obtulit, statímque oratio-
ne vix completa, sponte ceciderunt inter manus eius
Reliquiæ. Quanta fuerit exultatio tũc Cleri & Popu-
li, quantæ iubilationis voces ab vtroque sexu in cæ-
lum sonuerint: non est meũ euoluere,etiam si linguis
hominũ loquar & Angelorum.Hoc solum dixisse suf-
ficiat, quod in hymnis & confessionibus reuertẽtes,
benedicebant Dominum: qui tanta coram eis mira-
bilia fecit. *O quam preciosa est in conspectu Domini mors*
sanctorum eius! Puerulus ille qui eligit abiectus esse
cum feris in monte Domini, magis quàm delitiari in
tabernaculis peccatorum; qui solus in abditis latuit,
ne leui saltem famine inter impios vitam macula-
ret:tandem à ministris scelerum tentus,dum ludibriis
& verberibus afflictus, carnem vt putabatur misera-
biliter exuit:Nunc Principibus imperat, colla Ducem
& Magnatum suæ habet subdita potestati. Quæ ergo
Regum purpura, quæ Nobilitas sanguinis, quæ copia
auri vel Argenti, potuit eum tanta gloria sublimare?
Sed hæc est merces Domini, quàm dilectis suis tri-
buit,post somnum mortis. Si enim Marryrum suorum
ossibus quæ nihil sentiunt,nihil intelligunt, tantam in
terra voluit reuerentiam exereri: quid tribuit anima-
bus eorum quæ in cælo exultant cum Angelis & sto-
lis albis amictæ, sequuntur agnum quocumque ierit?
Quid etiam tribuet eis in die iudicij, cum resumptis
corporibus: vtraque stola gaudebunt, Deum facie ad
faciem videbunt,cognoscent sicut & cogniti sunt,co-
gnitum diligent,dilectum laudabunt: vt in ipsa laude
& dilectione, siue fastigio delectentur? *Hæc sunt quæ*
Psalm. 72.25. *nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c.* Hæc intelligens
in

3 Lingonensis Basilica in honorem S. Mamantis titulatur.

in ſpiritu Dauid, exclamans ait. *Quid enim mihi eſt in cælo?* quaſi diceret. Quàm glorioſum quam inappreciabile? *Et à te quid volui ſuper terram?* Quaſi, quàm vile & deſpectabile, nullius precij nullius momenti? Qui ſic credit, qui ſic ſperat: non eſt de vita ſollicitus, ſed mortis articulum ſecurus exſpectat.

Reynaldus Epiſcopus, brachium S. Mamantis Eccleſiæ Lingonenſi acquirit.

CAPVT III.

PRocedente tempore, aſſumptus eſt ad regimen Vrbis Lingonicæ [1] Reinaldus Epiſcopus piæ recordationis: qui Decimus ſedit ante Venerabilem [2] Guillelmum, qui nunc eſt Electus noſter. Vir ille ſpectabilis quidē genere fuit, ſed Nobilitatē generis, honeſtas morū & multiplex literarū ſcientia, illuſtrabat. Non ſolum enim liberalibus ſtudiis eruditus fuit: ſed vtriúſque Teſtamenti paginis, ſufficienter inſtructus. Ipſa enim eius opera teſtimonium perhibent veritati. Nam cum ipſe teneret [3] Comitatū Tornodorenſem, & [4] Comitatum Barri ſuper Sequanā, pro ſuis nepotibus qui adhuc erant paruuli: propter quaſdam diſcordias ſicut dicitur, Rex Francorum qui tunc erat, ipſum tenuit in Nouiomenſi ciuitate. In turre iuxta portam, [5] vbi non fractus aduerſitate, ſed gaudens, quia intelligebat, *quod filium quem diligit flagellat Deus*, fecit hymnum & modulatis vocibus decantauit, cum pueris, in Ramis palmarum, ſcilicet. *Gloria laus.* Ipſe idem vitam beati Martyris tranſtulit de Græco in Latinum, quam etiam poſtmodum verſibus Heroïcis, dicitur exaraſſe. De eodem Antiphonas & Reſponſoria mirabili modulatione compoſuit. In quibus componendis, quantum habuit deuotionis ardorem; ipſa modulationis ſuauitas manifeſtè declarat. Cúmque videret Patroni ſui vitam & merita, in partibus iſtis penitus ignorari: non paſſus inerti hoc tolerare animo, cœpit anxius ſecum voluere, & Dominum lachrymis & gemitibus exorare, vt viam & actus eius dirigeret.

1 *Reinaldus Ligonienſis Epiſcopus qualis.*
2 *Guillelmus Epiſcopus Lingonenſis.*
3 *Tornodorēſis Comitatus.*
4 *Barrenſis Comitat⁹ ſuper ſequanā.*
5 *Reynaldus Gloria laus fecit.*

Digitized by Google

Tandémque nacta occaſione, vt eum adoraret in loco vbi ſteterunt pedes eius: annuente ſpiritu ſancto, iter peregrinationis deuotus arripuit. Et vt breuius tranſeam veniens Conſtantinopolim, animę ſuæ inuenit deſiderium: per fideles enim & diuerſos edoctus interpretes, nunc verbum ex verbo, nunc ſenſum ex ſenſu diligenter explicuit. Interim autem cum multos haberet ſecum milites in armis, & vernaculos expeditos. In negotiis Imperij ſtrenuus & fidelis inuentus, ab Imperatore & Satrapis eius plurimum amabatur. Vnde & cum Imperator vellet eum honorare muneribus, ſuper omnes diuitias petiit [6] brachium Beati Martyris, quod in capella Imperatoris honorificè ſeruabatur. Quod tandem, ad inſtantiam & interuentum omnium curialium, qui eum diligebant: vix potuit impetrare. Laudans ergo Dominum, qui proſperum iter ei fecerat, ad Eccleſiam ſuam feſtinè rediit. Vbi cum quanta exultatione à maioribus & minoribus totius prouinciæ receptus fuerit, quia dicere non ſufficerem: potius ſilere decreui. Primum enim & maximum erat omnibus gaudium, de theſauro incomparabili quaſi cælitus ſibi miſſo. Secundum vero nec minimum, de paſtore ſibi reddito: quem Diuina gratia ita faciebat cunctis amabilem, vt quilibet de populo ſuo, eum tamquam patrem proprium affectuosè diligeret. Erat enim mitis aſpectu, humilis habitu, blandus alloquio, egenis miſericors, afflictis compatiens, mæſtorum conſolator, pigros exortans, ſuperbis reſiſtēs. Ipſum nec ſcientia tumidum, nec generoſitas faciebat elatum. Erubeſcant [7] Nobiles noſtri tēporis, qui cum ex ſe quidem vacui ſint: gloriantur in ſanguine alieno. Qui magiſtri fieri appetūt, antequam diſcipuli fuerint Tardi ad audiendum, veloces ad loquendum, prompti ad contumelias, pigri ad ſtudium, proni ad iram. Erubeſcant ergo qui tales ſunt, & confundantur in ſe ipſis: inclinentur ad humilitatē ſtudij, informentur ad mores, obediant ſenioribus; ne ſubito præoccupati, cum tempus aduenerit, tamquam indigni ab honoribus repellantur; ſed potius tāquam verè humiles, tamquam benemeriti, mereantur aſſumi.

6 Brachium S. Mamantis.

6 Nobiles Clericos iuniores præſertim, carpit.

Sanguis è Brachio S. Mamantis manat, & fortiter Monachæ ſuæ periculo caſtitatis obuiam.

CAPVT IIII.

QVintus ab illo ſedit Lingonis bonæ memoriæ [1] Godefredus Epiſcopus, de cuius commendatione taceo, quia multi adhuc extant ex vobis, qui viderunt eum, & mores eius & religionem & vitam, plenius cognouerunt. Quod vero ad gloriam Noſtri Martyris attinet, non ſilebo. Cum capta eſſet à Gentilibus Ediſſa* ciuitas, quæ vulgo Roais dicitur: idem Epiſcopus cum Ludouico tunc Rege Patre [2] huius Illuſtris [3] Philippi qui nunc regnat in Francia, Tranſmarinandi aſſumpſit propoſitum. Ad quod perficiendum vt ſufficientes haberet expenſas, multa vaſa aurea & argentea de eccleſia Lingonenſi tulit, ſub certa promiſſione reſtitutionis. Inter cætera, dum aurum ac lapides precioſos quibus brachium beati Mamantis decoratum erat, tolli faceret, contigit procurante Domino, quod inſtrumentum aurifabri, os nudum brachij aliquantulum vulnerauit: ſtatímque ſanguis largiſſimus cœpit effluere, Omnéſque qui aderant, de tanto miraculo ſtupefacti, receptum ſanguinem, in vaſe Alabaſtrino quod adhuc penes nos eſt, deuotiſſimè poſuerunt: trementes & veniam poſtulantes, ne fortè ſanctum Martyrem ſuper hoc offendiſſent. Huius facti teſtis eſt ipſe ſanguis, qui apud nos quaſi ferè recens monſtratur vſque in hodiernum diem. Cur hoc fecerit Deus, vel ad gloriam Martyris ampliandam, vel quia diſpliceret ei quòd ſanctæ Reliquiæ ſic dehoneſtari videbantur: non volui diſcutere ſomniando. Melius eſt enim in talibus piè dubitare, quàm temerè definire. Tranſire vero decreueram ſub ſilentio, ſed non potui: quoddam mirabile, quod in illa Ciuitate Ediſſa contigit, cùm à gentibus capta eſſet. Erant in ea Sanctimoniales viuentes ſub regula, deuotæ virgines Domino conſecratæ, quæ cum audiſſent quia capta erat ciuitas: timuerunt valdè, ne virginitatis

1 *Godefredus Lingon. Antiſtes.*

* *Edeſſa.*

2 *Ælius Authoris.*

3 *Rex Ludouicus & eius filius Philippus.*

suæ propositum perderent, ne impiorum libidine fœdarentur. 4 Habito ergo inter se forti concilio, singulæ sibi singulos oculos eruentes, nasos etiam cum superiori labro sibi viriliter abscíderunt; vt sic detruncatæ magis iudicarentur abominabiles, quàm ad libidinem appetendæ. Audiant virgines nostræ, & non appetant videri ab hominibus, sed abscondant facies suas propter Angelos Domini. Intelligant veli sui mysterium: quia posuit Dominus signum in facies earum, vt nullum præter ipsum amatorem admittant.

4 Virginum Mira constantia.

Inuentio Capitis beati Adamantis.

CAPVT V.

SI nimis euagatus sum, ignoscite quæso, sustinete modicum quid insipientiæ meæ: festinus enim, accedo ad rem propter quam incœpi. Cùm capta esset Constantinopolis, exultabant victores Latini capta præda, sicut qui inuenerant spolia multa. Sed cęca cupiditas quæ facilè persuadet, ita manus eorum victrices victas tenuit: vt non solum Ecclesias violarent, immo etiam vascula in quibus sanctorum Reliquiæ quiescebant, impudenter effringerent. Aurum inde & argentum & gemmas, turpiter euellentes; ipsas vero Reliquias pro nihilo reputabant. Quo audito, seniores exercitus doluerunt valdè: timentes, ne talis victoria eis in exitium verteretur: Habito igitur Consilio, Legatus qui vicem Apostolici gerebat: Cum Archiepiscopis & Episcopis, sub districti anathematis interminatione præcepit, ne quis sibi retineret Reliquias, sed omnes in manu bonæ memoriæ Guarneri [1] tunc Trecensis Episcopi liberè resignarent. Inter quas, inuentum est caput glorioſi Martyris, nudum quidem, nisi quod circulus argenteus ipsi capiti circunductus erat, & supra in modum Crucis extensus, totum comprahendebat: in quo erat scriptum antiquis literis Græcis, quæ adhuc ibi apparent. ΑΓΙΟΣ ΜΑΜΑΣ quod interpretatur Sanctus Mames. Quod cũ per Dei gratiam cognouisset Gnalo de Domna Petra, vir

1 Guarnerus Trecensis Episc.

2 Gnalo de Domna Petra Episc. Damascenus

Digitized by Google

vir honestæ vitæ & boni testimonij, dilectus Deo & hominbus, in exercitu Latinorum non minimus, vt postmodum claruit: quia in Episcopū * Dimicensem vnanimiter est assumptus; tanquam deuotus filius & vtile membrum Ecclesiæ Lingonēsis, vt matrem suam tantis posset honorare pignoribus, cœpit laborare modis omnibus, vt Reliquias illas haberet: sed viuente dicto Episcopo, nullatenus obtinere potuit: quia idem, vt dicitur, Episcopus ad hoc aspirabat, vt in propria persona radiens, thesaurum illum Ecclesiæ nostræ præsentaret. Quia tenerrimè diligebat illum qui tunc sedebat Lingonis,[3] Hilduinum Episcopum, cuius animæ propicietur Deus. Illo Trecensi Episcopo viam vniuersæ carnis ingresso, sperans quod desiderabat effectui facilius mancipari: venit ad V. P. Magistrum [4] Petrum Capuensem Tituli S. Marci Presbyterum Cardinalem, qui in partibus illis, tunc temporis Legationis officio fungebatur, Cuius genibus prouolutus, supplicans cum lachrymis, animæ suæ desiderium humiliter explicauit. Ad hanc vocem, exultauit Legatus in Domino, quia venerat opportunitas, quod dicti Gnalonis quem propter honestatem suam tenerè diligebat, poterat exaudire petitionem. Statímque moram non sustinens ne distraheretur quod quærebat, accessit ad hospitium defuncti Episcopi, & caput reuerenter absconditum inuenies, ad domū suam cum honore debito reportauit, Et vt omnem super hoc dubitationis scrupulum amputaret, Multos Clericos Græcos & Monachos euocauit, qui legentes literas in argento, asserebant caput esse Martyris glorioſi. Ad cuius rei maiorem certitudinem, misit idem Legatus quemdam presbyterum, & quemdam clericum suum cum dicto Gnalone, ad monasterium quod de nouo fabricatum erat sumptibus [4] Hyiachij [5] Imperatoris, Constantinopolitani in honore Beati Mamantis. Cuius Abbas & Monachi cum caput prolatum vidissent, lachrymantes ceciderunt in facies suas: & cum gemitu clamauerunt. Ecce caput Patroni nostri, quod quidam Calogerus, id est bonus Senex Monachus, cùm multis aliis sanctorum Reliquiis, de terra in qua beatus

* *Damascenus.*

[3] *Hylduinus Lingonensis Episcopus.*

[4] *Petrus Capuensis Cardinalis.*

[5] *Monasterium S. Mamæ Constantinopoli.*

[6] *Hyiachius Imperator Græcus.*

Digitized by Google

beatus Martyr paſſus eſt, Conſtantinopolim detulit: & dum cogitaret ſecum, vbi poſſet eas honorificè collocare: reſponſum eſt ei in ſomnis, in eccleſia quam de nouo fabricat Hyſachius Imperator Beato Martyri, repone: ne te oporteat vlterius laborare. Hoc eiulantes dicebant Abbas & Monachi, & rogabant dictum Gnalonem, vt innumeram ſuper hoc acciperet pecuniam: vel alterius rei commutationem; vel ſe mallet, toto tempore vitæ ſuæ, totius Monaſterij haberet Dominatum: dummodo reſtitueret eis, quod peccatis ſuis exigentibus amiſiſſe dolebant. Quod hæc ita vera ſint, teſtatur Auctenticum ipſius Legati tranſmiſſum ad nos, cum priuilegiis noſtris honeſtè repoſitum.

Caput S. Mantis verum eſſe diuina adſeritur viſione, illudque euaſis periculis Gnilo in Gallias adfert.

CAPVT VI.

INterim venerabilis Gnalo, theſaurum ſibi creditum diligenter cuſtodiens; locum in quo ſeruabatur, non ſolum lampade, ſed etiam cereo ſingulis noctibus honorabat: ſuſpiriis & gemitibus inceſſanter exorans, vt ei beatiſſimus Martyr certius aperiret, vtrum eſſet verè caput eius quod habebat necne. Hoc enim agebat vis amoris eius in eo, vt iam habitum ſe non habere timeret. Sicut beata Maria Magdalena Dominum videns, adhuc ſublatum plorabat. Vnde frequenter cum lachrymis audebat dicere. Niſi ſignum mihi „ oſtenderis, numquam te in patriam meam portare „ curabo. Hoc frequenter iterans: cum quadam nocte aliis occupatus, tardius ſoluto ante Reliquias ad orationem veniſſet, & cereum non inueniret accenſum: turbatus in ſeipſo, ſupplicabat attentius, ne ſibi imputaretur ad culpam, quod per negligentiam acciderat ſeruulorum. Non multum poſt, lectum aſcendit: Nec dum ab ore eius orationis verba diceſſerant, & ſubitò cecidit in eum horror quidam: & factus eſt quaſi in ectaſi ſemiuigilans, & vidit ante ſe, iuuenem pulcherrimum

Digitized by Google

rimum in veſte ſplendida, tenentem in manibus caput quod habebat. Qui ait illi quid dubitas modi credere? Qui incredulus eſt, non proſperabitur via eius. Reſpice, & abſque dubio firmiter teneas: quia hoc ipſum eſt caput meum,[1] quod pro Chriſti nomine mihi abciſum fuit. His dictis, euanuit ab oculis eius. Ille autem exultans in Domino, & gratias agens: his & aliis euidentibus argumentis certioratus de voto ſuo, cum multiplici gratiarum actione à Legato recedens, cœpit diſponere de rebus & reditibus ſuis, quos Conſtantinopoli ampliores habebat, vt cum theſauro deſiderabili repatriare poſſet. Sed Dominus qui eum ſuper pauca fidelem inuenerat; ſuper maiora volens conſtituere, ad Dymicenſis eccleſiæ regimen interim aſſumi fecit, Propter quod, & via eius ferè per triennium elongata eſt. Non tamen propoſitum receſſit ab animo: ſed quamcitius potuit, ſumpta occaſione quod Domnum Papam & Apoſtolorum limina viſitaret, nauem aſcendit. Et proſperante vento, eleuatis velis duxit in altum. Et cum multis iam diebus nauigaſſet, ingrauatum eſt mare, & ſurrexit tempeſtas qualis ante viſa non fuerat: & naui penè diſſoluta, cùm omnes qui ibi erant etiam Nautæ deſperarent, nec in viribus ſuis nec in arte confiderent: ſed ſolius Dei miſericordiam precarentur. Inſurrexit venerabilis Epiſcopus Gnalo, clamans cum lachrymis. O Beatæ Mames vbi
" eſt virtus tua? Patieriſne caput tuum ſubmergi in flu-
" ctibus, vt de cætero non videatur ab hominibus, nec
" vllatenus honoretur? Exurge quare obdormis Domi-
" ne. Exurge & precare pro nobis Dominum, vt per
" merita tua ab his periculis eruamur. Vix orationem
" compleuerat, & ſtatim aura datur grata, & tranquillitas magna facta eſt, ita vt mirarentur omnes, & laudarent Dominum, qui Martyri ſuo tantam gloriam dedit: Et ſic exultantes, optatum portum cum gaudio tenuerunt. Quid pluribus immoror. Per multos labores, per multa pericula: & cum multis tribulationibus, tandem dictus Epiſcopus ad caſtrum quod[2] Domna Petra dicitur venit: Vbi depoſito capite, cum quadam die fortuitò abſens eſſet: per antiqui hoſtis inuidiam

[1] *Ex hac viſione, decollatione vitam ſidentibus argumentis certioratus de voto ſuo, cum multiplici gratiarum actione à Legato recedens, cœpit diſponere de rebus & reditibus ſuis, quos Conſtantinopoli ampliores habebat, vt cum theſauro deſiderabili repatriare poſſet. Sed Dominus qui eum ſuper pauca fidelem inuenerat; ſuper maiora volens conſtituere, ad Dymicenſis eccleſiæ regimen interim aſſumi fecit, Propter quod, & via eius ferè per triennium elongata eſt. Non tamen propoſitum receſſit ab animo: ſed quamcitius potuit, ſumpta occaſione quod Domnum Papam & Apoſtolorum limina viſitaret, nauem aſcendit. Et proſperante vento, eleuatis velis duxit in altum. Et cum multis iam diebus nauigaſſet, ingrauatum eſt mare, & ſurrexit tempeſtas qualis ante viſa non fuerat: & naui penè diſſoluta, cùm omnes qui ibi erant etiam Nautæ deſperarent, nec in viribus ſuis nec in arte confiderent: ſed ſolius Dei miſericordiam precarentur. Inſurrexit venerabilis Epiſcopus Gnalo, clamans cum lachrymis. O Beatæ Mames vbi eſt virtus tua? Patieriſne caput tuum ſubmergi in fluctibus, vt de cætero non videatur ab hominibus, nec vllatenus honoretur? Exurge quare obdormis Domine. Exurge & precare pro nobis Dominum, vt per merita tua ab his periculis eruamur. Vix orationem compleuerat, & ſtatim aura datur grata, & tranquillitas magna facta eſt, ita vt mirarentur omnes, & laudarent Dominum, qui Martyri ſuo tantam gloriam dedit: Et ſic exultantes, optatum portum cum gaudio tenuerunt. Quid pluribus immoror. Per multos labores, per multa pericula: & cum multis tribulationibus, tandem dictus Epiſcopus ad caſtrum quod Domna Petra dicitur venit: Vbi depoſito capite, cum quadam die fortuitò abſens eſſet: per antiqui hoſtis inuidiam* *ne, decollatione vitam ſi- niſſe S. Mamantem conſtat.*

[2] *Caſtrum Domna Petra.*

Digitized by Google

inuidiam, eadem villa graui cœpit incendio deuastari. Tunc omnes eiusdem castri, à minimo vsque ad maximum, iam non in viribus suis, nec in hominum auxilio confidentes: cum impetu venerunt ad quemdam presbyterum nomine Guillelmum, vna voce clamantes. Domne quare cito non profers caput beati Martyris, quod apud te depositum audiuimus à Domno Episcopo? Credimus enim, quod per ipsum liberabimur ab hac pestè: sicut olim Carthanensis ciuitas, per velum beatæ Agathæ fuit ab incendio liberata. Mira dicturus sum, sed tota regio hoc clamat, & ipse Episcopus constanter asserit: quod statim monstrato capite, vim virtutis suæ oblitus est ignis, vt mirabiliter videres flammam cum vento confligere, qui vtique contrarius erat. Ita quod præter spem omnium, in domo lignea per seipsum cessauit ignis: vt omnibus manifestè clarescceret, quod Dominus eis per Martyrem suum tanta beneficia contulisset.

Caput S. Mamantis quam mirificè à Lingonensibus susciptur.

CAPVT VII.

DEinde idem Episcopus venit Lingonas; vbi cum quanto honore, cum quanta reuerentia, cum quantis muneribus receperit eum & Reliquias amplexatus fuerit, bonæ memoriæ qui nuper in fata concessit [1] Robertus Episcopus, transeundum censui: quia quilibet vestrum hoc vidit, & memoriter tenere potest. Sed illud non taceo, quod cum multi de diœcesi, ad honorandum caput Patroni sui deuotius conuenirent: constituti sunt duo boni testimonij Sacerdotes, ad seruandas & ostendendas Reliquias, & beneficia fidelium colligenda. Contigit autem quadam die, quod illi duo absentes erant, & peregrinorum instante turba, quidam alius Sacerdos inuitatus vt caput glorioſi Martyris peregrinis ostenderet: impudenter accessit. Et sicut legitur in libro Regum de Osan, cuius manus aruit, quia archam Domini indebito

[1] *Robertus Episcopus Lingonensis.*

Digitized by Google

bito modo tetigerat : ita manus Sacerdotis dextra ſic arida facta eſt, quod nec ex ea quippiam operis facere poterat : nec ad os ſuum ſine violentia ſubleuare, & ſic doluit per aliquot dies. Tandem in ſe reuerſus cognouit quòd iniuriam fecerat Martyri ; quia in eadem nocte, miſeris amplexibus concubinæ ſuæ, fuerat maculatus. Et accedens humiliter ad * Confeſſorem ſuum, culpam ſuam nudè & apperte detexit. Poſt modum verò peracta parte pœnitentiæ, cùm lachrymis & debita reuerentia, acceſſit ad caput : & eodem manum ſuam tangi & ſignari fecit ; quæ ſtatim per Dei gratiam ſanata eſt, & debito officio reſtituta. Deus nouit, quia non mentior. Nam qui vidit teſtimonium perhibet veritati, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. Attendat diligens lector, quia quater ad nos miſſæ ſunt eiuſdem Martyris Reliquiæ : & ex ipſa miſſione intelligat, qualiter inſtruit nos Dominus, & quid agere debeamus oſtendit. Primo miſſa eſt Oſchia colli, iuxta quod mediantibus arteriis tranſit quod cogitatum eſt in corde, vt modulante lingua in vocem prorumpat. Secundo brachium per quod operatio intelligitur. Tertio os longum, quod de tybia vel de femore eſſe videtur : de quo qualiter venit ad nos, ſub ſilentio pertrãſiui : quia non eſt multum auctenticum, licet ſub multorum Nobilium & bonorum virorum teſtimonio, fuerit allatum. Quarto & vltimo, venit caput. Quaſi diceret, ſi cogitatione locutione & opere quæ per Oſchiam & brachium ſignificantur, rectas facitis ſemitas Dei noſtri, quod ad tybiam pertinet : peruenire poteritis ad caput veſtrum. Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, cuius anno incarnationis Milleſimo Ducenteſimo Nono facta ſunt hæc, eodem Præſtante qui viuit & Regnat per omnia ſæcula Amen.

* *Confeſſariũ.*

Finis libri Anonymi Canonici Lingonienſis, de Tranſlationibus Reliquiarum S. Mamantis Martyris.

I N

IN EODEM VETVSTO CODICE Monaſterij Ternenſis, ordine ſequebatur alia eiuſdem S. Mamantis hiſtoria, abſque Authoris nomine, eiſdem deſcripta caracteribus. quam vt Mametica omnia integra Lector haberet, expreſſi.

Qualem vitam in Eremo S. Mames duxit.

CAPVT I.

IN diebus illis, cum primum ab Aureliano Imperatore, perſecutio Chriſtianis orta eſſet: & decretum in vniuerſum orbem mitteretur, vt quicumque contempſiſſet ſacrorum ſiue Idolorum cultum diuerſis tormentorum generibus puniretur: Erat in Cæſarea Cappadociæ, puer Nobilis annorum duodecim, nomine Mames. Huius parentes iuſti colentes Deum, docuerunt ab initio filium ſuum Dominì legem. Poſt quorum mortem valdè cuſtodiens vitam ſuam Beatiſſimus puer, ambulabat in præceptis & iuſtitiis Domini noſtri Ieſu Chiſti ſine quærela. Amabatur autem ab omnibus ſuis, propter verecundiam ſuam. Hic cum in ea ciuitate Imperatoris Aureliani videret impleri præcepta, & templi ſui victimas fieri, ferre non potuit. Derelictis igitur bonis ſuis, cùm pecoribus tantum ſeceſſit in montem, cuius ſilua erat denſiſſima: & viuebat illic, orationi & lectioni vacans. Paſcebatur autem tantum lacte gregis ſui. Cum hæc eſſet eius vita: audita eſt vox de cœlo dicens. Mammes deſcende in campum. Et ſtatim ſurgens, deſcendit in campum: & inuenit illic virgam poſitam, & Euangelium Domini iuxta. Quod cum legiſſet dixit. Domine, cui me iubes annunciare Euangelium tuum? Et vox ad illum. Ædifica tibi domum in monte, & oſtendam tibi quibus annuncies. Et aſcendit Beatus Mammes in montem, conſcisîſque arboribus: fecit domum, & ædificauit altare Et ſedens legebat librum quem inuenerat in campo. Et factum eſt

eſt legente illo, conuenerunt illuc innumera animalia ſilueſtria ab omnibus penè feris genera diuerſa: quæ proſtrata adorabant eum. Poſt fixis genibus, reſpiciebant ad Dominum ſurſum. Et vt erat tempus, egrediebantur ferarum genera maſculina,& remanebant ibi fœminina gregis, ſimul cum manſuetis,lacte vberibus plenis. Et intellexit eas vir Dei ſe ſimul cum grege ſuo mulgere debere. Et mulgens lac ab eis, coagulans faciebat caſeos, quod cum habunde vidiſſet, Orauit ad Dominum dicens. Domine, quid faciam de fructu hoc quem dediſti mihi?Et ait ad illum in viſu Dominus. Deſcende ad portas Cæſareæ, & inuenies ibi pauperes & viduas & orphanos, diſtribue illis. Hæc mirabilia videntes quidam, nunciauerunt Alexandro Præſidi, qui erat miſſus ab Aureliano tyranno; dicentes quoniam Magus eſſet,& maleficiaret omnes feras ſiluarum. Audiens hoc Iudex, miſit ad eum equites duos in monte in quo habitabat. Ipſe autem obuius factus eſt eis. Qui interrogantes eum dixerunt. Vbi habitat hic puerulus nomine Mammes, vel vbi manent pecora eius? Reſpondit ad eos: dicite mihi quid eo opus habetis, & demonſtro eum vobis. Audientes autem dixerunt ei. Proditio facta eſt de eo ad Præſidem, eoquod maleficio detineat animalia ſiluarum, ob hoc quærit eum. Tunc plenus ſpiritu Sancto, reſpondit eis dicens. Eamus primum & guſtemus. Venientibus autem eis in domum, poſuit eis caſeum & aquam. Manducantibus autem eis, facta eſt congregatio multa nimis animalium ferorum: ſedente eo & legente Euangelium quod ei dederat Dominus cum virga. Cum vidiſſent autem hæc viri qui miſſi fuerant, confugerunt ad eum. Videns autem Mames timorem eorum, dixit ad eos. Ne timeatis, Ego enim ſum qui dicor Mames ſeruus Dei. Tunc illi timore repleti, dixerunt ad eum. Si vis venire nobiſcum ad iudicem, tu ſcis. Si autem non vis, nos reuertemur. Tunc reſpondit eis. Ite vos, & ego venio comitante mecum Spiritu Sancto. At illi cum timore profecti ſunt inde. Tunc dixit ad eum Spiritus Sanctus,voca leonem qui deuoret Paganorum &

Iudæorum pueros, qui irrisui habere te volunt. Tunc Mames dixit ad Dominum. Domine Deus patrum nostrorum, Mamem peccatorem ne derelinquas neque despicias, quoniam pro te multa desidero pati. Hæc eo loquente, venit Leo de Eremo rugiens, & conuertens se beatissimus puer ad Leorem dixit. Ego vado in nomine Domini, tu autem vade præcipiente Spiritu sancto. Et cum iam in Amphithleatrum introductus fuero, tunc descende & insurge in eos qui me persequuntur. Et perrexit ad ciuitatem Cæsaream Cappadociæ.

Cæsaream venit & Præsidi sistitur.

CAPVT II.

ERant autem expectantes eum ad portam qui missi fuerant ad ipsum, & videntes eum venientem, stupefacti sunt, & ceciderunt in faciem suam ad pedes eius, & dixerunt. Saluus venias seruus Dei: & exurgentes, cucurrerunt ad Præsidem dicentes. Ille non est magus neque fallax, neque aliquid horum in quibus accusatus est: sed est seruus Dei fidelissimus. Quibus Iudex dixit. Vos argentum accepistis ab eo, qua ita pro eo estis soliciti. Illi dixerunt, Nihil de his quæ suspicaris accepimus Præses, solum audiuimus inuocantem nomen Iesu Christi, & ad vocem eius statim conuenerunt animalia ferarum diuersa innumera valde & mansueta simul, & erant quasi orantia cum eo, quomodo est ergo Magus? Sed si nobis non credis, ecce ipse præsto est iudicio tuo, quemadmodum vis require. Tunc aliqui ex fratribus Christianis audientes hæc ab illis duobus qui à Præside erant missi, cucurrerunt ad Mamem, quærentes loqui cum eo. Tunc interrogauit eum Præses dicens. Tu es qui diceris Mames? Respondit. ego sum seruus Dei. Præses dixit, Dic mihi, quomodo maleficiaris animalia silueſtria in monte? Tunc Mames dixit ac Præsidem. Ego sum seruus Domini Iesu Christi regnantis in cœlis, de quibus autem dicis mihi nihil

scio

scio. Alexander dixit. Dic mihi quemadmodum à te animalia siluarum coligebantur, vel quibus maleficiis ea circumueniebas? dic, priusquam incidas in pœnas & tormenta. Mames sanctus dixit. Christū inuoco, Magicam autem artem non didici, corpus meum concedo tibi, quemadmodum vis crucia illud: animam autem meam in potestate non habes, sed Deus qui in cœlis est, qui fecit cœlum & terram mare & omnia quæ in eis sunt. Præses dixit, in Magicis tuis confidis: & ideo videris contemnere me. Sed ego benè & optimè noui, quia Magicæ tuæ circumuenire me pœnitus non possunt. Sanctus Mames dixit. Genus magorum & maleficorum odit Deus: quomodo maleficus esse possum, qui Deum viuum timeo? Audi ergo me dicentem, quia neque metu terreor tuo, nec timeo pœnas tuas. Habeo enim Deum adiutorem qui est in cœlis, qui fecit omnia: & mandauit nobis ipsum solum adorare. Tunc Præses dixit. Non apud me diuersis artibus vtaris, sed celeriter confitere mysteria quæ in monte fecisti. Mames dixit. Quid tibi habeo confiteri? Alexander dixit. Iura per Cæsaris fortunam, quod nihil maleficiorum nosti, & ego dimittam te. Mames dixit. Ego non iuro nisi per Deum Omnipotentem & filium eius vnigenitum: per vanitates autem hominum & Demoniorum nomina, non possum iurare. Alexander dixit. Nega Deum tuum, & immola Diis vt præceptum est ab Augusto nostro Aureliano. Mames dixit. Ego didici semper Deo Omnipotenti sacrificium laudis offerre, non Dæmoniis. Alexander dixit. O puerule valde contristor pro ætate tua, videns pulchritudinem & infantiam tuam, & propter hoc defleo super te. Nega ergo Deum tuum, & sacrifica Diis iuxta præceptum Domini nostri Imperatoris Aureliani: ne incidas in tormenta. Mames dixit ad Præsidem. Tua infelicitate tristare, & plora pro tua ætate, pro me autem noli: Nam tu quis es qui tristitiam habes? Deus stat pro me. Præses dixit. Nega Deum tuum & sacrifica, quemadmodum præceptum est ab Imperatore nostro. Beatus Mames respondit. Non nego Deum meum qui facit mirabilia

magna : quod bis fac. Iratcens Præſes vehementer, iuſſit ſuſpendi eum & torqueri. In torturis autem eius, nullus ſermo factus eſt. Tunc Præſes dixit. Nondum ſentis plagas? Reſpiciens Mames ad cœlum dixit. Gratias ago Deo meo, quoniam ſicut tu ſedens non ſenſiſti, ſic nec dolor peruenit ad animam meam. Tunc Præſes ad Quęſtionarios dixit. Tangite interiora eius. Erat autem intendens in cœlum, & audita eſt vox ad eum de cœlo. Confortare Mames, & viriliter age. Multi autem ex fratribus Chriſtianis, audientes de cœlo vocem : gauiſi ſunt vehementer. Tunc Præſes iuſſit eum deponi, & mitti in caminum ignis. Cum autem milites præpararent caminum; extulit Deus Præſidem de ſenſu ſuo, & iuſſit eum in carcerem recipi. Inuenit autem in eodem carcere incluſos homines amplius quam xl. Ipſe autem inclinans genua, orauit ad Dominum Ieſum Chriſtum dicens. Deus patrum noſtrorum, exaudi me peccatorem Mamen, & non derelinquas me. Timentes autem hi qui erant in carcere, proiecerunt ſe ad pedes eius. Quibus dixit. Quid vultis? Reſponderunt, fame morimur. Illis hæc dicentib⁹. ingreſſus eſt Spiritus Sanctus per feneſtram in habitu Columbæ, portans mel & lac : & dixit vox ad illum. Mama noſter, accipe iſtam Margaritam miſſam tibi à Domino Ieſu Chriſto. Accipiens autem Mames, manducauit ſimul cum eis qui erant in carcere : & ſatiati ſunt. Media autem nocte, apertum eſt oſtium carceris & exierunt omnes qui erant ibidem. Audiens autem Præſes de fuga eorum, dixit ad Clauicularios. Siſtatur. Mames. Et cum aſtaret ; Præſes dixit. Igni te tradam. Mames dixit. Queduis fac. Præſes dixit. Scio quia Magiæ tuæ conualeſcunt, ob hoc & ignem contemnis. Et adiecit. Immola Diis, Mames dixit, quibus diis immolare me iubes? Præſes dixit, Soli, Herculi, & Apollini. Mames dixit. Benè dicis immola Apollini: quoniam qui illi ſacrificat, perdet animã ſuam. Apollo enim interpretatur Latinè perditio. Audiens hoc Iudex, iuſſit eum mitti in caminum ignis ardentis : & dixit ad Alexandrum & Zoſimum, qui erant ſacerdotes Dæmoniorum. Tollite eum ipſi, & mittite in caminum

minum, vt consumat eum ignis. Tunc illi accipientes eum, perduxerunt ad locum camini. Respiciens autem Mames sanctus in cælum, dixit. Deus Patrum nostrorum, exaudi me peccatorem, quia propter te hæc patior. Præsta in conspectu tuo me integrum manere, & conserua me de igne quem præparauerunt mihi: vt cognoscant ij qui te non nouerunt, quoniam tu es Deus. Et consignans se signo Christi, intrauit in caminum.

S. Mames illæsus egreditur ab igne.

CAPVT IIII.

INtrante autem eo, statim extincta est flamma: & erat glorificans nomen Domini, & dicēs. Gratias tibi ago Domine Pater Domini mei Iesu Christi, quoniam sicut visitasti Ananiam Asariam & Misiaēl spiritu Sancto, & liberasti eos de camino ignis: ita fecisti & mihi peccatori, & non dereliquisti me. Post tres autem dies, cum adhuc esset in camino: iterum iussit Præses succendi ignem amplius, & statim columba descendit de cœlo, & dispertiuit ignem, & erat quasi camera facta flamma. Post quinque autem dies, iussit Præses apperiri caminum, vt colligerentur ossa eius. Et conuenit ibi militum multitudo, & audierunt eum colloquentem in camino, & laudes Deo dicentem. Audientes obstupefacti sunt, & reuersi venerunt ad Præsidem, & dicunt ei. Domine Præses, hic homo non est Magus: sed Deus eius Magnus est, quoniam tanta flamma ignis non læsit eum: nec aliquam partem ipsius corporis. Et ait. Forsitan Artes Magicæ eius conualescunt. Et adiecit, adducite eum ad me. Apperientes autem milites Caminum, viderunt quasi militiam stantem, multitudinem Angelorum. Erat autem ibi cum gloria multa, quod multi ex fratribus Christianis viderunt. Erat autem Mames sedens in medio camini, glorificans Patrem & Filium & Spiritum Sanctum. Dixerunt ad eum milites. Egredere vocat te Iudex. Egrediente autem ipso, recesserunt Angeli. Cum au-

tem veniſſet Mames ad Præſidem, Dixit ei. Præſes. Quid eſt Mames, quod ſic conualeſcunt Magiæ tuæ, vt te non lædat ignis? Quemadmodum etiam maleficiis extinxeris ignem dic mihi, & quid faciebas in monte vbi eras: & nihil te nocebo, ſed abſoluam. Mames dixit. Ego feci virtutem magnam ſecundum iuſſionem Domini mei Iesu Chriſti, paui Silueſtria animalia in Spiritu ſancto, & ſecuta ſunt me animalia ferarum, & glorificabant Dominum meum ſecundum vocem ſuam, hoc eſt quod feci. Iterum Præſes dixit ad eum. Verum dic cito, quomodo tantum extinxeris ignem. Mames ſanctus dixit. Gratias ago Deo meo, quia non ſum Magus ſicut tu dicis, ſed Chriſtianus ſum. Alexander dixit. Feras habeo ingentes, ad ipſas te mittam. Mames dixit Quemadmodum vis fac. Tunc Præſes dixit ad præpoſitos venatorum; Adducite mihi feras diuerſas, vt ipſum conſumant. Tunc venatores ſecundum præceptum Iudicis fecerunt.

S. Mames à lapidibus illæſus ſpiritum Deo reddit.

CAPVT VI.

INtroduxerunt eum in Amphiteatrum & dimiſerunt ei vrſam ſæuiſſimam, illa autem cucurrit & adorauit eum. Iterum dimiſerunt ei Pardam, quæ cucurrit & amplexata eſt collum eius, & lingua ſua extergebat. Videns autem Iudex quia nihil læderent corpus eius; præcepit venatoribus vt per dies viginti, caperent Leones ferociſſimos, vt vel ſic conſumerent Martyrem Dei. Et comprehenſus eſt Leo miræ magnitudinis, & nunciatum eſt Præſidi, quia valdè immenſiſſimus Leo haberetur in cauea. Præſes nimia elatus lætitia, Amphitheatrum præparari præcepit. Quo facto, poſt diem tertium proceſſit: Leonem illum beato Martyri dimiſſurus. Cúmque Cataractarum miniſtri, præ timore facerent moras: Leo ille qui Martyri fuerat viſus, deſcendit de monte vocatus à Spiritu ſancto: & ingreſſus eſt ciuitatem rugiens. Nullum autem in ciuitate læſit, ſed feſtinans ad Amphiteatrum,

Digitized by Google

phitheatrum, patentibus portis ingressus est: & respiciens sanctum Mamam dixit. O natura hominum Spiritu sancto cooperata! Ecce enim tui causa, ab Angelis cogor contra naturam loqui. Hæc eo dicente, Amphitheatri ostia clausa sunt ab Angelis, vt nullus exinde posset fugere, & accedens Leo laniauit multitudinem paganorum & Iudæorum. Remansit autem solus cum offerto suo Præses illæsus. Quod tamen factum est secundum iussionem S. Mametis, qui præceperat ei ne eum læderet. Tunc Mames, sanctus, Leoni iussit ad proprium reuerti locum; de illorum autem laceratione factus est sanguis in modum fluuij. Et nec sic quoque contristatus est crudelissimus Iudex. Deus enim Mametis indurauerat cor illius. Iterum autem beatissimum Mamam Præses vocari iussit, & dixit ad eum. Mames immola Diis, sicut ab Imperatore nostro præceptum est: & ne desicias variis cruciatibus. Mames sanctus dixit. Sacrilege & Hypocrita communicator Dæmoniorum, non temptes seruum Dei, licet peccatorem. Tamen quoniam Dominum nostrum agnosco, non derelinquet me Deus meus. Venient autem flammæ magnæ & gladij ancipites, percutientes & perdentes omnes negantes Deum viuum, colentes idola surda, & sculptos lapides & ligna. Et iratus Præses dixit ad eum. Leonem habeo immanissimum, quem ad te laniandum dimitti iubebo: ab illo confringentur ossa tua. Ille erat Leo qui à venatoribus fuerat captus. Beatus Mames dixit. Quod dicis celerius fac. Statim ergo surrexit Præses, & exiuit foras: & ad stadium veniés, præcepit venatoribus, vt Leonem illum dimitterent. Sanctus Mames dixit ad Presidem. Tyranne odibilis Deo & hominibus, inimice veritatis, fac iussionem patris tui qui dicitur Sathanas. Tunc Venatores dimiserunt ei Leonem. Mames autem sanctus deambulabat in medio, glorificans Deum & in cœlum semper aspiciens, Dimissus autem Leo cum iuxta eum veniſſet: proiiciens se in terram cum silentio grandi, lambebat pedes eius. Videntes autem hæc populi, sibilabant, stridebant dentibus, & dixerunt ad inuicem.

Tolle magum & maleficum noſtrum de medio noſtri. Et collectis lapidibus, lapidauerunt Beatiſſimum Martyrem, & cum iam eſſet lapidibus coopertus, eſtimabant eum eſſe mortuum: & nec ſic quoque læſerunt eum. Poſt modicum autem facto ſilentio, ſeceſſit illæſus benedicens Deum. Et vox ad illum facta eſt Angeli de cælo dicentis ei. Veni Mames, apperti ſunt tibi cœli: congaudet tibi pater in Paradyſo devictis omnibus, ſtat Filius Dei portans coronam tibi, ad primam portam ſuſcipiet te, Spiritus ſanctus deducet te. Tunc ſanctus Mames dixit. Domine ne ſtatuas illis ſecundum quod intulerunt mihi, ſed recipe animam meam in pace. Et hæc dicens, emiſit ſpiritum. Et dormiente iam corpore, feſtiuus migrauit in cœlum. Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto qui cum Patre, &c.

Finis hiſtoriarum Vitæ, Agonis, & Tranſlationum beati Mamantis Martyris.

VITA

VITA SANCTI PA-NACII CÆNOMANICÆ VRBIS TERTII PONTIFICIS,

ex veteri M.S. Cœnobij Cælestinorum Amberti. Anonymo Authore.

Ad Cænomanenſes.

Pontifici, Clero, ac Cæno manorum Populo, Ioannes à Boſco Cælestinus S.

Eruigil illa cuſtodia quam beatæ Scholaſticæ Beatiſſimi Patris noſtri Benedicti ſororis ſacris exuuiis, mira religione atque pietate exhibeus: cunctos Gallici honoris atque firmamenti auidos, vobis deuinciunt; (Pij Cænomanenſes) & ita deuinciunt, vt merito ab omnibus, veſtrum nomen celebrari, ad ſydera debeat efferri, ac veſter in eam cultus prædicari, Nam Cælites debitis officiis qui colum, & hoc in ſæculo laude digni, & in alia æternis præmiis ſunt donandi. Inuideat licet Caſinũ geſtit tamen Gallia, tutelares ſuos gloria & honore coronare: & ipſis addictos, encomiis illuſtrare. At quæ magis encomia Cænomanicam Vrbem conſpicuam reddunt: quàm ingis ac penè continua in ſuis Pontificibus ſanctimonia? Pius iſtorum hiſtoriam nuſquam antea hominum oculis aſpectam, vobis grato animo aſpiciendam dono. Pignus meæ in vos ob veſtram in beatam Scholaſticam deuotionem obſeruantiæ, potiora quandoque dabimus, ſi au-

dium vos eam latis ac benevolis vt decet animis acceptasse. Vt Sanctimonium Vestræ inconcussæ in Regem Christianissimum fidei, quæ ipso approbante, locum in ipsius Bibliothecæ Xystis meritissimum, Cenomanicæ Ciuitati peperit, acquisiuit, comparauit. Valete, Lugduni. Idib. Septembr.

S. PANACIVS FIT CÆNOMANENSIS ANTISTES, ATQVE agram fœminam. sanat.

CAPVT I.

1 S. Panacius Romanus, tertius Episcopus Cenomanicis.



Certius Cęnomanicæ Eccleſiæ fuit Epiſcopus, ſanctus Panacius, Romana nobilitate ortus. Qui diſciplinam Apoſtolorum ſecutus, ita morũ ornamentis florebat, vt cunctis bonis placeret. Erat enim doctrina prudens, Nobilitate præclarus, conſilio prouidus, bonitate conſpicuus, ſermone verax, in commiſſo fidelis, in interuentu ſtrænuus in vniuerſa morum honeſtate præcipuus fuit namque prædictus ſanctus Panacius in doctrina Apoſtolorum ſapienter eruditus, & prudenter edoctus. Et à beato [2] Clemente Petri Apoſtoli tertio ſucceſſore, ſancto Iuliano Cęnomanicę Vrbis Primo Epiſcopo & diſcipulo Apoſtolorum adiutor datus: atque cum eo ad prædicandũ in Archidiaconatus officio directus. Qui poſt, deceſſum prædicti Iuliani ſancti, & poſt obitum eius ſucceſſoris [3] ſancti videlicet Turibij in ſede Cænomanica Epiſcopus eſt conſecratus. Populus autem Cænomanicus diligebat eum quaſi animam ſuam, quia prædicationem & actus ſuos, ſigna & virtutes præcedebant. Reſtituebat ergo ſuis precibus in nomine Domini noſtri Ieſu, cæcis viſum.

2 S. Clemens S. Panacium B. Iuliano dat adiutorem.

3 S. Turibius ſecundus Epiſcopus Cenomanenſis.

visum. Claudis gressum, surdis auditum, mutis loquelę restaurationem. Spiritus immundos ex obsessis corporibus repellebat, & omnem amaritudinem a corpore humano, per cælestem gratiam auferebat. Et hæc faciens laudem hominum fugiebat, & secreta loca petebat. Eo tempore erat quædam matrona nomine Casta in Cænomanico pago valde infirmata, quæ omnem substantiam suam & omnia propria sua, erga medicos expenderat: sed nihil ei profuerat. Cum audisset autem opinioné antedicti sancti Pannacij, & virtutem quam erga infirmos sanandos perficiebat, postulabat vt eius visitatione frui mereretur. Quæ cũ seminiua vsque ad eum, à parentibus & amicis atque famulis defferretur, fide sita, eius doctrina & virtute explorata, petiit prompto animo, vt ei sanitatem tribueret. Qui pro ea orans eámque verbis diuinis instruens, curauit eam ab infirmitate sua. Ipsa autem sana facta, ac ad pristinam sanitatem restaurata, omnis res proprietatis suæ, ei Ecclesiæque sibi commisse legaliter contradidit, atque deinceps in sancta vita degere studuit. Nominatim autem res quas ei tradidit, [4] in Gestis Pontificalibus inserta esse dignoscuntur. Ideo hîc non inseruntur.

[4] *Gesta Pontificalia Episcoporum Cænomanis.*

Paralyticus curatur.

CAPVT II.

SEquenti autem tempore cognita Dei virtute, multi infirmi atque debiles, ad eum venientes, ab eo petunt dari sibi sanitatem, inter quos vnus Paralyticus veniens, omnibus membris stridens, cœpit rogare, vt eius miserétur, quia omnem facultatem suam in medicos erogauerat, & nullam ab eis medicinam, vel modicam perceperat. Ad cuius miseriam atque graué infirmitaté, animo & misericordia motus, cœpit rogare Deũ diuinũ vt ei auxiliũ, pro sua pietate præstaret. Qui & aliquibus diebus iuxta sanctum virum cóuersans, eúmque di noctu q[illegible] uella voce deprecans, prompto animo & fide situs, postulabat sibi succurrere.

Digitized by Google

currere. Cuius assiduitate sanctus Panacius motus, cœpit inter reliquas orationes etiam sacrificia Deo offerre,& [1] missarum pro sua infirmitate solemnia celebrare.

[1] *Missarum solemnia.*

Quadam autem die dum hæc agerentur, liberatus est Dei nutu,meritis sancti Panacij,antedictus Paraliticus,ab infirmitate sua. Vt autem se cognouit liberatum à sua infirmitate, laudem dedit Deo qui sancto suo Confessori hanc coronam virtutis,& talem atque tantam curationis contulit gratiam. Sciens autē quod à nullo neque à diuite neque à paupere aliquid accipiebat,quia secundū Domini iussionem agrotis omnibus se petētibus:dabat occultè prædictus infirmus obtulit sancto Panatio aliquid, non quod cupiditati,sed sanctitati conueniret. Quod cum nollet accipere, voluebat se ad pedes eius, deprecans atque coniurans, vt paruum eius sustinere dignaretur munusculum, Perpendens autem sanctus Panacius nomen Dei sui ex terribilibus sacramentis vnde precatus est, suscepit munusculum eius, ne spernere videretur nomen Dei sui, per quod adiuratus est. Cui & maiora dona largitus est, & Domino Iesu Christo diebus vitæ suæ seruire præcepit, & qualiter ei seruire deberet, sapienter instruxit. Hæc nota facta sunt per totum Pagum illum, siue per alias regiones, & omnes credentes confirmati sunt in fide, & Deo gratias egerunt.

A Draconc Cænomanensis liberatum.

CAPVT III.

ET illi qui perfectè adhuc non credebant, ad perfectam fidem conuersi sunt, & credentes laudabant Dominum ac magnificabant, qui talem potestatem dedit hominibus. Sequente autem tempore, magna pestilētia orta est in prædicto pago Cenomanico, & inter reliqua magna mala intimta, quidā Draco exoritur, qui homines comedebat, & pecora diuersi generis deglutiebat. Cuius timor tantus in populo inoleuit vt nec etiam vsque ad quinque milliaria,in locis

in quibus insistere solebat, manere homines, aut conuersari auderent. Hinc autem factũ est, vt vociferantes viri & mulieres, senes & paruuli, ad sanctum Dei Panacium confugerent, & flexis poplitibus vociferantes dicerent. *Adiuua nos Pastor bone, & miserere ciuitati nostri, quia nisi nobis succurreris, perimus à Dracone: quoniam omnia nostra deuorat, & nos ad deuorandum insequitur.* Quorum precibus & clamoribus, atque vlulatibus, sanctus Panacius motus, deprecatus est Dominum Deum nostrum, vt succurreret populo sibi commisso, ne periret à Dracone. Serpens namque prædictus Draco magnus erat, & de ore eius flamma ignis ebulliebat, ita vt arbusta & reliqua in transitu suo comburet. Cinctus ergo fide vir Domini, & misericordiam antepones, cœpit ire quo Draconem perdere homines & iumenta cognouerat. Erat enim indutus sanctus Panacius antedictus lorica iustitiæ, & galeam salutis gerebat in capite, & scutũ fidei ante se ponens, gladium Spiritus ac verbi diuini ferebat in manibus. Et his armis non terrenis, sed spiritalibus ornatus, ad debellandum Draconem incedebat. At vbi signo Crucis protectus, obuiam ei venit, & flammas de ore eius exeuntes, illumque præcedentes, ac arbusta & ramos arborum incendentes prospexit, in viam per quam ad quendam fontem ire solebat, virtute Dei, armatus accessit. Cum autem serpens ille magnus, memoratum sanctum Panacium vidit, ad deuorandum eum citato gressu ire cœpit, cum autẽ ad illum appropinquaret, & ad deuorãdum eum se erigeret, nihil timens sanctus Panacius, accepit [1] stolam suam quã super humeros ritu sacerdotali ferebat, cũ qua & Domino ministrabat atque sacrificabat, cúmque mitteus in collum Draconis, alligauit eum, & adiuratum quasi mortuum, iacere in prædicta via fecit. Magnitudinem vero eius, hic non descripsimus, sed tantum mensuræ æstimationem memorauimus [2] quia picta erat in domo Episcopali, in nostra vrbe constructa.

Erat autem longitudo eius cubitorum decem, & grossitudo eius eminens valdè. Derelinquens namque sanctus

[1] *Stola Sacerdotalis, ge-stes sacerdotales inter sacrificandum.*

[2] *Serpentis magnitudo picta in Domo Episcopali vrbis Camomacensis.*

Digitized by Google

ſanctus Panacius ipſum ſerpentem in prædicta via alligatum, iuit poſt fratres, & vocauit populum quos voluit ſecum primo ducere, ne aliqua calliditate ſerpentis, deuiarent vel perirent. Vt autem cognouit populus iamdictum ſerpentem ita alligatum vt nulli iã nocere valeret, Deo gratias agentes, currebat poſt Pontificem, vt Dei magnalia videret. Tunc ſanctus Panacius recepta ſtola ſua coniurauit ſerpentem, vt nulli amplius noceret, ſed terram intraret. Cum autem videret populus eum vinculis abſolui, timuit valdè, ne ſuper eum irrueret, eumque deuoraret, & cœpit pauliſper recedere. Quibus ſanctus Pannacius aiebat. Nolite fartres mei o ne fugere, non eſt neceſſe nobis » eum timere, quia licet mea ſtola, ac meis vinculis » ſit abſolutus: vinculis tamen Diuinis ita eſt conſtrictus, vt nulli deinceps nocere valeat. Videns tamen ſanctus Panacius populum trementem ac pauentem, orauit Dominum vt aperiret terra os ſuum, & deglutiret ſerpentem. Exauditæ ſunt ergo preces eius, & aperuit terra os ſuum, & deglutiuit ſerpentem illum magnum antequum, ſicut Dathan & Abiron in conſpectu populi Dei ſunt deglutiti, & amplius ſerpens nuſquam apparuit. Tunc fecit ſanctus Panacius ſermonem ad populum, dicens: Hæc fratres Kariſſimi & alia mala quæ patimur, pro peccatis noſtris „ ſcitote ingruere. „

In iſta enim vita ſi ſeruitium Dei delectat, Diuitias „ terrenas debetis contemnere & ſpiritales appetere, „ dicente ſcriptura. Si verè fratres diuites eſſe cupitis, „ veras diuitias amate, & ad cœleſtem patriam quàm „ totius properate. Veſtras vero diuitias commẽdate ei, „ qui vobis eas integras illibataſque in cæleſti regione „ reſtituet, in qua vobiſcum iugiter manere poſſint. „ In iſta enim vita ſi vos diuinum volueritis implere ſer- „ monem, quaſi hic expenſæ, ibi vobis multiplicatæ red- „ dentur. Omnis quippe delectatio futuræ vitæ reſer- „ uata, non perditur ſed melior efficitur. Si autem iſta „ vita centum tendatur annorum ſpatiis, in die vltima „ ſtatim videbitur non fuiſſe, ac ſine memoria, hoſpitis vno die apud vos manentis, veſtigia vix reliquiſſe. Illa vita

« vita autem manet iugiter, perseuerat instanter, annis « quoque labentibus virescit & pollet; & inde renoua- « tionis simul initium vnde finis præsentis accipitur. O « verè sancta voluntas & omnium bonorum intentio « experta: quæ illius tam formosæ vitæ desiderio accen- « ditur! Qui non timet istam vitam tradere morituram, « & illam accipere quæ penitus perire non nouit, in qua « deliciæ, & delectationes, & diuitiæ, & gaudia sic in- « choantur, vt terminum nesciant; sic principium ca- « piunt, vt pœnitus finire non possint ab æterna morte « non capietur. Quibus auditis, populus prostratus ad « terram, orauit cum dicens. Adiuua nos pater, ne in « hanc incidamus, sed ad cælestem patriam, vna tecum « tendamus. Quo audito lætatum est cor eius in Domi- no, & gratias egit Deo, qui saluat credentes, & corda fidelium inluminat. Quibus libentissimè respondit san- « ctus Panacius dicens. Iustum est fratres, vt lux à mor- « tali mundo discedens, ad nostras mentes immortales « accedat & mentes in tenebris conuersantes illuminet, « Amplitudo vero nostræ obedientiæ, & bonæ volun- tatis, Dei gratia est, nō nostra. *Qui & illuminat abscon- dita tenebrarum, & manifestat cōsilia cordium.* Beati estis fratres qui obedistis voci Domini Dei dicentis. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego requiescere faciam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, &c.*

3 Talibus & his similibus exortans fratres sæpissimè, multos ad Christum ita conuertit, vt omnia sua re- linquerent eique & Ecclesiæ sibi commissæ cuncta traderent, & in ea vnà cum reliquis communem vi- tam exemplo Apostolorum eorumque discipulo- rum ducentibus, sancte & communiter uicerent. O fratres dilectissimi, quam bonum est &, iucundum habitare fratres in vnum!

3 *Clerici in cōmune viuentes & Christiani.*

Adolescentes

Adolescentes Duo curantur, & Clerici efficiuntur.

CAPVT IIII.

CVrrente autem tempore, erat quidam vir in prædicta Cœnomanica patria nomine Benedictus, Nobilis genere. Cui erat vxor ex prosapia & genere Principum, nomine Lupa: habebant enim ambo vacuas & diuersas possessiones, repleti omnibus bonis & innumerabilibus diuitiis accumulati. Erantque eis duo filij, forma elegantes, & specie decori, vultu amabiles, & ingenio agiles. Quos prædictus Pater & antedicta Mater, ita amabant: vt nec aduersum quid eis facere, aut dicere vellent. Senescentibus autem illis, & filiis eorum crescentibus, arripuit adolescentes tam grauis infirmitas, vt de vita eorum pater & mater desperantes fierent. Multos enim medicos ad sanandos eos mittebant, sed nihil eis proficiebat, & in tantum eis deterius erat, vt & amici & reliqui medici, & parentes eorum omnes, vita illorum nullam spem haberent. Pater vero & mater illorum dolore cordis tacti, flentes & vllulantes deprecati sunt sanctum, vt consolarentur ab eo. Diligebant enim valdè eorum Episcopum sanctum videlicet Panacium, à quo & dilecti erant. Venit ergo tacito gressu, nuncius eorum, ad ianuam sancti Panacij. Et videns eum [1] hostiarius eius quidã clericus hostiarij officio consecratus, interrogauit eum quid vellet, ille autem aduolutus genibus eius, rogare cœpit, vt sancto Panacio Episcopo, mereretur præsentari. At ille ingressus ad eum dixit: [2] Domine Pater quidam vir præ foribꝰ stat, & rogat vt tuæ Beatitudini præsentari mereatur. Vt autem ei hoc nunciatum est, nutu Dei cognouit quod Benedictus, ciusque vxor Lupa dirigerent ad eum, deprecantes pro filiis eorum geminis. Sanctus vero Panacius consulens Deum in oratione sua, vtrum illuc iret an non, intra se quæsiuit. Cui Diuinitus est responsum, vt iret, & sacerdotali medicamine sanaret eos, quia infirmitas eorum non erat ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificaretur Deus in eis.

1 *Hostiarorum officium in Ecclesia primum.*

2 *Qui remoti fuerint alloquendi Episcopi.*

Tali

Tali vero consultu sanctus Panacius confortatus ac gaudio repletus, prostrauit se Domino in oratione, " & cũ lachrymis dixit Domine Iesu Christe, Rex Re- " gum & Dominus Dominantium, qui michi vltimo " suorum tuorum, sanitatem puerorum reuelare digna- " tus es, confirma per me in eis opera misericordiæ tuæ. Et iussit nuncium velociter ad se perduci, ingressus " itaque nuncius, prouoluit se ad pedes eius, rogans & dicens. [3] Domine mi Pater, orat Seruus tuus Dominus meus Benedict⁹,& ancilla tua domina mea Lupa vt venias ad eos, quatinus consolentur super filiis suis valdè ægrotantibus, tuumque aduentum expectantibus. Fecit autem sanctus Panacius vt deprecati fue- " rant, & veniens ad eos prædicauit illis regnum Dei, " inter cætera autem ait illis. Plus amastis filios vestros quàm oportet. Tamen infirmitas hæc auxiliante Domino, *non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Vt glorificetur Deus in eis* Tunc sanctus Panacius orauit pro eis & signo crucis facto, [4] oleo sanctificato, vnxit eos in nomine Domini. *Et oratio fidei saluauit infirmos.* Hoc autem facto, leuauerunt se pueri, & in pristinam Dei virtute, restituti sunt sanitatem Tunc præ gaudio magno, pater & mater à lachrimis non potuerunt se continere, quæ errumpebant in oculis eorum. Denique vero consilio sancti Panacij, vouerunt prædictos pueros pater & mater Domino: [5] & in ordine Deo seruientium petierunt ordinari. & si digni fierent, voluente tempore consecrari. Ad vltimum autem, & se ipsos Domino [6] vouerunt, & in manibus iamdicti sancti Panacij se tradiderunt. Et omnes res & possessiones eorum & diuitias sancto Panacio Ecclesiæque sibi commissæ legaliter tradiderunt, atque scriptis stipulationibus & testibus, vt mos erat, traditiones suas confirmauerunt. Quæ scripta hactenus in archiuo nostro conseruata habentur.

3 *Quomodo solebant Iudici sacros colere Pontifices.*

4 *Oleum sanctificatum. Iacob. 5. 14.*

5 *Vide Clericorum ordines.*

Talibus autem & iis similibus bonis & traditionibus atque dationibus, nostra mater ecclesia exaltata atque glorificata est: & Domino adminiculante cotidie crescit, & oblationibus fidelium ad laudem Omnipotentis Dei amplificatur. Pro quibus & assi-

Digitized by Google

duè oramus, & fratres noſtri ac cuncti, in ea ſuccedentes Domine orabunt & nunc & ſemper, & per infinita ſæculorum ſæcula. Interiectis autem quibuſdam diebus quidam ruſticus in [1] Pago Andegauo, egreſſus eſt quadam die ad metendum. Et dum poſt laborem, ſumpto cibo, ſomno ſe dediſſet, & aperto ore dormiret, ſerpens ingreſſus eſt per os in ventrem eius. Ille autem expergefactus, non ſtatim intellexit quod ſerpentem haberet in ventre, ſed tamen venter validè dolebat atque tumeſcebat. Cum autem ad cœnam ſe refeciſſet & poſt refectionem lectulo ſuo ſe collocaret, & dormire inciperet, cœpit ſerpens volutare ſe per ventrem eius, eumque valdè torquere. Ille autem præ nimio dolore & vexatione ſerpentis, cœpit euigilare, & voce magna clamare iam ſe moriturum. Ad cuius vocem excitati vicini, cucurrerunt ad eum, & interrogauerunt eum, quid haberet? Quibus ille reſpondens ait, ventrem meum doleo quia nimis me contriſtatur dolor eius, atque tumeſcens crepare mihi videtur medius. Vocauerunt itaque medicos ad eum vicini & cognati eius, vt ſanarent eum. Sed nullam ei præſtiterunt ſanitatem, verum deterius atque deterius illi omni hora fiebat. Tunc præcepit ſe duci per eccleſias Deo dedicatas, & loca diuino cultu ſacrata, frequentare cœpit. Quadã autem nocte, admonitus eſt in somnis dum [2] in quadã eccleſia in honore ſancti Ioannis Baptiſtæ ſacrata infra vrbem Andeganenſem pernoctaret: vt ad ſanctum Panacium Cœnomanicæ vrbis Epiſcopum pergeret: vt ab eo medicinam ſuæ infirmitatis percipere Domino auxiliante meꝛeretur. Ille autem monitis Diuinis obediens, cœpit ire ad Cœnomanicam vrbem, vt ad ſanctum Panacium perueniret.

1 Pagus Andegauenſis.

2 Andegauēſi in vrbe, eccleſia erat S. Ioãni Baptiſtæ dicata.

Cumque ad eum perueniret, cœpit rogare eum, vt ſibi ſubueniret. Cumque videret eum ſanctus Panacius, in tanta infirmitate detentum, vocauit eum ad ſe, & interrogauit eum quid haberet? At ille narrauit illi rem geſtam per ordinem, inſpiratione autem diuina, cognouit ſanctus Panacius, quod per ſerpentem torqueretur, & tangens ventrem eius, [3] ſignaculo Crucis,

3 Signũ Crucis.

Crucis immisso, præcepit ei vt inclinaret se valdè. Et misit digitum suum in os eius, & signaculum Crucis super ventrem eius faciens, compulsus serpens virtute Dei, cœpit exire per os eius, & euomuit eum. Et ita videntibus cunctis, liberatus est a Serpente Hæc cum vidisset omnis multitudo quæ aderat, laudem dedit Deo Patri & filio Spirituique sancto: qui omnes saluat & neminem vult perire, sed omnes ad cognitionem veritatis venire, & cum sanctis Dei, bonis æternalibus potiri. Qui in trinitate perfecta viuit, & regnat in sæcula sæculorum Amen. *Hæc sancti Panacij vita imperfecta esse videtur, quippe finem ipsius atque exitum, minimè recenset.*

Explicit S. Panacij Episcopi vita.

Digitized by Google

VITA S. ARNVLFI TVRONENSIS PONTIFICIS, E M.S. CÆLESTINORUM Amberti. Cum Fragmento Historiæ Exhumationis Beati Martini Turonici, ex Bibliotheca Floriacensi.

Ad Ludouicum Seguerium.

Clarissimo Viro Ludouico Seguerio, Principis Parisiensis Sacræ Ædis Decano, in Principe Francorum Senatu Consiliario, Andium apud Turones Sacro Præfecto &c. Mœcenati & Domino suo, Ioannes à Bosco Cœlestinus.

S.

PVderet me natione purum ac putum Francum, latum vnguem à Francorum institutis discedere.(Optime Mecœnas.) Quando nec te vnquam à priscorum illorum antiquæ constantiæ hominum moribus, immutatum viderim. Te inquam, Consultissimo Patre nat, Pudicissima Matre educatum, in Catholica Religione enatrium, bonis moribus præditum, honestis disciplinis instructum, magnis in Ecclesia & Aula dignitatibus merito ornatum, Regi ac Regno fide integritate, ærumnis multis & maximis pro publica salute exantlatis probatum, mihique benenola munificicentia ac liberali propensione, à meis imbecillibus annis addictum.

vt enim

Digitized by Google

Vt enim veteres Franci quos ſemel in clientelam familiaritatémque admiſerant, nuſquam prater quam ob ingratitudinis ſcelus, ablegabant abigebant ita nec Clientes aut Liberti Patronorum vel Dominorũ cultui & obſeruantiæ nuntium remittebant aliquando, ni eos protegere, tueri, ac alere deſinerent. Horum imitatione, nec temporis diuturnitate nec aduerſæ & iniquæ meæ conditionis acerbitate, nec quoſpiam denique alio euentu, tui erga me paterni ſtudij aculei rẽtundi hebereque potuêre, quin me ſemper, longè ac propè, ingenti rerum mearum cura & ſolicitudine vulnerares. O immedicabilia vulnera, & quæ nec etiam morte pro te obita, medicari poſſunt! Quando quidem, id quod viuo tibi acceptum fero: qui me ne viuere ceſſarem, dum per me viuere nequirem, manu tua profuſa ac liberali in vita retinuiſti. Quibus ſi meritis in me tuis æqualia rependere cogitem: arenam appendo. Si autem mea erga te gratitudini paria depromere, imbecillitatem meam tunc præcipuè promo. Verum quia quod debeo nequeo, & quod volo non valeo, an deſperatione tædione fatiſcam? Gliſcam magis, ab animo meo tibi deuincto, vel tenues eiaculari radios: ad quorum lucem, noſcat præſens & ventura ætas, quod vt me colis, ſic te recolo in cuius gratiam ac honorem, Vitam Arnulfi ſancti Turonici Epiſcopi de puluere ſuo legi & collegi, iacentem erexi, atque Regiæ Bibliothecæ Xiſtis intuli. Vt Turonenſis Ciuitas, tibi ſacro Andium in Martiniano Turonum templo Præfecto, ſit obnixa: dum poſtliminio Arnulfum ſuum Clariſſimi & ſplendidiſſimi tui nominis caduceo recuperat. Vt Communis noſter Princeps, frequenti tuo aſpectu oblectetur qui tam ſæpe eximiis tuis officiis, corona ſuæ faſtigium oblectat. Vt tandem mea mens exhilaretur, dum vel aliquid voluiſſe quod tu acceptare volueris, ſibi adblandietur. Exiguum munus eſt, dicent. Hoc, ô Amici, exiguum non reputo, quod Ma-

gnum repreſentat Pontificem, Magno offertur viro æquè Magnæ profluit cordis latitudine. Vale Ampliſſime Mœcenas, ac vt te ſuſpicio, me meúmque munus Mœcenaticis vlnis ſuſcipe.

Lugduni, Kalend. Septemb. 1605.

Parentes S. Arnulfi ad Chriſtum conuertuntur.

CAPVT I.

AGgrediamur Fratres chariſſimi diuinæ vocationis ſanctiſſimam enarrare conuerſationem Beatiſſimi Arnulfi Epiſcopi: qui præeuntibus virtutum choruſcationibus: & derelicto gentilitatis errore, meruit in ſanctiſſimorum Martyrum ſeu Confeſſorum caterua, deuotiſſimam patientiam obtinere, & cæleſtis gloriæ exultationem fæliciter poſſidere. Fuit itaque beatiſſimus Arnulfus Nobiliſſimis Francorum ortus parentibus. Patre gentili nomine Quiriaco, matre verò cognomine [1] Quintiana. Qui dum gentili paganorum errore tenerentur, impliciti, & idololatriæ diabolica fraude decepti deſeruirent, & vanas ſuperſtitiones excolerent: à beatiſſimo [2] Remigio ſæpius cõmoniti: Baptiſmi gratiam ſunt adepti: [3] Et mutatis gentilitatis nominibus, vnus vocatus eſt Rogatianus, altera dicta Eufroſia; Et merito Rogatianus eſt nomine dictus, quia ſæpius commonitus & rogatus à ſancto Remigio [4] Francorum Apoſtolico, tali dignè meruit cenſeri nomine. Mater vero appellata eſt Eufroſia propter prudentiæ perſpicuitatem, quia antequam baptizarentur, eo quod ſterilis ambo videbantur, & amore ſobolis valde coarctarentur, tradidit omnibus rebus proprietatis ſuæ ſancto Remigio, quas in [5] villa Reiteſte nomine, habere & poſſidere videbantur, & arrabone dato, quod ſi Deus eis donaret ſobolem, beatus Remigius & pater ſpiritalis eſſet, & hæres. Non longe poſt diuina

1 Quiriacus Pater & Quintiana Mater S. Arnulfi.

2 S. Remigius Epiſcopꝰ Frãcos conuertit ad Chriſtum.

3 Mutantur Gentilium nomina, in Baptiſmo.

4 S. Remigius Frãcorũ Apoſtolicus.

5 Villa Reiteſte.

diuina ordinante clementia, & Angelica prænuntiante loquela. Filius datus eſt eis Dominus Arnulfus: ab antiqua Senatorum proſapia, tali nomine à beato Remigio inſignitus. Quem beatiſſimus vir Apoſtolicus Remigius : de ſacro fonte ſuſcipiens, poſt triennium ſibi preſentari iuſſit, & ſcholæ ad imbuendum tradidit. Qui ita in infantia & pueritia educatus àdeò omnibus erat amabilis, totiúſque facundiæ eloquens, vt cælitus putaretur eſſe edoctus ; & per omnia, virtute crederetur eſſe Angelicæ vitæ ſocius.

Clodoueus ad Chriſtum quomodo conuertitur.

CAPVT II.

DVm vero beato Remigio ſpiritalis filiolus ſuus, domnus Arnulfus, ita eluceret, vt pote Spiritu Sancto plenus, Deo in omnibus gratias agens, aſſiduas pro filiolo, & pro conuerſione [1] Clodouei Regis Domino preces fundere non ceſſabat, commonens etiam [2] Chrotildi Reginę : quæ Chriſtianiſſima conjunx Regi pagano iuncta erat, & ex eo filium ſuſceperat, quem Chriſtianitatis nomine baptiſmatis conſecratione, tinctum vrgente mortis imperio ad cœlos Deus euocauerat, quatinus animum Regis ab Idolorum cultura, aliena retruderet: & ſecretè in quantum valeret & auderet, illi veri filij Dei viui culturam prædicare, & pronunciare non ceſſaret. In qua commonicione & cordis deſiderio. Chrotilde Regina, die noctuque æſtuante. Dum Dominus ianuam ſuæ miſericordiæ pandere & apperire voluiſſet Regi incredulo, & ſepius victori Chlodoueo. Repentè dum contra Alamannos bellum ingredi properaret. [3] fugam inſolitam arripuit. Deos Deáſque inuocans quos nefariè colebat, at nullatenus ſe adiuuare illos ſenſit ſed fugaces ſuos proſpiciens proſtratos, totam faciem ſuam ex vulnere ſanguineo fluxu cruentatam etiam vidit. [4] Prouentu deníque Aureliani conſiliarij ſui accidit, vt Deum cœli. Filiúmque Dei Crucifixum pro ſalute mundi, quem Chrotildis Regina

1 *Clodoueus Rex.*

2 *Chrotildis Regina.*

3 *Clodoueus in bello contra Alamanos cõmiſſo fugit ad Chriſtum.*

4 *Aurelianus Clodouei cõſiliarius*

5 Votum Clodouei in discrimine belli.

prædicabat, videret animo,[5] asserens vt si victor existeret, omnibus modis predictæ vxoris verba non respueret, sed fideliter baptismatis vnda, se à sordibus Idolorum abluendum condonaret. In qua voce & fide, super hostes irruit: & magna cæde eos vastans subiugauit, & sicut solitus erat, victor ad [6] Iuuiniacum in pago Suessonico remeauit. Quo baptizato, cum omnium Francorum collegio a sanctissimo Remorum Apostolico Remigio. Ita postmodum Deo charus fuit, vt ab omnibus veneraretur & excoleretur vt decebat, sicut. Rex Christianissimus, & totius victoriæ efficacissimus. Regi itaque glorioſissimo Chlodoueo, commendauit Beatissimus Remigius, filium suum Dominum Arnulfum. Qui in tanta habitus est apud Regem honorificentia, vt ei Rex neptem suam traderet sponsam, nomine Scaribergam [7] cum comitatu Remensi plurimisque aliis Regiæ dignitatis honoribus: eosque pariter, virum scilicet & sponsam, beato Remigio commendauit, quatinus eos secundum Religionem Christianitatis, iustè viuere edoceret. Quos beatus Remigius cum gaudio suscipiens, eos præmonuit decorari ex premiis virginitatis. Cuius monita sicut spiritales filij suscipientes. constituerunt se animi deuotione, castimoniæ sanctitate perpetuo custodire. Dum hæc deuotio omnibus modis eos possideret, & eorum corda ad hoc peragendum, flamma Spiritus Sancti accenderet, & die noctúque perui gles, in Dei seruicio assisterent, quadam nocte, de perfectione animæ virtus Diuina, animum beati Arnulfi pulsauit, dicens. *Si vis perfectus esse, relictis omnibus, Deum nudus sequere.*

6 Iuuiniacum palatium.

7 Scariberga neptis Clodouei.

S. Arnulfus peregrinatur, & animam hominis à Dæmonum faucibus eripit.

CAPVT III.

IN qua communicatione. Accedens quasi mortuus ad Beatum Remigium, retulit Diuinitatis commercium. Relictis ergo & dispositis sub eleemosyna omnibus

nibus. Et commendata vxore domna Scariberga patri ſpiritali ſanctiſſimo Remigio, cõmonitionem peregrinationis, pro Chriſti nomine accelerauit expetere. In qua peregrinatione, ſub laicali habitu decem & ſeptem annis procurrens. [1] Primo Romam adiit: diúque ibi ad Apoſtolorum Petri & Pauli ſuffragia perſiſtens: Conſtantinopolim perrexit, locáque ſancta vbi omnium Apoſtolorum doctrina effloruit, viſitare ſtuduit: Tandem vero, inſtinctu Redemptionis noſtræ ac venerabilis ſanctæ Crucis honore, [2] Hieroſolymam abiit ad ſepulchrũ Domini: ibíque longo tempore, donec pro redeundo diuinitùs eſt admonitus, ieiuniis & orationibus vacare procurauit. Sed quia lucerna Domini ſub modio erat abſcondita, placuit Omnipotenti Deo lucernam ſuper candilabrum ponere, vt plurimos radio claritatis illuminaret. Veniente vero lucerna Dei, adhuc in laicali habitu poſito. Beatiſſimo Arnulfo [3] ad Rauennatenſiũ Vrbem, dum quadam [4] Dominica nocte, idem beatiſſimus Arnulfus, [5] matutinis ſe laudibus, præſentare more ſolito ſtuduiſſet: ecce ſubito vox egredientis animæ, quam Diabolus tulerat ſecũ, per aëra vociferare cœpit. Sancte Arnulfe ſuccurre, ſancte Dei adiuua: quia à Diabolo ad infernalia ducor tormenta, eiúſque flammifero incendor anhelitu. Ad hanc vocem ſubſtitit beatus Arnulfus, & flexis genibus in terra, proſtratóque corpore diutius, diuinam implorauit clementiam, quo perditæ, ſua miſericordia ſuccurrere dignaretur animæ: Vt verò diuinũ ſenſit adeſſe auxilium, ſurgens ab oratione vehementer increpauit inimicum, ne vlterius ferre præſumeret mancipatum Dominico Chriſti ſanguine redemptum. Mox vero fraus inimica, relicta animæ præda, ductúque diuino algido, multúmque refrigerato cadaueri reſtituta. Quid plura? [6] Reuiuiſcit homo, exultat omnis Rauennenſium caterua, & congaudent omnes de beati peregrini Arnulfi præſentia, credentes ſe viſitatos eſſe, diuinæ clementiæ potentia. Excolitur veneratúrque ignotus peregrinus, non multo poſt Pontificum ſocietati præferendus.

1 S. Arnulfus Romã adit.

2 Hieroſolima & ſepulchrũ Domini.

3 Rauenna vrbs.

4 Dominica nox.

5 Matutina laudes.

6 S. Arnulfus mortuum ſuſcitat.

S. Arnulfus Remos miraculosè reuertitur; & mortuum suscitat.

CAPVT IIII.

DVm vero pro humani fauoris laude se voluisset delitescere & occultare, nocturno silentio commonitus est ab Angelo, vt patrinum suum sanctum videlicet Remigium, sponsámque, Remis accelerans visitaret. Statímque à solo quo recubabat surgens, secunda videlicet feria: ante lucis auroram iter arripuit. Et ductu Angelico infrà quatuor dies super [1] Sequanam ad locum cui Celię vocabulũ est infatigatus peruenit, feria quinta quæ instabat à Dominica, quando anima per ipsum a Dæmonibus fuerat erepta. In aduentu vero eiusdem efferebatur quidam mortuus, quem à longè prospiciens, reflexis genibus ad terram, postulauit Dominum dicens, Domine Iesu „ Christe benignissime, qui es salus omnium in te spe- „ rantium, & requies, via, veritas & vita, ac Resurrectio „ omnium tibi toto corde credentium, si ductu Ange- „ lico tibi placuit ex longinquo me accellerare huic „ loco tam citò: resuscitetur mortuus iste, qui deportatur in feretro, in Domini & beatissimi Patrini mei Remigij testimonio. Ad cuius vocem, itatim mortuus surrexit. Portantes vero stupefacti, & nimio terrore concussi mirari cœperunt quid tale esset: & glorificauerunt Deum dicentes. *Benedictus Dominus Deus noster, & magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Ipse vero qui Resuscitatus fuerat, inter turbas accurrens, procidit ad pedes Domini Arnulfi Dicens. Tu es Pater sanctissime, qui me liberasti de infernali sulphure, & de flammis gehennæ, & „ numquam te deseram, neque derelinquam omnibus „ diebus vitæ meæ. Cuius manum accipiens Dominus „ Arnulfus, conduxit eum secum. Crastina die quæ fuit veneris, sexta scilicet feria, valdè mane: viso beatus Remigius filiolo suo, & mortuo reiuscitato, exultans in Domino, gauisus est gaudio magno. Cum autem se mutuò filiolus scilicet cum patrino oscularentur, & ge

[1] *Sequanæ fluminis.*

& genæ vtrorúmque lachrymis perfunderentur: ad ſolita ſtudia, recurrunt Diúque more ſolito incumbentes orationi ſecretæ, dum ab oratione reſurgunt: Beatus Remigius filiolum interrogauit, quid ſibi de hoc mortuo reſuſcitato quem ſecum adduxerat, ratio haberet. Percunctatis verò rei geſtæ ordinibus & patefactis, aduocato ſuſcitato à feretro, ſciſcitatur diligenti examine beatus Remigius, quemadmodum illi erat dum cerneretur mortuꝰ. Ille vero palam elucidans ſuę infœlicitatis tormenta, retulit ſe infernalibus obſtruſum clauſtris, & partim pœnalibus deſtinatum tormentis, niſi quod tantummodo diuina eum protexiſſet miſericordia, in Angelica cuſtodia. Viſum namque ſibi dixit eſſe, in modũ triſtégæ, in infernali tormento, ſuper ſe cathedram poſitã, ex qua triſtega, procedebant triaincendia [a] importabilia, quæ animas in circuitu poſitas, diuerſo laniabant cruciatu. Procedebat vero ſicut ex fornace de tribus partibus, quaſi ſulfureus ignis. Ex vna parte vero, fœtore ſuo animas circumquaque mortificabat, ex altera parte flammeus ignis indeficiens, quo ſemper animæ arderi videbantur, ex tertia fumus nigerrimus quaſi abyſſos penetrans diuerſim animas crucians, nullatenus requieſcere laxabat. Sub ipſa verò triſtega, ipſe miſerabilem ſeſſionem iudicialem acceperat. Et erat quaſi tribus foliis fici coopertus, vmbraculo eſtuantis gehennæ. Et dum tali ſe penuria videretur affligi, viſum ei fuit à proprio cuſtode qui eum illic præuidebat, per orationem Arnulfi laici reuocari. Quo completo. Beatus Remigius ſub humilitatis ſilentio, hæc indixit non reuelari.

[a] *Inferni pœnas.*

Diuinitus Epiſcopus fit Turonenſis.

CAPVT V.

PRo aduentu autem vt decebat filioli, charitatis cauſa præpa atur adminiſtratio. Conuocata denique ſponſa Domina Scariberga, cælebratóque vnanimitatis iuxta voluntatem Dei conuiuio: valedicens beatus

beatus Remigius filiolo, ſponſæ & reſuſcitato, perrexit in matris Eccleſiæ gremio, ſanctæ ſcilicet Mariæ, conſilij cauſa requirendi à paſtore omnium Epiſcopo, de huiuſmodi reuelationis negotio. Qui pernoctans vigilando ipſo ſequenti ſabbato, conuocato Eccleſiaſtici ordinis Concilio, [1] detonſo filiolo, ſtatuit eum in clericali officio, immoque ipſo die ſicut ordo ſe habebat, ad ordines eum promouit Eccleſiaſticos, vſque ad [2] Exorciſtam. Quo ordinato, prima egreſſionis ſuæ die, ab ordinatione obuiam fuêre illi duo energumeni, [2] maſculus ac fœmina quos à maſculo tribus eiectis dæmonibus, à fœmina duobus, per inuocationem ſacri ordinis ipſa die ſuſcepti, ſanauit. Quo audito, beatus Remigius lætiſſimus, retulit Deo gratias in ſuis mirabilibus operibus. Verecundiæ vero honoribus Domnus Arnulfus implicatus, nouiter ordinatus, fugam arripiens, miniſterium peractum diuinitus, perterruit humiliatus. Quem conſolando, beatus Remigius, ne deflleret in precibus ſed firmiter ſperaret in miſericordiæ Dei viſceribus, aliquando ſecum morari fecit in orationibus. Tunc vero gaudens beatus Remigius in omnibus, aduocata ſponſa Domna Scariberga, ſibi inuicem ſtatuêre diuinitatis obſequia. In quibus obſequiis Domino ſanctiſſimóque Remigio adhærentes, vſque ad obitum ſancti Remigij, Dominus Arnulfus perſtitit, vna cum Virgine ſponſa, ac vrgente charitatis ardore non recuſauit, eleemoſynã de ſuis rebus facere, & explere ſibi à ſancto patrino commendata. Diſpoſitis vero omnibus, denuo perrexit ad peregrina loca, in ipſo ordinationis ſuæ exorciſmi gradu. Et progrediens Tholoſam adiit, diúque [3] ad ſancti Saturnini ſepulchrum in orationibus vacans, præmonitus ab Angelo Pictauis ad ſanctum [4] Hilarium orandi gratia perrexit. Tamdem vero Angelico ductu. Turonis vſque properans venit: vbi Epiſcopus fuit ordinatus. Erat namque tunc temporis altercatio, & diſſenſio [5] in Turonica vrbe, de eligendo Pontifice. Sed tamen inſtincta diuinæ clementiæ, plurimi Epiſcoporum illuc conuenerant, & triduanum ieiunium celebrare debebant

1 Ordinũ varietas, & dandi eos modus.

2 Exorciſta.

3 Sepulchrum S. Saturnini Tholoſæ.

4 S. Hylarij corpus Pictauis.

5 S. Arnulfus fit Turonenſis Epiſcopus.

Digitized by Google

bant vna cum ciuibus & ſuburbanis ſanctæ Religionis filiis; depoſcentes Dei clementiam, vt de ſuorogando Pontifice, voluntas Dei manifeſtaretur, in coadunata deuocatione. Cum vero vt præmonſtratum eſt, tertia dies ieiuniorum inſtaret, aduenit Dominus Alnulfus adhuc exorciſta, ſicut à ſancto Remigio fuerat ordinatus: & clanculò ſe impoſuit ad orationis ſtudium. Oratione vero completa, dum Eccleſiæ fores egredi curaret; ecce Angel⁹ Domini aſtitit, eúmque in Eccleſiam, intromiſit: & foribus omnibus obſeratis, perduxit eum in collegio Epiſcoporum, eúmque ex parte Dei indixit ordinandum. Qui omnimodis renuens, & numquid ſe iudicans, inuitus trahitur, eligitur; & ordinatur: ab Exorciſta, in omnibus gradibus vſque ad Epiſcopatum.

Epiſcopatum deſerit vt iterum peregrinetur, ſerpentem vincit & mortuum vitæ reddit.

CAPVT VI.

DVm vero poſt ordinationem, ad matutinale officium ſuetè conueniret & [1] *Domine labia mea aperies*, vt ordo Eccleſiaſticus expoſcit initiaret: mox in Angelicam perſenſit vocem dicentem, *& os meum annunciabit laudem tuam.* Alia namque nocte, dum templum ingrederetur. Dei erumpens in laudem; ait. *Exultabunt ſancti in gloria.* Subſecuta eſt illum vox inquiens angelica; *lætabuntur in cubilibus ſuis.* In Epiſcopatu vero non perſtitit niſi tantummodo decem & ſeptem diebus, æſtimans & valdè pertimeſcens, detrimentum animæ eſſe, ſi ſe ſub tali permitteret dignitate, ſicut cõſiderabatur in Epiſcopalis maieſtate honoris. Iterum vero ſicut prius omnia reliquerat, Epiſcopatum deſerens, peregrinando & prædicãdo, per vndecim annos penè vniuerſitatem Regnorum perluſtrans, [2] Hyſpaniam peruenit, vbi prædicatione ſua multos conuertit ad fidei ſacramenta. Ad extremum vero aduocatus eſt à Rege Hyſpaniæ. Qui cernens claritatem vultus eius, & admirans pulcherrimam

[1] *Domine labia mea aperies* vt ordo Eccleſiaſticus expoſcit initiaret: mox *in Angelicam perſenſit vocem dicentem, & os meum annunciabit laudem tuam.* Alia namque nocte, dum templum ingrederetur. Dei erumpens in laudem; ait. *Exultabunt ſancti in gloria.* Subſecuta eſt illum vox inquiens angelica; *lætabuntur in cubilibus ſuis.* In Epiſcopatu vero non perſtitit niſi tantummodo decem & ſeptem diebus, æſtimans & valdè pertimeſcens, detrimentum animæ eſſe, ſi ſe ſub tali permitteret dignitate, ſicut cõſiderabatur in Epiſcopalis maieſtate honoris. Iterum vero ſicut prius omnia reliquerat, Epiſcopatum deſerens, peregrinando & prædicãdo, per vndecim annos penè vniuerſitatem Regnorum perluſtrans, [2] Hyſpaniam peruenit, vbi prædicatione ſua multos conuertit ad fidei ſacramenta. Ad extremum vero aduocatus eſt à Rege Hyſpaniæ. Qui cernens claritatem vultus eius, & admirans pulcherrimam

[1] *Domine labia mea aperies* vt ordo Eccleſiaſticus expoſcit initiaret: mox *in antiquo.*

[2] *Vadit Hiſpaniã ibi Chriſti annunciat.*

Digitized by Google

rimam faciem quam gratia irradiabat diuina: interrogauit eum quæ esset hæc noua lex & doctrina; & hæc superstitio quam in suo prædicabat regno, & quis Deus esset, quem coli iuberet? Ille vero vt Christi athleta persistens imperterritus, vt potè Spiritu sancto repletus, prædicabat filium Dei pro salute generis humani venisse in vterum Virginis: natum & passum, resurrexisse, cælos ascendisse, super discipulos Spiritum sanctum misisse. Vbique præsentem esse, iudicaturúmque viuos & mortuos in mundi fine. Quo audito, Rex volens probare si hæc vera essent, dixit; Est serpés in parte Regni mei, qui penè totā in circuitu » terram comburere flamma videtur, siluas facit ardere, » etiam suo flatu aquas dicitur siccare vt relatū audiui- » mus: habés capita quinque, quem Hydrum appellant. » cuius pestem, si volueris extirpare, aliquantulum po- » terimus te veracem probare. Cui fidenter beatus Ar- » nulfus respondit, dicens. In nomine Domini mei Iesu Christi hæc paratus sum facere, si spoponderis te ver- » bis meis credere. Ad hæc respondit Rex; & ego & » omnes mei credituri erimus, si dictis facta compenses; Tunc beatus Arnulfus fisus in potentiæ Dei virtutibus, postulauit se deduci illas in partes, vbi belua ardens, vastabat vniuersa; sed defuit in eius præsentia persona quæ præsumeret ista; Tamen diu multumque colloquendo, elegerunt se tres viri fortissimi, qui eum deduxerunt, vsque ad quemdam montem: vltra quem serpens ille æstuabat. Viso vero serpente in nomine Iesu, sumens stolam de collo suo: posuit super caput serpentis, móxque serpens humiliauit se, & quasi domestica bestia, sine læsione seruum Deum secutus est. Perduxitque eum sanctus Arnulfus vsque ad quoddam stagnum & lacum vbi iacebat quidam homo multo iam tempore necatus, ad cuius aduentum, mirum in modum, mortuus qui iacebat est locutus. 4 O inquit serue Dei, noli hunc iactare super me, sed primò roga me venire ad te, & egredi de isto vbi iaceo squalore. Tunc beatus Arnulfus vocato ad se mortuo & excitato in individua Trinitate sepulto, indixit serpenti vt nullatenus se moueret de illo stagno,

Solum semper gerebant Episcopi.

4 Mortuum suscitat.

gno,& nulli vmquam valeret nocere in hoc mundo. Quod audiens Rex, & cernens, omnis Arrianorum * multitudo, credidit ipſe Rex & vxor eius & filij, omnéſque hyſpanorum proceres, multíque [1] Nicholaitarum ſectam reſpuentes,iuncti ſunt Catholicæ fidei.

** Paganorum.*

1 Nicholaita in Hiſpania.

Mors S. Arnulfi.

CAPVT VII.

COnuerſis vero multis Regnis,quæ perluſtrare valuit vndecim annis, beatus Arnulfus reuerſus eſt Remis,vt cerneret miracula, quæ Deus per beati Remigij patroni ſui merita faciebat gloriola. Dum vero quadam nocte,ad ſepulchrum ſancti Remigij iter capere orationis vigilantia decreuiſſet,ſponſæ ſuę ſerui, eum in triuio, ſicut mos eſt malignos bonis inuidere: [1] fuſtibus & gladiis appetierunt, & quida n cultello caput eius percuſſit,æſtimãtes que eũ vere mortuum, ſemiuiuum reliquerunt. Sed tandem palpitante Spiritu, Domna Scariberga iam dudum ei deſponſata, accelerans fleuit amare, & ſpopondit ſe numquam corpus eius relaxare diebus vitæ ſuæ; Cui ſub tali conditione beatus Arnulfus imponens [2] velum, perpetuæ ſcilicet ſanctitatis & caſtimoniæ indicium: commonuit eam de præmio virginitatis, & de gloriâ ſempiternæ fœlicitatis, conteſtans ei vt corpus eius cum aromatibus condiret, [3] & Turronis vbi Epiſcopus ordinatus fuerat,procuraret cum ſarcofago,in vno conducere plauſtro,quod & rei euentus denudauit; Conuenientibus vero ad obitum eius vniuerſis ordinibus cum Epiſcopo: viſum eſt beatiſſimum Remigium inter cæteros adeſſe: & beatum adclamaſſe ſanctum Arnulfum,Ecce Domine pater accipio à te viaticum, & pergam tecum. Ad hanc vocem mul is cernentibus quaſi columba niuea ex ore ſuo progrediens, beati Arnulfi anima ſic migrauit ad Dominum, quinto decimo Kalendas Auguſti, plena meritis virtutum. Præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

1 Necatur à ſeruis ſua ſponſa.

2 Velum indicium perpetuæ Caſtimoniæ.

3 Turnos eius corpus defertur.

Explicit Vita S. Arnulfi Epiſcopi Turonenſis,

FRAC

Digitized by Google

FRAGMENTVM HISTORIÆ
Translationis Beati Martini Turonensis Præsulis, Incerto quidem sed vetustissimo authore & veracissimo, ex Floriacensibus Membranis.

* * *

PEræ præcium est etiam illud inserere lectioni, qualiter sanctum Martini corpusculum, in loco in quo nunc [1] adoratur, fuerit Angelo annuente translatum. Anno sexagesimo quarto post transitum glorioſi Domini Martini, beatus [2] Perpetuus Turonicæ sedis cathedram sortitus est dignitatis. Adeptúsque hunc apicem cum magno votorum consensu, fundamenta templi ampliora quam fuerant, supra beata membra locare dispoſuit. Quo sagaci insistens studio, mirificè mancipauit effectui. de qua fabrica, multum quòd loqueremur erat; sed quia presens est, conticere exinde melius putauimus. Adueniente ergo optato tempore Sacerdoti: vt templum dedicaretur, & sanctum corpuſculum à loco vbi sepultum fuerat transferretur; cõuocauit beatus Perpetuus ad diem festum vicinos Pontifices, sed & Abbatum ac diuerſorum clericorum non minimam multitudinem. Et quia hoc in Kalendis Iulij agere volebat, vigilata vna nocte, facto mane, accepto sarculo, terram quæ super sanctum erat tumulum, cœperunt effodere. Quo detecto, manus vt eum commouerent iniiciunt; ibíque multitudo tota laborans, nihil prorsus per totam diem profecit. Vigilata denique alia nocte, mane temptantes iterum, nihil omnino agere potuerunt. Tunc conturbati atque exterriti, quid facerent neſciebant. Dicit eis vnus ex clericis. Scitis quia poſt hoc triduum, Natalis Epiſcopatus ejus esse consueuerat: & forsitan in hac die se transferri nos admonet. Tunc ieiuniis & orationibus die noctúque insistentes, triduum illud psallendo iugi continuatione duxerunt. Quarta autem die accedentes, ponentéſque manus: non valebant penitus

[1] *Adoratio reliquiarum.*

[2] *S. Perpetuus Archiepiſcopus Turonenſis.*

penitus mouere sepulchrum. Pauore autem omnes exterriti, iam in hoc stantes, vt terra vasculum quod derexerant operirent; apparuit eis veneranda canitie senex, instar niuis candorem efferens, dicens se esse « Abbatem, & ait eis. Vsquequo conturbamini & tar- « datis? Nonne videtis Domnum Martinum stantem, & « vos iuuare paratum, si manus apponitis. Tunc iactans pallium quo vtebatur, posuit manum ad Sarcophagum cum reliquis Sacerdotibus, Crucibus cum thuribulis paratis & cereis, Impositáque auriphona, dederunt cuncti voces psallentium in excelso. Tandem ad senis conatum sarcophagum in summa leuitate commotum, in loco vbi nunc adoratur, Domino anuente perducitur. Quod ad voluntatem Sacerdotis compositum „dictis etiam [3] Missis, vt ventum est ad [4] conuiuium requirentes follicite, senem nequaquam reperiunt: sed nec homo quidam extitit, qui eum de basilica exire vidisset. Credo aliqua fuit virtus Angelica, quæ & beatum virum se vidisse pronunciauit; & deinceps nulli comparuit. In quo loco, ex illa die multæ virtutes factæ sunt; quæ per negligentiam non sunt scriptæ. Nos vero, de quanto nostro tempore aut fieri vidimus, aut factum certè agnouimus, silere nequiuimus.

3 *Missæ in Translatione Reliquiarum.*

4 *Conuiuia in festis.*

Explicit vetustissimi authoris fragmentum, de Translatione S. Matini Turonensis.

S S S. L Æ T I

S. LÆTI MIXIACENSIS IN AVRELIANENSI AGRO MONACHI AC CONfessoris Vita, ex veteri Manuscripto Cœlestinorum Amberti, iam primitus Bibliothecę Floriacensi, diligentia Ioannis à Bosco Cœlestini intexta.

***

Ad Aurelianenses.

Episcopo, Clero, ac Plebi Catholicæ Aurelianensi, Ioannis à Bosco Cœlestinus S.

AVrea mea Aurelia, Aureo insignita vernice, Aurois Comata Comis, Aureo inuestita vestitu, tota denique Aurea intus & extra, salue Aurea mea Aurelia. Præst intrò tibi Aureus Pontifex qui vt alter Chrysologus te fide ac moribus Chrysostomi rediit, & auro sito latè pauperes tuos inaurat, Ornant te inaures præciosissimi, auratæ tuæ Constantinianæ sacræ ædis & aliorum sodalitiorum aurati sodales ac sacellani, qui aureis moribus auro fulgidius fulgent, ante Deum hominésque, superuestiti deargentatis Cyrionibus, qui resplendent & splendent in pallore auri. Aurea vero te plebs Catholica plurima vestit & inuestit: ita vt nunquã sis inuestis. Extra vero duos Cherubinos sustines aureos, duabus stringeris aureis cathenis, binis auratis præcingeris zonis, Benedicto ac Lato, quorũ aurea ossa, aureum tuum agrum inaurant: cuiusque vnius, iam aurata

Digitized by Google

rura se se ante effudit & diffudit per me gloria. alterius porro nunc ad te late admodum pergit aurea fama. Quamobrem id Aurea mea Aurelia? Quia scio nihil tibi latius fore, quam si Laeti tui laetam videris splendescere memoriam, cuius laetam adeo gestas domi forisque recordationem, vt ipsius ope frequenter lethum litures, téque, vt plurimum, continuo Christo li es. Quia tandem vt me laete amplexa fuisti, sic me totum tibi iterum, dicam, consecrani, & annuas: si approbes, si suscipias, ac vt solebas absentem, praesentem ames. Vale. Lugd. Kalend. Septembr. 1605.

PROLOGVS.

Vm multorum diuersitate facinorum, humana miserabiliter quatiatur infirmitas: necessariũ est omnimodis, quatenus multiplicatis auxiliatorum copiis, proteratur immanitas subdolæ infestationis. Quod fieri facilius poterit, si contra multiformis nequitiæ persuasores: dirigamus perseuerantes in prece cœlestis militiæ proceres, qui quod poscunt, tanto impetrant velocius, quanto Soli iustitiæ abiectis sæcularium desideriis, dignoscitur inhæsisse liberius. [1] Quid enim fidelis Dominus seruis denegabit fidelibus? aut quando benignus benignam dimouebit aurem ab eorum precibus? Quicumque namque per aliquem superni solij assessorem, summo Imperatori preces allegauit: lætatus est post modum sese percepisse, quod fideliter expetiit. Hanc itaque certitudinem spei, & vos habentes charissimi, veneremur Martyrum certamina; collaudemus Confessorum pietatis opera; vt qui peccando æternæ claritatis amissimus palatia; ad eadem redeamus, patrocinantibus sanctorum meritis, peccaminum condonata venia. Qui licet generaliter ab omnibus sint excolendi; specialius tamen & quasi quodam priuilegio

[1] *Sanctorum preces.*

Digitized by Google

honoris opportet impendi singulis, obsequelæ diligentiam singularis. Et quorum corporum vel reliquarum, in propriis Ecclesiis perfruimur præsentia, eorum indubitanter præsumamus sperare (si ad obsequium pigri non sumus) subsidia. Quod quamuis cotidie fidelibus expediat deuotè persoluere: maximè tamen in ipsorum sanctorum glorioſi natalis die, adiuncta etiam bonorum operum humillima exhibitione. Sed iam omissa generali propositione, ad id reuertamur, quare ista libuit prælibare. Beatissimi namque Confessoris & Læuitæ Læti hodierna die solemnitas excolitur: in qua deuictis noxilæibus illæcebris meruit assisti solio æternæ sublimitatis. [2] Huius ergo ad obsequium, se hilarem exhibeat turma fidelium, intelligens certissimè si deuota fuerit, hunc sibi adiutorem in necessitatibus affuturum. Clericorum non fileat officium, vt quem Deus elegit in clericum, hunc mereatur habere patronũ. Largius solito caterua sustentretur pauperum, sentiens in tanto Patre, & præsentis remedij, & futuri solamen inesse. Cuius virtutum insignia si quis plenius vellet explicare, & fabulosus crederetur relator, & per prolixitatem narrationis, fastidiosus redderetur auditor. Quod ne fiat, plurima omittere: pauca secundum quod Deus dederit, decreuimus differere.

2 Modus ritè festa celebrandi.

Parentes S. Læti ac eius Monachatus.

CAPVT I.

1 Clotarius Rex.

IN tempore [1] Chlotarij Francorum Imperij arcem tenentis, mundo effulsit Lætus Confessor venerabilis, Sanctorum Germani & Medardi Pontificum, contemporaneus. Qui quodam præsagio futuræ religionis, ortus extitit religiosis parẽtibus, mox religiosus & ipse futurus. Cuius pater benè vocatus est Cirirus, vt potè perspicuum sydus mundo geniturus. Hic ab ipsa infantiæ suæ ætatula, semper frequẽtans Catholicæ Ecclesiæ limina, desiderauit Monasterium, dilexit Monachos, amauit præ omnibus Christum. Qua

Digitized by Google

Qua de causa, meruit eorum censeri numero, de quibus loquitur Dominus in Euangelio: *Sinite parvulos, venire ad me, talium est enim regnum cælorum.* Cùm ergo esset annorum duodecim, & pasceret oues patris sui: videns haud procul habitationem Monachorum; relicto grege, oblitáque cognatione parentũ, festinus tetendit [2] ad Monasterium. Móxque inspirante Spiritu Sancto, ad pedes corruẽs Abbatis (qui præerat Fratribus) Trietij, lachrymabiliter dicere cœpit. Domine
« Abba susci pe miserum, redime captiuum, ostende
« benevolentiam, præsta mihi charitatem. Considerans
« enim quoniam nulla sunt quæ temporalibus subia-
« cent casibus: peto Paternitatem tuam, vt iubeas mihi
« Ecclesiasticam [3] tonsuram imponi, & Monasticam fa-
cias Regulam doceri; quatenus prosperante Christo, eundem agonem sanctitatis, valeam vobiscũ aggredi.
Tunc prudẽs Pater, sinceritatem cordis eius animad-
« uertens, & simplicitatem eius intelligens, leuauit eum
« à terra dicens. Vnde es fili, & quod est nomen tuum?
« Cui perfusus lachrymis, [4] & manus deosculans, ait
« Ex patria [5] Biturigensi duco Domne mi generis prin-
« cipium, & est mihi Lætus vocabulum. Senex autem
« alludens nomini; merito inquit tali censeris nomine; quoniam proculdubio, adepturus est sempiternam lætitiam, propter perfectam hodierna die conuersionem tuam. Quem sine mora suscipiens in Monachum; instruxit quasi bonus Pater innocentem filium, ostendens ei patenter, quod nihil melius sit quam timor Dei, & nihil dulcius quam benè viuendo, exequi mandata eius.

Mira S. Læti in Monasterio conuersatio.

CAPVT II.

POst hæc autem, attonsus in Clerum, suscepta etiam Monastica professione, in breui Psalterium & quicquid Ecclesiasticus deposcebat ordo didicit, itaut videretur præcellere, quos ante multis annis ingens studium exercuerat disciplinæ. Neque in eo la-

Mare. 10. 14.

2 S. Lætus fit Monachus.

3 Tonsura Ecclesiastica.

4 Mos osculandi manus Antistitum.

5 S. Lætus patria Biturigensis.

Digitized by Google

borauit magister, quē sibi sacrariū parauerat Spiritus Sanctus, magisterij princeps. His vero peractis, gratias referens Abbati, huiusmodi vsus est verbis. Tu es, sapientissimus Catholicæ fidei Doctor, & fidelissimus Christiani exercitus ductor: qui te sequi volentes, deducis ad patriam cælestem: acquisiuisti animam Deo quæ iam demersa malitiosi sæculi pelago, totius malitiæ principi sese addixerat. In hoc itaque degens Monasterio: insistebat ieiuniis, & spiritualibus vigiliis; oratione assiduus, castitate perspicuus, sobrietate præcipuus, attentius super omnia humilitatem seruans. Si quando Fratres vsque ad horam nonam ieiunarent, ille ieiunium vsque ad alterum protendebat diem. Cibum vero quem accipiebat a Monastico Præposito, latenter egentibus tribuere procurabat; sæpiúsque veste sua exutus, nuditatem eorum studebat operire. Et ad instar Beatissimi Martini, illos vestiendo, & semetipsum expoliando, seminūdus non erubescebat incedere. Imo luctamen contra malignos spiritus sumens multi rerum labentiū delectationi se dedit, superans in virtute Spiritus Sancti, quicquid nephandæ voluptatis, malignus spiritus eius animo administrauit. Quæ Fratres videntes, [1] inuidia ducti, alij ex inani iactantia alij ex stultitia asserebant ab eo hæc fieri. At verò Spiritualis Abbas cælestē lumen conspicatus in eo micare, clam cœpit eum diligere, [2] ac proiectum per singulos gradus, Diaconij sublimari fecit honore. Permansit autem in ipso Monasterio cum Fratribus annis sexdecim, seruiens Deo, tota puritate mentis, excrescebátque in eo virtutis supernæ gratia.

1 Fratrū quorundā inuidia laud.

2 Gradus ordinum Ecclesiasticorum.

Bestiæ ad eum manifestè accedunt.

CAPVT III.

TVm demum maioris inuidiæ aculeis stimulati equum Fratres, instigante Diabolo, prorumpunt Abbati Trictio dicentes. Sciat Domine tua prudens Paternitas: quia quod videtur facere istius impostoris

ris fatuitas, non agitur perfectæ operationis virtute, sed potius simulata religione. Occultat enim prauitatem cordis sub habitu sanctitatis. Vtrum vero ita vt dicimus verum sit, experimento tibi esse poterit obedientia in pascendis ei iuncta pecoribus: quàm si renuerit, & infuscata eius apparebit, simplicitas, & suspitioni quàm de eo habemus satisfiet. Neque enim diutius decet nos nescire, quid sibi velit propositum eius imperitiæ. Eiice igitur eum à Monasterio, & vadat in desertum, tuo parens imperio. [3] Quæ & alia huiusmodi, coram Patre Monasterij sæpius replicantes, impetrauerunt tandem, vt delegaretur prætiosus Leuita pascendo pecori in solitudine. Quod negotium ille gratanter suscipiens, petiuit sibi dari ducem (quippe qui erat locorum ignarus, qui eum ad gregem perduceret. Factúmque est consilio Diuinæ Prouidentiæ: vt mitteret Pater quosdam cum illo, qui eum accusauerant. Quatenus videntes virtutum miracula, quæ per seruum suum Dominus operari dispositerat, ab inuidia desisterent, aut certè videndo tabescerent. Pergentibus autem illis per desertum, occurrit bestiarum multitudo. Quas cum vi-
" dissent soeij: aiunt, Fugiamus citius. Quibus ait soda-
" lis fidissimus. Nolite inquit timere Fratres, potens est
" enim Dominus nos tueri, & ipse quidem cum fide magna, in eodem loco substitit, nulla turbatus formidine. Illis vero fugientibus, occurrunt feræ prædam ex ipsis facere gestientes. Quod vt vidit Lætus, [4] celeri dexteræ motu, Crucem illis Dominicam à longè op-
" posuit: suspicienscque in cælum dixit. Domine Iesu
" Christe, qui Danielem de lacu leonum liberasti, &
" tres pueros de Caldaicis flammis, illæsos abire feci-
" sti: libera Fratres meos ab his bestiis, & subueniat
" illis citò, manus pietatis tuæ: Tunc illæ bestiæ, omni feritate depositâ, deferentes prædam quam iam inuasisse videbantur, venientes ad pedes viri Dei procumbunt: & quodammodo pœnitentiam agentes, ex eo quod in eius comites molitæ fuerant, veniam humiliter pro tanti reatus audatia, postulabant. Quod videntes qui fugerant, ad eum tremebundi redeunt.

3 Itemti clamores & importuni, etiam sanctos quandóque mouet.

4 Signi Crucis vir. Dan. 14. 30. & 3. 93.

Quos etiam beatus Lætus hilari confortans animo,
Psal. 144. 18. hortabatur fideliter sperare in Domino, *qui se invocãtibus in veritate, semper adest.* Denique post horæ spatiũ, iubet feras ad sua rẽdire latibula. Sícque quantũ libuit, prostratas humi tenuit, & quando voluit, abire permisit. In quibus omnibus, prædicanda est Omnipotentis virtus, cui sancta famulatur fatuitas, & obedit bestiarum feritas.

Miracula ingentia edit, & à pecorum cura reuocatur.

CAPVT IIII.

IGitur Lætus cum suis sociis, cœptum peragentes iter: venerunt ad quemdam vicum, in quo commorabantur cæci & claudi multi, qui audientes eos transire, rogabant vt aliquid acciperent, eleemosynæ. Quos intuens vir magnæ pietatis, respondit. Argenti " & auri non est nobis copia, vndè possit vestra inopia " releuari: attamẽ charitas quod habet præstat. Illi autẽ " suspensi, quidnam dare velit; manus protendunt taciti. Tunc beatus Lætus misericordiæ feruens spiritu, facie lachrymis perfusa, orauit; Domine inquiens Iesu " Christe, fons ab indeficienti fonte profluens, qui Di- "
Matth. 7. 7. scipulis tuis dixisti. *Petite & dabitur vobis, quærite & "*
1 Cæcos illuminat. *& invenietis, pulsate & aperietur vobis.*[1] Concede mihi " famulo tuo in nomine tuo petẽti; vt hi omnes, per tui " nominis inuocationem, tuæ virturis dona sentiant. " Completáque oratione singulis signum viuificæ crucis apponens; meruit, vt turba illa discederet incolumis. Et dum negauit præsentis victus solatium; præstitit vt sibi ipsi acquirerent quod negauerat, artuum redditis officiis. Qui vero sancto eius inhærebant comitatui, visis his multum admirantur: in super & repentino timore correpti, vertuntur in fugam. Quippe suæ conscij malignitatis, eum comitari formidabant, quem se sciebant apud Patrem, sæpius iniustè accusasse. Domúmque reuersi, Abbati nuntiant quæ viderint mirabilia, ac quomodo eius Angelicum ferre vultum non valentes, ab eo fugerint. Senex autem his auditis

auditis virtutibus, obstupuit & cum magnis admirationis vocibus, vbi eum reliquerint inquirit. Videlicet se multum accusans, quia eorum primis acquieuerit persuasionibus, & sub obtentu obedientiæ, filium innocentem, à se ire compulerit. Tum deliberato consilio, assumptis secum paucis Fratribus religiosis, ipse ad requirendum fratrem iter instituit. Tandem vero veniens vbi eum esse compererat; mox vt vidit, prostratus humi veniam cœpit postulare. Prostrauit autem se & ipse. [2] Iacebant vtrique in terra, & nihil ab alterutro poterat audiri, nisi tantum, Peccaui, ignosce mihi. Senior plorabat, cum Fratribus: Venerabilis Lætita lugebat pro Patre, & fatigatis veniendo ad eum fratribus. Ille plangebat quòd eum indiscretè pascendo pecori delegauerit, hic dolebat, quia nondum mandatis eius, quia ignarus esset loci, parere licuerit. Illis itaque persistentibus in hac deuotione humilitatis, magnæ spei Lætus compassus perseuerationi Senis: ignoscat inquit tibi, pro cuius nomine, ita humiliaris. Cúmque Pater respondisset Amen: surgunt de terra, accipientes pacis benedictionem. Nec mora reducitur ad Monasterium, quem timebant defugisse ad hæremum. Fratres exultant, quia meruerunt recipere fratrem signis sublimatum patentibus. Doctor lætatur, qui non est priuatus Discipulo, ipsis præferendo Doctoribus. Pestiferæ æmulationis venenum, versum est in eius deuotionis obsequium. Vnde contigit, vt qui ante ei detraxerant, mira veneratione, resipiscentes ab inuidia, postmodum excolerent. [3] Quæ res in tantum ei displicuit, vt pro huiusmodi honore sibi impenso, & assidua veneratione, fratres & locum voluisset deserere. Sed nesciens certius, quonam gressum deberet dirigere; expectabat, quid de eo Diuinæ placeret Majestati.

2 *Mira Lætis humilitas.*

3 *Sancti Lætitiæ fugiens & honores.*

* * *

A suo Monasterio recedit S. Lætus, & ad cœnobium Mixiacense accedit.

CAPVT V.

1 S. Maximinus Abbas Mixiacensis.

2 SS. Auitus & Viator Monachi Mixiacenses

3 Mos alloquendorum Abbatum.

EO igitur in tempore, beatus Pater [1] Maximinus Mixiacensi Monasterio præerat, ad cuius sanctissimum magisterium, multitudo maxima religiosorum Monachorum, confluxerat, Inter quos fulgebant nominatissimi, Venerabilis Presbyter [2] Auitus: & sanctus Viator Diaconus. Beatus igitur Lætus admodum cupiens, tantam effugere venerationem; audita fama sancti Maximini, & discipulorum eius, venit ad eos occulte. [3] Et procidens ad pedes sancti Maximini dixit. Domine Pater, Tuam clarissimam opinionem » ac charitatem, quorumdam non incerta relatione audiens, obsecro vt vobiscum merear habitare. Cui beatus Maximinus, comperto quis vel vnde esset; » Non nobiscum ait habitare poteris, sine tui Abbatis » licentia. Quod audiens respondit; Si iubes vadam » Domine ad Abbatem meum, & accepta licentia re- » uertar ad vos, obsecro ne nos asperneris. Quem tamen vir Domini Maximinus magno hospitalitatis studio, duabus hebdomadis secum detinuit in Monasterio. Et indubitanter aduertens simplicitatem eius, ait ei. Vade frater ad Abbatem tuum: & accepta » licentia, reuertere ad nos. Tunc beatus Lætus in Do- » mino lætatus, ad Monasterium reuertitur. Videns autem eum Abbas Triecius & cæteri fratres: præ gaudio cæperunt flere, quia sperabant illum aut in heremum, aut in aliquem locum defugisse, vt iam amplius non essent eum visuri. Quibus sanctus Lætus narrauit omnia qua egerit, & denudans quid haberet animi. Fratres inquit charissimi & Patres hono- » randi, obsecro vt detis mihi licentiam pergendi ad » beatum Maximinum Abbatem Maxiacensis Mona- » sterij, quatenus cum illo aliquantum temporis va- » leam conuersari. Respondens Abbas dixit. Frater Læ- » te, quid tibi peccauimus, vt nos velis dimittere? Ad hæc beatus ille. Nihil inquit in me peccatis Domine.

Sed

Digitized by Google

« Sed audiens ego infælix, beati viri & discipulorum
« eius optimam famam, desidero cum eis aliquanto
« tempore cómorari, per vestram licentiam. Pater au-
tem metuens illum contristari, imo habitatorem eius
Spiritum Sanctum, quamuis inuitus, eum abire per-
misit, dicens: Egredere hinc sicut tibi placet, sit Do-
« minus tecum, quocumque ieris. Tunc sanctus Lætus
« valedicens Patri & fratribus, velocius ad beatum Ab-
batem Maximinum, iter dirigit. Sanctus autem Ma-
ximinus, exultans in Domino, in Monasterio eum
susceptt, cófidens quod simpliciſſimum animi eius af-
fectum, ad prosperum posset effectum perducere. At
vero venerabilis Confessor Lætus, timorem Dei iugi-
ter habens præ oculis, solito more insistebat ieiuniis.
orationibus atque vigiliis. Quod cernens sanctus Ma-
ximinus eum diligebat familiarius. Glorioſus autem
Auitus Sacerdos ac Viator colleuita illius, toto il-
lum amabant mentis affectu. Postquam ergo hunc
omnes verum Dei seruum esse manifestis ex indiciis
cognouerunt, ei ianuam Monasterij licet inuito con-
miserunt.

S. Lætus cum S. Auito è Mixiacensi cœnobio in solitudinem fugit.

CAPVT VI.

SVscepta igitur humiliter, huius obedientiæ cura; ab Ecclesiastica improbè sibi incumbente familia, multis insidiis, & subsannatione agitabatur continuâ. [1] Eius quippe simplicitas, ab indisciplinatis computabatur stultitia. Intentus namque soli internæ dilectioni, dum minus foris ad terrena ministranda idoneus apparuit, continuò secularium mentibus, in despectum venit. Vt illud cum beato Iob dicere posset. *Stulti despiciebant me & cum ab eis recessi eem detrahebant mihi.* Et Paulo post. *Filij stultorum & ignobilium, nunc in eorum cæticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium. Abominantur me, & longe fugiunt à me: & faciem meam conspuere non verentur.* Verum ille æquanimiter

[1] *Malitiæ quæ sunt in omni societate quæ sumus sancti.*

Iob. 19.

ter ferens omnia : nulli aliquando malum pro malo reddidit, vel maledictum pro maledicto restituit, Tentabatur itaq; & probabatur; fatigabatur cõuiciis, & augebatur virtutum incrementis, recolens illud
Gala. 1. 10. Apostoli. *Si adhuc hominibus placerem; Christi seruus non essem.* Erat autem in Monasterio sicut præfatum est; Auitus Presbyter sanctitate insignis, qui Cellario, sicut & ipse, præerat Ecclesiæ ianuis. Et vt scriptura
Eccl. 13. 19. refert, *quia omne animal, simile sibi diligit*, hi ambo fœderati erant in dissolubili vinculo charitatis. Qui de virtute in virtutem progredi anhelantes; illudque Apostolicæ scripturæ ob amorem perfectionis sepius perpendentes. *Nemo militans Deo implicat se negocijs se-*
2. Tim. 2. 4. *cularibus*, statuerunt apud se Monasterium deserere, & heremum simul petere. Eo videlicet consilio; vt si vnus laberetur, ab altero fulciretur. Legerant enim
Eccl. 4. 14. *Quia funiculus triplex, difficile rumpitur, & frater adiuuans fratrem, exaltabitur.* Accensi igitur diuinitùs feruore tantæ deuotionis & desiderio diuinæ contẽplationis; discedentes a Monasterio nocte, contulerunt se abditissimis Segaloniæ locis. Ibíque diebus multis nulli hominum cogniti manserunt, deuotissimè supernò inspectori famulantes.

Fugit S. Lætus S. Auito Abbate constituto, in siluam Aurelianensem: vt ibi Angelicam ageret vitam.

CAPVT VII.

POst multum vero temporis, beato Maximino iam ex rebus humanis egresso, turba Monachorum, quibus præfuerat: sanctum querere Auitum, & beatum Lætum diuino nutu iter accelerant. Quibus tandem ex voluntate Dei repertis, glorioſus Confessor Auitus, contra voluntatem suam, ad Monasterium reducitur, & iubente Aurelianensi Pontifice Abbas efficitur. Beatus autem Lætus ab eis fuga elapsus, non potest explicari quanto mœrore, super destitutione tam chari sodalis afficiebatur. Non vt eum quasi solum terreret heremus, quam adire concupierat sed

rat ; sed hunc talem ac tantum fratrem secum trahere, & in via Dei socium habere exoptabat. Et quia ad Deum tota mente tendebat : ne ad eum solus veniret, vehementer ambiebat. Scriptum enim meminerat? *Qui audit, dicat, veni.* Sed cum videret socium se habere non posse, solus per solitudinem piæ conuersationis, properabat venire ad terram repromissionis. Vt illud vere decantare posset Apostoli. *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Disponens itaque rursus in remotiora secedere. Sancto spiritu sibi ducatum præbente, Ligeris alueum trâsit, & ad locum qui antiquitus est Inatoria appellatus peruenit. Qui locus longè à ciuitate remotus; omni erat hominũ habitatione destitutus. Sed & silua quam [1] Logium incolæ vocant, hinc & indè, tunc temporis circumfusa, nulla admittebat viatorum vestigia. Vnde potius exilium, quam heremi videbatur præstitisse latibulum. Vbi exiguæ quantitatis extruens tugurium, vero ac viuo Deo propensius exhibere curauit, deuotæ seruitutis obsequium, solitariam agens vitam in eodem loco non exiguo spacio temporis. Qui deinceps reliqua ætate sua, [2] nihil aliud in cibo nouit, præter id quod spontè profert humus. Præterea ipsam aquam quam nulli mortalium naturæ ratio vetat, statutis diebus, cum mensura etiam accipiebat. Recolens namque priorum patrum laudabilis vitæ propositum, quæ legendo & audiendo compererat, toto nisu mentis adimplere studebat. Ideóque sitibundus, eorum virtutes æmulabatur, quorum exempla & institutionem didicerat. Sanctus quoque Spiritus, cuius ipse templum effici diuinitùs meruit, ei cooperator in omnibus extitit. Vnde quia tantum mansorem habere meruit, & Angelicam vitam. inquantum humana fragilitas permittebat, imitari studuit : liquet profectò, quia idem vir Domini, iure, Angelico aspectu simul & affatu, perfrui meruerit. Quorum subnixus auxilio, verè fatendum est, quia interdum ipsa sui corporis claustra, per celsitudinem contemplatiuæ virtutis excesserit: & ad speciem diuinæ visionis, quantum potest homo mortalis peruenerit. Iustum etenim fuerat,

Apoc. 22.17.

Heb. 13. 14

1 Logium, locus in silua Aurelianensi: nunc S. Latus.

2 Mira. S. Lat. austeritas

vt

vt eorum inhæreret collegio? quorum munditiæ concordabat, adhuc degens in seculo. Mundanas siquidem illæcebras spernens, Deum solum sibi Patrem acceperat; & vt verus Leuita, nihil terrenæ hereditatis, possidere curabat.

Energumenum liberat S. Læt, & mundo manifestatius, plures Ægrotos sanat.

CAPVT VIII.

CVm igitur ad videndam faciem Creatoris eius animus inardesceret, suæ sacratissimæ conuersationis insigne, tanto studiosius laborauit occulere; quanto festinabat ad altiora virtutum prouehi. *Proverb. 18. 17.* Et quóniam *Iustus in principio accusator est sui*, ex humilitatis consuetudine, se miserum consueuit appellare. Sed quanto plus deiiciebat se, tanto magis eum virtus sublimabat conscientiæ, fugiens quippe gloriam: merebatur ampliorem. Quæ videlicet virtutes prosequens, dum sui appetitores deserit, merito contemptores appetit. Hinc itaque contigit, vt beati Læti gloria quam occultan lo nolebat agnosci, diuino nutu diu celari non posset; quatenus eius sanctitatis meritum, plurimis fieret adiumentum. Cuius salubris manifestationis causa, salus extitit cuidam Dæmoniaco per eum concessa. *Matth. c. 8.* Is namque miserabiliter à Dæmonio agitatus, nulla manebat in domo, sed penè illi similis Euangelico, per deserta & monumenta discurrebat, huc illúcque vagando. In tantum enim inimicus hominum, plasma Dei sibi fecerat obnoxium, vt quoscumque obuios haberet, morsu dentium secundum quod valebat appeteret. Dum ergo tali peste detineretur, placuit Diuinitati supernæ, vt errabundus deueniret, vbi vir Dei demorabatur in solitudine. Qui assistẽs ostio cellulæ inclamare cœpit eum (quasi notum haberet) ex nomine. Leuita Christi Læte aperi ianuam ostij; vt ad te valeam ingredi. Cogitans vero glorioſus Confessor Lætus, ne forte esset aliqua maligni spiritus tentatio (neque enim solitus erat, ibi

Sancti dum insidias Sathanæ verentur, adorationem cõfugere solent.

ibi audire vocem hominum) solo corpus strauit; & orans ad Dominum dixit. Domine Iesu Christe, vnici Patris, vnice, lux vera de vera luce, cuius prouidentiam nemo potest fallere, ostende quæso michi misericors, quid sit quod audio. Facta autem oratione, exurgens a terra, aperuit ostium cellulæ. Statimque apertius se denudans, cœpit Dæmon per os hominis dicere. Leuita Christi Late, parce michi misero, orationibus tuis igneis catheuis iam ligato. Ex quo enim cepisti orare, magis vror, quam videar vrere. Figmentum Dei tui quod temerarius inuasi, fateor delerere volo, sed nullatenus michi permittitur absque tuo Imperio, detineor ad pœnam, dum imperare differs vt exeam. Tunc sanctus Latus intelligens hominem à dæmone vexari, Ait. Præcipio tibi repertor omnis maliciæ, vt exiens, imaginem Dei non præsumas captiuare. At ille continuò cum vlulatu ingenti, ab eo exiuit. Quæ curatio tanta potestatis auctoritate prouenies, liquidè satis indicat, quàm Deo accepta, quàm simplex eius conuersatio fuerit. Cui etiam in mandatis dedit, ne vsquam factum propalaret. Nolebat enim prædicari aliqua miraculorum exhibitione: ne manifestat⁹, à plebe frequẽtaretur. Sed ille quem libertati reddiderat, impulsus voluntate Dei, beneficium quod acceperat, etiam volens celare, non potuit.[2] Pergens itaque, ferè vniuersis partibus illius regionis, Confessoris nomen diuulgauit & meritum. Qua fama acciti, cœperunt ad eum vndique infirmi confluere. Qui etiam illorum compatiens miseriis, orationem ad Dominum fundens pro illis, per manus impositionem sanos reddebat: Nulla autem infirmitas ibi locum habuit, vbi beat⁹ Lætus vim orationis adhibuit. Adeo excreuerat fama virtutum eius, vt venirẽt ad eum personæ Nobiles eius se commendantes orationibus. Et afferentes ei necessarios corporis cibos, rogabant vt vel ex parte, oblatis frueretur. Verum ille, ad præscriptum cibum recurrens, quæ afferebant dona, dabat egenis: vtrisque consulens, & illis orationem, & his corporis substantiam impendens.

2 *Egros multos curat.*

S. La

S. Lætus obitum suum præsciens, ad Deum migrat.

CAPVT IX.

AVdiens itaque Abbas Triecius tantis eum fulgere virtutibus, venit ad eum cum grandi Monachorum multitudine. Quibus susceptis cum gratiarum actione: iam edoctus a Domino instare diem suæ vocationis, ait Abbati hilari voce. Benè venisti virtutum magister, quem exoptabam videre, priusquam morerer. Tu michi dux fuisti ad vitam, tu me præmittes, vt Christus mihi reuelare dignatus est, ad gloriam. Imminente enim die dominica sicut ab ipso totius sapientiæ didici auctore, oportet me laborioſi seculi certamina deserere. Qua propter obsecro meis petitionibus obaudias, & terræ terram in sepulcho quod mihi præparaui, sepeliendo committas. Quo senex audito: fleuit amare, & benedicens Dominum qui eum discipuli non priuauerat visione, affuturum se spopondit. Quid multa? Venit dies Dominica eius, diuinitùs præfixa occasui, affuit (vt ab ipso postulauerat) & Abbas Triecius. Exitum ergo suum gloriosus Leuita, Dominici corporis & sanguinis perceptione muniens, totisque ex præcordiis Dominum fontem aquæ viuæ desiderans, illud Dauiticum lætabundo animo decantabat. *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Et residua parte corporis iam penè exanimata: illos fabatur versiculos. *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima mea, in atria Domini.* Erectis autem in cœlum manibus, stetit: & inter verba orationis spiritum cœlo, corpus terræ humandum tradidit. Excedens igitur à sæculo beatus Lætus octauo Idus Nouembris, mæstos homines, lætos reddidit Angelicos ciues. Quem vir Domini Triecius, in præparato sarcophago, expletis omnibus quæ debentur funeri, collocans, ad propria pro morte tanti filij mœrens est reuersus.

1 *Dies Dominica.*

Psal. 41. 2.

Psal. 83. 2.

Corpus

Corpus S. Lat', Pulueren transfertur, atque miraculis splendet.

CVPAT X.

IAcuit autem sacratissimum corpus eius in eodem loco multis annis, pio Domino publicante dignitatem eius sanctitatis. Verum postea beatæ memoriæ [1] Hermeterus Aurelianensis Ecclesiæ Episcopus, diuino admonitus oraculo, transtulit tam sancti glebam cum summo honore ad Pulueris Castrum, conuenientibus etiam vicinis Episcopis, & fideli populo. [2] Vbi fabricata condigna meritis eius Basilica, facta sunt operante Christi gratia, multa virtutum miracula. Ex quibus pauca (ne fastidium lectori ingerere accusemur) ad presens retulisse sufficiat. Inter que illud tacendum omnino iniustum credimus; quod referentibus qui interfuere religiosis audiuimus. Quadam namque die, dum cultos sub titulo Sacerdotij seruiens beatissimi viri Glebæ, [3] ad exequenda mysteria sacra, se præpararet; defuit vndè manus ablueret aqua. Veritus autem vt potè religiosus sacra attingere, illotis manibus; puerum mittit vt citius aquam deferat, qui continuo accepto vrceolo & reuti, ad puteum cucurrit. Cumque pronus, lætitiæ incumberet ore, infertúmque funi vasculum, in aquam vellet deponere, putei profunditate territus, pede lapso ad inferiora cecidit. Quod nimirum fuisse constat antiqui hostis dolosa infestatione, Videlicet, vt & legatum repentino feriret interitu; & Sacerdotem fatigatum diu præstolando quem miserat, reuocaret a diuini Sacramenti cultu. Verum eius peruersitas in triumphum versa est Confessoris, Domino magis eius merita publicante. Nam puer labens in præceps, inspirante totius bonitatis spiritu, clamare cæpit, sancte Late adiuua me. Mox vt periclitans hanc vocem protulit, inuocatione tam clari nominis, Diuinum sibi auxilium. Nam, vt ipse aiebat, cuius ætas adhuc nihil talis figmenti, excogitare poterat, [3] Visum est sibi dum laberetur, quod veluti quodam fultus subsidio, molli

1 *Hermeterus Aurel. Episc.*

2 *Corpus S. Lati, ab Hugone Gallice Flauers.*

3 *Ablutio manuum ante Missam.*

 descen

deſcenſu in profundum vſque veheretur. Vnde, quis eum dubitet morti fuiſſe eius ſublatum beneficio, cuius in tanto diſcrimine meruerat recolere vocabulum. Quid enim ibi nocere poſſet gehennæ ſatelles, vbi inuitabatur cæleſtis incola curiæ? Quid multa? Nunciatur Sacerdoti puerum in puteum cecidiſſe, qui tali permotus nuntio, ad puteum cum omni qui aderat populo venit. Iamque ſolum cogitans de ſepultura, antequam propius accederet, audiuit ingeminari, Sancte Læte adiuua. Sed retractans apud ſe baratri voraginem, atque anguſtias, nil de eius quem querebat vita ſpei habens; putabat ſe alicuius vocem audire. Igitur dum propius accedens, diligenter attenderet quænam eſſet illa vox, introſpectans, videt eum cingulotenus in aqua ſtantem, libera voce ſuæ ſalutis inuocare cuſtodem, cum intelligens quod ipſius quē inuocabat precibus viueret, Domino gloriæ gratiarum perſoluit actiones. Nec mora, diuulgatur per oppidum tantæ virtutis fama. Concurrunt omnes ad puteum beneficium cæleſte viſuri, vt quot intereſſent, prefatæ rei ſpectato res, tot fierent poſt modum ad laudem Confeſſoris certiſſimi teſtes. Extrahentes itaque de puteo puerum, contemplabantur eum, quod neque in capite, neque in vllo alio membrorum colliſionis aliquod ſignum appareret, ſciſcitantes quonam modo ſic liberatus eſſet. Quibus etiam per ordinem vt ſupra relatum eſt, omnia manifeſtat. Hilares ergo facti, procedunt ad Eccleſiam, tàm fido cuſtodi, ſe ſuáque committentes. Redduntur Trinitati laudes indiuiduæ, in toto orbe fit celebre nomen Confeſſoris, miſſarum celebrantur ſolemnia, conculcata delatoris inuidia. Sicque factum eſt vt populus duplici lætaretur beneficio, & ſaluatione pueri, & diuini perceptione ſacramenti. Inuenitur etiam in geſtis dicti Confeſſoris Læti [7], Oldorico morum honeſtate præclaro iam in cathedra Aurelianenſi Preſidente, miraculum aliud ſpectabile. Erat enim in prefato Pithueris oppido iuuenis quidam, ab ipſo matris vtero perfuſus, ſurdus & mutus, qui Diuino agitatus ſpiritu, ad Eccleſiam beati Læti cæpit ſubito currere. Et

7 Oldoricus Epiſcopus Aurelianenſis.

appro

appropians altari,deoſculabatur feretrum , in quo iacebant oſſa Confeſſoris , ſtatímque ſanus effectus eſt, glorificans Deum. Et vidétes qui eum prius nouerant, mirabantur , tàm Clerici quam laici Deum magnis vocibus collaudantes. Eiſdem quoque diebus, allatus eſt ad eundem locum puer inualidus. Cui innata debilitas,adeo excreuerat , vt baſibus diſſolutis , prorſus ambulandi amiſiſſet officium.Crura quippe eius adeo erant mollia,vt putarentur veluti quædam caruncula eſſe: nichil habentia oſſium. Sed & reliqua pars corporis omnino erat inualida. Hic igitur adductus,collocatus eſt ante fores dicti Confeſſoris, vbi ſuſtentatus memorati Pontificis alimonia , expectabat dari à beato Læto ſuæ infirmitati ſolatium. Aduenientе igitur [5] ſolemnitate omnium Sanctorum , viſum eſt eiuſdem pueri parentibus, vt filium ante glorioſi Læuite Læti tumulum exponerent. Qui expoſitus,aſtante Oldorico Pontifice , & maximo conuentu populi, munus cæleſte perſenſit. Nam poplitibus qui ſuperiori parti adhæſerent , protenſis,pedúmque baſibus in eundi vſum Diuina virtute ſolidatis,qui penè mortuus in deſperationem vitæ venerat , paulatim ſe erexit, & per ſalutiferam ſancti Læti orationem,mox ire cœpit. Ingeminatur cunctis lætitia , dum in vnius infirmi perſona , gemina oſtenſa ſunt miracula. Languidus enim ſanitatem recepit, & claudus liberam ambulandi facultatem. Per Dominum noſtrum Ieſſum Chriſtum , cui eſt honor & gloria , cum Patre & Spiritu Sancto,Per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

[5] *Solemnitas Omnium Sanctorum.*

Explicit Vita S. Læti Monachi, Leuitæ & Confeſſoris, cuius nomine eſt inſignis vicus in veteri itinere Aurelianenſi ad Lutetiam Pariſiorum , in quo eſt Sacellum quod incolebat,eius fons, ac Sepulchrum , intra quod ipſius corpus longo tempore iacuit , antequam Pithuerim transferretur: quod frequenti concurſu fidelium honorari ipſi vidimus , & Dei munere multoties honorauimus.

Digitized by Google

BEATI ROBERTI
SALENTINI ORDINIS
SANCTI BENEDICTI,
Congregationis Cœleſtinorum,
Vita, Ioanne à Boſco Pariſienſi, ac Cœleſtino
Authore.

Ad D. Celſum Amerigum Romanum, ac Cœleſtinum.

Reuerendo Patri D. Celſo Amerigo Romano Generali, totius Ordinis Cœleſtinorum Procuratori I. à Boſco Cœleſtinus. S.

Vi te norunt (Reuerende Pater,) non poſſunt quin te amore complectantur, ob præclaras animi dotes, quibus te Deus Optimus ac liberaliſſimus, tam profuſè ditauit, vt ſi Patrem agere liceat, noſtræ Congregationi quandoque maximum atque eximium ſplendorẽ ſis allaturus, ob id præcipuè & ſumma voluptate afficeris, dum noſtratium veterum Patrum præclarè acta recitare audis, téque in omni tua vita inſtitutione, quantum ad illorum imitationem comparare ſtudes, quæ duo, Natura & Pietas, tibi fausto felicique Omine, honoris culmen portendunt: ad quod ſola virtus, in omni benè inſtituta Repub. viam ſtruere conſueuit. Quo pede cœpiſti (Amabilis & Amate Pater) ſic benè sẽper eas. CELSIQUE vt nomine es, ſic eſto religione, ſic moribus, ſic ingenio. Eris vero, ſi ab illorum (ab quibus noſtra floruit & effloruit Congregatio, tramite, non recedas: inter quos non infimum

mum locum obtinet, beatus Robertus Salentinus, cuius vitam noſtratûm quamplurimis ſolo de nomine agnitam, è latebris eruo, inque iuſtam gratiam, quem didici ipſam ardenter percupere, ante omnium oculos coniicio. Vt vel tantillus hic meus labor, atteſtetur meo erga te ſtabili inconcuſſoque amori, Quem tua humanitas atque propenſum in me ſtudium, undecim iam annos alnit fouitq; quémque præclara vitæ tuæ ratio, ac religioſorum morum excellens dignitas, æternùm alet ac fouebit, ad illius gloriam in quo te diligo, méque viciſſim ipſe in bono diligis. Quod perpetuò facias opto. Vale.

Lugdu. Idib. Septemb. 1605.

B. Roberti ortus atque pueritia.

CAPVT I.

VEritatis veraciſſima relatione ſcimus: Arbores bonos, fructus ſuaues proferre conſueuiſſe. Ob quam rem nihil mirum fuit: ſanctiſſimos atque piiſſimos Roberti genitores, tam præcioſum edidiſſe palmitem. Ipſius Patri[1] Thomaſius nomen fuit: Matri vero Beneuenuta, Salenſis oppidi in Apprutio ambo incolæ, quo etiam loco Robertum natum fuiſſe conſtat: ob quod Salentini cognomen, illi attributum narrant. Hi Deo deditiſſimi coniuges, Catholicis piis ac deuotis operibus, præter ſuos ciues adeo enitebant: vt ipſorum domus aduenarum eſſet iuge hoſpitium: eorúmque facultates cunctæ, pauperum vſibus forent aſcriptæ. Beneuenutæ porro in Deum feruor mirus extitit: quę a beato Petro Cæleſtino, qui tunc temporis florebat, edocta: quot annis tres quadragenas, atque ſingularum hebdomadarum quartam ſextámque ferias, ſola panis & aquæ epulatione contenta, ieiunabat, horas canonicas Sacerdotali more quotidie recitans, præter

1 *Thomaſius Pater, S. Roberti, & Beneuenuta mater.*

binam Pſalterij Dauidici lectionem, quam deuotiſſimè atque religioſiſſime à Dominica qualibet in Dominicam, ſine vlla intercapedine abſoluebat. Quibus ſtudiis dum mulier aſſidua eſſet: contigit ipſam vterum geſtare, partuíque Roberti, cuius vitam pertractamus, vicinam effici: Ante cuius ortum, genitrici viſum: Sphæram quamdam ſe è vulua emittere, quæ totum orbem cingeret, atque ambiret. Quæ res abſque dubio, fœtus ſui magnitudinem, in omníque ſanctitate excellentiam portendit. Nato itaque Roberto, ſenſim piorum parentum veſtigiis inſiſtere illum cuncti liquido aduertêre: ita vt eximiam vſque ad ætatis ſuæ annum quintumdecimum innocentiam, ac morum puritatem, præ ſe ferret. Aſſidua animi contentione, cõcupiſcentiæ iuuenilis fræna cohibens, ac ſtrenuè ad virtutis arcem anhelans. Poſteaquam vero Clericus effectus, ac aliquali literarum notitia tinctus, miniſterium iuge ac penè continuum, Eccleſiæ oppidi Salenſis exhibuit: mente pertractans Euangeliorum ſacrorum, aliarumue diuinarum lectionum ſenſa, quibus vti incentiuis ad perfectiora prouehi poſſet, ac minimè nuda ieiunáque rerum ſacrarum, aut plerique, contentus theoria, etiam intellecta ad praxim deduxit. Quadam namque die, dum quiſpiam furoris œſtro percitus, porcum ſororis ephœbi adhuc Roberti, in agro aliena olera depaſcentẽ repertum, trucidaſſet: fœmineo illa dolore ſtimulata, occiſum ſuem arripiens, ante interfectoris fores proiecit, qui ob id efferatus magis, mulieris in faciem validè illum illiſit, ob quam rem, ipſa ad fratrem ſuum Robertum quærelam detulit. Qui lenibus verbis ipſius iram ſedans, Agam, inquit, ſoror, quod è re videro: dabóque operam, vt ipſa placeris. »

Adueniente itaque Dominica ſequẽte, dũ de more Robertus ſacris miniſtraret: accepto à Sacerdote pacis oſculo, ante omnes, viro qui ſororem iniuria affecerat: ipſe pacis amator, primus oſculum detulit, & leniter obtulit: manifeſtè indicans, *quod ab infantia ſua, creuerat ſecum miſeratio.* Et quod veritatis ſectabatur veſtigia: quæ inimicos diligi cõſulit: non odiri.

Iob. 31. 18.

Ipſo

Ipſo tempore audita celebri fama arctiſſimæ vitæ, quam beatus ducebat Petrus Cæleſtinus : nec non comperto ipſius virtutum , grauitatis morum , ac religionis ab eo inſtitutæ, obſeruantiæ ſplendore, ipſum degentem apud montem Orphontis, ſupplex Robertus adiit: eique facta peccatorum ſuorum confeſſione, atque ab eo conſecuta abſolutione , ſuæ mentis arcanum , quo mundo nuntium remittere ſtatuerat, detexit. Cui vir ſanctus , conſuluit alicuius ab Eccleſia approbati ordinis , habitum aſſumere. Ad quem
" Robertus adoleſcens, ſpiritu feruens inſit. Proculdu-
" bio Pater, veſtræ religionis me ſacer veſtitus adornabit. Exínque domum repetens, tam excelſa morum venuſtate atque grauitate reſplendebat: vt cuncti præ
" admiratione ſtupentes , dicerent. Verè hic Adole-
" ſcens, ſuo tempore ſanctus erit : húneque ſanctitatis titulo , Sanctucium patrio idiomatæ vocitarent : quo nomine ſemper in poſterum, illum Diuinus Pater Cœleſtinus nuncupauit. Elapſis igitur aliquot diebus, dum matri conuiueret : ſtantémque eam in thalamo ac ſolam optimè ſciret : miratus eſt eam cum alia aliqua perſona colloquentem, audire. Quam dein reuerenter interrogans, ad ipſam dixit. Cum quo ó mater
" antea loquebaris ? At illa. Cum beata, ò fili, Virgine
" Maria. Quo verbo, mirum in modum Optimus ado-
" leſcens ad pietatem ſuccenſus fuit.

Robertus ordini Cæleſtinorum aſcribitur ; in quo duram vitam exigit : ſanctúmque Petrum ad Cœlos euntem reſpicit.

CAPVT II.

DEcurſis vero domi pueritiæ annis , cum iam ſibi ſuccreſcere à carne & mundo bella perſentiſceret, ſtatuit ſarcinam omnium rerum à ſe excutere, vt Chriſtum liber aſſequeretur : ob idque diuenditis relictiſue cunctis propriis facultatibus, ad beatiſſimum Petrum Cæleſtinum aduolauit : à quo habitum Cæleſtini Ordinis conſequutus , ipſius mores ſibi veluti

Digitized by Google

ſpeculum conſtituit: ad cuius intuitum, ſuam ipſe vitam componeret. Ab initio ſuæ conuerſionis (dictu mirabile, & penè viribus humanis importabile) nulquā vitæ aſſumptæ rigorem, ſanus vel infirmus ſoluit atque remiſit: qui adeo ſeuerus fuit, vt vix alicuius ſancti abſtinentiam eum aut adæquaſſe vel ſaltem preteruolaſſe compertum ſit. Etenim exiguo pane, penéque ponderis vnciarum octo, atque hauſtu modicæ aquæ, vitam cotidie ſuſtentabat: quam panis aquæve menſuram, ipſe à Chriſto didicit. Siquidem dum quadam die ſub ſerotinis horis, orationi ſtrenuè incumberet, paulo poſt monaſtici habitus aſſumptionem: ectaſi non ſomno perfuſus, vidit ipſum omnium ſaluatorem, cum ſuis diſcipulis ad menſam recumbentem, atque eorum cuilibet panem circiter octo vnciarum præbentem, quo comeſto, potum ipſis Redemptor propinabat aquæ: in ea quam ſibi præfixerat Robertus quātitate. Quod is ſagaciter expēdens, hanc menſuram, intellexit naturæ neceſſitati, ſufficientem forè. Ac licet aliquando cum fratribus menſæ communi accumberet: nullo tamen poſtea pacto, indictam ſibi victus menſuram præteriuit. Sed & meliora ſemper æmulatus charitmata, morum grauitate, mentis charitate, prompta obedientia, atque ſedulis obſequiis, ſilentij ſtrenua cuſtodia, necnon orationis aſſiduitate ita reſplenduit: vt in ſui amorem beatum Petrum Cæleſtinum, tàm vehementer pelliceret: quod cum ſibi contubernalem, toto quinquennio aſciuerit: donec ad apicem paſtoralis honoris aſſumptus, clanculum à cellula cum eo diffugere conaretur. Verum adhibitis cuſtodiis, fugæque vtrique præcluſa via: Ipſe Sanctus Petrus, præter propoſitum, electioni ſuæ moram gerere compulſus, à Roberto ſolerter perquiſiuit, num dignitatis oblatæ, ſodalis vellet eſſe, ac particeps. A quo Robertus effuſis lachrymis atque obſecrationibus, obtinuit: Celiæ potius ſancti viri fieri ſucceſſor & ſolitudinis hęres, quam dignitatis commilito. Inque hunc modum remanens in patris cella deuotus filius, diſciplinam ſui Doctoris eximius ſeruabat diſcipulus: ieiuniis atque orationibus iugiter operam,

operam, prout à sanctissimo didicerat magistro fortiter nauans; vsque ad tempus quo Papatui cessit: atque ad Christum moriens perrexit Cælestinus. Etenim ea ipsa hora qua carnis deposuit exuuias: Fratri Roberto oranti atque ecstasim patienti, cucullo indutus candidissimo, stolaque immortalitatis redimitus, vultu sereno apparuit: ipsum amplexu osculóque suauiter demulcens. Quem Robertus ita affatus est. Ergone visum est Pontifici, te ad has oras, Pater, vinculis solutum mittere? Cui Petrus mitti respondit alloquio: id ex Regis præcepto actum fuisse. Et Robertus, iam verò Pater quò abire fert animus? Et Petrus Fili Carissime quandoquidem Regi id visum est: me decet ingentem conscendere montem. Sequar te ait Robertus, ô Reuerendissime Pater, nec à te diuelli patiar. Non iam, inquit Petrus, non iam: at postquam merita nactus fueris ampliora. Quo igitur gradum figam, respondit Robertus? hic in Cella remane, quiesce, stáque in pace ô fili, dixit Cælestinus. Túncque ad se reuersus Robertus, vidit soluto cellæ laqueario, tectóque disrupto: ipsum Patrem sanctissimum cælos conscendere, & quarto ab hinc die, didicit eundem Patrem, debitum soluisse naturæ.

Vita S. Roberti ratio, ac ipsius in imitanda Christi passione, peruigil studium.

CAPVT III.

COnsuetum erat licet huic beato Roberto, assiduè intueri Deum, aliquãdo tamen altero conspiciebat in proximum. Nam scala virtutum, ascensus est contemplatione ad Creatorem: descensus vero compassione ad creaturam. Ergo dum beatus Robertus moram gereret in cœnobio sancti [1] Georgij de Rocha Mauritij vel Morici: cellam inibi sibi constituit, in qua soli Deo vacans, per duodecim annos se conclusit, nusquam egrediens; prætérquam dum inuitus, de triennio in triennium, necessariò ad publica ordinis comitia, quæ capitulum generale vocant, propera-

[1] *Monasterii Rocca Morici.*

Digitized by Google

raret. In dicta igitur cellula, exercitationi ſpiritali deditus, clam ad carnem, cilicio pilis equorum nodoſis contexto, induebatur: lectíque loco, ei humus nuda erat: vel ad ſummas delicias, remiſſionis gratia, rarò ad tabulam cum ligneo puluinari, oſſa potiùs collidebat, quàm recubabat. Sex quadragenas, omni prorſus humano carens alloquio quotannis ieiunabat: ita vt miniſtro præciperet, in initio cuiuſque quadragenæ, ad ſe nullo prorſus edito ſermone, amphoram aquæ quæ viginti prætaxatas caperet menſuras deferre: atque viginti aliis diebus elapſis, multo ſilentio & taciturnitate, alteram. Vicibus quingentis, intra diem quemlibet naturalem, abſque intermiſſione relaxatione ve, genuflexus Deum Creatorem omnium adorabat. Quauíſque nocte media, excuſſo ſomno, perſolutum Eccleſiaſticas preces adibat: quibus decurſis, ad primam vſque diei horam, qua ſacrum in fratrum cœtu audiebat: proprias offerens Deo orationes, inſomnis cotidiè durabat. Póſtque Miſſam auditam, ad horam vſque tertiam pſalterium relegens, vt tertia aduenerat: explicatis ſacra exemologeſi Presbytero noxis, is ipſe ſacrum agebat: quo perfecto, iterum pſalterium recantabat; donec comeſtionis conſueta nona adeſſet hora. A prandio verò, aut ſcribebat: aut exercitio meliori ſe addicebat: vſque ad veſperarum tempus. Veſperis vero Deo perſolutis, totum ſe orationi & profundæ vſque ad altam noctem meditationi immergebat: quoúſque fatigatum corpuſculum ſomno preſſum, in terram diflueret. Quod tamen corpuſculum, ſepties cotidie aſperrima atterebat diſciplina.

Æſtuabat vir ille ſanctus, mortem pro Chriſto perpeti: verum cum iuſta ad id cauſa, minimè ipſi arrideret: vt potè cui ex ſuorum Maiorum obedientia, nefas erat partes adire infidelium: nullave occurrebat patiendi in Italia Martyrij conueniens & æqua ratio: ſolers tamen, inuenit viam, qua dolores Chriſti in ſua ipſius carne perferret. Egreſſus námque vna dierum cum ſocio, ad expaſcendum meditationibus animum, dum per quoddam cœnobio cõtiguum nemus obambularet:

Digitized by Google

bularet; vidit fortuitò, arborem in Crucis modum penè bifurcam. Ipsa visa atque notata, gaudio gestiens & exiliens, tacitus abcessit: nihil omnino sodali communicans suo. Atque altissimo noctis silentio exurgens, siluam petiit: arborem succidit, & propriis ad cœnobium detulit humeris. Hanc dum deferret, humani generis hostis, canis nigerrimi obtectus specie illi obuius, morsu & procacitate in eum insiliuit: horrendo latratu ipsum territare nisus, molestiisque & dura contentione, ab arboris delatione ferè compescuit. Verum Robertus fide armatus, iam iam hostem adesse cogitans, signóque sanctæ Crucis se communiens, fantasma hoc in auras euanescere fecit: atque arborem detulit, inque cella defixit, positis ex vtraque brachiorum parte cordularum nodis, quibus brachia immitteret: dum in arbore Crucifixi instar se suspenderet. Ipsam ergo arborẽ omni die indubiè ascendens, tamdiu deiecto & demisso corpore toto, in ea pendebat, brachiis intra funes immissis, quamdiu, *Pater noster*, decies recitaret. At ita tractim morosé-que, vt in vno quoque, alter decem persoluere quiret, vnde centies orationis Dominicæ spatium adimplens, instar Crucifixi pendebat in arbore. Quantus vero fuerit iste cruciatus, maximè cum nihil pedibus suppositum haberet: quiuis sapiens apud se pertractet. Prẽterquam namque, quod in tàm horrendo supplicio se ipsum Deo mactabat integrum: in tantum vt non guttas, sed vndas eius oculi emitterent, imo profunderẽt lachrymarũ: omnia eius membra ita sudore diffluebant: vt riuos diceres aquarum, sed & sanctis diuinis consolationibus perfundebatur: vt miraculo diuino in corpore sustentatus, ægrè animam propriam, ne emigraret detinere posset. Quàm vero grata, quámque accepta fuerit Christo Domino, eiusmodi ipsius passionis imitatio; mox post eam patrata, quæ iam explicabimus, indicant miracula.

* * *

Miracu

A limacula malia, B. Robertus paratum omnium fuscitat, ac Christo familiariter colloquitur.

CAPVT IIII.

QVidam Cælestinorum Monachus Angelus nomine, cum beato Roberto apud Cœnobium Rocchæ Morici habitans, fistulam grauem in manu gerebat: cuius curationem cuncti desperarent medici. Verum, beatus Robertus manum ægroti Crucis signo consignans, mox ipsam ex integro sanitati restituit. Quidam alius Cælestino ordini adscriptus, leprosus effectus est: adeo vt omnis circa eum medicorum langueret efficacia: ob quod, Generalis Cælestinorum Abbas, eidem cellulam saparatam, famulumque qui ei inseruiret, ad aliorum euitandum scandalum adsignauit. Hunc beatus Robertus crebrò visitans, ipsius vlcera purgebat: pus eorum atque saniem educebat, & prelabat: propriáque lingua lingebat: eius intuitu qui nostri amore vt leprosus est effectus: in tàm horribiles plagas oscula defigens. Accidit vero, vt ardore charitatis accensus, solito amplius pro eo quadam die feruidas preces emitteret ad Deum beatus Robertus: móxque ab oratione, leprosi vulneribus Crucis signum indidit: eúmque, nulla mora, integræ & perfectæ sanitati restituit. Alter nomine Petrus, ex illorum classe quos Oblatos Cælestina consuetudo vocitat: absque præuia confessione, repentina ægritudinis molestia oppressus, diem clausit extremum. Quo defuncto, eo quod loco oriundus hoc in quo decessit minimè erat: Fratres, eius propinquos atque affines asciuerunt: vt si vellent aduenirent, priusquam humo tegeretur. Insepultus ergo, dum illi aduentarent, à noctis medio, ad horam vsque refectionis sequentis diei iacuit. Verum moras in veniendo nectentibus propinquis, dum prandij adforet hora: Fratres mensæ accumbere beatus præcepit Robertus: remansit vero ipsemet ad cadauer de more seruandum, cum duobus Fratribus: circa illud, psalmos pœnitentiales ac orationes alias Domino

petiol

persoluens. Interea autem, ipsi venit in mentem, horroris damnationis defuncti recordatio: cui compatiens, lachrymas & preces pro eo fudit ad Deum efficacissimas, ac super eum postmodum stans, ita defunctum cœpit compellare. Vis fili Pere, pœnitentiam accipere salutarem? Qui illico respondens, dixit. Volo Pater atque continuo, qui mortuus fuerat resedit: loqui incipiens, ac de suis delictis integram ipsi confessionem agens. Qua peracta, absolutione ab eo consecuta, simulque benedictione, post cruciatum longumque colloquium, ipse rursus se iterum in sarcophagum reclinans, obdormiuit in pace. Quantumuis vero vir beatus, Deo in agendis rebus deserviret: eleemosynarum studiosus, ac de manuteriorum sibi commissorum ordinatione, atque dispositione sollicitus, Martham feruenter imitatus: statuta nihilominus sibi præfixerat tempora, quibus meditationi atque orationi incumberet, ad Christi pedes residens cum Maria: in quibus, si pulsi nè tanto ipsius animæ tubulo perfundebatur: vt iam æternæ dulcedinis nectare, Robertus potatus videretur. Verum, eo quod locus in quo vir sanctus degebat, incolarum vicinia nimia afflueret: ingens turba, ex animi deuotione ad eum confluens, mirum in modum, ipsius sacras meditationes interturbabat. Cuius rei gratia, diuinum præsidium sedulò eflagitauit: cuiusque beneficio, adeo auditu inter orandum meditandumve orbatus fuit: vt si omnis clangor tubarum, sonitusve campanarum orbis vniuersi, ad cellæ ipsius ianua applicatus adforet: nulla ratione in eius aures penetrare potuisset: præter quod, ita à sensibus alienari tunc consueuerat: vt non vocatus, tactusve, sed maximis ictibus impulsus, vix ad se rediret: quamuis ab orationis vel meditationis solutus officio, nullus eo audiendi perspicacia viuacior esset.

Quàm affluenter porro atque exuberanter, diuinis solatiis afficiebatur: vel ex hoc illo conijci datur, quod cum semel ad eum ipsius famulus aduenisset, nunquid ei deesset exploraturus: longo admodum temporis spatio, sustinuit cum eum aliquo alio intra cel-

lam

læ anguſtias colloquẽtem. Qui demirans, quanam ratione, præter conſuetudinem colloquium protraheret: eo tandem finito, ad ipſum poſt petitam acceptámque facultatem irrupit, atque neminẽ reperiens, ab eo, territus, ſumma demiſſione, maiorique inſtantia perquirebat: Cùm quo pri⁹ longos ſermones duxiſſet. Ad quem ille oculis ſerenis, vultúſque ſolita venuſtate & gratia affabilis, inſit. Loquebar fili, cum noſtro omniúmque Seruatore Ieſu Chriſto. At miniſter, " Quo Pater in loco, ſacrati ipſius pedes reſederunt? " In iſto, ait ſanctus, digito locum ſignans. Ex quo ad " quantæ perfectionis culmen euectus fuerit, facilè vi- " deri poteſt.

Hoſpitales domos ſeptem, quatuordecimque cœnobia ædificat.

CAPVT V.

FLamma igitur charitatis in eo vires augeſcens, cor eius ita igniuit: vt iam talentum ſibi à Deo creditum, proximis communicare inſtitueret: luménque ſuum cunctis in domo Dei habitantibus exponere decerneret. Ad examen quippe tremendi Iudicis, ſciens miſericordiæ opera neglectui habita, ſeuerè eſſe diſcutienda: ea proximis, vt ſpiritualiter, ita & corporaliter impendere decreuit. Obſtabat interea, cœnobiticum vitæ inſtitutum quod profitebatur, nec humana ratione inueniebat, quomodo obedientiæ vinculis adſtrictus, atque paupertatis onere preſſus: corpoream opem proximis præſtare quiret. At ad Deum fidenter conuertitur, rogat vt quod infirmitas nequibat humana, bonitas & clementia ſuppleret Diuina. Nocte itaque quadam, dum inſtantius Dominum precibus ſuper huiuſmodi animi ſui propoſito fatigaret. En ecſtaſim patienti Roberto, Chriſtus ipſe affuit; qui ad ſe comitantes verſus, ait. An iſte „ ſeruus meus, negligens eſt & piger, qui quingentis „ vicibus, poplitibus flexis, omni die me humillimè ſa- „ lutat? Quem intuens frater Robertus, & optimè „ agno

agnoſcens, ante eum in terram corruens, ſe demiſsè proſtrauit: eúmque adorans, reuerenti voce reſpon-
« dit. Ego ipſe ſum mi Domine. Cui Chriſtus. Aſcende
« in montem fili, tibíque frumentum & oleum dabo: ac
« pro te Chriſtum Ieſum rogabo. Ad quod dictum fra-
« ter Robertus ſubintulit. Tu es Chriſtus, quomodo er-
« go pro me Chriſtum rogabis? Quibus dictis, conti-
« nuò ad ſe reuerſus, incredibili exultans lætitia, peti-
ta & obtenta à Generali Abbate ordinis Cælestino-
rum venia, cum duobus ſociis, ad locum ſancti Petri
Apoſtoli de [1] Monteplano demigrauit. Quo in loco, tantam ipſi rerum copiam Deus adminiſtrauit, vt non ſolum multis ſecum Deo ſeruientibus fratribus, quin etiam cunctis in circuitu patriam inhabitantibus, profuſa adiutorij porrigeret ſolatia. Cœpit igitur exercendæ charitatis cauſa, ſancta plurima extruere loca, Fratrum religioſorum multitudinem ampliare, atque hoſpitales domos inſtituere. Nã quatuordecim monaſteria, à fundamẽtis erexit: Xenodochiáque ſeptem ad integrum perduxit: in quibus poſſet, vtraque miſericordiæ opere adimplere officia. In quorum erectione, atque eleemoſinarum profuſione, & ſi puſillis atque infirmis aliquibus, minimè defuerit, non data, verum aſſumpta ſcandali occaſione: adſtitit tamen famulo ſuo Chriſtus ipſe, portentis ingentibus æquã iuſtámque cauſam ita ſtrenuè propugnans: vt requieſcere in beato Roberto duplicem Heliæ ſpiritum, cordati quiuis fateri compellerentur. Vt vero aliqua de multis explicem. Dum fabricæ vir Dei aſſiduè inſtaret: certatímque fidelis populus largitione bonorum, ipſius animum ſubleuaret: vt potè qui probè nouerat, nihil eum ſuis vſibus reſeruare, ſed liberali manu omnia in pauperum cibos & veſtem profundere: adfuit quidam, ſe mendicum ſimulans. Exuerat quippe clam nouam qua induebatur tunicam, atque eam inter frutcta ac ruborum vepres abſconderat. Igitur cœnobij ianuam pulſat: apperientíque oſtiario, ſe cum viro Dei colloqui, (qui tum temporis in cella ſpiritali otio prefruebatur,) vehementer cupere indicat. Vocatus vir Dei adeſt: quid nam ab eo vellit

[1] *Monaſterium S. Petri de Monteplano.*

Digitized by Google

eo vellit vir ille, ſciſcitatur. Volo inquit, vt Dei amo- „
re, ſolita charitate mihi vt intueris nudo, veſtimen- „
tum impertiaris. Spiritu autem, interius mentem „
Roberti patris illuſtrante Diuino. Sta hic inquit „
amice, confeſtim namque, pro viribus tibi ſubſidium „
impendam. Sterit ille, ſanctus vero ad locum ſecretò
pergens, in quo tunicam ſimulatus mendicus occul-
tauerat, ipſam capit, homini expectanti porrigit: qua
ſe vir protinus veſtiens, vt ipſam ac ſi pro ſe confecta
fuiſſet, ſibi optimè conuenientem vidit: miratus, in-
cipit attentius eam ſpectare, ſuamque vt eſſe aduer-
tit: tanto rubore ſuffuſus fuit, vt mox in effuſam fu-
gam ſe coniiciens, adeo pedes diſcuteret: ac ſi a plu-
ribus perniciter inſectaretur. Alio itidem tempore,
quo beatus Robertus ædificio Baſilicæ Monaſterij
[2] ſanctæ Crucis inſiſteret: Architectoſque, vt formi-
cem abſoluerent, ſedulò adhortaretur: quidam præ-
cipuus operarum Gualterius vocabulo, ab apice
ſummi tecti, in aceruum accutiſſimorum atque du-
riſſimorum, quales humus iſtac gignit lapidum, de-
cidit: atque subito colliſus, loquelam, & anhelitus
reſpirationem pœnitus amiſit. Quo viro Dei nuncia-
to, continuò agili curſu ad locum perrexit: & colli-
ſum amplexans, ac de terra erigens, ait. Noli timere „
fili, iam enim liberatus es. Mirabile dictu. Subitò
abſque mora & colliſione vlla, qui defunctus repu-
tabatur ſe eleuans, iterato ad opus conuolauit.

[2] *Monaſterii S. Crucis.*

Hoc in eodem loco, dum ob Monaſterij fabricam
ſub quodam ingenti ſaxo effoderetur arena: & illud
ſaxum ex omni iam parte excauatum fabros fodienti-
bus imminentem de proximo ruinam minaretur: ſta-
ret tamen firmiter, Diaboli vt creditur arte fraudé-
que, ad cuiuſpiam interitum, Diuinitus vir Dei Ro-
bertus periculum præſenſit, atque præuertit. Etenim,
vna dierum ſubitò Miſſa peracta, quodam fratre no-
mine Antonio comitatus, velociſſimè ad ſaxum cu-
currit. Ante quod cum appuliſſet. Viden-ne. ait „
aliquid ſupra lapidem? Antonius reſpondit, nihil ec- „
quidem. En huic inſidet Diabolus. Inclamánſque „
operam, qui ſubtus arenam effodiebat: feſtinus ve-
lòxque

lóxque inquit abſcede fili. Erupit homo,& cõfeſtim, lapidem ſigno Crucis. In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti conſignans, ſaxum nullo humano adhibito impulſu corruit.

Beati Roberti maxima miracula.

CAPVT VI.

SVb eadem tempeſtate. Idem beatus Robertus, ſtationem ſibi aliquanto tempore, apud locum ſanctæ Mariæ de Lamia, ad pietatis exercenda opera conſtituit. Vbi dum lapicidæ, ad limen Baſilicæ exornandum, ingens ſaxum excíderent: iámque media parte, à rupe euulſiſſent, laſſi ſubſtitére. Interea accidit, vt beatus Robertus celebrata Miſſa, baculo præ corporis debilitate ſubnixus, ad eos inuiſendos properaret. Cum ſubitò, ſaxum illud ingens, ac ſi viri deſiderio annuere percuperet, à loco ſe abripiens, in præceps deſiliit: terribilibus deſultibus, ima viæ qua vir Dei aſcendebat, expetens. Animaduerſo Robertus periculo, fugæ preſidium cápeſſit. At Deus ipſe, vt ſeruum ſuum doceret, ſpem in diuino cõſtare præſidio, ipſius fugientis pedem, acutiſſima pungi ſpina permiſit: cuius ictus dolore, in terram corruit. Lapis vero ſubito longè à ſancto in decliui ſubſtitit, ac ſi in terram profundius defigeretur. Subſtitit inquam, ſuper propriam longitudinem, quem multorum quantumuis ingentes vires, minime ſiſtere quiuiſſent, At dum ſe vir ſanctus erexiſſet, inque auium locum ſe paululum ſubduxiſſet: continuò, per ſe ſaxum curſum repetiuit: donec in ima dilaberetur.

Cum quadam citam vice, inter pauperculos fratres, beatus Robertus, Deo apud Cœnobium ſanctæ Crucis famularetur: Contigit accumbentibus ad menſam fratribus, panem deficere. Cuius ob defectum, Cœnobitæ in murmura reſoluti, vir Deo fidens, ad illos conuerſus, placido & tranquillo vt eſſe ſolebat vultu, dixit. Iactate amici cor veſtrum in Domino, cum eóque voluntariam inopiam ſectamini:

ſtatim námque, vobis compatiens, ipſe neceſſaria „
quæque larga manu ſuppeditabit. Dixit. Et vix finem „
verbis impoſuerat. Cum ecce homo facie rutilans, triclinium intrat, pulcherrimos recentéique panes pro edentium numero, ſingulis ſingulos, hilariter & iucunde porrigit. Poſt hæc, cum vir beatus ingentem fratrum multitudinem adunaſſet, quos optimis moribus inſtituebat: aſinóque inſidens, viſitatum eos, qui apud Guilonisium ſedem fixerant, vt aſſolet, pergeret: ſudúmque ac rutilum cœlum, & nullo nubis velamine obſcŭrum, cuncti intuerentur: ad ſodales verſus ait. Iſta die, choruſcationes, nimbi, grandines, tempeſta- „
tes ac tonitrua, nos opidò inuadent fratres. Benedi- „
ctus vero Deus, qui per Archangelum ſuum Gabrie- „
lem, noſtra tuebitur corpora: illæſosque nos omnes „
faciet euadere diſcrimen. Vix verba finierat, & ex tem- „
plo ab Aquilone, à quo gelu oriri expandíque ſolet: nubecula paruula aſſurgere cœpit, quæ ſenſim excreſcens, cœlum vniuerſum obuoluit: dein tonitrua inſonant, emicant fulgetra, aquáque grandini horrido mixta, effluit copioſa. Quæ videns Robertus „ exiliit aſino: fratres adhortans, Oremus ait dilecti. Ac mox, „
cum ipſis in terram ſe proſternens, manibus ad ſydera erectis valida, & acuta in cœlum preçum emittebat iacula. Perſeuerantéque eo in preces, reſiliit grando, retroceſſit nubes, viam qua venerat iterum carpens. Stupendúmque: quod cum in circuitu grando & aquę colluuies, cuncta operuiſſet: ſolum illud exiguum quo cum fratribus ad orandum vir Dei procubuerat, in pluuium atque ſiccum remanſit. Quo peracto, fratribus ait. Iam in pace pergamus. Progredientibus ve- „
ro illis, tantam támque denſam grádinis molem repererunt: quod inſtar niuis eam calcantes, talis eorum ſupereffluebat.

Contigit quandoque virum Dei ad Aquilam, cum quibuſdam fratribus, ob neceſſaria quædam ordinis negotia proficiſci: inter eundum vero, hominem contra legem in boue & aſino arantem, conſpexit. Quem „
adhortans ait. Cur ô homo, iniuriam aſino facis, illum „
æquans boui, cum in arando ſimilem haud poſſit per-

Deut. 22. 10.

peti

« peti laborem? Cui dum respondéret homo, quod pau-
« perie coactus id ageret. Vir sanctus intulit. Quantum
« pro emendo boue altero, vt cum duobus ares, est ne-
« cessarium? Cui ille, Augustale vnum, Domne mi, suffi-
ceret. Illicò vir benign⁹, socio qui a fidelibus oblatos,
in ipsorum vsum pauperúmque subleuationem, nun-
mos gestabat, imperauit, vt homini, Augustale lubens
tribueret. Quod & peregit: sed tamen tacito intra se
« murmure, factum carpebat beati Roberti. Cuius co-
« gitationi, vir diuinus, in hunc modum palam respon-
« dit: Ne oro frater dolore afficiaris: nam magis paupe-
« rum quàm nostri causa, fideles nobis pecunias ero-
« gant: neue timore vexeris. Diues quippe Deus est,
qui nostros scit vúltque supplere defectus, ac citò
tuum pecuniis replebit marsupium. Quibus dictis
iter accelerantes, eminus ad se quosdam mercatores
accedere viderunt. Quorum aspectum vir beatus ef-
fugiens, ne suo itineri moras necterent, paulo à via se
subduxit. Pergentes ergo & obuiós quosque de fratre
Roberto scisitantes, necnon cunctos viæ contiguos,
audierunt, quod in via cum sociis, ipsum debuerant
reperiisse. Nouissimè vero repertis duobus Ordinis
Magellensis, hoc est Cœlestini, Monachis, ipsisque de
« beato Roberto, perquisitis, audierunt. Hic quem quæ-
« ritis, modico interuallo vos præcedit. Igitur gradum
vertunt, & festinis passibus Dei virum inequuntur &
assequuntur, atque clam cunctos, cum eo de suis exces-
sibus agentes, accepta salutari pœnitentia, post longa
de Deo rebúsque salutaribus colloquia, maximam
• nummorum quantitatem offerunt: atque ita sancto
« valedicunt. Ad quæ, vir Dei fratri ait: Diuinam fra-
« ter agnosce largitatem, nec in opere pietatis, manum
Dei contrahas vsquam. Robertus beatus aliquando
Theatinos fines incolebat, videbátque fidelium maxi-
mam multitudinem ad memoriã beatissimi Michaë-
lis [1] apud Garganum montem, peregrinationis ardore
concurrantem: at eum tædebat loci sterilitatis, quæ
vix tenuem victum, atque exilem alimoniam, aduen-
tantibus ex omnibus orbis Christiani regionibus,
submittebat. Mente igitur anxius, ac de iis sollicitus,

[1] *Mons Garganus à fidelibus frequentatus.*

Digitized by Google

quorum ob amorem ſuus Chriſtus mortem oppetiuerat: in Dei, beatæ virginis Mariæ, nec non Michaëlis Archangeli honorem,adque peregrinantium commodum, domum hoſpitalem in itinere ad Garganum figere conſtituit. Cuius pium ſtudium,ingentibus miraculis, Deus ipſe comprobauit. Si quidem cum ſe in preces dediſſet, vt de cœlo auxilium ad effectum ſui propoſiti obtineret: baculo locum atque ambitum Xenodochij, accitis latomis fabríſque lignearíis deſignauit. Iuſſítque Architectis vt terram ad locanda fundamenta, ſtatim effoderent, atque egererent: fodientésque operarij pulcherrimum limpidiſſimum ac perpolitum lapidem prægrandem & latum, repererunt,ad menſam altaris collocandam: altiúſque ligonibus terram proſcindentes, alterum inueniunt adeò longum,vt limina præclara Eccleſiæ, per ſe magnificè admodum efficere poſſet,cuius intuitus, vſque ad noſtram ætatem, merita beati Roberti conteſtatur.Perfecta itaque eccleſia, lampas vitrea in ea dependens oleo plena & flammis choruſcans, ab alto in pauimentum coram viro Dei, plæriſque aliis adſtantibus, decidit: quæ nec confracta fuit,nec oleum effudit, luménque perdidit. Hopitalis hæc domus in montis dorſo ſeu accliui eſt conſtructa, ob quam cauſam,initio aquis omnino carebat: quod fratres cunctos hoſpitij eis Præpoſitum, mœrore graui conficiebat. Adunati itaque omnes,ad virum Dei veniunt,neceſſitatem quam patiuntur explicant,dicentes. Quid pater nobis agendum, qui aqua caremus? Quibus ille, Ne fratres ſpei anchoram erga Deum abiiciatis,poteſt noſtræ ipſe mederi ſiccitati, Abeunt cuncti. Vir verò Dei elapſis paucis diebus, ambulatum quaſi ad iactum lapidis, ab hoſpitali, pſalmos & hymnos cum ſocio canens, vadit: dumque hac illàcque oculos verteret: inter oppaciſſimos rubos, duas petras ſibi inuicem cohærentes aduertit, & continuò Præpoſito Xenodochij adeſſe iuſſo, ſpinarum inquit ſuccide denſitatem, rolléque lapides: præſto etenim eſt, qui nobis opem ferat, fecit quod iuſſus fuerat, & elegantem puteum reperit. Quod cum viro Dei indicaſſet, auſer ait ille terram

terram,quæ longo temporum vsu,in puteum defluxit. Abstulit,atq; etiam profundius fodit, nullum interea, vel tenuè, aquæ deprehendens vestigium. Qua de causa ad virum Dei iteratò adueniens ipse & cum eo
" alij operæ, dixerunt. Casso profecto pæne atterimur
" labore. Tunc Robertus manus ad cœlum tendens, &
" se intra se colligens, ardenter Deum deprecabatur: vt de rupe aquam educeret, qui olim Mosis serui sui ministerio,sitientem populum potauerat. Et ecce medio Iulio mense, quo in his oris torrente sydere, cuncta exsiccãtur irriguo: aqua clarissima tam copiosè erupit è puteo, quod ab imo vsque ad summum, cubitorum quindecim mensuram exsuperabat. Regressus vir Dei ad cœnobium sanctæ Crucis, aliquando in ecclesia diuinis intentus vacabat, quorum dulcedo in corpus etiam eius redundans,paulatim cœpit in ectasim heri, atque cernẽtibus cunctis,plus cubito à terra in aërem ferri:quo statu diu constitit. Donec illum intuens, ipsius discipulus,apprehensum eum incautè commouit, atque excussit, dicens: Quid hoc est Pater? At illicò ad se reuersus Robertus, discipulum leniter obiurgãs, malè inquit egisti fili mi, nam mente dulcissime in
" Deum iam ferebar. Post hæc ad sancti Ioannis de
" Monteplano monasterium pergens, quadragesimam maiorem arctissimo silentio ibi excolebat: ac cotidie profunda nocte soluto completorio, quadragies Dominicam orationem in laudem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, maxima cordis effusione orabat. Orante igitur eo, & Trinitatem Beatissimam salutante; cogitatio se eius menti ingessit: quomodo Deo in æterna patria adsistentes, Diuina perfruantur visione, quidue agant, Deum dum ita vident ac comtemplantur, Et ecce absque interuallo extra se raptus, & in ectasi positus, alta & sonora admodùm voce, cœpit *Kyrie eleyson decantare*, atque alternando *Sanctus sanctus*, *modulari*. Quo clamore excitati fratres,mox irruunt, quos nec ipse aduertit, ac si iam corpore exemptus esset: Oculis tamen apertis, totam cellam quasi fornacem flammis lucidissimis illustratam videbat, intráque illud ineffabile lumen,Christum Cruci affixum

contemplabatur : viſceribus præ compaſſionis affectu omnino reſolutis. In quem viſus aciem immobiliter defixit, quouſque diuina illa & mirabilis viſio abceſſit, ac tunc primùm ad ſe rediens, à fratribus ſuas exploratas eſſe, atque perluſtratas delitias, vehementer erubuit.

Beatus Robertus ab Epiſcopo Theatino perſecutionem ſuſtinet.

CAPVT VII.

VItabat Robertus Beatus aliorum ſcandalum ſúma animi ſagacitate ; nec tamen vt Dei ſeruus, à perſecutione externa, exemptam potuit ducere vitam. Princeps quippe tenebrarum, ipſius ſanctitatis tabeſcens liuore, grauiſſimorum erga eum odiorum, in corde Theatini Pontificis, ſuperſeminauit zizania. Cum enim non tantum è propinquis locis, verum etiam è remotis valde terrarum ſinibus, fidelium caterua ad virum Dei, eleemoſinis pro ſuorum redemptione criminum onuſti, affluerent : eo quod exploratum cunctis erat, Robertum pauperum plurimos alere, veſtireque greges, hoſpitio peregrinos excipere, nec non maximum Monachorum numerum, qui pro plebis peccatis Deo ſolerter iugia offerebant libamina, adunaſſe. Epiſcopus Theatinus reputans ipſum multas gaſas atque theſauros coaceruaſſe, iubet hunc citari, atque ad ſuam præſentiam ſiſtit : vt ſibi acceptarum a fidelibus eleemoſinarum rationem, à magno iam tempore, nempe à Viennenſi [1] Concilio redderet. Petiitque, vt Canonicam ſibi de acceptis portionem daret : maximè cum plurium teſtamentorum effectus fuiſſet executor, quod tamen à veritatis penitus tramite recedebat, teſtamentis namque nullo vnquam tempore ſe immiſcuerat. Verum Robertus, quia ſtatim accepta in pios profundebat, vti dictum eſt, vſus : nec acceptorum datorumve codicem ſcribebat : Epiſcopo morem gerere, haud potuit. Authoritatem nihilominus Epiſcopalem reuerenter

[1] *Viennenſe Concilium.*

uerenter amplectens, non vermem propriæ conscientiæ pertimescens, Calicem venumdedit: cuius prætium, vexationem redempturus, Pontifici obtulit: atque cum eo de omnibus præteritis cauit. Non tamen Theatinus Pontifex iram remisit, at in cunctis, impulsione Clericorum, quibus videbatur, fidelium erga virum Dei studium, esse ipsorum detrimentum: Robertum, cùm verbis, tùm operibus, grauissimis afficiebat molestiis. Quia vero scriptum est, iræ à iustis locum dari debere, exemplum Patris Benedicti æmulans Robertus, à Monasterio sanctæ Crucis, secessit ad locum sanctæ Mariæ de Lamia, quem ipse à fundamentis erexerat. Nec tamen ipsius absentia, Episcopi animum mitigauit. Cum enim in mandatis habuisset à [2] Ioanne Romano pontifice, vt contra fratricellos iudiciũ institueret, præmissa tamen monitione, quam in Cleri Cœnobitarúmque cœtu, publicaret: hanc ansam vexandi Robertum arripuit: eum iteratò acciri, perquiri: & ad suum tribunal adduci, præcipiens. Vir vero Domini, vt ei Pontificis Theatini edictum innotuit: cum lecto decumberet languore perculsus, socium ad eum direxit. adde, quod perpendebat se Antistiti inuisum forè, & ingratũ. Gauisus ergo Pontifex Robertum non adfuisse, atque hac occasione malitiam suam explere pergens: Romani Pontificis abutens authoritate, in exemptum, sententiam excommunicationis promulgauit. Quo comperto, Robertus intimo dolore affectus fuit: tùm quia claues Ecclesiæ, siue iure siue iniuria prolatas, vti consentaneum erat, suspiciebat ac reuerebatur: tùm quia cum tempus esset quadragesimæ, præter solitum in adeundo Episcopo, oportebat, ipsius solui silentium. Assumpto tamen venerabili quodam sui ordinis viro, Episcopum supplex adiit: absolutionis ab eo deprecaturus beneficium. At Episcopus toruo eum vultu intuens, asperáque & procaci voce lacessans. Hipocrita inquit & simulationis nequam artifex, vt quid meorum Clericorum exhauris eleemosinas? Qua ratione ad peruertendum homines, tot patras præstigia? Quidnam ita solerter, alienas facultates expiscaris? Hæc &

Rom. 12. 19.

2 Ioannes Papa xxij.

alia plurima, & dicentis grauitate, & audientis ſanctitate indigna, Epiſcopus protulit. Cuius furorem Robertus columbina ſimplicitate, affabili atque demiſſo vultu, necnon placida & manſueta mente, deliniens, in hunc modum reſpondit. Bene dicis Reuerende Præſul, ob mea enim peccata, talia multóque duriora perpeti atque audire, & antea promerui: & iam nunc promereor. Móxque ſe ante ipſum in terram proſternens, emendationem delictorum ſuorum ſpondebat: atque abſolutionem rogabat, cum pœnitentiæ iniunctione, ſibi ab Epiſcopo impendi. Hanc verò poſt plurimas preces vt obtinuit: ad Cœnobium ſanctæ Mariæ de Lamia reuerſus, iuxta conſuetum morem, orationi inſiſtebat, Oranti autem, apparuerunt Patres ſui, quorum ipſe cauſam agebat & ſectabatur veſtigia: Beati nempe Benedictus & Petrus Cõfeſſor, inter quos Epiſcopus Theatinus conſidebat. Ad quem aſpero & irato intuitu, conuerſus ſanctus Benedictus ait: Vt quid ô Epiſcope, amatum noſtrum alumnum atque ſequacem, à pacis quiete & contemplationis otio deiicis & deturbas, vt quid illum tàm pertinaciter diuexas, mala malis, & moleſtias moleſtiis, accumulando. Beatus autem Petrus Cæleſtinus interea Epiſcopum lento ictu, tertiò in maxillam percuſſit, dicens ac quintò repetens. Certè Epiſcope, admodum præclarè te in negotio geſſiſti. Horrendum relatu! Compertum eſt manè, Epiſcopi os verſus partem aurium quam ſanctus Petrus ferierat, adeò contortum, vt ipſius facies tota deformis effecta, timore quoſque videntes non minimùm percelleret.

Iterata B. Roberti miracula deſcribuntur.

CAPVT VIII.

CAlamum exceſſerat noſtrum, beati viri in pauperem quemdam benigna miſeratio. Nam dum in cella Patris ſui Cæleſtini, Robertus longo ante tempore pœnitentia laboribus inſudaret: relatum eſt cuidam pauperculo, ipſum eximiæ eſſe erga pauperes

res miſericordiæ. Hic cum filiam ſuam nuptui iam idoneam, cuidam adoleſcenti ſponſaſſet : at rei familiaris coarctatus anguſtia , minimè eius nuptias perficere valeret , fidenter virum Dei adiit : inopiam depromit , atque ab eo ſibi ſubueniri rogat. Quantum
" vero peteret,vir Dei perquiſiuit. Florenus inquit au-
" reus magnus,mihi,pater,ſatis foret. Vade, ait Rober-
" tus , & octaua abhinc die reuertere : nec enim iam in
" promptu eſt florenus quem tibi erogem , diſcedente homine , ipſa eadem die cum vir ſanctus expleta hora nona , ſe in orationem pro hominis paupertate proſterneret : mox è regione ante ſe florenum vnum fulgenti metallo radientem vidit , quem cum gratiarum actione accipiens , venienti condicta die pauperi,libentiſſimè tribuit. Cùm verò Robertus pro officio frequenter Fratres viſitaret , verbo & exemplo deuotioni deditos , ad meliora anhelare ſuadebat: deſides vero atque ſterrentes , aſperius ſermone verberabat. Nam & ſi in exortando exſtaret modeſtus, erat tamen in corrigendo auſterus. Et prudenter ſibi commiſſi pecoris vultum agnoſcens,ſi quandóque diſcipulis diſciplinam infligeret , illíque eam non ita placido & lubenti reciperent animo : ſtatim mutata corripiendi methodo , quos baculo timoris ad officium reducere nequibat : virga amoris leuiter in ſemitã iuſtitiæ deducere ſatagebat,ita ipſos alloquens.
" Certè dilecti Fratres , forſitan diſcretionis limites
" exceſſi , vos tamen eſtote mente tranquilla , & ve-
" ſtros greſſus ſolito cautius atque prudentius dirigite.
" Porro tanto ad animas Chriſti ſanguine redemptas, affectus ardore incendebatur : vt ſi quando videret aliquem per abrupta diſſluere vitiorum, profuſiſſimos effunderet riuulos lachrymarum. Nemini vero vmquam ſubſidium denegauit , cuius rei fidem faciunt, miracula quæ ſequuntur.

Cùm moram faceret in Caſtro Murroni , quidam nomine Robertus de Galterio , tantis furiis in ſe & alios debacchabatur : quod ad retundendam eius peruicaciam , ipſius affines du[illegible] eum vinculis coarctauerant : Ad quẽ,ab illius cognatis rogatus vir ſan-

ctus, acceſſit. Qui fortiter à furente in maxilla percuſſus, ictum patientiſſimè tolerauit: atque ſuper ægrotum librum precum explicans, pro eo Dominum, edito prius Crucis ſigno, orauit. Quo facto vir in ſomnum reſolutus, ſuauiter obdormiuit: ac ſomno excuſſo, priſtinæ mentis integritati eſt reſtitutus. Quædam mulier vocabulo Maria, dum ad matris latus adhuc puerula dormiret, fortuitò, lateris ac manus dextræ vſum perdidit: adeo vt annorum duodecim ſpatio, nihil è dextro latere potuerit operari. Illa autem iam grandior effecta, ad beatum Robertum in Cella ſancti Petri de Murrone ſtantem, accedit, vtque pro ea Deum precaretur, quanta potuit ſedulitate rogauit. Annuit vir benignus, & ad celebrandam Miſſam pro ægrota ſe comparans, abſoluto ſacrificio, mulier ſanitatis optatæ gratiam reportauit. Alter quidam iuuenis dictus Robertus Guillelmi, iudicis Murronenſis filius, à cunabulis in dextro latere rupturam patiebatur, hic poſt plures annos, ab auunculo ſuo, ad beatum Robertum deductus: cernentibus pluribus, ſanus eſt effectus, poſtquam ſigno Crucis, locum doloris vir beatus conſignauit. Quædam iuuencula nomine Margareta, Patre Nicolao de Oliuerio progenita, contracta in lecto per annos decem iacuit: ita vt abſque alieno auxilio, membrorum ſuorum nullum moueret, aut ſe in alteram partem vertere poſſet. Hanc Pater diuinitus inſpiratus, ad Cœnobium ſancti Petri de Maiella, in quo vir ſanctus reſidebat, deportauit: viríque ſancti obtutibus præſentauit. At vir beatus, ad preces in genua procumbens, vt ab oratione ſurrexit, ſigno eam ſanctæ Crucis ſignauit, dixítque. Hæc filia Dei erit, atque ſtatim exiliens fœmina, abſque humano penitus adminiculo, ſtupentibus vniuerſis, ambulare atque incedere cœpit.

B. Roberto Cali cives apparent.

CAPVT IX.

VIr Dei Robertus, aliquando apud Campobaſſum morabatur. Et ecce quidam Ricardus nomine, Notarij

Notarij Bartholomei de Molisio genit⁹, aſſmatis adeo acerbam ægritudinem incurrit: vt nec anhelitum, nec verba foras emittere poſſet. Poſteaquam vero omnis medicorum ars adhibita, morbum inſanabilem oſtendit: vt idcirco genitor & propinqui, mortem adoleſcentis iam iam adeſſe crederent. Pater adoleſcentis, Dei nutu ad virum Dei acceſſit: ante eum lachrymas pro filij impetranda ſanitate multas fudit, precéſque congeminauit. Cui compaſſus Robertus, ante altare ſe ad orandum proſtrauit: atque poſt abſolutam orationem, cum quodam libro quem tunc forte manu gerebat, Cruce infirmum ſignauit, guttur ipſius ſua manu tangens, atque iterato Cruce conſignans: qui intuentibus cunctis, confeſtim amiſſam ſanitatem lætus recepit.

Eiuſdem Campobaſſi fœmina Giburga, menſibus nouem omnium membrorum vſu deſtituta, in tantum vt inſtar lapidis iaceret immobilis, ſuis perſuaſit: vt
" ſe ad Dei virum deferrent; antequam appellens. Ho-
" mo Dei ait miſerere mei, ac pro me Chriſtum ora.
" Orauit, fœminam manu Cruce ſignauit, eíque dixit. Confide filia, quia dimiſſa es ab infirmitate tua. Eam igitur poſtea ſui ad domum reportant; quæ biduo tranſacto, exiliens perfectiſſimè, atque laudás Deum, ſana effecta fuit. Quod cum ad Robertum, per fœmi-
" næ Patrem delatum fuiſſet. Iube ait filiæ vt Deo gra-
" tias agens, incipiat ad ipſius laudem, quarta & ſexta
" feriis quarumque hebdomadarum ieiunare.

Ioannes quidam in iuuentutis flore conſtitutus, Patrem Nicholaum nomine habens, longo tempore calculi doloribus propemodum intollerabilibus affligebatur. Hunc pater aſſumens, ad beatum geſtauit Robertum: cum quanto potuit deuotionis lachrymarum & ſuſpiriorum affectu poſtulans, vt filio orationis ſuæ fauorem impertiret. Fecit, & poſt preces ad ægrotum verſus, fili inquit confortare, iam enim
" Dei munere liberatus es. Fidem ſancti dictis Pater &
" filius adhibentes, domum reuertuntur: & poſt duos dies, Ioannes calculum abſque dolore eiiciens, perfectè conualuit.

Guillel

Guillelmus autem Bordonus quidam, aridus & contractus ita effectus est, vt pedes natibus adhærerent: hic post perlatam huiusmodi integros sex menses ægritudinem, rogatum beatum Robertum mittit, vt eum inuiseret. Venit vir Dei, & ita Guillelmum est allocutus. Fide in Deo fili, & ad eum cor tuũ verte, nam proculdubiò sanaberis. Et fusa pro eo oratione, signo Crucis hominem muniuit, qui extemplo pedes extendens aliorum more, Deo & liberatori suo gratias referens, ambulauit.

Alter Guillelmus de Pratacatellis, filiam habebat vocabulo Mabiliam, scrophulam grossitudinis oui gallinacei sub gutture, in inferiori parte maxillæ à matris vtero gestantem, quam ad beatum virum ferens, continuò vt ille scrophulam Cruce signauit, scrophula dissoluta atque carni reliquæ æquata fuit.

Decem erant cum beato Roberto apud Campobassum degentes Fratres, quorum gratia modicũ dolium vino impleri iussit: quo ipsi a vindemiis, cum aduentantibus ad virum Dei fidelibus, potabantur. Die autem festo sanctæ Luciæ, cum iam vinum fluere desineret. Promus ad beatum Robertum accedens, rem ei indicat. Pergit ad Cellarium Robertus, dolium Cruce signat & abscedit: & ex illo, per totum annum à Monachis ac hospitibus innumeris abundanter bibitum fuit, nec defecit.

Ludouicus à Montano, in latere dextro tàm grauem perferebat rupturam: vt nulla ratione absque lumbari valeret incedere. Hic Archipresbyteri Castri Limosani, in quo vir sanctus tunc residebat, vsus consilio, beatum Robertum conuenit, obsecrans vt sibi opem ferret. At vir Dei oculos ad cælum eleuans, & locum rupturæ Cruce muniens, illicò eum ex integro sanauit.

Alius Ordinis sui Monachus, Stephanus dictus, post factam beato Roberto in cœnobio de Lamia confitenti, peccatorum confessionem, acceptamque absolutionem atque benedictionem: mox a ruptura grauissima, est liber effectus.

Robertus Deo plenus, post decursam ætatem, ni-

mia

mia carnis maceratione à principio ſuæ conuerſionis illibatè cuſtodia: cœpit viribus deſtitui, in tantum vt ad decrepitam peruenisſe putaretur ætatem. Deus autem prælibamen diuinæ gloriæ, ita ei contulit. Languebat vehementiſſimè, ſibíque & cæteris cunctis, moriturus videbatur. Fratribus vero adſtantibus, dixit. Hac nocte oro, me ex vobis duo ſollicitè cuſtodiant: cæteri vero in cellis quieſcant. Poſt quæ, ſe altiſſimæ contemplationi immerſit, omnes fidei articulos, ſacræ ſcripturæ authoritates, atque ſanctorum ſententias quibus fulcitur Chriſtiana fides, ſedula mente verſans & reuoluens, Cúmque iam altiſſimam in noctem, huic ſe exercitio applicaſſet: & eo abſoluto, modicum quieſcere cogitaret. En Diabolus ipſi in Hericij adeſt forma, ipſum morſu & laceratione appetere temptans: in quem vir Dei ſputa excreans,
« dicebat. Abſcede hinc beſtia maligna, funeſtum in me
« reperies nihil. Qui confuſus euánuit. Mox vero nigerrimæ & macie confectæ vaccæ formam aſſumens, ad Robertum accedit: cornibus ventilare nititur, dentémque ipſi infigere. Cùm vir fide firmus, Recede, dixit, Maligne, tibíque Deus maledicat. Verum protervè & procaciter dum Dæmon inſiſteret, & ilrenuè in ipſum inſiliret: alta admodum voce vir ſan-
« ctus exclamauit. Maledicat tibi Deus Pater. Ad cuius clamorem excitati Fratres, qui ſomni grauedine iacebant oppreſſi: aduolant, quidue patiatur ſtudiosè perquirunt? Quibus ille & viſa rerulit, & vt vultum
« ipſius ad illorum ora verterent, iuſſit, inquiens, Oremus Fratres, Diuinum officium pſallentes Domino. Quo finito, & pſalmos pœnitentiales adiecerunt cum Letaniis, peruento autem ad locum vbi dicitur: *Te rogamus audi nos*: quaſi in ecſtaſi poſitus fuit, ac ſuper eum Crux ſolem claritatis ſplendore ſuperans apparuit: cuius iubare, humani viſus acies obtundebatur. erátque magnitudinis octo ferè pedum, ſub verò Crucis brachiis, duodecim miræ ſpeciei ac fulgoris viri vtrumque niſi ſunt: quorú vultus præ maieſtate haud poterant conſiderari: poſt quos hinc & inde in chori morem, quadraginta, & quadraginta alij

ſtabant,

ſtabant, paulo minoris decoris. Quæ viſio vſque ad letaniarum finem perdurauit. Ipſo vero vidente & carneis oculis optimè conſpiciente. Crux ſplendida, & fulgidi homines cælum penetrarunt: & illicò infirmitas omnis ab ipſius corpore diſcuſſa fuit. Qua de cauſa, incolumis è lectulo proſiliens, immenſas Deo grates, tàm de viſione, quam de recuperata ſoſpitate perſoluit.

Beati Roberti Religioſa ac Chriſtiana mors.

CAPVT X.

1241. obiit B. Robertus Cælestinus ætatis ſuæ anno 69. aſſumpti vero habitus 53.

PRogreſſu vero temporis poſtea haud modico, videlicet anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo primo. Iulio menſe, nona indictione, ſuæ ætatis anno ſexageſimo nono, ab aſſumptione vero Cælestini habitus per eum, anno quinquageſimo tertio: Pontificalem Romanæ Vrbis Cathedram regente, bonæ memoriæ Benedicto Papa duodecimo: vir ſanctus iam ſenio confectus, auſteritatéque confoſſus, cœpit viribus deſtitui, ac robore reſolui, nam conſumptis carnibus, pelli ſuæ nuda ipſius oſſa adhærebant, tenuiſque tantum Spiritus vitalis, ſub ipſius pectuſculo ſentiebatur palpitare, & tamen inuictum erga noſtræ ſalutis hoſtem gerebat animum. Petiit namque ipſemet, & ſuſcepit cuncta Eccleſiæ ſacramenta. Et ad generoſum in illa extrema hora ſe comparans certamen, ſcutum fidei inimico oppoſuit, galeáque ſe ſaluris armauit. Ac ſe ita vt ſederet erigi præcepit, vno fratre ponè eum ſtante, atque ſuſtantante ne recideret. Igitur in hunc modum poſitus, eleuatis ad cælum oculis, hilari admodum vultu ſerenáque & ridente facie: altiſſimum magnificare cœpit Dominum, & viua atque ſonora voce, profluuio madens lachrymarum, Apoſtolorum Symbolum tractim & grauiter recitare, ſingulos ipſius diſtinguendo articulos, & dicendo. Hanc particulam pronunciauit Petrus, hanc Paulus, hanc Ioannes, quibúſque Apoſtolis ſigillatim ſuam artribuens. Poſt hoc, decem

præce

" præcepta legis enumerauit. Septémque ecclesiæ sa-
" cramenta: atque adiecit. Credo & credidi, teneo &
" tenui, confiteor & confessus sum, fidem illam sanctis-
" simam, quam Christus docuit: quam Apostoli præ-
" dicauerunt, quámque sancta Dei Romana Ecclesia in
" qua nunc præsidet Domnus Benedictus Papa XII. te-
" net & docet. Et his dictis adiunxit. Deo & beatæ
" Mariæ, aç beato Ioanni Baptistæ: committo Spiritum
" meum, aç me Domno Abbati nostro, & omnibus fra-
" tribus recommendo, vt pro me debeant Dominum
" suppliciter exorare. Hæc vt perorauit, ipse pauperum
Pater, macie confectus, iam iamque ad mortem festi-
nans, eleuata vt potuit voce, adstantibus ac circum-
stantibus fratribus, de sancta Obedientia, obseruan-
tia religionis, vigilantia castitatis, amoréque pauper-
tatis eruditum atque feruentem sermonem faciens, in
fine lætis oculis in cœlumque directis, rutilanti vul-
tu: omnibus fratribus præsentibus & absentibus be-
nedixit: signans eosdem signo sanctæ Crucis, & di-
" cens. Benedicat nos Omnipotens Deus, Pater & filius
" & Spiritus Sanctus. Tandem vero ad nouissimum
agonis terminum accedens, die decima octaua Iulij,
Crucem sæpissimè amplexus in qua se pro Crucifixo
sæpe suspenderat, ob cuius amorem ligneam Crucem
ab initio suæ conuersionis, supra pectus nudum sem-
per gestauit, & expensis in lectulo suo in modum cru-
cis brachiis, coram omnibus fratribus pro eo Domi-
no psallentibus, anima illa sanctissima carnis relin-
quens ergastulum, ad Christum quem iugiter amaue-
rat, circa horam diei Nonam feliciter transmigrauit.
Cuius laudabilem conuersationem, vt in vita Deus
miraculis approbaret: sic & post obitum prodigiis
maximis illustrauit. Ipsius vero Corpus in Monasterio
Sancti Spiritus prope Sulmonem, Ordinis Cælestino-
rum Primario, intra arcam cancellis ferreis clausam,
ad meridionalem ecclesiæ plagam reconditum, fide-
lium venerabili concursu honoratur. Quo autem tem-
pore humo elatum fuerit, non reperio. Sunt & alij
plærique eiusdem Ordinis Cælestinorum beati, inter
quos Thomas à sancta Cecilia, atque Franciscus

Monasterium S. Spiritus prope Sulmonem, Primarium caput Cælestinorum.

Thomas à S. Cæcilia & Franciscus Cælestini Cardinales. Beati

Cardi

BB. Onufrius Bonanus, Ioannes Bassandus, Petr⁹ Pocquetus & Bard⁹ Cælestini.

Cardinales, Onufrius Primus Cælestinorum Abbas generalis, & Bonanus, Itali omnes: cum Ioanne Bassando, Petro Pocqueto, & Petro Bardo Gallis, & Gallicanæ Prouinciæ Prouincialibus, præcipuas partes sibi vindicant, quorum omnium Vitas, atque Illustrium sanctitate & scriptis Ordinis nostri cæterorum virorum, publicare fert animus: si & Reuerendus Abbas generalis, & Franciæ Prouincialis, ad quos maximè Ordinis decor spectat & fama: meum in suppeditandis veteribus Congregationis monimentis, incendant allántque propositum atque studium. Nec enim etiam Zeuxis aut Appelles ipsi, absque coloribus penicillos intingere possunt. Cæterum iam ad beati nostri Roberti Mracula, stylum verto.

Miracula quædam B. Roberti ab ipsius obitu.

CAPVT XI.

PRiusquam beati Roberti corpus humo operiretur, Matrona quædam de Castro Murroni Aldoisia nomine miro lateris dolore constringebatur, qui ei omnem gradiendi facultatem adimebat: iussit verò ad beati viri corpus se deferri, cuius contactu, continuò expeditissimè ambulauit.

Post eam Bartholomeus Lymosani habitator, illiaco ingenti dolore sex mensibus discruciabatur; hic ergo recuperandæ salutis causa, sepulchrum beati Roberti adiuit, ac tetigit: & statim valens effectus fuit. Quo etiam modo Archipresbyter de Sicarola, eumdem dolorem patiens, curatus exstitit. Claudicans sinistro pede puella, vocabulo Maria, vici sanctæ Mariæ de strata incola, ad sepulchrum beati viri per Ioannem suum genitorem deducta, mox vt illud tetigit: recta incessit. Altera Mulier Guelialda, dextram manum absque alicuius operis efficacia contractam per annum gerens, tactu sepulchri beati Roberti conualuit. Quidam cœnobita ordinis Cælestinorum, Guillelmus de Limcio, Limosano oriundus, adhuc in humanis degente patre Roberto, rupturam grauiter

patieba

patiebatur,ad quem cum accessisset, & eum rogasset vt pro ipso preces funderet: vir sanctus respondit, gesta ô fili animo inuicto dolorem, donecque tibi adsit diuinum medicamen,lumbare gere: gessit, & interea vir Dei Robertus ex hoc seculo migrauit, ad cuius exequias cum ex omni Italiæ parte, fratres Celestini accederent: ipse Guillelmus cum eis accessit,& flexis genibus manum ipsius deosculans, immunem se a dicta infirmitate persensit. Tactu etiam sepulchri viri Dei, Ioannes adolescens Castri Murroni, rupturam quam annis vndecim pertulerat euasit. Sacerdos quidam Anglicus nomine Ioannes, anno & dimidio graue Apostema in femore ferès, quod nulla arte medica ad maturitatem perducere valuit, votum vouit se sepulchrum beati viri visitaturum,visitauit, tetigit,ac integræ sanitati fuit redditus.

Mulier Maria, vxor Nicholai Deodati, de Castro Murroni, gutta salsa medicorum iudicio immedicabili laborans, ad tactum sepulchri viri Dei conualuit. Altera eiusdem loci mulier Troeta vocata, paralitica ac per quinque annos integros perpetiès acutissimos toto corpore dolores, quibus & latratus canum ritu, edere cogebatur, hominúmque aspectum præ mentis tædio effugere: contactu monumenti beati Roberti sana extitit.

Ricardus etiam Diaconus,guttam salsam quæ quinquennij medicamine haud sanata fuerat, tactu sepulchri B. Roberti perdidit. Ioannis Fœmina Maria iudicis de Mirabello coniunx, dextri brachij vsum perliderat: post tres vero menses, voto ad beatum Robertum emisso,sine mora cóualuit. Apud Castrum Petracacellis, iuuenis Nicolaus, Castro Montis viridis ortus, manum aridam tribus mensibus portauit, qui ad sepulchrum B. Roberti supplicans, sanitatem obtinuit. Simileque beneficiũ Deus ad tactum sepulchri B. Roberti Floræ de Iuppino coniugi Roberti de Mirabello,largitus est.Sed & meritis viri Dei,Sebasta de Rippa Limosani, per octo annos contractione capitis ad collum, & tremore continuo fatigata, atque brachij motu destituta, curata fuit. Thomas etiam de

Ferraria, tribus mensibus cæcitatem oculorum sustinens, ad sepulchrum viri Dei lumen recepit. Vri Mulier Bartholomea de Casarealenda, ibidem brachij sinistri vsum recuperauit. Quo etiam modo Purpura fœmina, loci sancti Martini, auditu donata fuit. Iuuenis quidē Nicolaus, Ioannis Iudicis filius: ad sepulchri beati Roberti tactum, quartanam depositi. Energumena mulier Gemma Gualteria nomine, de terra sancti Felicis, solo intuitu sepulchri beati Roberti liberata fuit. Tactu etiam eiusdem sepulchri fœmina Florentia de Quieranno, triennio iam aridum brachium gestans, conualuit. Duo Gualterij prior de Quierano, à ruptura quinquennij, alter de Ciuitella, à tremore neruorum, decoloratione membrorum, & oris versus aures contorsione, tactu sepulchri beati viri liberati sunt.

Robertus de Turre de Iapis, à quartana annua, ac dissenteria, voto ad sancti viri sepulchrum visitandum facto, est liberatus.

Quidam Campobassi Sacerdos Sebastianus, postquam cælebrem famam miraculorum beati Roberti auditu hausit, non solum credere renuit: verum & ore blasphemo, ea minimè fore vera asseruit. In quem Deus seuerè animaduertens, brachium ipsius dextrum percluſum effecit: quousque culpam agnoscens, votum vouit adeundi sepulchrum, quo adito conualuit.

Puer Nicholaus Francisci de Monte Vayrano, filius, apud Colleiocundum grauissima Epilepsia ter quaterque in singulos dies cadens, ita vt morti propinquus reputaretur: voto ad beatum Robertum emisso conualuit, ob quod reliquo vitæ tempore, Robertus dici voluit.

Robertus etiam de Guido, per annum & dimidium luminibus orbatus, ad sepulchrum hominis beati visum promeruit. Quo etiam modo Stephanus de Pesculo Langani contractus, erectus fuit.

Hilaria mulier, pessimo Dæmonio affligebatur, qui eam sæpe perdere nisus, vel igne interimere vel suspendio satagebat; moréque canis latrare, dum in

siluas

siluas auffugere poterat; faciebat, tactu sepulchri beati Roberti, a vexatione immunem se sensit.

Ludouicus Romanus, nocturno terrore perculsus, dextram brachium perdidit: hic audiens miraculorum beati viri famam, vouit eius inuisere sepulchrũ, & reliquo vitæ suæ tempore, diem tranſitus eius in pane & aqua ieiunando, excolere, nec dum locum attigerat, & ecce in itinere, est ad valetudinem pristinam reuocatus.

Franciscus de Asisio, inter equitandum verendorum dolorem mortalem incurrit: vouit se viri Dei sepulchrum visitaturum, visitauit, & præter omnium spem, ad ipsius tactum, sanitatem consequutus fuit.

Apostema per annum nullo medicorum opere curabile perpetiens Nicholaus Hugonis de Cobacta, ad viri Dei sepulchrum morbum euasit.

Cum Nicholaus de Bonosano adhuc puer, rupturam grauem sustineret: a Matre quæ sancti Roberti memoriam excolebat, beato viro deuotus fuit. Cui Robertus nocte sequenti apparens, nati liberationem promisit: eamque reuera præstitit.

Quidam etiam Sacerdos, anno ipso quo beatus Robertus ad Deum, migrans, properauit, ipsius meritis à agrauissima febre atque lethali morbo eius meritis voto facto, liber effectus est. Qua ratione, quæ de illius vita & miraculis agnouerat, in scripta redegit, à quibus cũcta quæ hic nõ adeo sublimi stylo narrauimus, summa fide accepta, ad laudem & honorem Omnipotentis Dei, omnium fidelium oculis exposuimus.

Explicit Vita beati Roberti Salentini Celestini.

POstquam excussus est de Translatione B. Apostoli Iacobi Commentarius, cuiusdam Nobilis Comitis amantis in sedula opera, vetustissimum quoddam Martyrologium Lugdunensis Ecclesiæ sum assequutus, in quo cum quadam nullibi forsan expressa, de Hispanorum primis Prædicatoribus Apostolorum discipulis notassem: Hispanos voluit eorum existere participes, plura in illorum gratiam imposterum editurus, si Francogalliæ quæ ipsos à Sarracenorum seruitute atque Arabico quondam iugo exemit, debitum deferant honorem, & meritas referant grates. Monitus vero ſit Typographus altera editione, hoc frustum rerum priscarum Hispanarum, statim post historiam Translationis S. Iacobi Apostoli collocare.

EX VETVSTISSIMO ECCLESIÆ Lugdunensis Martyrologio.

IDIBVS MAII.

NAtalis SS. Confessorũ Torquati, Thvsefontis, Secũdi, Indalecij, Cecilij, Esicij, Eufrasij, qui Romæ à Sanctis Apostolis Episcopi ordinati, & ad prædicãdum verbum Dei ad Hispanias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi sunt. Cúmque ad ciuitatem Accitanam venissent, & propter laborem itineris, modicum quiescentes, causa victus emendi discipulos in vrbem misissent: mox Paganorum multitudo, qui tunc fortè Diis suis festa celebrabant, eos vsque ad fluuium prosecuta est. In quo pons miræ magnitudinis & firmitatis exstructus, transeuntibus Sanctis, Dei nutu cum omni insequentium multitudine, funditus corruit. Ad quod miraculum cæteri territi, & cuiusdam Magnæ Senatricis Luparię, quæ diuinitùs inspirata, eos benignè suscipiens credidit, exemplum sequuti: relictis Idolis, Christo

Christo Domino crediderunt. Post hæc, diuersis vrbibus Euangelisantes, & innumeras multitudines Christi fidei Subiugantes: Torgratus Acci, Thysefon Vergij, Eufrasius Elyturgi, Secundus Abulæ, Indalecius Vrci, Cecilius Eliberi, Esycius Carcesæ, quieuerunt. Extat vsque hodie miraculum, ad commendationem præciosæ mortis eorum. Nam eadem solemnitate, apud præfatam Accitanam vrbem: ad sepulchrum S. Torquati, arbor oliuæ diuinitus florens, maturis fructibus onustatur.

Xiston Dextrum Floriacensis Veteris Regiæ Bibliothecæ hic limitem sortitur.

MATERIARVM SIGNATARVM INDEX.

A

Abbatibus olim magna à fidelibus exibita reuerentia. 264
Adulti olim ante baptismum ieiunabant. 11
Affligi homines cur sæpè Deus permittit. 12. 70. 71
Agglutinandi beneficia hodie ars viget. 338
Aloysia Lotharingia S. Mariæ Suessionensis Abbatissa laudata. 112
Aquæ Lustralis vis. 17
Arnulfo Turonensi Episcopo cantanti Angeli respondent. 249. tres mortuos ille vitæ restituit. 250. necatur. 251
Aues SS. oblatæ. 60. ad altare positæ. 64
Aureliaci Monast. Fundatio. 43
Aurelianus fidelis Clodouei Magni Consiliarius. 243

B

Baioariorum quando incœpit regnum. 41
Bella ciuilia nocent. 44. bellis veteres diripiuntur memoriæ. 41

S. Benedictus quo tempore vixit. 28. eius Translatio quando facta. ibid.

C

Calida aqua pluit. 124
Candelæ mensuram hominis referentes ad SS. reliquias oblatæ. 60
Castitas perpetua longum Martyrium. 138
Chlotarij regis pietas. 124. 136. gestat humeris corpus S. Medardi. 125. Suessioni est humatus. 136
Christus cur incarnari voluit. 22
Chroniaci locus quondam Idolorum delubrum. 127
Clamores iterati & importuni sanctos etiam quandoque mouent. 257
Clerici comam capitis deponunt. 19. communiter olim viuebant. 255
Clodoueus in bello contra Alemannos conuersus ac vulneratus vouet. 243
Clunacense quis fundauit cœnobium. 43. Cœlestini plures sancti. 300
Cœnobitæ à Regibus Abbates postulabant. 19
Collo nudo olim incedebant reges. 215
Constantinopolis à Latinis capta atque direpta. 234
Constantinus à S. Syluestro baptizatus. 37
Conuiuia in amicorum aduentu à sanctis instructa. 247.
diebus festis à Clericis facta. 253
Corpora Sanctorum quo apparatu transferri solita. 22. 64. 253. Aromatibus delibuta. 215
Cruentæ acies in cælo visæ. 43
S. Ctesiphon ab Apostolis eum adiuuis in Hispaniam missus corpus S. Iacobi secum defert. 185

D

Decius Imperator vij. Ecclesiæ persecutionem mouit. 6
Diuites plusquam pauperes apud homines nori. 161
Diuitias olim suas Ecclesiæ plærique fideles consectabant. 237
Dolense cœnobium quis ædificauit. 45
Doloris mira indicia. 140
Dona sanctis oblata liberant homines à periculis 46

E

Ecclesiæ virtus inter præsturas. 6. bellis Ecclesiæ vastantur. 26. Ecclesiæ tectum imaginibus pictum. 59
Episcoporum electiones olim quales. 249

Exor

INDEX.

Exorcismi ad Episcopos præcipuè spectant. 11

F

Faces ad exequias, 125
Faruitas sancta Deo famulatur. 260
Festorum ritè celebrandorum modus. 256
Fidelium duo in Ecclesia ordines. 7
Flagellorum apud pœnitentes antiquus vsus. 54
Fontanetticum certamen. 37
Francorum Reges ab antiquo dediti venationi. 136
Franci vnde veniunt, quas vrbes condiderunt, vnde dicti, Gothos ab Aquitania expellunt. 37

G

Gallia olim Romanis infestissima à Iulio Cæs. subacta, in eius vrbibus præcipuis residebant Augustorum legati, 26. eius situs, & alia quam quondam diuisio. 25
SS Genitus & Genulfus à 6. Sixto Papa in Gallias ad prædicandum missi. 7
Gentilium nomina in baptismo mutari solita. 242
Genus regale primæ lineæ quando à prudentia defecit. 19
Gloria sequitur fugientem. 296
Gradus Ecclesiastici. 4
SS. Gregorij duo Synchroni. 28
Guillelmus Pictauiensis Comes cur Hugoni regi rebellis. 54

H

S Hilarius Sepultus olim Pictauis. 248
Hludouicus pius euertit veterem Basilicam S. Medardi Suess. vt constitueret maiorem. 137
Hospitalitas vtilis. 11
Hostiarij in domibus Episcoporum ab antiquo ex clericis constituti. 136
Hugo Magnus Rex constituitur. 52
Hungari Gallias bis vastant. 47.48

I

S. Iacobus viuus Hispaniam non adiit. 184. eius corpus est in Gallœcia. 189. eius Ecclesia olim erat Idolorum templum. 192. est Hispanorum Patronus. 193. ad cuius Peregrinatio ex toto confluit orbe Christiano. 194
Incendium membrorum humanorum. 62
Illicinus Mons Hispaniæ cur nunc Sacer dictus. 189
S. Ioannes Euangelista iam corpore ad cœlum assumptus. 186

Karolus

Digitized by Google

INDEX.

K

Karolus Caluus laudatus. 31. vltimus Regum Gall. qui Rom. tenuit Imperium. 42.
Karolus Lotharingus à Francis reiectus in carcere obiit, eius & filij à Francis repulsi. 52
Karolus Magnus cur dictus, eius fortia facta. 30. Comites in limitibus contra Hispaniæ Sarracenos collocauit 31
Karolus minor baibi filius pellitur & eius loco Odo substituitur. 43

L

S. Lætus extitit temporibus Clotarij Primi. 266. eius corpus apud Pituerim. 269
Leo loquutus. 247
Libri veteres vt amissi, 68
Lineæ vestes in Sacris deferri Solitæ. 5
Lingonienſis Matris Ecclesia cur nomine S. Mamæ titulata. 230
Lotharius cur effectus Monachus. 37
Lotharius alter ab vxore veneno necatus. 52
Magnates etiam apud tyrannos in prætio habiti. 230
Malitiosi aliqui sunt in omni quantumuis sancta Congregatione. 262
Marcommanni populi exurunt S. Medardi Sueff. Basilicam. 138
SS. Maximinus, Auitus, Viator & Lætus Monachi Mixiacenses. 262
S. Medardus in Episc. à S. Remigio sacratus. 122
Missæ ad sepulchra Sanctorum. 129. in aula sine Regis nutu non consuetæ celebrari. 128
Monasterium S. Spirit' ad Sulmonem est totius congreg. Cælestinorum caput. 299
Martelli fortia facta. 27
Martyrium olim non licebat cuique subire. 6

N

Natura & educatio prosunt. 5
Nero primus Ecclesiæ persecutor. 6
Nicholaitæ quo adhuc tempore erant in Hispania. 251
Normanni cur Gallias inuadunt. 43. qua ratione in Neustria habitant, à quo victi 45. Senonas obsident. 78

O

Oda pia fœmina Princeps, Stradese erigit cœnobium. 32. 34. eius fundationem à Rege probari facit. 33. ac Regio illud

Digitized by Goo

illud Patrocinio ſubmittit. 54
Oleum ſanctificatum. 237
Oratio, Sanctorum ſcutum. 266
Ordines Eccleſiaſtici diuerſi. 248. eorũ dandi modus. 258
Oſculandi Prælatorum manus mos antiquus. 257

P

Palla S. Gregorij merito cruentata. 55
S. Panacius cum S. Iuliano à S. Clemente 1. Papa in Gal. miſſus. 250
S. Paulus Arelat. Trophimum, & Narb. Paulum Epiſcopos inſtituit. 9
Pedis in lapide impreſſio. 116
S. Perpetuus Turon. Epiſ. corpus 6. Martini tranſtulit. 252
SS. Petrus & Paulus Romæ fuerunt & in Gall. præd. direxerunt. 9
S. Petri Monaſterienſis cœnob. Stradenſi ſubiectum. 39
Philippus Primus Imp. Chriſtian. à B. Pontio conuerſus. 1. cum filio à Decio necatus. 9
Pipinus Rex quando & quomodo effectus, de quibus triumphauit. 30
Pipinus Rex Aquitaniæ Pictauis ſepultus. 37
Placandi Deum modus. 140
Priuilegiorum concedendorum vetuſtus modus. 33
Proceſſionum ritus. 126
Puluis ſepulchri Sanctorum efficax. 60
Purificationis mulierum antiquus ritus. 85

R

S. Radegundis Regina Sanctimonialis. 123
Raynaldus Lingon. Epiſ. fecit Hymnum Gloria laus. 231. brachium S. Mamæ quomodo obtinuit. 232. Laudatus Pontifex. 232
Regio iuſſu corpora Sanctorum transferebantur. 41. quo cultu. 42
Robertus Rex conſtitutus. 43. interfectus. 161
Romanum Imperium gemina procuratione diuiſum. 1
Romani per CCC circiter annos Galliis Dominati ſunt.
Romanæ Eccleſiæ mox in officiis Hebd. Sanct. à Monachis ſeruatur. 74
S. Romani corpus ad Eccleſiam S. Amatoris Antiſiod. transfertur. 76. dein ad S. Germani ædem ibi. poſt ad Vallialenſe cœnobium. 78. ad Senonenſem vrbem ob Nortmannos. 79. vltimo ad nouiter reedificatum cœ-

Digitized by Google

nobium reducitur. 86

S

Sancti laudes fugiunt & honores. 261
Sancti adiuuæ nostri, cut nobis impetrant præsentia bona. 23. locorum in quibus quiescunt tutelares. 126. S.
Sebastiani corpus Sues. 138
Sennoum ciuitas olim Galliarum caput. 106
Sigebertus Tornaci necatus & Suessioni sepultus. 137
S. Sixtus Papa gente & eruditione Athenienſis, necatur sub Decio. 3. Laudatur. 6. SS. Genitum & Genulfum prædicatum in Gallias mittit. 7. & S. Saturninum Tholosam. 8
Stolas olim penè semper Pontifices gestabant. 250. 253

T

Tonsura Ecclesiastica. 257
Translatio S. Benedicti. 28
Tributum Sicambris remissum, quando deleuerunt Alanos. 37
Turonensis Ciuitas obsessa. 47

V

Valentinianus Francos tributo leuat. 57
Varimbertus Episcop. Suession. horrenda morte interiit. 141
Velum consecratum sanctimo. impositum. 125
Veteres Christiani cur vxorati. 2
Velum Sacrum sanctitudinis perpetuæ inditium. 251
Viaticum morituris Christianis dari solitum. 21
Vigiliæ ad festa sanctorum. 133
S. Vinagium. 59. 108
Vulpes quo loco Guallinas non rapiunt. 19

FINIS.

Digitized by Google

Vtriuſque Xyſti Floriacenſis Bibliot. errata.

Dum operum veſtrorum perperam operata, Typographici Opera, hac emendatione cooperio: me veſtra oſcitantia & incuria vituperio haud opertum, diſcoperio.

Dextri Primùm.

Pag.10. Adebachando debachando. alteri atteri. attectu affectu. 12. acultor cultor. 14. Genuefus Genulfus. annot. Chriſtinio Chriſti vis 26. ann. 2. ante veracis pone non 27. eis eius 37. eſumptis reſumptis. 52. an. 4. Karoli Lotharij 57. videbuntur videbatur 61. feſtine feſtiue 63. prinna pinna 66. tua tuæ 77. nogotiis negotiis 81. ſigna ſiqua 82. roile ab initio paginæ explicit & repone in fine pag. 81. & ſnii ſanctiſſimi 84. gloria adiice circa 92. genitus gemitus 107. Iordanis Iornandes 111. Antiſtæ Antiſtitæ 113. vitæ vita 122. repacium rapacium ſollitus ſollicitus 133. virturem virtutem 136. luculenti luculento 144. conſtare conſtet. ne nec. 145. leuitas leniras 147. Medardi Medardo 156. munulis nummulis 159. praguſta præguſta 62. veſitum veſtitum. 164. intuere intueri 171. ducet ducat. deficit defigit 174. exterit exterſit 180. vita vitta. 182. off. offerri 187. mielibus millibus. rore ore 193. tunc tunc 194. cælis cæcis 197. ante adoleſcentia pone ab. fulferunt fulſerunt 198. poſt auſim dele eſt: iudicant indicant 199. emiſu emiſit 202. intepidus intrepidus. familla fauilla 203. priorum piorum 206. peruicere peruincere 207. ad ac 209. cœtum cœlum 210. ipſas ipſaet 214. expulſit expulit 222. ſc ſic 223. volueris nolueris 225. quarta quarto 227. denegit denegat 228. habetur haberetur 229. iudiciis indiciis 230. ducem ducum. exereri exiberi. ſuie ſiue. faſtigio faſtidio 236. Gnilo Gnalo. hotror horror 244. bis vis 254. farres fratres. antequum antiquum 255. vcerent viuerent 236. vacuas varias. ante vita adiice de 237. ſuorum ſeruorum 238. Domine Dominum 240. nat. natum. munificicentia. munificentia. quoſpiam quopiam. Xiſtis Xyſtis 249. nunquit indignum 254. Ioannis Ioannes. rediit reddit. extrauero extráque, floríque foríque abſentem præſentem præſentem ames abſentem 263. ann. Maliciæque Malicioſi 274. aut vt 277. in c.iij. lin.1. poſt Roberto adiice vno oculo & lin. 3. poſtnam adiice in 285. eitam etiam 288. hoſpitij eis hoſpitiíque. 297. cuſtodia, cuſtodita. vtrumque vtrimque. niſi viſi.

C

Læui

Læui deinde.

Pag.8. Belleandi Belleandi. 9.repræſentans repræſentans lin. 8. geſtans geſtantis. annot. 12. Rami Rmi 30. poſt authores adde veteres. hoc hac. 1863. 1563. 31. in annot. adde CCCCL. 33. ſeculæ ſecula 35. numere munere 42. Apoſtorum Apoſtolorum 44. reſtaurarum reſtauratum 48. ædicans dedicans 49. inconuerſa inconuulſa 50. debet debes 53. nos vos 54. poſtquam poſtquem 56. vileris villis 57. annot. 25. lege Sergium illum eſſe exiſtimo qui ſedit contra Formoſum 59. pro prope vj. poſt Rege adiice anno. & in annot. poſt Baronnius vſque Claudius ita lege Tom. 11. ad annum 1027. meminit & 63. reliquat relinquat 68. poſt literas adiice dedit 71. de ad 83.geminis gemmis. tolle eugeni. 89.Concado lege Conrado 95. euolumentis emolumentis 96. cathis carthis 97. Viennenſi Viennentis 98. mentionem mentonem 98. Blaudinam Blandinam 102. panſat pauſat. Marculfi Mareulfi. 104. Roſſilione Roſſiljone 106. nonæ nouæ 107. dater datum. Petri Petri.

Digitized by Google

FLORIACENSIS VETERIS BIBLIOTHECÆ REGIÆ XYSTON Dextrum.

OPERA IOANNIS A BOSCO PARISIENSIS AC CÆLESTINI Lugdunensis, Erectum atque Ornatum.

AD BEATISSIMVM CATHOLICÆ ECCLESIÆ PAPAM PAVLVM V. & Diuersos.

SEQVENS PAGINA IN EO CONTENTA DEPROMET.

Digitized by Google

CATALOGVS EORVM

QVÆ HOC DEXTRO FLORIACENSIS VETERIS BIBLIOthecæ Regiæ Xysto lectorum oculis repræsentantur.

***

Vitæ SS. Genulfi & Geniti Romanorum libri duo, ad Paulum v. Papam.

Gisleberti de vitâ Translationibus & Miraculis sancti Romani Itali Abbatis, libri duo, ad Illustrissimum Cardinalem de Gyuri.

Medardica, ad Aloysiam Lotharingiam, complectentia S. Medardi viram per Fortunatum, Sermones tres de S. Medardo, ac Rithmos de B. Magdalena.

Beatæ Magdalenæ præconia, ad Reuerendissimum Abbatem Cluniacensem, continentia sermonem S. Odonis, ac S. Ioannis homilias duas de B. Magdalenæ.

Commentarius de Translatione B. Iacobi Apostoli, ad Philippum tertium Hispaniarum Regem Catholicum.

SS Machabeorum Victoriæ ac Triumphus, per D. Hilarium versu decant. ad Illustrissimum Cardinalem de Soury & Fortissimum Marechallum Dornanum.

Triumphus S. Mamantis Martyris tribus libris comprehensus, ad Illustrissimum Cardinalem Baronium.

Vita S. Paciacij Romani, tertij Cænomanensis Episcopi, ad Cœnomanenses.

Vita S. Arnulfi Turonensis Pontificis, & Exumatio Beati Martini Turonici ad Ludouicum Seguerium.

Vita sancti Læti Mixlacensis Monachi ac Confessoris, ad Aurelianenses.

Ioannes à Bosco de vita Beati Roberti Cælestini, ad Celsum Americum Cælestinum.

Fragmentum Hispanicarum Rerum, ex Perantiquo Martyrologio Ecclesiæ Lugdunensis.

SANCTI

Digitized by Google

SANCTISSIMO AC

BEATISSIMO PATRI PAVLO V. PONTIFICI MAXIMO,

Ioannes à Bosco Cœlestinus
Sempiternam Felicitatem.

POntificiæ Vestræ Dignitatis Summe Nuntium, cunctis Christi cultoribus gratum & iucundum extitit (Beatissime Pater.) Si quidem iam antea tuarum virtutum fama, vt admirationem pepererat: ita supremam in terris venerationem oportuno tempore, apud accolas tuos atque etiam exteros, deposcebat. Orbis vniuersus, obortis amarissimis lachrymis: ob Clementis VIII. aeterna memoria digni Petri successoris, abcessum, inconsolabiliter lugebat: cum mox refricato vulnere, ex desiderio amissi Leonis XI. ipsi suffecti, cunctos, eius praecox & immatura mors, lachrymas lachrymis adiicere coegit. Eamque hostium Ecclesiæ studia, ad res nouas moliendas pruriebant: vniuersique Catholici, quos nam amiserant Pontifices, cæcdo magis sentiebant, quam fruendo, cum te virum veri scientissimum, religionisque & tuendæ & augendæ cupidissimum, atque ad res gerendas natum, Præstantissimorum ho-

Digitized by Google

rum Pontificum cathedram, Superum conceſſu ac munere ſingulari, obtinuiſſe: mundo innotuit. Illico igitur, maror omnis depulſus à Catholicorum mentibus & oculis fuit. Ab hæreticorum vero fantaſiis, procellarum machinationes euanuêre: ac inter Reges & Principes Chriſtianos, pacis atque tranquillitatis aura aſpirauit. Quorum omnium æſtimatione, Cæleſtina noſtra Gallica Apoſtolico culmini addictiſsima Congregatio, publicæ Regis ſui Henrici quarti bello Fortiſsimi pacéq; Clariſsimi Principis, ac vniuerſæ Galliæ, totiusq; Orbis lætitiæ, ſe adiungens. Hoc leuidenſe quidem munus, Apoſtolicæ vero ſollicitudinis, vetus monumentum: voluit per me B.V. pedibus ſubſterni. Eo pacto, ſuum erga Beatitudinem veſtram, cuius ſe auſpiciis ſeruari ampliſicaríque confidit, cultum atque obſeruantiam conteſtans. Et reuera, bis Romano Pontifici, binorum Romanorum virorum Hiſtoria inſcribenda erat: qui à Romanis Pontificibus in Gallias olim directi, pijs & adſiduis laboribus, erga Gallicos homines Pontificum Romanorum paternum amorem, fortiter profundeq; conſignarunt. Præceſſit, Chriſtianiſsimo Principi Henrico IIII. Filio tuo Primogenito Regi noſtro, dicata huius Operis Pars Prior: vt Filius dilectus, ante patrem, officij & obſequij gratia, ambularet. Geniti ergo atque Genulſi hominum Romanorum Hiſtoriam nuſquam antea editam: Tu Beatiſsime Papa bis

Roma

Digitized by Google

Romane, Paulis insita mansuetudine, intuere, suscipéque. Et cum sis communis cunctarum Christianarum Gentium Parens, suauiori tamen lenitate, Francos tuos Primigenios demulcens, illorum originem atque progressum, Romanis his narrationibus intercalatum approba: ac eos præter cunctos Christianos in Romanam Sublimitatem cãdidè animatos, Apostolicis foueto Præsidiis, Paternis exilara Fauoribus eo: (Quod iam Fausto tui Põtificatus initio, Fidissimo Bethunio Legatò Regio orãte facere, cæpisti.) Et quia dimidiũ facti qui benè cæpit habet, quo pede cæpisti, perge, Maxime Papa, primos tuos Henrico quarto Primo Ecclesiæ Filio impertiri fauores, nec te pæniteat Plenariam Indulgẽtiam indulsisse orantibus AEternum Numen pro illius incolumitate, qui pleno & integro pectore pro tua Dignitate, proque S. R. E. Maiestate, paratus est Sanguinẽ & Diuitias profundere. Bonis auibus pignus tuæ in Nos, Regẽ ac Gentem nostram sollicitudinis tenemus, Ampliora speramus. Et dum speramus: Nos omnes ac Me inter ceteros, pedum sacratorum tuorum lingentes ex pio & religioso affectu pulueremus, Apostolica ac Paterna Benedictione Sanctifica. Vale.

Digitized by Google

ILLVSTRIVM PERSONARVM AC LOCORVM HVIVS dextri Xysti Floriacensis Bibliothecæ Regiæ, Nomenclatura.

Summi Pontifices.

Benedictus xij.
Gregorius Magnus
Ioannes xxij.
Sixtus j. Papa.

Præsules Sancti.

Arnulfus Turon.
Austregisilus Byturic.
Austremonius Aruer. Mart.
Banderidus successor.
Bertingrannus Cœnom.
Cecilius Helibetitanus.
Ctesyphon Vergitanus.
Eleutherius Tornacens.
Eparchius Carcesitanus.
Eufrasius Elyturgitanus.
Genulfus Geturnic.
Germanus Parisien.
Gildardus Rotom.
Gregorius Turon.
Indalecius Vrcitanus.
Martialis Lemouic.
Medericus Noviom.
Pannacius Cœnom.
Paulus Narbon.
Perpetuus Turonensis.
Remigius Remen.
Saturninus Tholos. Mart.
Secundus Abulensis.
Torquatus Accitanus.
Trophimus Arelat.

Præsules non Sancti.

Abbo Niuer.
Ansegisus Senon.
Drausio successor.
Ebrardus Senon.
Garnerius Trecens.
Gaudefredus Lingonens.
Gualo de Domna Petta Damasc.
Gualterius Senonens.
Guillelmus Lingonensis.
Heribaldus Antisiod.
Hermetius Aurelian.
Hilduinus Lingonens.
Oldoricus Aurelian.
Petrus Capuens. terræ S. Legatus.
Raynaldus Lingon.
Robertus Lingon.
Vvarimbertus Successor.

Abbates.

Aëricus Strad.
Amalricus Strad.
S. Auitus Mixiac.
Ausbertus S Medardi Suess.
Aymo Stra.
Dodo Stradensis.
Elias Strad.
Hugo S. Germani Antisiod.

Mainat

Digitized by Google

Mainardus Strad.	S. Romanus fontis Rogi.
Maximinus Mixiac.	S. Triccius N.
S. Odo Cluniacen.	Varimbertus. S. Medardi
Rainulfus Vallilienſ.	Sueſſion.
Robertus Strad.	Vvinemanus Vallelienſis.

Sancti.

Genitus.	Marcellus Mart.
Iacobus Apoſt.	Petrus & Paulus A A.
Laurentius Mart.	Pontius Mart.
Leontus	Sebaſtus.
Lætus.	

Sancta.

Aclia.	Maria Magdalena.
	Radegundis Regina.

Imperatores.

Aurelianus.	Iulius Cæſar.
Carolus Caluus	Lotharius.
Carolus magnus.	Ludouicus pius.
Decius Cæſar.	Nero.
Eraclius	Philippus cum filio.
Hyſacius Conſtant.	Valentinianus.

Reges Francorum.

Arnulfus	Lotharius.
Caribertus.	Lotharius.
Carolus Caluus.	Ludouicus.
Carolus.	Ludouicus.
Childebertus.	Ludouicus.
Chilpericus.	Ludouicus.
Chlotarius.	Karolus Magnus.
Chlotarius.	Marcomirus.
Clodio.	Merouingus.
Clodomirus.	Odo.
Clodoueus.	Pharamundus.
Clodoueus.	Pipinus Aquit. cum filiis.
Dagobertus.	Pipino & Carolo.
Daniel.	Philippus.
Guntranus.	Sigiſbertus.
Hildericus.	Theodoricus.

Extemi Reges.	Coſdroe Perſarum.
Aiſtulfus Longobard.	*Regine.*
Antiochus Syriæ.	Blitildis.

Frede

INDEX.

Fredegundis. Radegundis.

Duces,

Abo Byturic.
Carolus Lotar.
Dioſcorus Geturnic.
Guainaldus Aquit.
Odo Aquit.
Vvaiferius Aquit.
Vvarinus Tholoſ.
Vgo.
Vvillel Aquit.

Præfecti Palat.
Anceſſiſſus.
Arnoldus.
Arnulfus.
Auſbertus.
Karolus Tudites.
Pipinus breuis.
Pipinus pius.

Comites.
Guillelmus Pictau.
Raynardus Senon.
Robertus Bytur.
Rotherius Lemouic.
Vvifredus Bytur.
Vvillelmus Aruer.

Ciuitates.
Abrintium.
Aëga.
Andegau.
Antiſiod.
Aquila.
Argentomum.
Barrenſis.
Biturix.
Cappadocia.
Cathanenſis.
Cœnomanenſis.
Compendium.
Conſtantinopolis.
Corduba.
Ganga.
Geturnicum.
Hyeroſolima.
Lemouix
Lingona.
Rauenna,
Remenſis.
Roma.
Sueſſio.
Teruanna
Tholoſa.
Tornacum.
Tornodorum.
Turonum.

Cœnobia.
Aureliacum
Brantomum.
Cluniacenſe.
S. Crucis.
S. Cypriani Picta.
Dolenſe.
Fontis Rogi Antiſiod.
S. Germani Antiſiod.
De Guilloniſio.
Ingeriacum
S. Ioannis in Vvaſt.
Karrofenſe.
S. Mariæ de Lamia.
S. Petri in Agro Niuer.
S. Petri de Monteplano.
Roccæ Morici.
Vvallilienſe.

Digitized by Google

VETERIS FLORIACENSIS BIBLIOTHECÆ REGIÆ LÆVVM XYSTON AVTHORE Ioanne à Boſco Pariſienſi, Cœleſtino Lugdunenſi.

AD REVEREN-DISSIMVM PETRVM VILLARIVM.

QVID IN EO CONTINEATVR ALTERA pagina docebit.

Digitized by Google

CATALOGVS EORVM

QVÆ HOC LÆVVM XYSTON Floriacensis veteris Bibliothecæ Regiæ, suo ambitu concludit.

Epistola dedicatoria ad Reuerendissimum Petrum Villarium,&c.

Origo vrbis Viennæ cum pluribus antiquis inscriptionibus.

Plurimorum Archiepiscoporum Viennensium Elenchus cum diuersis quorũdam ipsorum Epitaphiis.

Aliqua Epitaphia Regum Abbatum & Magnorum virorum.

Rescripta plura summorum Pontificum, Imperatorum Regum ac Principum ad Archiepiscopos Viennenses, vel pro Sancta Viennensi Ecclesia.

Nempe

Adriani. I.
Adriani. II. duo.
Agathonis.
Clementis.
Constantini.
Cornelij,
Eugenij II.
Gregorij. II.
Gregorij. VII.
Ioannis, V.
Leonis I.
Leonis. III.
Nicholai. I. duo.
Paschalis. I.
Paschalis. II.
Pauli. I.
Pij. I. duo.
Sergij.
Siluestri. I.
Simmachi.
Stephani. III.
Victoris. I. duo
Vrbani II. duo. &
Zachariæ.

Conradi Regis.
Frederici Ænobarbi tria
Frederici. II. tria.
Henrici, VI. Imp.
Hlotarij Imp.
Hugonis & Hlotarij. R R.
Karoli Calui Imp.
Karoli vi. Regis.
Odonis Ducis.
Rodulphi Regis tria.
Sigismundi Imperat.

Quæ simul faciunt rescripta. 46.

Et plura alia scitu ac cognitu digna, quæ longum est enumerare.

REVE

AD

REVERENDISSIMVM D. PETRVM VILLARIVM,

VETEREM VIENNENSEM
Allobrogum Francogallorum
Archiepiſcopum I. A-
Boſco Cæleſti-
nus. S.

Fundum aliis dominantem atque ſuperiorem, nempe PRIMATIAE Viennenſis Priuilegia quædam & Antiquitates ſuſcepi. At cum ſit iniquum, fundum abſque clientulari lege, homini extraneo concedi: benè vidi, mihi hunc tantum eſſe vectigalem. Si itaque perfidus vectigal abnuam, quidni in fundum, qui fundum dedit (nempe Patriarchale ac Metropolicum Viennenſe ſolium) manum iniiciat? Nec enim morticinæ poſſeßionis, mihi in hoc fundo ius eſt codicillis exaratum, ſed tantum Lepore atque benenolentia I. LEPORIS ſacri ſodalis Primariæ ædis Vienenſis Piißimi, fundi huius fundamenta sũ adeptus. Lepus inclite, Leporem hunc meum Lepidè accipe: paterèque me de tuis pilis, vectigal pen-

ſitare, galerumve texere Hero tuo meóque. Hero inquàm, veteris Viennæ, veteri Archiſtammini, veteribus adornato moribus, cui veteris Eccleſiæ ſuæ, vetera inſcribo monumenta: vt potè fundum hunc, ipſius in clientelam deferens, quem in huius liuidi ſeculi adſiduis penè liuoribus, leuantem meam ſarcinam toties perſenſi, perſentiamque perpetuò: adeo eſt iſtius Magni Petri, in ſuos Clientes Petreia firmitas. Fundus verò hic, complectitur inſignia multa à Celſiſſima Sede ac faſcibus Imperatoriis atque Regiis, ſacro Primati Viennenſi attributa diplomata valde pluſquam ſecularia, Viennenſiúmque aliquot Præſulum ſeriem & nomenclationem, & Ciuitatis Viennenſis quædã antiqua ornamenta. Quod ſi tu ô Admirande Petre poſtules, quidnam volo, dum in tuam clientelam fundum hunc Viennenſis eccleſiæ coniicio. Volo tuam cenſionem, tuum iudicium, tuam tabellam. Volo illuſtris ac ſplendentis antiquariæ rei præſcriptionem, illuſtrari amplius, ſplendeſceréque: per tuum cunctis optabile venerandumque Nomen, ac ferè Numen. Nam & ſi in tuis illis mellitis atque auratis quæ ad Clerum Viennenſem inſcripſiſti operibus, iam iam quædam ſcripſeris, quæ huic fundo ornatum conferant, non tamen perpoliuiſti aut perſcripſiſti, vti nec tuus ille Cardinalis Polyhiſtor (cuius amorem vt in corde ſemper geſtas, ſic nomen in ore habes iugiter) Baronius. Quo fit vt intrepi-

Digitized by Google

dus racemationem iſtam, amborum contabulationibus appendam. Certe ſi tuo Clienti maiora dare liceret, liberet: at ſuauiora, non liquet, adeò Viennenſis Eccleſiæ Amplitudinem ipſe amplecteris. Quam Religioſus admodum Archimandrita atque præclarus Antiſtes Arelatenſis Petrus Laurentius propenſiſſimo animo, communicatis mecum incredibili beneuolentia, Clariſſimi Cœnobij S: Petri Viennenſis, cui digniſſimè præeſt, archiuiis, mirum in modum euexit atque prouexit. Sed haud inſuetum Laurentiæ ſtirpi, rem Eccleſiaſticam remis velísque ad ſummi faſtigij portum impellere: quod ipſe alia occaſione palam cunctis faciam. Sacer vero Hyeronymus frater tuus, vt accepit me ornatui Viennæ operam dare pro ſuo in Viennam affectu, ad æternum ciuitatis decus: cogitabat proprio ære antiqua & vetera ciuitatis monumenta ſculpta, typis excuſſa, poſteritati tranſmittere. Verum celer ac immaturus ipſius ad Regiam Aulam abceſſus, tanto bono ciuitatem ciuéſque, necnon cunctos veterum operum amatores, magno meo mœrore priuauit atque ſpoliauit. Crede ſacer Pontifex quod ſi ingenio meo mea quadraſſet diuitias ſpernens crumena: Viennenſes Viennam comptam atque ornatam antiquis monilibus atque clynodiis, iam iam poſſideret. Velle quidem mihi adiacuit, perficere autem non inueni. Proprium eſt Villario germini, vt ſacris infulis Regiis ve

Præfecturis fulgere. (Quod comprobauit præter plurimos, ille conſpicuus Archiſtamen Hyeronymus, dũ in Clariſsimo Senatuum totius orbis Sole Pariſienſi, Conſiliarij nomine, fidei & integritatis in Reges ac Rempublicam radios, toto olim decennio emiſit) ita etiam munificentia ſplendeſcere, vti emergentia famularum Dei tecta teſtantur, quæ Baltaſarus Villarius veſter germanus Lugdunenſis Præſes, Piæ ſuæ coniugis adhortatione, erigi ſtudiosè procurat, in præclara agendo Phocionem vincens, quomodo ſemper in dicendo Ciceronem ac in iudicando Ariſtidem multis antecelluit paraſangis. Sed effluo at ne omnino diffluam: Tu tantum Præclare Gemmate Atque Auree Antiſtes Petre Vale. Vale inquam generis tui clariſsimum Decus, Dulce meum atque adeo vniuerſæ tuæ Patriæ, apud Diuos hominéſque Præſidium.

Lugd. Kalend. Septemb. 1605.

ANTI

Digitized by Google

ANTIQVÆ SANCTÆ AC SENATORIÆ VIENNÆ ALLOBROGVM GALLICORUM, Sacræ & Prophanæ plurimæ Antiquitates: Nec non Primatum eius & Archiepiscoporum Elenchus Historicus.

***

CAPITALES LITERAS TYPOgraphus minimo habebat numero, vnde rogatu amicorum pressus, qui meum vrgebant opus, aliis Caracteribus perspicuis Antiquarias Viennenses exaraui inscriptiones. Alia editione Lectori eas capitalibus caracteribus, si vita comes fuerit, subiecturus.

De vrbis Viennæ Antiquitate.

CAPVT I.

VRbem Viennam inter cæteras orbis ciuitates antiquissimam esse, eius erectio indicat.[1] Nam Venerius quidam Africa exul, eam condidit anno à mundi creatione 4247. temporibus Amasiæ Regis Iudæ, & Auentini Latinorum Regis: ante conditam Romam, annis circiter 70. Et quia biennio perfecta fuit ac ciuitatis formam adepta, primitùs Bienna nuncupata est: post modum vero subtracto elemento, B. eius loco, V. cœpit pronunciari, indéque Vienna vocata fuit. Sunt qui eius ad antiquiora longè tempora initium referam, inter cæteros maximè,[2] Lauinius Prædicatorij vir in-

[1] *A quibus & quando condita Vienna.*

[2] *Lauinius Poeta.*

Digitized by Google

ſtituti, Philoſophus Poeta & Theologus ſui temporis præſtantiſſimus: Qui hoc Epigramma, ante fores Senatoriæ Viennenſis domus etiam noſtra conſpectum ætate, de ea compoſuit.

Vrbs antiqua, potens Armis, clariſſima gente
Allobrogum, Aſcatidis tempore ſtructa fuit.
A decimo octauus qui Celtas rexit ad amnem,
Condidit hanc Rhodanum fertiliore ſolo,
Et quia frondoſa tentoria fixit in vlmo,
Poſteritas vlmi ſigna decora tulit.
Punica naue fugit cum tecta Venerius, vrbem
Hanc tandem voluit nomen habere ſuum.
Ædibus inſignis, peregrino marmore templum
Erexit centum, ludificata, Diis.
Aucta fuit Ducibus Romanis Cæſare viuo,
Arcibus erectis, nomine quinque ſuo.
Paulus & hanc docuit Chriſtum, Creſcente relicto:
Sanguine ſacrauit, munere, Zacharias.
Nam mantile fuit, quo menſa ornata ſacrato,
Cum fidei Chriſtus maxima ſacra dedit.
Sancta Vienna tenet, claris decorata triumphis
Sanctorum quorum ſanguine tota madet.
* *Thebanæ princeps Maurius Dux legionis,*
Reliquiis ſacri verticis auget opex.

* *Huius & vrbis honos Thebeæ Dux Legionis Mauritius, ſacro vertice adauget opes.*

Alter verò Poëta ita verſu, Viennæ laudem expreſſit.

Vnus vt aërio contingit vertice nubes.
Diffunditque ſuas in loca vaſta comas.
Sic cælum tangit celeberrima fama Vienna,
Ac fertur Galli totius orbis bonos.

SI verò quæratur quo tempore Aſcatades regnauit, legitur ipſum regnaſſe anno à Cataclyſmo ducentesimo

tesimo octogesimo octauo.43.ante Troiam, Ante Romam 475. Christum vero 1530.

Successu deinde temporis, Romani Viennam elegerunt: in qua Senatum statuerent, qui Galliis iura daret, qua ratione Senatoria exinde nuncupata fuit. Atque quinque in ea Legiones statuentes;totidē Castris in circuitu insigniuēre,constitutis ibidem horreis publicis,& totius Militiæ Cellariis, atque Apothecis.

Tribuni vero qui Iulio Cęsare Imperatore Legionibus præerant,dictis 3 Castris nomina dedêre. Priorem Crapptum,secundum Emedium,Tertium Quirianum, quartum Sospolium,Vltimum vero Pompeiacum vocantes. Inque ea etiam, antea templum in Martis & Victoriæ honorem ædificauerant Gentiles, anno scilicet mundi 4428. ab vrbe vero condita 181. tempore Xerxis Persarum Regis, illúdque ad Vrbis orientem collocatum, sumptibus communibus Galli Senonenses cum Viennęnsibus absoluerunt: cuius adhuc insignia extant vestigia, antè fores Ecclesiæ S. Seueri Nempe Tumulus saxeus antiquus, cui superponitur quippiam, Lucernæ simile:in vnius columnæ summitate, & ab interiori parte lapidis quadranguli, certi caracteres subrus lucernariam columnam sculpti visuntur: quos cum toto tumulo, cum Illustrissimi viri Petri Laurentij Arelatensis Archiflamminis & Abbatis S Petri Viennensis beneuolentia,calamo depictos, affecutus fuissem:ingenii meo rædio hic non apposui; 4 eo quod nullius ope vt sculperentur, adiutus fui, súntque in huiusmodi superficie sepulchralis lapidis, hæc verba.

3 *Castra quatuor Vienna.*

4 *Templum centum deorũ, vel vt alij volunt Martis & Victoriæ.*

D. M. Aureliæ Primæ L. Vibrius Eutiches
IIIIIIL. Vir Augustal. Coniugi sanctissimæ.

Ferunt quidam, innixij relationi libri de Infantia Saluatoris,errore Beato Doctori Hieronymo ascripti, Tyberium perpetuis carceribus Pilatum Iudeæ Præsidem condemnatie,ac ad supplicium Viennam ablegasse, de quo incolæ plurimas texunt fabulas, quas

otio vacantibus & desidiæ, recensendas libenter cedimus. Vnico contextu, antequam ad hystoriam sacram accedamus, prophana Viennæ vetusta monumenta lectoris oculis verbis subiecturi, quandoquidam iconibus, præ inopia haud potuimus.

5 Figura Genutij Cippi.

Et Primo in pariete claustri D. Petri prope Auenionensem portam, est [5] Genutij Cippi Prætoris figura, de quo meminit Valerius Maximus lib. 5. cap. 6. De Pietate erga Patriam. Cui portam ciuitatis Randusculanæ egredienti, subito in capite veluti cornua emersерunt: & ex hoc responsum habuit, se Regem forè si in Vrbem reuerteretur. Quod ne accideret, voluntarium ac perpetuum sibimet indixit exilium. Cuius rei testandæ gratia, Capitis effigies fronte acutum cornu gerentis, areæ portæ qua excesserat inclusa est: in cuius equidem memoriã, videtur figura hæc elaborata, & portæ Auenionensi ab antiquis Viennensibus affixa, quæ certè spectatu digna fuisset, si inopia non vetasset.

6 Obeliscus.

Extra illam portam Auenionensem in vineto, visitur [6] Obeliscus olim intra vrbem positus, in cuius vertice qui nunc truncatus spectatur: vrna fuisse dicitur, in qua conditi erant cineres Venerij Affricani, qui profugus à patria cum illic consedisset, Vrbem Viennam condidit, ac vt nuper dicebamus, Viennam appellauit, quod eam biennio in formam ciuitatis perfeciisset. Cuius rei mentionem fieri volunt quidam, in Grypho [7] Ausonij Burdegalensis Poëtæ.

7 Ausonius Poëta.

In pariete præterea domus publicæ, [8] conspicitur quædam figura, cuius similem murus Archidiaconi S. Mauritij intra domus septa continebat; quam Christianissimus Franciscus Rex huius nominis Primus, dũ ex Hispaniis rediret auulsit, & ad fontis Belleaadi Venaticam aulam vexit. Hanc Phæbi, alij Venerij, quidam Cornelij Syllæ iconem fuisse prædicant: Nihil de hoc certi affirmare audemus. Repræsentat vero propius Ionam prophetam sub edera consillentem, quàm quiduis aliud.

8 Imago Ionæ.

9 Basilica imperatoria.

Spectatur etiam Antiquissima basis apud Domnum Calanium, quo loco aiunt ? Imperatoriam fuisse prisca

priſca ætate baſilicam : cuius aula inferior deambulatoria, primitùs perforata extabat, quatuor eiuſdem artificij columnis miro ingenio atque ſubtili arte elaboratis, decorata.

Eſt [10] inſuper quidam in domo Conſulari lapis, ſupra ianuam in pariete poſitus, ad aulæ ingreſſum inferioris: reprærſentans hominé ſub ficu cõſiſtentem, ac beſtiam attonitè poſt exſuſcitationem intuentem. *10 Beſtia.*

[11] Apud S. Georgium è regione D. Petri, eſt Leonis imago, dorſo columnam geſtans, cum hac ſupra in ſeparata tabula lapidea inſcriptione. *11 Leo lapideus.*

EVENTI IN PACE.

Infra vero ſubtus Leonem.

D. M. CÆ. Colliberto D. T. Cypioni Negotiator in Ario Viennæ Maximia. Secundilia XXI. Piiſſimo fi. C Maximus V. C H. V I. Pietati ſanctiſſimi.

12 Aſpicitur etiam ſtructura lapidea Moſaïca vetuſtate confecta : vndíque perforata, pilliariis fabricata ſimilibus. Quàm Prætorij Aulam dixêre Priores. Hæc Paganitate ſeneſcente, in honorem beatæ Verginis Chriſtiferæ tranſmutata, fuit, ſub S. Mariæ veteris titulo. In cuius frontis medio, orbis eſt lapideus, quem Pilati pomum vocitant ciues. *12 Eccleſia Romani Suffraganei Vien.*

13 Poſtea in clauſtri S. Petri Pariete legitur. *13 Tabula ad S. Petrum.*

Cit vir ſpectabilis donæ. idi. Ceruus. qui vixit T. Tranſiit ſub die Orbis, Fauſto viro Cl. Conſul.

In foribus vero dicti clauſtri, portam Auenionis ſpectantibus; ex parte vtraque, ſunt duo lapides vtrinque diſpoſiti, ac in primo ſculpitur.

Virtute Fortiſſimo & Pietate [14] Clementiſſimo D. N. Fl. Conſtantino Maximo & Inuicti. Aug. Maiſius Apronianus PP. Fl. Viennæ Den. N. Ma. Q. eius. *14 Lapis Conſtantini.*

In

In altero autem.

15 Lapis Apollinis. 15 Apollini iacrum ex voto, Cuir.vs Victor, & L. Virius Vitalis S.L.M.

16 Lapis ad eadem Rostani. Ante domum [16] Rostani legitur in lapide.

Mercurio Aug.sac voto susceept.T.Lætorius dum faüs Anie, silanus & Lætorius Numida Antesilanus. P.D.F.

17 Ad hortum Rostani. 17 In eius horto ad aream Diui Blasij, Columna quædam Marmorea rotunda non procul a septo Virginum Sacrarum Andreanarum, a Pagano reperta fuit: dum suæ domus fundamenta iaceret, hanc habens inscriptionem.

Sig.Genij Mamerius Euprepes Magist.

18 Ad puteum Mutini. Astiferor. D.N.

Et iuxta [18] Puteum Domus Antonij Mutini, stat Vrna lapidea, aut si mauis tumulus, cum hoc eulogio.

D.M. Terentiæ hedone. T. Terentius

9 In aede pub. Concilij. Collibertæ & Coniugi Charissimæ.

9 In æde publici Consilij sculptum est.

D.M.GRÆCI. DEF. ANNOR. XXII.
DONIA. MODESTA. ALVMNO.

10 Ad S. Magdalenam. Lapis alius est parieti affixus ad viam Lugdunensem ante Sacellū [10] D.Magdalenes. In quo sculpitur:

Dis Manibus.D.F.Cipio.Crescenti dic. bl. m. Cilea filio piissimo & sibi Viua.

11 Ad S. Seuerium. 11 Apud S. Seuerium in pariete templi.

Vir. II. D. B.

12 Ad S. Antonium. 12 In æde D. Antonij in pauimento.

D.M.A.G.Fi.Gratiæ sanctissime ide. Liroro.Gratius Gratus Din. D.Grattia Grata Grattiæ Gratiæ Filiæ Patri Piissimo.

13 Ante Fores Domus Ioannis Mausserij, quæ fuit Equitis Candidi Condriacensis, prope S.Seuerum.

D. &

Digitized by Google

D.& MEXMO.M.Riæ æternæ Veteriæ Meceriæ. Quævixit ann.xxviij.M.IIII.D. XXI. Veteria Catiola Pompeia. V.Fl.Æt. hon. vs. ſibi & F. O. TA. PL.TAE.T.EM. Pone.N.D.Cvrauerunt.Cia Dedi.

14 In domo Perrinorum, quæ non procul à ciuitate abeſt : Operculum erutum ex D. Martini ædibus adeſt in quo legitur. *14 Ad Perrinos.*

IVSTINVS DONARVM.

15 Eſt & Fragmentum lapideum erectum in Via Auenionenſi. *15 In via Auenionis.*

Ir.iui Emeriti Atti Bellinus & Ninus Liberti Patrono Optimo.

16 Apud Cordigeros in pauimento clauſtri, eſt lapis Marmoreus,in quo inciſæ ſunt hæ literæ. *16 Apud Cordigeros.*

PLACIDO CONSVLE.

17 Sed & in Vineto Viennenſi Monticulus extat artificialis quadratus, ad Viam Auenionicam : in cuius latere vno, videre eſt antiquum antrum rotundum & orbiculare in ſummitate, Apothecæ inſtar vinariæ ſubterraneæ fornicatæ & cameratæ. Inquo quondam Martis ſimulachrum adorabatur, ac exinde templi Martis appellationem retinuit? Amplitudo eius ex omni parte duodecim paſſibus patet, & de hoc videtur loqui Apiricanus in V.temporum volumine,dum dixit. *Galli Senones & Viennenſes,Martis & Victoriæ templum, ad orientem vrbis conſtituunt.* *17 Templum Martis.*

18 Deinde Apud rupes S. Romani, in quodam ſaxeo monticulo non procul à Rhodano, in ſuprema parte, videre eſt tria foramina orbiculata : Puteos Nimpharum Vulgus appellat. Quòd per manus traditum ſit, Nimphas olim huiuſmodi puteis vice balneorum vſas : fuiſſéque inibi Fayarum receptaculum. *18 Fayarum Putei.*

19 Eſt præterea tumulus Lapideus in æde D. Romani iuxta ciuitatem ab occidente, in cuius ſublato operculo inſcriptæ eleganter huiuſmodi literæ apparent, *19 A.S. Romanum.*

Digitized by Google

rent,antehac à nullo viuentium viſæ.

Iuliæ feliciſſimæ ſcolaſticæ IAAPE quæ vixit Anni. M. VI. P. Iul. P.F.Gal.fælix & Iul. Nouella parentes fil. Dulciſſimæ ET. ſibi viui fecerunt & ſub aſſia dedicauerunt.

20 Ad Viennam Coyria.

20 In pago ſeu vico vulgo Coyria appellato propè ſanctum Romanum, vbi finguntur regulæ & cætera quæque ad figulinam ſpectantia:effoſſa altè humo, lateres reperti magni & densè ſolidi & quadrati, in quibus Optimis caracteribus extantibus & eminentibus, ſcriptum erat in diametro.

CÆSAR CETVSEM.

Viſitur & fruſtum etiam repertum in Vineis propè ſanctum Ioannem, in rudetis antiquæ Viennæ, cum hac inſcriptione.

CLARIANVS.

21 Ad S. Petrum.

21 In horto D.Amboli ad S.Petrum.

Apollini Aug. ſacrum Nattia ſoiliI. fil. ſæuera ex voto.

Ibidem extra Presbyterium.

D. M.Nigidiæ Aurelianæ.

In domo Infirmarij.

D.M.& quieti ætenæ Lucilli. Metrobi Signo. Saprici ſtator Ciuitatis Viennæ qui vixit Ann.xxxviij M. I I. Diuicia. Domi. Ola. Mater.Fili. Or. I I I. Coniugi Kariſſi mo & incomparabili ponendum curauit & fili ſub aſcia dedicauerunt.

Subtus S. Petri Campanile.

Rius mans iiiiI vir Aug. Rologium Deſu. Res. P. A nouo res.

Idid.

Digitized by Google

Ibid. Quieti & D. M. vcciI. Eucarpus & Policarpus viui fecerunt.

Ibimet. Matris Auguſtis. Dimarius Meſſulus Reſtituit ex voto.

Ibi intra ſacram ædem,

D. M. Et quieti Ritiæ Seræ defunctæ Ann. xxij. Mens, v. dier. xxv. Publius ſerus Aſclepiodotus Pater Filiæ Incomparabili.

Ibid. D. M. Six. Sucari Atunitionis ſucari Vallo Atunitio perpetans Atera. Atunitius'. Ermetio fili & heredes Patri Piiſſimo & Sucaria Perpetua Coniug. cariſſ.

Ibid. Sergiæ Zozimæ Gratia. Pithane & Claudius Munucius Amicæ Sanctiſſimæ viuæ poſuerunt.

22 Ad S. Georgium.

22 Ad S. Georgium.

M. Alfius Aproinanus vt P. P. Fl. Viennæ Deu. N. M. Q. eius apud fuiſſinum In domo Poncetij Mercur. Aug. Sacrum.

23 Ante primariam portam Clauſtri S. Petri.

23 Ad S. Petrum.

D. D. Flaminica Viennæ Tegulas æneas auratas cum carpuſculis & veſtituris baſuum & ſigna Caſtoris & pollucis cum equis & ſigna Herculis & Mercuri. D. S. M.

24 In Clauſtro S. Mauritij

C. Vibriol ful. Titulo fratri.

24 Ad S. Mauritium.

luxta

Iuxta ſacrum pulpitum in S. Mauritij Baſilica.

D. M. Six. Valeri. Sabini Duronia Ianuaria Coniugi Optimo. *Item*. Valeri Bellinus & Bellicus Patrono Optimo.

In Clauſtro. S. Mauritij,

D. M. Et memoriæ Cominiæ Marcellinæ Cl. Claudianus fil. Matri Piẽtiſſimæ. *Ibid.* D. D. Onutio Xeil Voit. dato.

25 Ad Bobæ portam.

25 Ad Portã Bobæ.

Lucio Portio T. fl. vot. Latino equo publico ornato Præf. Fabrum I. II vir Aër. III vir loc. Publ. perſeq. portia. T. F. Tutel.

26 Apud Santandreanas Monachas.

26 Apud Monachos S. Andreæ.

D. M. Vennoniæ Iatillæ M, Sergius Octauius Matri Sanctiſſimæ.

27 Ad S. Martinum.

27 Intra ſacram ædem D. Martini.

Titiæ Catiæ defunct. annorũ viij. M. V. D. V I I I. Catia. Bubatæ. fil. piiſſimæ & ſibi viuæ poſuit hoc ſax. Sub aſcia ded. eſt.

28 Ad S. Seuerum.

28 Ad S. Seuerium vel Seuerum-

D. M. P. Votti gemelli Sacari. Ro. manens vixit Ann. xxj Menſibus. viij. d. x. P. Vottius profuturus filio Pientiſsimo ſit tibi terra leuis.

Ibid. D. M. & quieti eternæ.

Ibid. D. M. Et Tagoneſmi Coniugis & L. Taioneſiphori filia Nunta Cæpagatha cariſsimo poſterisque ſuis fecerunt & Taio

Epaga

Digitized by Google

Epagatho def. Ann. xxiij. fil. piiſsi.

Ibid. D.M. Anniinius Gallus viuos.ſibi.

29 Ad S. Albanum Rhodani.

29 ad S. Alban.

D. M. Canniæ Heortex Plicinius Floridus Coniugi Kariſsimæ.

30 In Fuiſſino.

D. Manibus Saturnina fortunat⁹ poſuit.

30 In Fuiſſino.

31 In Arpone ad Nanti.

31 In Arpone.

D. Ma. C. Lucr Reſti Luci Reſti ſoror Aeiſt.

32 In Conueyro ad Peroulierum.

32 In Conueyro.

Iul. Epicarpia dis manibus Iulia Theagenidi fil.

33 Ad S. Antonium in Arpone.

33 In Arpone

D. M. Pomperæ Cocce Ambrocirigis ſequanæ.

34 Ad Vidalium Pictorem.

34 Ad Vidalium.

D. M. Fabiæ ſemnex A. Iul. Pithynchan Coniugi.

35 In æde publica.

35 In Ædepublica.

Dicidius Grathus viuo ſibi,

36 Ad Domum Viguerij

D. M. Meſsia eox. Tian. Meſsij Itaiis & Vien.

36 Ad Viguerium.

37 Ad recluſorium.

37 Ad Recluſorium.

Dis Manib. decidio Riſcimi decidi midia iiij. Q. niſsima & ſibi viua. *Ibid.* D. M. Et Memoriæ Viuæ Sabinæ Leria Aſia Fica Mater.

Ibid. D. M. I I. ſoror.

38 Ad S. Columbam.

18 Sub vaſe Luſtrali S. Columbæ.

Digitized by Google

Matris Augustis Catitius Sedulius ex voto.

Ad Sacellum S. Ioannis ibid.

Dis manibus Valleriæ Fci Ten. & Rufinæ Rufinus & seruãdus matri & sorori D. S. P.

Ibidem, in ædibus D. Blanchæ.

D IIII I. Opus. Tro. Fili Patri & Coiux Marito Optimo.

39 Ad S. Ioãnem S. Romani.

39 Ad S. Ioannem iuxta Diuum Romanum.

D. M. Quieti æternæ T. Cassi Lucinuli Mercator. S. E. S. Sor, & Cassia Viratia Filio Dulcissimo & sibi viui posterisque suis fecerunt & sub ascia de.

Ibid. Serui Seueri Fl. Cassia Misera Mater Filiò incomparabili ann. xxiiij Aram posuit & sub Ascia D.

40 In Delphinatu.

40 In Delphinatu ad ædem D. Almeti.

Mercuri August. Ataio sacr. scx. Geminius Cupitus ex Voto.

41 In Voreppo.

41 Ad Voreppum.

Iuli Mansullus & Karus Fratres VV .S. D.M.

42 Gratianopoli.

42 Gratianopoli in sacra æde D. Ioannis ante Palatium.

D. M. & memoriæ æternæ diu. Celiæ Basilæus Coniug. Kar. ponend curau. & sub ascia dedic.

43 Valentiæ.

43 Valentiæ ad Delphini stabulum, iuxta introitum.

D. Iustina. M.

44 Ad Guillotieram.

44 Ad portam Magdalenes ad Guilottieram.

D.M.

Digitized by Google

D. M. & quieti æternæ Eutichiani fili dulciſſimi reuerendiſſimi & prudentiſſimi reuerentiſſimíque Virgini qui vixit annis xxiij. M. I. D. I I II. Romanus Pater ponendum curauit & ſub aſcia dedicauit.

45 Lugduni, apud D. Senneton, propè S. Nicetium. *45 Lugduni.*

Dis Manibus Ligur Panthagaij & Liguriæ Hygines.

46 Ad Eremum S. Chryſtophori ſupra collem Tigni in Delphinatu. *46 Tigni in Delphinatu.*

Q. Val. C. Sil. Volt. Macedoni Flaui. iuuent. Q. cu. iiuir. acr. auguri iijvir i. pp. hũic coſ. Hadrianus.

47 In Suburbio Balmæ Viennenſis. *47 Ad Balmæ Viennenſe ſuburbium.*

Ancilliæ Marcellæ defunctæ annis xxij. Mens. vj. dier xviij Ancillius & Modeſtia. Marciana parentes infeliciſſimi filiæ pientiſſimæ P. C. & ſub Aſcia dedicarunt.

48 In Limine templi B. Mariæ. Virg. Viennæ. *48 Ad Templum B. Mariæ Vien.*

Apoloni Aug. M. Comminius Gratus.

49 In Muro Domus magiſtri Ioannis Valentalsde Tournon mandamenti Quiriaci. *49 Ad Quiriacum.*

Mercur. Aug. Sonaenis Martius & Nicſſius Martiniani Augures ex St.

50 Tigni ad eremum S. Chryſtophori. *50 Tigni.*

I. Domus Q. Diuinæ Colon. copiæ Claud. Augu. Lugd. Tarobolium ſçcit Q. Auius Antonianus Pontif. Perpetuus. Ex Vaticinatione Piſoni. Iulian. Archigalli inchoatum xij. Kal. Mai. Conſummatum viiij. Kal. Mai. L. Ægio. Marullo.

Cn. Pariuio Æliano Coſſ. Præeunte Ælio G.M.P.R.7.ns. Sacerdote Tibicine Albio Verino.

51 Turnoni. 51 Ex S. Ioanne ad Turnonem, intra Dusbium & Rhodanum.

Imp. Cæſ. Diui Traiani Partiici fil. diui Neruæ Nepoti Traiano Adriano Auguſt. Pontif. Maxim. Trib. Poteſt. iij. Coſ iij. ij. Rhodanio Iudulgentiſſimo Principi.

52 In Briordo. 52 In Caſtro Briordi eſt.

Memoriæ æternæ Campaniæ Tamulati. Cacianæ Rex.

53 Ad S. Columbam. 53 Ad Sanctam Columbam, lapis inuentus 1592. habet.

D. M. L. Cæcili Piſonis Ciuis Araus Cæcilius Marianus & Valerius Orpintus filij Patri Piiſſimo & Val. Maritima Coniugi incomparabili.

Ibidem apud D. Bertum, repert. 1593.

D. M. Securitati æternæ Iulliæ Iullianæ. C. Modeſtius Iſmaragdus Vxori Kariſſimæ & pientiſſimæ & dulciſſimæ.

54 Campaniæ. 54 In templo Campaniæ Albonenſij.

D. M. Q. Trebella. Macharei Trebellia Patrono optimo de ſe bene merenti.

Apud S. Petrum inter Iudæos Viennæ, loco dicto ad Plauſtrum.

Oſtis Tocæ Ger. KRr NAV. SOTR. BE. DT. REVTE. Secundus ſti Iorri R. Bato Cyſij R. F. CAVS Pater Ode

Cæ.

Digitized by Google

CÆ.Benis.

15 Quædam insuper visuntur monumenta in cœmé- *55 Ad S. Pe-*
terio D. Petri Viennæ, quæ fama est ex vrbe Roma *trum.*
nocte quadam illuc miraculosè aduecta, dum S. Au-
gustinus à Summo Pontifice Romano in Angliam di-
missus ad irriganda fidei aquis Gētilium corda, Vien-
na iter habens, templum Diui Petri ipsi Apostolorum
Coriphæo consecraret,ob Martyrum memoriam quos
inibi sepultos esse dedicerat.

56 Sed & in Cœmeterio S. Pancratij duobus ab vr- *56 Ad S.Pan-*
be millibus,ad alteram Rhodani rippam, conspicitur *cratium.*
lapidea columna quadrata, cui laterna superponitur,
quam fulcit pila rotunda,& ipsi inscriptum est.

D. O. M. Memoriæ æternæ socchiæ
Emeanis dulcissimæ super ætate annœnio
An. Menses viij. D.xxiiij. L. Bo.Con.V.S.
Polinus Pater & Alpia Castisina Mater
parentes infelicissimi repentina huius a-
missione orbati filio Krissimo Vnico Præ-
cl. P. S. ætatem sibi srepto & sibi viui po-
steríque suis po & sub ascia dedicaue-
runt.

67 Est & columna antiqua apud domum Bernar- *67 Apud Se-*
dinorum in pago Solesiensi non procul à ciuitate, cui *lesium.*
hac tempestate superponitur signum Crucis quod an-
tiquitus solatium dictum est, in qua sculpitur.

Ti Claudius Drusi. F.Cæsar.Aug. Ger-
manicus Pont. Maxi. Tr. Pot.III. Imp.iij.
Con.ij Rom.

68 Et apud Amputheum pagum, est in triuio co- *68 Apud Am-*
lumna antiqua lapidea, hanc habens inscriptionem. *puteum.*

Imp. Cæ. C. M. surrus Maximianus. P.
F.Aug Germ.Max.Dacic.Max.Daci.Siue
Serus. Maximia C.M.Max.Sarm.A.X.D.

Digitized by Google

C.M. Nobiliſsimus Salex.M.P.M.

Hæ ſunt Lector Prophanæ inſcriptiones que Viennæ vel alibi nō multum longè reperiuntur,ſi non cunctæ,ſaltem potiores;quas ſi facultatū mearum ſors tuliſſet; vel alicuius Viēnenſis Optimatis viri ope adiutus fuiſſem, tibi graphicè expreſſas obtuliſſem. Volui pluſquam potui,& q̄ potui prǫſtiti, beneuolētia tam prǫclaræ ac Nobilis vrbis illect⁹ Noſſe autē te cupio Allobroges. Alpinos impetu ferociter facto, veteres Viēnenſes Ciues vrbe exegiſſe;eorúmque ſibi focos & aras attribuiſſe. Vnde vt refert Dio Caſſi⁹ lib.46. Senatus iuſſit eos qui Vienna ab Allobrogibus expulſi fuerant,atque ad confluentes Araris & Rhodani fluuiorū conſiderant,vrbem condere. Quod illi ſubſiſtentes fecerunt, ac Lugdunum ædificauerunt, anno 2. Imperij Auguſti Cæſaris, ac Proindè videas Lugdunenſes antiquorum Viennenſium extare progeniem. Viennenſes vero qui nunc ſunt, Allobrogibus eſſe proghatos, vt minimè mirandum ſit, Præſules Viennenſes ſe Archiepiſcopos Viennæ Allobrogum quondam inſcripſiſſe,nóſque adhuc Vienna Allobrogicam appellare.

Cùm verò iam Delphinalis Vienna ſit & cenſeatur eſſe prouinciæ Vrbs Primaria atque Metropolis: non abs re fuerit, nonnulla de ipſa dicere Prouincia: atque in primis, apud Alpinos Delphinates eſſe Comitatum Griſeuoudanum, Champhaurianum Ducatum, atque Comitatus Viennenſem & Vvapenſem. Principatum Brianconenſem, ac Marchionatum & Baroniam Montalbonenſem.

Porro Albonis & Viennæ Comitatus eminebant, ſed & Albonis ac Viennęſij Comes, cognomen Delphini gerebat,ſcutóque Delphinum Marinum piſcem repræſentabat. Et quia Comitatu Aruēniæ etiam potiebatur, duorum ſibi ſuperſtitum liberorum Prior, Comitatus Viennenſium atque Albonenſem hæreditate adſecutus. Delphinum ſe Viēneſium & Albonenſem dixit. Poſterior Delphini Aruernici titulum obtinuit. Et cum ſuccedentibus annis inter amborum fratrum Delphinorum poſteros, ex ſignorum repreſenta

ſentatione lis emoueretur, cedétibus virorum ſapientum ſententiæ partibus, deciſum fuit, Primogeniti nempe Arbonenſis ac Viennéſij Comitis ſucceſſores, Delphinum viuum cum rubeis branchiis gerere pro ſigno debere. Aluernici vero poſteros, Delphinum exanimatum cum ſubpallidis branchiis: in quem modum lis ſopita fuit.

Fama etiam eſt, Gracum Tyberium ad aream in qua nunc S. Columbæ ſitus eſt vicus, palatium ingentis operis ædificaſſe: Pontem ſuper Rhodanum conſtruxiſſe, ac etiam ex vtroque pontis limite arcem munitam collocaſſe, quarum ne veſtigia quidam extant.

Elenchus Pontificalis Hiſtoricus.

CAPVT II.

PAulus [1] Apoſtolus Doctor gentium, dum in Hiſpaniam proficiſceretur, Eccleſiam Vienſem inſtituit: Apoſtolica authoritate per præſentiam ſuam conſecrando inſigniuit, primáque in ea fundamenta fidei ſtabiliuit, vbi verbum vitæ primò prædicans, aliquod temporis reſedit: ac inde diſcedens, in ea ſui loco [2] Creſcentem Chriſti diſcipulum primum Epiſcopum ordinauit, vti [3] Paulus Papa in quadam Epiſtola, ad quemdam Principem Francorum, inferius commemorat.

[1] *S. Paulus Apoſtolus inſtitutor Eccleſiæ Vien.*

[2] *S. Creſcens. 1. Epiſcopus Vien.*

[3] *Paulus Papa.*

Mortuo verò Creſcenti, vel, vt aliqui ſcribunt, Apoſtolico iuſſu in Gallatiam profecto: Iſmet beatus Apoſtolus Paulus Hiſpania rediens, [4] Zachariam Chriſti itidem diſcipulum, ſubrogauit. Qui cum Dominicæ interfuiſſet cœnæ, Mappam ipſius ſacroſanctæ refectionis, ſupérquam panem & vinum in ſuum corpus & ſanguinem, ipſe ſummus Sacerdos Chriſtus tranſubſtantiauerat: Viennenſibus nouis Chriſtianis, ſolatij gratia contulit. Atque deinde, Viennæ pro fide, morte violenta occumbens: [5] ProtoMartyr Galliarum effici promeruit. Cuius ſacrum corpus [6] cum longo tempore apud Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum

[4] *S. Zacharias Martyr. ij Epiſcop. Vien.*

[5] *S. Zacharias Galliarũ Proto-Martyr.*

[6] *Eius corpus exumatur.*

Innocent. iiij. PP.

ad Viennæ muros quieuiſſet ; tandem [7] Innocentij quarti Papæ mandato,celebri Pompa per [8] Hugonem Tituli S.Sabinæ & Guillelmum Tit. Baſilicæ duodecim Apoſtolorum S. R. E. Presbyteros Cardinales exumatum fuit. Cuius eleuationis annuo recurrente die,in ſæculum dictus Pontifex Innocentius, Confeſſis & ſacra Communione cibatis omnibus qui Baſilicam S.Petri Viennenſis in qua quieſcebat viſitarent,

8 Hugo & Guillelmus Cardinales.

Centumdies Indulg. apud S. Petrum in die releuationis S. Zachariæ.

[9] centum dies de iniunctis pœnitentiis relexauit, ſub dat. Lugd.xiiij.Kalend.April.Pont.ſui anno vij. Porro ſacratiſſimam illam [10] Mappam apud Cœnobium S. Petri Viennenſis poſteritas religioſiſſimè cuſtodiuit; ac piorum ſtudio virorum , Caluinitarum rabidæ audaciæ terræ infodiendo ſuffurata eſt. Nunc vero è terra eruta , veteri incipit cultu reſplendeſcere , atque priſca deuotione,vt par eſt,venerari.

10 Mappa Dominica Cœna, Vienna.

Poſt beatũ Zachariam,S.Apoſtoli Tertium Epiſcopum adhanc tunc temporis in Galliis florentiſſimam Ciuitatem direxerunt [11] Martinũ nomine,qui propriis Chriſtum in Cruce pendentem ac patientem viderat oculis , quique poſt demandatum ſibi Euangelicæ prædicationis ſtrenuè decurſum munus, tandem ſub Veſpaſiano,placido fine obdormiuit , annua à ſucceſſoribus memoria Kalendis Iulij honoratus.

11 S.Martinus Ep. Vien.iij.interfuit paſſioni Chriſti.

Huic cum adiuua datus ab ipſis Apoſtolis fuiſſet Beatus [12] Verus dum ad Gallias deſtinaretur,eo mortuo, Viennenſem ipſe ſedem capeſſit. Qui poſtea Kalend. Auguſti ſub Nerua Imperatore , ſanguine ſuo Viennenſem Eccleſiam purpurauit : ad quem etiam [13] Pius primus Romanus Pontifex.Apoſtolicum hoc reſcriptum tranſmiſit.

12 S. Verus Martyr Epiſc. Vien.iiij.

13 Euprepia Romana.

PIus Epiſcopus Vero Fratri , ſalutem. Antequam Romam exiſſes , ſoror noſtra 13 Euprepia ſicut benè recordaris , tutulum domus ſuæ pauperibus aſſignauit : vbi nunc cum pauperibus noſtris commorantes , 14 Miſſas agimus.De te autem ſuperbeate,poſtquam ad 15 Senatoriam vrbem Viennam perrexiſti , quod factum ſit noſſe cupieremus ; & ſi ſementem Euangelij iam ſpar-

ſeris:

14 Miſſa.

15 Vienna Senatoria Vrbs.

Digitized by Google

feris : audire multum deſideramus. Presbyteri illi qui ab Apoſtolis educati, vſque ad nos perueuerunt, cum quibus ſimul verbum Dei partiti ſumus, à Domino vocati, in cubilibus æternis clauſi tenentur. Sanctus 16 *Timotheus & Marcus, per bonum certamen tranſierunt. Vide frater vt illos imiteris ſequendo, neque vinculis mundi illigeris, feſtina palmam perſeuerabilem, cum ſanctis Apoſtolis tenere : quam per multas paſſiones Paulus ſuſcepit & Petrus,* 17 *cui Crux charitatem Chriſti tollere non potuit. Salutant te* 18 *Sother & Eleutherius digni presbyteri. Saluta fratres qui tecum viuunt in Domino,* 19 *Cherintus Primarches Satanæ, multos auertit à fide, gratia Chriſti habitet in corde tuo. Amen.*

16 S. Timothe⁹ & Marcus.

17 Petrus Apoſtolus Crucifixus.

18 Sother & Eleutherius Presbyteri Romani.

19 Cherinthus hæreſiarcha.

Huius beatiſſimi Veri tempore, apud [20] Pontum beatus [21] Phocas Synopis Ciuitatis Epiſcopus, glorioſiſſimo agone curſum compleuit. Cuius ſacratiſſimæ reliquiæ, [22] Viennam ſunt tranſlatæ : atque in SS. Apoſtolorum Eccleſia repoſitæ. Et tempore Innocentij 4. ipſius iuſſu ab antedictis Card. eruta ex humo, cum annuis 40. dierum indulgentiis, ipſa aniuerſaria erutionis die.

20 Pontus.

21 Phocas Synopenſis Epiſc.

22 Corpus S. Phoca apud Viennam.

S. Verum in Pontificali cathedra Viennẽſi, eſt ſecutus beatus Iuſtus, cuius ſolemnitas recenſetur 2. Non. Maij. hic temporibus Antonini Pij, atque Antonini Minoris floruit: dum adhuc honore Presbyterij, [24] ſacer Iræneus Lugduni fungeretur. Ipſius verò tempore, ſæuiſſima aduerſus Chriſtianos perſecutio excanduit, in qua excarnificati ſunt inter innumeros, [25] Seuerinus, Exuperius, atque Felicianus : quorum ſunt poſtea, mira admodum reuelatione, ſacra corpora reperta. Non multo vero antea tempore, [26] Sanctus, Diaconus Viennenſis, vir ſanctiſſimus, [27] Illuſtre certamen martyrij, cum pleriſque aliis Viennenſibus ciuibus, Lugduni explenerat. Ad hunc vero beatum Iuſtum, ſub initio ſuæ ad Vienuenſem Eccleſiam electionis, ſanctus Pius Papa, in hunc modum ſcripſit.

23 S. Iuſtus v. Epiſc. Vien.

24 S. Ireneus.

25 SS. Seuerinus Exuperius & Felicianus Martyres Viennẽſes.

26 Sanctus Diaconus Viennẽſis.

27 Ciues Viennenſes ob fidem Iudæi necati.

28 Pius Papa primus.

29 Athalus nuncius ecclesiæ Viennensis.

PIus 28 *Episcopus fratri Iusto Episcopo,* 29 *Athalus Epistolas Martyrium portans ad nos venit, gaudium nobis ineffabile faciens, de triumpho eorum. Qui dixit nobis sanctum Verum Collegam nostrum, victorem de mundi principe triumphasse: te vero apud Senatoriam urbem Viennam, eius loco à fratribus Episcopum constitutum,* 30 *& colobio Episcoporum vestitum. Vide vt ministerium quod accepisti in Domino impleas. Cura autem sanctorum corpora, sicut membra Dei: quemadmodum curauerunt Apostoli Stephanum. Carceres sanctorum visita, ne aliquis tepescat in fide. Martyria sancta, Spiritu Sancto proba, & vt perseuerent in fide, incitator insiste. Presbyteri & Diaconi, non vt maiorem, sed vt Ministrum Christi te obseruent. Plebs vniuersa, tua sanctitate protegatur. Fratres nostri quos per Athalum recognosces, de tyranni sæuitia iam liberati, requiescunt in Domino.* 31 *Pastor presbyter titulum condidit, & dignè in Domino obiit. Reuelatum mihi esse scias Collega Beatissime, citius me finem huius vitæ facturum. Vnum (flagito) in communione sta, & mei ne obliniscaris, Salutat te senatus pauper Christi, apud Romam constitutus. Saluta omne collegium fratrum qui tecum sunt in Domino.* Ipsóque Iustus post longum exilium Martyrio vitam finiuit.

30 Colobium. Episcoporum.

31 Pastor presbyter titulum condidit.

32 S. Desiderius.

33 Hunc Petrus Villarius vetus viennẽsis antistes, qui se in Catalogo Viennensium Pontificum, Petrũ Iuniorem inscribit, Dionisium vocat.

Post Beatissimum Iustum, extitit [32] Desiderius Episcopus Viennensis: [33] cuius nominis sola durat memoria, ex Epistola Victoris Pontificis Romani ad ipsum, quæ sic habet.

34 Victor Papa primus.

VIctor 34 *Epspicopus, Desiderio Viennẽsi Episcopo salutem. Sicut sancta fraternitas tua, à presbyteris qui Apostolos in carne viderunt erudita est, qui & Ecclesiam vsque ad tua tempora rexerunt: Non decima quarta luna cum Iudæis, sed decima quinta vsque ad vigesimam primam, Pascha Catholica Ecclesia celebrauit.*

uit. Non enim iam vmbram, ſed veritatem, quæ vmbra legis celebatur quærit. Hanc doctrinam Romæ 35 *Petrus & Paulus inſtituerunt, vt in azimis ſinceritatis & veritatis, Paſcha ageretur. Qui enim cum Iudæis Paſcha agere volunt, quid niſi vmbram diligunt, vt agni carnes non in veritate, ſed in vmbra figurante manducent? Nec audiunt Ioannem Baptiſtam clamantem: Ecce Agnus Dei, ecce qui auſſert peccata mundi. Scis frater Beatiſſime, opus totius pietatis, ſexta feria, & decima quinta luna perfectum, Quando in cruce clamauit is per quem factus eſt mundus, Conſummatum eſt: & vincente luce, vmbræ mortis ſuperatæ auffugerunt. Et in ſpem noſtræ ſalutis, Centurio confeſſus eſt, filius Dei erat iſte. Nuſquam Petrus cum Iudæis poſtquam illis dixit, Pœnitentiam agite, quia ſanguinem Iuſti fudiſtis: nos Paſcha celebrare docuit. Nuſquam Paulus, qui vt decem lucrifaceret; obſeruationes illas legis, arbitratus eſt vt ſtercora. Collega Beatiſſime, Chriſti Eccleſiam non in vmbra, ſed in veritate ſupra ſolidam petram fundatam doceamus: vt audiamus cum Apoſtolo Petro, Beatus es Simon filius Ioannis, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt. Per tuam ergo fraternitatem, * Presbyteris Galliarũ literæ mittantur,* 36 *vt obſeruent Paſcha non cum Iudæis negatoribus Chriſti: ſed cum ſequacibus Apoſtolorum, prædicantibus veritatem Chriſti. Salutat te collegium fratrum, ſaluta fratres qui tecum verſantur in Domino.* 37 *Eubolus qui Epiſtolam fert Viennam, de collegio noſtro, tecum viuere & mori paratus eſt, quem ſuſcipe in Domino Ieſu Chriſto. Vale.*

35 Pe. Paulus &c. fuerunt.

Ioan. 1. 29.

Ioan. 19. 30.

* Presbyteri Galliarum incitentur. Matth. 26. 17.

36 Per Epiſcopos Vienna, ſedes Apoſtolica mandata ſua innoteſcere aliis Galliarum Eccleſiis faciebat iam ab anno Chriſti 104. 37.

37 Eubolus.

28 A Deſiderio S. Dyoniſius ad apicem Epiſcopatus Viennenſis ſublimatur, qui vt morum integritate, ita doctrinæ ſplendore refulſit: temporibus Commodi ac Marci Antonini veri, Imperatorum, eiuſque feſtum colitur 7. Idib. Maij.

38 S. Dyoniſius vii. Epiſc. Vienn.

Poſt

* *Paracodes 39 S. Paracodas viii. Vien. Epiſc.*

Poſt 39 quem S. * Paracodas Græcus natione, vti fuerat Dyoniſius, præſulatum geſſit: ætate Antonini Caracalæ, Aurelij, Alexandri, & Maximini Imperatorum, ad quem Victor Papa ita ſcripſit.

Victor Epiſcopus, Fratri Paracodæ Epiſcopo Salutẽ Collega noſter Dyoniſius dormiens, te nobis ſocium in Eccleſia Chriſti reliquit. Vides Frater 40 *Orientalem Eccleſiam propter celebrationem Paſchæ ab Occidentali diſiunctam eſſe. Placuit ergo nobis Apoſtolorum ſectatoribus, veſtræ vnanimitati ſcribere, vt ſecundum quod ſcriptum eſt, vetera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia. Non tenebras ſequamur, ſed lucem. Vt aduertamus Prophetam, Populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Propterea Frater & Collega in Domino, doce per eccleſias tibi commiſſas, à decimaquinta luna, Paſcha agendum, vt dicat nobis Apoſtolus. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, &, Fuiſtis tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vnanimitas fraterna, te in Domino ſalutat, fratres qui apud te Vienna verſantur, de nobis in Domino ſalutans. Vale.* Honoratur vero S. Parocadas annuo recurſu 4. Nonas Ianuarij. cuius ætate S. Zacharias Antiſtes Lugdunenſis florebat.

40 *Orientalis Eccleſia ab Occidentali tempore Victoris Papæ diſciſſa ob Paſcha celebrationem.*

2. Cor. 5 17.

Apoc. 21. 5.

Iſa. 9. 1.

1. Co. 5. 7.

Epheſ. 5 8.

41 *S. Florẽtius ix. Vien. Epiſc. Martyr.*

Præſul deinde fuit Viennenſis S. 41 Florentius, qui tempora Gordiani, Philippi, Decij, Galli, & Voluſiani decucurrit, quando Nouatus Beati Cypriani Preſbyter, Romam veniens, Nouatianam hæreſim condidit. Anniuerſaria eius dies, eſt iij. Non. Ianuarij, quando poſt exilium mortem pro Chriſto pertulit.

42 *S. Lupicinus x. Vien. Epiſc. Martyr.*

Ipſi ſucceſſit beatus 42 Lupicinus Martyr, qui cathedram rexit, dùm Valerianus & Gallienus in humanis degebant: ſub quibus S. Cyprianus martyrio enituit, attigit etiam tempora Claudij, ſub quo Paulus erat hæreſiarcha, & deuenit vſque ad Aurelianum. colitur. 8. Kal. Ianuarij. Cui Cornelius Papa has literas miſit.

Cornelius

Digitized by Google

CORnelius 43 *Episcopus Fratri Lupicino Viennensi Archiepiscopo. Salutem. Scias frater,* Beatissime, aream Dominicam vento persecutionis accerrimè commoueri, & edictis Imperatorum, Christianos vbique tormentis variis affici. Nam in vrbe Roma Præfectus ad hoc constitutus est. Vnde neque publicè, neque in Cryptis notioribus, Missas agere Christianis licet. Exoretur itaque charitas vestra omnes credentes in Christum, ne timeant eos qui occidunt corpus, sed potius eum qui habet corpus & animam potestatem perdendi, Iam plures fratrum martyrio coronati sunt. Ora vt perficiamus cursum nostrum, nobis à Domino reuelatum. Vale frater in Domino, & saluta omnes qui nos amant in Christo.*

43 S. Cornelius I. Papa.
* Charissime.

Sequitur ordine sanctus* 44 Simplidas Episcopus Viennensis, qui vixit temporibus Taciti, Probi, & Cari Imperatorum, ipsius que ætate, hæresis * Monothelitarum initium sumpsit. colitur iij. Id. Febru.

Huic successit 45 Paschasius vir desertissimus, atque sanctissimus; qui temporibus Diocletiani & Valerij vixit, cuius solemnitas festiua habetur 8. Kalend. Martii. cuiúsque ætate, sancta Thebea Legio Mauritio adhortante, Martyrio coronata fuit circa annum Christi cccv. & Siluester Papa, ita pro Viennensi Ecclesia rescripsit.

* Simplicius.
44 S. Simplicius xi. Vienn. Pont.
* Manichæorum.
45 S. Paschasius xii. Vienn. Episc.

SIlueſter Papa vniuersis Episcopis per Gallias, & per septem prouincias, Placuit Apostolicæ Sedi, vt siquis ex qualibet Gallìarum parte, sub quolibet Ecclesiastico gradu ad nos venire contendit: vel ad alia terrarum loca ire disponit, non aliter proficiscatur, nisi Metropolitani Viennensis Formatas acceperit, quibus Sacerdotium suum, vel locum Ecclesiasticum quem habet, scriptorum eius adstipulatione perducat. Quod ea gratia statuimus: quia plurimi se Episcopos, Presbyteros, siue Ecclesiasticos simulantes, quia nullum documentum Formatarum

46 Vide Ecclesiæ Viennensis insignem Prærogatiuam.

Digitized by Google

* *Confirmari.*

rum extat, per quod valeant * *confutari; in nomen venerationis irrepunt, & indebitam venerationem promerentur. Quisquis igitur fratres charissimi, prætermissa supradicta formata, siue ille Episcopus, sit siue Presbyter, siue Diaconus, aut* * *in inferiori gradu constitutus, Deinceps ad nos venerit, sciat se suscipi omnino non posse. Quam authoritatem vbique nos misisse, manifestum, est vt cunctis his regionibus innotescat, id quod statuimus omnem in modum* * *esse seruandum. Si quis autem hæc salubriter constituta temerare præsumpserit, sponte sua se à nostra nouerit communione discretum. Hoc autem priuilegium formatarium, fratri & Coepiscopo Paschasio, & posteris eius, meritorum illius speciali contemplatione concessimus. 47 Prouincia vero septem ad Viennensem Ecclesiam pertinentes sicut Romanus catalogus testatur, hæ sunt. 48 Viennensis, prima, Narbonensis prima, quæ est secunda. Narbonensis secunda quæ est Aquis tertia, Aquitanica prima quæ est Biturix, quarta Aquitanica secunda, quæ est Burdegala, Nouempopulana quæ est Auxia, sexta. Atque Alpes maritimæ, quæ est Ebrudunum, septima. Valete.*

* *In suo.*

* *Omnibus.*

47 *Vide Primatiam veterem Ecclesiæ Viennensis.*

48 *Narbona, Aquæ, Biturix Burdegalæ Auxia, Ebrudunum.*

Cõsimiles literas sub iisdem prorsus verbis Card. Baron. Tom. 5. Annal. ad annum 417. refert à Zozimo fuisse datas ad Archiepiscopum Arelatensem: Sed fucum facile deprehendet ipse Cardinali impactum, qui accuratè Epistolam Zozimi infra positam considerabit. Intuere porro lector quã parum considerate Rubius in lib. 1. hyst. Lugdunensis, c. 9. Primatiam Viennensem irrideat aq; suggillet, quæ certissimis attestationibus constat, atque amplissimis & vetustissimis Summorum Pontificum rescriptis fulcitur.

CAPVT III.

1 *S. Claudius xiii Vien. Archiepisc.*

POst Paschasium beatus [1] Claudius Viennæ Antistes emicuit, cuius tempore admiranda Nicæna Synodus ob tuitionem Catholici dogmatis: coacta fuit

fuit. Cuius adeo tenax asserter fuit Claudius vt inter Antistites Arelatensis ductros Concilij, primas meritò obtinuerit, qui vt ad meliorem vitam transiuit kalend. Iunij.

Sanctus [2] Nectarius Ecclesiam Viennensem, per tempora Constantis, Iouiani, & Iuliani Imperatorum, strenuè admodum rexit, dum emicarent Athanasius Alexandrinus, & Hilarius Pictauiensis. Et vitam meliorem suo decessu adiret Antonius Monachus, obiitque kalend. Augusti. atque Synodo Valensi interfuit, semperque cõtra Arrianam perfidiam, publicè Trinitatis consubstantialitatem docuit ac predicauit.

2 *S. Nectarius xiiii. Archiep. Vien.*

* *Sexcentos.*

Ponè eum secut[3] est sanctus [3] * Nicetius Episcopus Viennensis. Cuius tempore obiit in Ægypto, Beatissimus Lugdunensis Præsul [4] Iustus: olim à sanctis Paschasio atque Claudio Viennensibus Episcopis educatus, adeò vt etiam beati Claudij extiterit Diaconus. Floruit verò S. Nicetius temporibus, Gratiani & Theodosij Augustorum: seculum linquens 3. Non. Maij.

3 *S. Nicetius xv. Archiep. Vien.*

* *Nicita.*

4 *S. Iustus Lugdunensis, fuit Diaconus S. Claudij Viennensis.*

Successit Nicetio in Viennẽsi Cathedra, [5] beatus Simplicius, quem Zozimus Papa hoc scripto honorauit.

5 *S. Simplicius xvi Vien. Antist.*

6 *Zozimus Episcopus, Simplicio Viennensi Archiepiscopo salutem, Reuelatum nobis est, qualiter 7 in Taurinensi Synodo, causas tuæ Diœceseos prosecutus fueris. Et licet Arelatensi Episcopo antequam legatus tuus veniret, propter reuerentiam sancti Troplimi, ius & Pontificium super tres prouincias habere scripserimus: Tamen si ita est vt scripta tua nobis missa continent, interim vsque dum lucidius ventiletur: Potestatem antiquam tibi manere permittimus: vt sicut in Taurinensi grauissimorum Episcoporum Synodo, tuis consilio decretum est, viciniores tibi iura prouinciam ciuitates vendices, donec plenius rei ordinem Charitas Apostolica prosequatur. Lazarum indebitè Episcopum, criminatorem fratris ordinatum, scias nostro iudicio esse damnatum,*

6 *Zozimus Papa.*

7 *Quod hic dicitur de Taurinensi synodo, vide apud Baronium Tom. v. ad ann. Domini 417.*

damnatum, data sub die Kalend. Octobris Honorio xj. & Constantio CC.

Rubius in Hist. Lugdun. lib. 1. c. 4. meminit eiusdam Salonij Viennensis Archiepiscopi, quem omnes silentio prætereunt authores.

Post S. Simplicium, ordinatus est sanctus [8] Mamertus Viennensis Episcopus, eruditione ac pietate fulgidus qui floruit temporibus Arcadij, Honorij (quando S. Martinus Turonensis Episcopus defunctus est) nec non Theodosij & Valentiniani Imperatorum: dum Ætius Gallias regeret. Hic vir Nobilissim⁹, à sãcto Anniano Episcopo Aurelianensi ab ipsis mortis faucibus ereptus, postea mirum in modum sanctitate excelluit, & ob imminentes Ecclesiæ suæ clades, Letanias instituit. Iacuit vero ipsius corpus, primum in Basilica Apostolorum foris murum Viennæ, ad dexteram altaris partem: ad cuius ostium sepulchri adhuc hi versus visuntur.

8 S. Mamertus vel Mamercus xvij. Archiep. Vien.

Mole sub hoc lapidum, sanctissima membra tegũtur.
Huius Pontificis vrbis sacrique Mamerti.

Postea vero ad Basilicam Constantinianam sanctæ Crucis Aurelianensis translatum, nouissimè circa annum 1863. à Caluinitis incendio deletum est. Ipsa vero Aurelianensis Ecclesia, inter sui cleri ordines sacrificos Mamerti nomine insignitos qui ante eius corpus, dum illic habebatur, psallerent: quique Mamertini dicuntur, ei attribuit, ac festum ipsius quotannis tertio ad huc celebrat. Ipso Præsulatum Viennensem gerente, atque fortiter suæ Ecclesiæ iura propugnante, Leo [9] Papa hoc reseriptum dedit.

9 Is fuit Leo primus qui sedit anno. 457.

Dilectissimis fratribus per Gallias, & Viennensem prouinciam Episcopis constitutis: Leo Episcopus Quali pertinacia Hilarius Arelatensis Episcopus iudicium nostrum effugerit, sancta vestra fraternitas non ignorat. Vnde & iustum esse videmus, vt quia Principis Apostolorum

Apostolorum, magnam in iudiciis moderationem quam in potestate, per vicarios suos semper exibet, Arelatensis Episcopus non expectauit, à priuilegio suæ ciuitatis sublimatus, humili loco discat: quod in magno gratiæ munere prædecessorum nostrorum concesso, tenere noluit. Sitque redintegratum Viennensi Archiepiscopo priuilegium, & ius antiquum: quod Apostolica benignitas ad Arelatensem ex parte transtulit ciuitatem: vt tali seueritate Hilarius coercitus, discat non temerè transgredi terminos antiquos, canonica prolatione fundatos, Data * *Octauo idus Ianuarij. Valentiniano Augusto iiij. & Anicio Consalibus.* Porro S. Mamerti decessus recolitur v. Idus Maij. * *Alias iij.*

Cum prius vt Sidonius lib. vij. epist. ep. 1. scribit & eius Doctissimus Commentator Sauaro annotat, ex æde quam Castulus condiderat ad ripas Rhodani, sita, ob Rhodani impetum ruinam minitante, citra Rhodani ripas aliam Basilicam fieri curans, illuc Ferreoli Martyris reliquias transtulisset. *Is Fuit. Annis.*

Huic autem successit beatissimus [10] Ysicius, Senatoriæ primum vir dignitatis: cui fuerunt duo filij Sacerdotali insula præclarissimi. Nempe [11] Apolinaris Valentinæ vrbis Antistes, & Auitus, qui Ysicio Patri in Viennensi Episcopatu successit. Floruit vero Ysicius, sub Leone Imperatore necnon sub Zenone, Regnante in Francia Clodouæo primo, qua etiam ætate, Corpus beati Barnabæ, [12] cum Euangelio manu beati Matthæi Euangelistæ scripto: ipso reuelante repertum fuit. Memoria eius habetur ij Idus Nouemb. & indulgentias dierum quadraginta ab Innocētio 4. datas lucrantur fideles, qui annuo recursu ecclesiam Apostolorum Viennæ, in die ipsius elationis adeunt. [10] *S. Ysicius xviij. Vien. Pont.* [11] *Apolinaris Valentinus Episcopus.* [12] *Euangelium propria B. Matthæi Euangelistæ manu scriptū.*

Beatus [13] Auitus post Patrem Ysicium, Viennæ Episcopus ordinatus, vt erat omni literarum cognitione ornatus, Apostolicisque moribus insignis, aduersus hæresim Arrianam quæ tunc non solum Africam, sed & [14] Galliam Italiámque ex parte occupauerat: magno sudore decertauit, quod eius clarissima indi- [13] *S. Auitus xix. Pont. Viennensis.* [14] *Arriani in Gallia.*

Digitized by Google

cant ſcriptâ. Martyrologium autem Lugdunenſe antiquiſſimum, his verbis de eo Nonis Februarij meminit, *Vienne Beati Auiti Epiſcopi, cuius fide & induſtria, tempore Gundobadi Regis, al infeſtatione Arriane hareſeos Gallia defenſa ſunt:* Sed & S. Agobardus Lugdunenſis Antiſtes lib. de Duello ad Imp. Ludouicum de iſto beatiſſimo Auito narrationem ſubiectam inſtituit. *Temporibus Gundebadi Regis Burgundionum, fuit in vrbe Vienna Sanctus Epiſcopus Auitus nomine, fide Catholicus, eloquentia facundiſſimus, ingenio acerrimus, ſacrarum ſcripturarum expoſitor ſuauiſſimus literarum etiam ſecularium doctiſſimus, & in metris facillimus, ſicut & eius opera teſtantur. Qui cum eodem*[15] *Gundebado frequenter de fide altercans, & dialogos in præſenti conficiens, & epiſtolis abſenti reſpondens, plura & clara ingenij ſui & virtutis opera reliquit, qui, ipſo Gundebade in ſua perfidia perdito, ſucceſſorem eius*[16] *Sigiſmundum Regẽ ad fidem Catholicam conuertit, in cuius conuerſione recitauit hòmiliam in populo, ſenſuum ſuauitate pleniſſimam, & verborum compoſitione dulciſſimam.*

15 Gundebadus primus Rex Burgundia Arrianus.

16 S. Auitus Sigiſmundũ Burgundia Regem ad fidem conuertit.

Ita ille. Ex quo Claudij Rubij Lugdunenſis perſeuerantem repugnandi contentionem merito damnes, qui hiſt. ſuæ Lugd. lib. 2. c. 2. Matrem ſuam Lugdunenſem Eccleſiam mendacij temerè nimis atque audacter arguit, dum probare nititur veteres omnes mentitos authores, qui de hæreſi Gundebadi ſermonem fecère. Ad ſuum propoſitum adducens Sydonij locum, quem diu quæſitum vbi indicat, nuſquam potui reperire, Porro iſte Sanctus Auitus Sigiſmundo Regi vt ipſe Agaunenſe Monaſterium conſtrueret author extitit, Moriénsque ſepultus fuit ſub temporibus Zenonis Imperatoris & Anaſtaſij in eccleſia ſanctorum Apoſtolorum, ad ſiniſtram domus partem, in capite longioris maceriæ, Nonis Februarij, circa annum Domini CCCCC. de cuius Epitaphio hos tantum verſus inuenire potui.

Veritate pura ſubmixtum.

Vnus in arte fuit, cui quilibet, ordine fandi,
Orator nullus ſimilis, miliſque Poëta,

Claman

Digitized by Google

Clamant quod ſparſi per crebra volumina libri,
Qui vixit, viuit perque omnia ſæcula viuet.

Viuebat tunc S. Leonianus B. Petri Viennenſis Abbas, qui Monaſterium B. Andreæ in colle ciuitatis erexit, in quo Remiliam, poſtea Monaſterij S. Andreæ inferioris fundatricem, ſub regulari diſciplina educabat.

Propè hæc tempora, [17] Symmachus Papa in fauorem Eccleſiæ Viennenſis, hoc reſcriptum publicauit. *17 Symmachus Papa.*

S Immachus Papa, Omnibus Epiſcopis per Gallias conſtitutis. Cunctas inter Eccleſias Galliarum, ob præcipuas, Viennenſem & Arelatenſem, exitit controuerſia. Quæ vero à prædeceſſore noſtro beatæ recordationis Leone Papa ſuper hac parte ordinata ſunt, Eccleſiæ Romanæ fidelis declarat inſtructio. Atque ideo, ne ea quæ ſemper eſt veritatis emula, ſibi aliquid vendicare queat oblivio, & prioris decreti vigor, temporis diuturnitate vergat in ſenium, neceſſarium duximus olim promulgata, in lucem reddere noſtris affatibus. Idcirco quemadmodum deceſſor noſter Leo Papa dudum recognitis allegationibus partium deffinitis, parœchiarum numerum vel quantitatem Viennenſi & Arelatenſi ſacerdotibus deputatam, & nos præcipimus nullius vſurpatione tranſcendi. Valete.

Subrogatus eſt beato Auito, [18] ſanctus Iulianus Viennæ Epiſcopus, qui ſub Iuſtiniano Imperatore floruit. Quo tempore [19] Ioannes Pontifex Romanus, Atque Boëtius, & Symmachus, Conſulares viri, à Theodorico Rege Arriano necantur.

Poſt S. Iulianum Eccleſiam Viennenſem rexit, [20] beatus Domninus ſub Iuſtiniano Principe, quando [21] Hildericus Rex Vvandalorum, Epiſcopos ad Eccleſias reuerti, eáſque inſtaurare præcepit; [22] & Benedictus Abbas virtutibus refulſit. Ipſe Domnus doctiſſimus in diuinis mundanisque ſcientiis eſt habitus; amator etiam pauperum, ac captiuorum redem

18 S. Iulianus. xx. Pont. Vien.
19 Ioannes 1. Papa.
20 S. Domnin' xxj. Pōt. Vien.
21 Hildericus Rex Vvandalorum.
22 Quo tempore B. Benedictus Pater noſter floruit.

redemptor: nec non innocentissimæ vitæ. Cuius hoc extabat Epitaphium, valde mendosum.

Dominus Papa. In nomine Christi.
*Pauper Episcopus, Dominus res * suas,*
*Deo, qui mente devota * Omnigenam * Christo:*
Dignis virtutibus offert.
Mente castus, & lege pius, facundia dives,
*Nescius iniusti, doctusque * rescindere culpas.*
*Intemerata * fide, diuina in sede locandus.*
Nil proprium cupiens, redemit quos possidet hostis:
Vestium, Pastum, potum tectumque ministrat.
** Solus exit iussu Domini, data morte superstes.*

* Sancta. * Omnigenis. * Christum. * Recidere. * Fides. * Solus. * Flaminis. * Sacrarium.

Ex voto * flaminis. Lacanius vir Consularis cum suis fecit; de proprio basilicam, * Secretaria atque porticum.

Domino subrogatus fuit [23] sanctus Pantagatus, qui claruit Iustiniani secundi tempore. Hic Consularibus Fascibus primum sublimis, sed Christi humilitate * primus? post modum quinquennio Episcopalem sedem fidelissimè rexit, sub Consulatu Paulini Iunioris & Basilij vita functus. In Aurelianensi secunda. Synodo, cum beato [24] Lupo Lugdunensi residens xxxvj. capitula, omni statui Ecclesiæ perneccssaria promulgauit. Cuius tale erat Epitaphium mendis etiam scatens.

23 S. Pantagatus xxij. Vicmen. Pontifex. * Parvus.

24 S. Lupus Lugdunensis Pontifex.

Sanctorum vitam, transactis cursibus ævi,
Scriptis preteritis cernere magna cupit.
*Vt valeat similis, sanctis consistere * viris.*
Atque procul tendat, vivere post obitum.
Hoc igitur sancti condantur membra sepulchro
Pantagati patris, Pontificisque pij.
Cuius vita fuit gemino sublimis honore,
Fascibus insignis, religione potens

* Veris.

Arbi

*Arbitrio * Regum, Quæſturæ cingulæ ſumpſit.*
Stemate præcipuus, plus probitate cluens * *Regnum.*
Dans epulas primis, & largo munere Gazas
Pauperibúsque dedit: cælica regna petens.
*Ingenio ſolers, * integro dogmate fulſit.* * *Viuere.*
Orator magnus, vates & ipſe fuit, * *Hic*
*His * igitur ſtudiis primæuo flore virente,*
Inter ſummatos eſſe prior ſtuduit:
*In ſobole felix, * diuiſam quam numere vidit:* * *Diuiſo mu-*
Pars ſecreta Deo, pars genitura manet. *nere vidit.*
*Poſt * matura viro, quam geſſit tempore vno.* * *Naturam.*
Culmen Apoſtolicum contulit alma fides,
Sic linquens mundum, Cæleſtem poſſidet arcem:
*Qui ſit præſidium * Celſum Viennatibus.* * *Celſa.*
Piſſenum vitæ compleuit tramite luſtrum,
Annis quinque ſuper ſpecula noſtra valens,
In quibus æternæ contemplans præmia vitæ
Lucem perpetuam, promeruitque ſuæ.

Sepultus eſt in oratorio beati Georgij Martyris quod eſt in ſiniſtra parte Eccleſiæ Apoſtolorum.

Poſt S. Pantagatum [25] Epiſcopus effectus eſt Viennenſis, ſanctus Yſicius ſecundus, qui ſub Iuſtiniano reſedit in Tertia Aurelianenſi Synodo, cum [26] Aureliano Arelatenſi, & [27] Sacerdote Lugdunenſi Epiſcopis: in qua de dogmatibus Eccleſiaſticis ſunt xxiij. edita capitula. Ipſius tale fuit Epitaphium. Sepultus quippe eſt iuxta S. Auitum.

25 *Yſicius ij. xxiij. Pont. Vien.*
26 *Aurelianus Arelat. Pont.*
27 *S. Sacerdos Lugd. Pont.*

Præſulis ſanctum tumulóque Auiti,
*Funus * Yſicij, tegitur ſepulchro.*
*Qui * dines, olim micuit honore*
Pontificali. * *Eſicij.*
* *Quique mundanis titulis peractis,* * *Cuius.*
*Quæſtor & * Regum habilis, benignus* * *Quinque.*
Ambiit demum habitare ſacris * *Regnum.*
Incola tectis.

* Christus. Cœlibus * sanctis sapienter hærens,
* Pacis. Fautor & * pacis, studuit furentes
Reddere ciues, speciali voto,
Mentis amicæ.
*Modo suæ. Temporum messor numeros * ætatis,
Calculo cernens, strenuusque doctor,
* Vnde. * Sequi superna docuit libenter
* Peragens in lustrum. Agmina templi. *
Septennum nec dum peragendo lustrum,
* Habitas. Corpus huic sedi posuit beatæ:
* Finxit. Mente cum sanctis * habitans refulget,
Luce per æuum.
Quem soror Marcella, gemens obisse
Vltimum præbens lachrymis leuamen,
Nomen hic sculpsit titulúmque * fixit,
Carmine puro.

28 S. Namatius vel Naamatus xxiiij. Pont. Vien. Hic sanctus Ysicius in Pontificali culmine successorem habuit [28] Naamatum, seu Naamatium, qui fulsit sub Iustiniano & Iustino Imperatoribus. Sepultúsque est in sinistra parte altaris Basilicæ Apostolorum, atque postea ad Ecclesiam sanctæ Mariæ retro altare humatus. Ipsius porro vitam, Epitaphium eius quod sequitur, pandebat.

* Humanus * tremens. * HVmanos quicunque * tremis sub pectore casus,
Ingemis & lustras oculo manante sepulchra:
Atque dolens nimio tecum mœrore volutas,
Quod cunctos mors sæua voret, quod sæpiat umbra
* Perpetua Lethi, nullum solluura per æuum.
* Perpetua Lethis. Huc vultus conuerte tuos, huc lumina flecte:
Et cape solamen, posito mestissimè fletu.
Æternùm quia viuit homo, si iusta sequatur:
Si teneat, * Christique libens præcepta faceſcat:
* Qua fateſcat. Vt tenuit tumulo positus Namatius isto,
Qui cum iura daret commissis vrbibus amplis,
Addicta pietate modis, iustissima sanxit.

Patri

Patricius, Præſul, patriæ rectórque vocatus:
*Hinc * ſpretis opibus, titulíſque mundi * relictis.*
Æterno ſe ſe placuit ſubmittere Regi
Et parere Dei mandatis, omnibus aptus.
*Sic poſt * hæc meritis * ſeruatus, & lege ſuperna,*
Maxima Pontificis ſuſcepit munera dignus.
*Quin etiam ſumpto, mercedes * addit honore*
Pauper lætus abit, nudus diſcedit opertus,
Captiuus plaudit, liber ſe eſſe redemptum.
Tantóque antiſtite gaudet .....
*Inter ſe aduerſos * illata pace repreſſit:*
Perfugium miſeris erat, & tutela benignis:
Nobilis eloquiis, & ſtemate nobilis alto.
Nobilior meritis, & vitæ clarior actu.
Viuat vt æterni, & Chriſti fruatur amore.
Huius ſi quæras annum, finémque ſalutis.
Septies hic denos & tres compleuerat annos.
Poſt faſces poſuit, & Cingula Symmachus ampla,
Iunior & quintus decimus cum ſurgeret orbis.
Ad ſummos animam cælos obmiſit opimam.
Corpus humi mandans, terræ terrena reliquit.

* Septis.
* que reiectis.
* Quam.
* Seruare
* Addet honores.
* Cuius agit grates.
* Inlata.

Ipſius elationis die anniuerſaria vt etiam Aaron, Pantagati, Aquilini, Georgij, & Euthetij Pontificum Viennenſium, nec non Leoniani & Mareülphi Abbatum, Indulgentias 40. dierũ viſitantibus cœnobium S. Petri Vien. in quo quieſcebãt Innocẽt. 4. Papa conceſſit. At Aaronem & Aquilinum fuiſſe Pont. Vien. hoc ſolum Innocentij diptoma prodit.

CAPVT III.

DEfuncto S. Naamatio, [1] beatus Philippus Cathedram Viennenſem nactus eſt, temporibus Tyberij Imperatoris, ſub quo Euthices Conſtantinopolitanus, errans circa reſurrectionem carnis, eo quod docebat corpus noſtrum in reſurrectione impalpabile omnino, ac ventis & aëre futurum ſubtilius, à B. Gregorio adhuc Apochryſario conuictus fuit, huius B.

[1] S. Philippus xxv. Viennen. Antiſt.

Digitized by Google

Philippi tempore, Monaſterium S. Andreæ ſubterioris Viennæ à Remilia Eugenia Anſemundi Ducis filia erectum fuit atque ſub teſtamento Eccleſiæ Viennenſi traditum. Obiit Philippus iij. Non. febr.

Poſt S. Philippum, factus eſt Viennæ Pontifex beatus [2] Euantus: qui cum [3] ſancto Priſco Lugdunenſi, [4] & Arſennio Senonenſi, atque [5] Remigio Bituricenſi Epiſcopis in Conſilio apud Matiſconem reſedit, & viginti capitula Eccleſiaſticò ordine perfecta, roborauit, quibus & ſanctus [6] Siagrius Pontifex Eduenſis, qui præſens erat, ſubſcripſit, Deceſſit Idibus Ianuarij.

Ab eo S. [7] Virus eſt Viennenſem Eccleſiam ſortitus, Imperantibus Tyberio, & deinde Mauritio: quando Ermingildis regis Gothorum filius, ob Catholicam fidem regno priuatus, atque in carcerem coniectus, nocte ſancta Dominicæ Reſurrectionis, ſecuri demum in capite percuſſus, Martyr regnum Cæleſte intrauit. Hic beatum Deſiderium habuit Diaconum, atque poſtea in præſulatu ſucceſſorem. Vita functus eſt x. Kal. Iunij.

Igitur S. [8] Deſiderius ſecũdus primũ à Namatio ſancto in Eccleſiaſticis diſciplinis enutritus, Auguſtudunẽſis natione fuit: & vſque ad annos maturitatis, apud Auguſtodunum alitus. Qui poſtea beato Viro adhærens, atque eo mortuo Epiſcopus Viennenſis factus, tempore Childeberti Regis Francorum tandem [9] Martyrium paſſus eſt in territorio Lugdunenſi, ſupra fluuium Calaronam peremptus: ſub ipſius filio Theodeberto Rege. Imperante adhuc Mauritio, iamque ad Papale culmen aſſumpto Magno Gregorio, quando Gothi ſub Ricaredo, inſtante Leandro Epiſcopo, ad Catholicam fidem reuertuntur. Iacétque ſepultus retro altare Apoſtolorum, extra Viennam. xj. Kal. Iulij.

Poſtea um S. [10] Domnolus vir ſtrenuus & redimendorum captiuorum ſollicitus, moderatus eſt Sedem Viennenſem. Imperante Phoca, cum ſtudio beati Gregorij Papæ, per Auguſtinum Monachum, Anglorum gens fidem Chriſti recepit: Regnabant vero tunc temporis in Burgundia Theodebertus, vel Theodoricus Childeberti filius, & Clotharius in Francia.

Epiſco

2 S. *Euentius vel Euantius, xxvj. Pont. Vien. ann. 588.*

3 S. *Priſcus Lugd. Pontifex.*

4 S. *Arſenius Pont.*

5 S. *Remigius Pont. Bituric.*

6 S. *Siagrius Auguſtudunenſis Epiſc.*

7 S. *Virus vel Verus. xxvij. Vien. Archiep.*

8 S. *Deſiderius Marty. xxviij. Arch. Vien.*

9 *De Martyrio Deſiderij Pontificis Viennẽſis, vide Rubyum. li. 3. Antiquit. Lugd. cap. 12. & eius nugas conſidera. quibus omnibus antiquis perfracta frõte noctem obducit.*

10 S. *Domnolus xxix. Põt. Viennenſis.*

Digitized by Google

Episcopus deinde Viennensis, factus est Sanctus [11] Etherius: Eraclio Romanis Imperãte & Francis Clothario, dum, Romæ Ecclesia beatæ Mariæ rotundæ à Phoca Imperatore Bonifacio Papæ concessa, dedicata fuit: & Persæ Hierosolyma inuaserunt: Crucem Christi inde aufferentes, atque Anastasium Monachum cum Septuaginta aliis, Martyrio interemerunt. Hic S. Etherius vir eximius cõditus in Ecclesia sancti Georgij fuit. xviij. Kal. Iulij.

11 S. Etherius xxx. Pont. Vien.

Sanctus [12] Clarentus eo defuncto, Præsul Viennensis effectus est: tempore Constantini Imperatoris atque Dagoberti Francorum Regis, cùm [13] Martinus Papa, postea in Chersonam exilio rellegatus ibíque mortuus, atque à morte miraculis refulgens, Centum quinque Episcopos Romæ congregauit, quorum assensu, Damnauit, Cyrum, Sergium, Pirrum, & Paulum, qui nec vnam nec duas voluntates in Christo confitendas esse dicebant: quasi Christus nihil velle aut operari credendus sit, Obiit 7. Kal. Maij.

12 S. Clarẽtus xxxj. Pont. Vien.

13 Martinus Papa primus.

Clarento [14] defuncto S. Syndulphus, Constantini etiam atque Dagoberti ætate Viennæ præfuit: cuius tempore post, solis Eclipsim, 5. non. Maij factam, Constantinus ipse in balneo iugulatus est, Migrauit 4. Id. Decembr.

14 S. Sindulfus. xxxij. Vien. Pont.

Sindulfo successit [15]. S. Edictus, vir magnæ religionis, regnantibus [16] Constantino filio: & Dagoberto Rege. Huius tempore, Macharius Antiochenus, à centum quinquaginta Episcopis, residentibus legatis Agathonis Papæ, cum suis præcessoribus Cyro & Sergio damnatus est, & in ipsius locum Theophanius fuit ordinatus, de qua re, dictus Agatho Romanus Pontifex, ita ad Edictum perscripsit.

15 S. Edictus, siue Heodicus. xxxiij. Pont. Vien.

16 Constantinus Pogonatus, Gallicè le barbu.

Agatho 17 *Episcopus, sancto Edicto Viennensi Archiepiscopo; Presbyter tuus Donatus in Synodo vbi centum pene Episcopi residebant, Romæ de sanitate tua nos lætificauit, cui rem gestam apud* 18 *Constantinopolim sicut legati nostri detulerunt, sanctitati tuæ deferendam dedimus: vbi reperies Antiochenum Episcopum, pro er-*

17 Agatho sedere desijt. 682.

18 Concil. in Trullo.

19 *En Primatia Vien.*

rore suo damnatum. 19 *Hæc tu frater Beatissime cum percurreris, omnibus Galliarum Episcopis legenda, & cauenda ac tenenda transmitte, scias autẽ loco eius Theophanium Episcopum Ordinatum. Data pridie Kalend. Martij. Piissimo Constantino Augusto.*

Qui obiit x. kal. Nouemb.

20 *S. Edaldus seu Esualdus vel Cadeolda aut Cadeolus xxxiiij. Pont. Vien.*

21. *Iste fuit Ioannes v. qui sedere cœpit anno Domini 685.*

* *Venerandi.*

Edicto in Episcopatu Viennensi suffectus [20] est sanctus Edaldus, ad quem S. Ioannes Papa, præciosa munera, cum sequenti Epistola transmisit.

Ioannes 21 *Episcopo Edaldo Viennensi Archiepiscopo. De officiis Missarum de quibus in literis vestris requisistis, sciat charitas vestra: quia varie apud diuersas Ecclesias fiant, aliter enim Alexandrina Ecclesia, aliter Hierosolymitana, aliter Ephesina, aliter Romana facit. Cuius morem & instituta debet seruare Ecclesia tua: quæ fundamẽtum sancti habitus ab illa sumpsit.* Venerabilis Pallij vsum per sanctum Presbyterum vestrum Fœlicem, tibi destinauimus: nolentes & priuari antiquo beati Petri munere. Simul mittemus de* 22 *capillis sancti Pauli, vt esset Ecclesiæ vestræ illius intercessione solatium, per* 23 * *cuius discipulum suscepit primum religionis honorem.* Et alia manu. *Benedictio Apostolorum, vos ab imbre malignorum custodiat.*

22 *Capilli S. Pauli apud Viennam.*

23 *Egregium testimonium pro Antiquitate Ecclesiæ Viennensis.*

* *Valete.*

Ipso autem Edaldo regente, Regnarunt Iustinianus Imper. Clodoueus filius Dagoberti atque Theodoricus Francorum Reges, ipsiúsque tempore Vvilibrodus Phrisionum Episcopus; à Sergio Papa sub cognomine Clementis fuit ordinatus, & Iustinianus Imperator, ob perfidiam in exilium relegatus. Moritur S. Edaldus 14. Kal. Febr.

23 *S. Dolinus vel Dodolinus xxxv. Pont. Vien.*

Post ipsum [23] S. Dolinus Viennæ præfectus est Pontifex, Leone vel Leoncio Romanis Imperãte, & Theoderico Francis: atque tunc Sergius Papa miræ magnitudinis Dominicæ Crucis, diu abditam portionem reperit: sanctúsque Cuthertus infinitis miraculis, Lindisfarni vbi præsulatum gerebat claruit, decessit vero S. Do

S. Dolinus Kal. Aprilis.

S. Dolino, [24] Bobo beatus ſucceſſit: dum reuerſus Iuſtinianus ab exilio, cum filio Tyberio Imperaret, & Frâcos Theodoricus regeret. Moritur xviij. Kal. Iulij.

24 S. *Bobo vel Bobolinus xxxvj. Viennẽſis Archiep.*

CAPVT IIII.

AS. Bobone rexit Viennẽſem Eccleſiam, S. [1] Georgius magnæ virtutis homo Philippico Imperante hæretico, ad cælúmque tranſiuit 3. Nouemb.

1 S. *Georgius xxxvij. Archiep. Vien.*

Poſt eum, Epiſcopus Viennenſis fuit ſanctus [2] Deodatus vir omnino abſtemius, Imperante Anaſtaſio & regnante adhuc Theoderico. Pipino vero ſub Sigeberto Auſtraſiæ Rege, Aulæ Præfecto: Qui in hac præfectura, ſucceſſorem habuit Grimoaldum filium, qui in carcere ſub Clodouæo defecit, quo tempore S. Leodegarius diuerſis pœnis ab Ebroyno affectus, vltimò decollatus eſt: ac Gerinus frater eius & alij, ſunt variis modis afflicti. Migrauit Idibus Octob.

2 S. *Deodatus xxxviij. Archiep. Vien.*

Defuncto S. Deodato, beatus [3] Blidianus ſucceſſit, [4] Theodoſio faces imperij ſuſtinente, Francorúmque Monarcha Clodoueo Iuniore, ac poſt eum ipſius Fratre Childeberto. Huius tempore florebat Sanctus Audoënus Rothomagenſis Epiſcopus, Regnúmque Auſtraſiæ ſub Regibus diſponebant, Pipinus Anſegiſi filius, vnà cum fratre ſuo Martino. Maiore interea Domus Francorum, Grimoaldo Pipini filio: pietate ac religione clariſſimo. Obiit xj. Kal. Febr.

3 S. *Blidianus xxxix. Pont. Vien.*

4 *Iſte Theodoſius abdicauit Imp.*

Suffectus eſt B. Blidiano, Sanctus [5] Agratus Viennenſis Pontifex, qui imperante Leone atque Francos Childeberto, per ſtrenuum Grimoaldum, regente, vixit. Cuius tempore Anaſtaſius Imperator à Tyberio captus; ac ſacramento adſtrictus, clero nomen dedit. Deceſſit xj. Idus Octobr.

5 S. *Agratus xl. Pont. Vien.*

Ab hoc, Diuus [6] Eoaldus Viennenſem cathedram obtinuit Leone adhuc imperante: Dagobertôque iuniore Regnante. Hic præclarus Pontifex cum regio Francorum ſanguini eſſet affinis, Eccleſiam Viennenſem rebus adauxit, necnon Baſilicam in honorem Thebeorum Martyrum adductis ipſorum & aliis plurimis

6 *Eoaldus xlj. Pont. Vien.*

Digitized by Google

rimis reliquiis, intra ciuitatem ædificauit: atque ab ipsius tempore. Viennensis Ecclesiæ res, dici sancti Mauritij cœpêre. Nam Primaria Episcopalis ædes antea in honorẽ sanctorum septem Machabeorũ, à priscis fuerat sacrata Episcopis. Huic literas in hunc modum, Papa Constantinus destinauit.

7 Iste Cõstantinus Papa sc. dit anno 713.

7 *Constantinus Episcopus, Eoaldo Viennensi Archiepiscopo. Reliquias Ecclesiæ tuæ, sicut rogasti per Archidiaconum tuum destinaui: de spongia Domini, de vestimentis Domini, de Vinculis Apostorum, de sartagine ærea Machabeorũ, de Cineribus sancti Ioannis baptistæ. Quæ omnia capsella argentea clausimus, & sub signaculo sanctitati tuæ trãsmisimus. Rogamus vt eo studio venereris, quo de munere B. Petri, ad sanctitatem tuam transmissa esse nosciuntur.* Et alia Manu. *Iesus Christus te Frater sanctificando custodiat.* Moritur Non. Iulij.

8 S. Bobolinus xlij. Antist.

Mortuo B. Eoaldo [8] Sãctus Bobolinus Viennæ Episcopus præfuit. Leone adhuc imperatore, & Dagoberto Rege. Gùm Grimoaldus iustus princeps, Leodij in basilica S. Lamberti est necatus: vbi ad Patrem Pipinum inuisendũ pertexerat, & Liutprandus Rex, beati Augustini ossa, dato ingenti auri prætio, Ticinum deportauit Migrauit 7. Kal. Iunij.

9 S. Austrobertus. xliij. Vien Pont. * Leonis.

Ipsi Bobolino suffectus est, beatus [9] Austrobertus temporibus * Michaëlis imperatoris, & Danielis Francorum Regis, quem à clericatu ammouentes proceres, Chilpericum dixerunt. Maiore Domus existente Theobaldo Grimoaldi filio, & Pipino ad superos emigrante, cum principatum obtinuisset annis xxvij, Relicto filio Carolo, qui præfecturam gereret sub Clodoueo rege: ad hũc[que] Gregori[9] Papa, ita rescripsit.

10 Iste fuit Gregorius. ij.

10 *Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, Austroberto Reuerendissimo fratri sanctæ Viennensis Ecclesiæ Archiepiscopo. Desiderabiles literas vestræ sanctitatis accepi, in quibus indicastis, statum Ecclesiæ catholicæ pietate firmum, apud* 11 *Ecclesiam Gallorum manere. Beati enim Petri fides in soliditate fundata est, quæ illuc*

11 Vide Primatus actum.

plena

Digitized by Google

plena manauit, ac ſinceriſſima Domino Deo noſtro cooperante perſiſtu, nec vllis errorum moribus ſuffundatur.

12 *Munera quæ miſiſtis, in odorem ſuauitatis peregrinis & captiuis Deo offerenda, gratanter quaſi benedictionem ſuſcepimus: & indigentibus Chriſti ſuſtentationem præbuimus. Ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu. Reuerendum fratrem Bonifacium vtilibus gentibus Epiſcopum deſignauimus,* 13 *quem veſtra charitas, Principibus Francorum inſinuare non grauetur vt legationem noſtram adimpleat. Authoritatem Eccleſiæ veſtræ, quam, venerabiliter vſa, à beato Petro promeruit, quámque vſque nunc prædeceſſoribus meis firmantibus, retinet: & roborare cupimus, & vt inde decoretur Eccleſia veſtra volumus, & Apoſtolico dono præoptamus. Data pridie. Kalend. Septembris Imperante, Piiſſimo. Leone Auguſto anno tertio, Imperij regni eius.*

12 Viennenſes Pontifices liberales erga Romanos vrbis Inopes.

13 Et aliud vide Primatiæ munus.

Poſt Gregorium Papam, Zacharias Romanus Pontifex, huiuſmodi Epiſtolam ad Auſtrobertum miſit.

14 *Zacharias Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Auſtroberto ſanctæ Viennenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo. Venit ad nos Presbyter Clemens, miſſus à ſanctitate veſtra: referens nobis à concuſſione gentium turbatas Eccleſias prouinciæ veſtræ. Vnde & nos valde triſtes effecti ſumus. Sed quid ſanctitas veſtra de talibus miratur, cum omnia prædicta à Domino eſſe in Euangelio cognoſcat: habundabit inquit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum? Nam & Langobardi quorum ſæuitia vbique creuit, ita noſtros fines deuaſtant, vt ſicut de Rege Babylonis Propheta dicit. Exoſſauerunt nos. Conſideremus Dei iuſta iudicia, & conabeſcamus iniquitatibus noſtris. Caterum X I. Kalend. Aprilis* 15 *Synodum Romæ fecimus. Cuius exemplar dilectus Presbyter noſter, veſtræ ſanctitati portabit.* * *Dalmatiã veſtris miſimus, vt quia Eccleſia*

14 Zacharias primus.

Matth. 24. 12. Ieremi. 50. 17.

15 De hac Synodo nõ meminit quod ſciat Card. Baronius.

* Dalmatic.

Digitized by Google

16 *Ne igitur mireris si Viennensem Ecclesiã legas quãdóque nominari Apostolicam.*

sua vestra 16 *ab hac sede doctrinam fidei percepit: & morem habitus sacerdotalis: ab illa etiam, percipiat decorem honoris. Data. Non. Maij.* 17 *Constantino Augusto, anno Imperij eius primo.*

Hic beatus Austrobertus sepultus fuit, in villa quondam suæ proprietatis Inlidiaco: non longè à Sequanæ * fluuio. Nonis Iunij.

17 *Iste fuit Constantinus Copronimus.*

* *Sagona.*

18 *S. Vvilicarius. xliiij. Pont. Vien.*

Huic successit [18] S. Vvilicarius, qui beatissimi Martyris Ferreoli ossa, nec non caput sancti Iuliani, intra Viennam transtulit: quia ipsorum basilica nobili opere, vltra Rodhanum à Mamerto Beatissimo constructa, à Sarracenis incensa fuerat. Nos autem ipsi conspeximus Ecclesiam quam intra ciuitatem beatus ille Pontifex Vvilicarius sanctis istis Martyribus condiderat, postquam à Caluinitis euersa fuit, hoc anno Domini 1605. liberalitate studióque Ioannis Leporis Canonici Primariæ ædis Viennensis & parochianorum restitutam, ac Deo fauente penè restaurarum. Hic vero Vvilicarius tædio afflictionis Ecclesiæ Viennensis affectus, quam rebus Franci spoliarant sacris (Nam insano tunc temporis furioso que consilio, res Deo pridem oblatas, in suos vsus retorquere statuerant) ad Monasterium Sanctorum Agaunensium Martyrum, aduolauit: ibique venerabilem vitam duxit. Atque ita vastato dissipatóque domi & foris Viennensi Episcopatu, plures anni absque Episcopo sunt transacti, dum interea barbaro more, Laici per sacrilegium, res Deo sacratas sibi vendicarent.

19 *Proculus xiv. Vienn. Archiep.*

Post Vvilicarium. [19] Proculus Viennensem sedem rexit toto Pipini regno, nec non karoli initio, ad húncque Stephanus Papa sic rescripsit.

20 *Iste fuit Stephanus tertius.*

20 *Stephanus Episcopus seruus seruorum Dei, fratri Proculo Ecclesiæ sanctæ Viennensis Archiepiscopo. Lectis literis tuis, de afflicta Viennensi Ecclesia valdè doluimus non solum quod eadem per antiqua, sed quod etiam Romano Senatui peculiariter chara extitit. Misi autem pro restauratione eius literas principibus Francorum, vt sicut Metropolitano iure pollebat: ita rebus vacuata non*

minus

Digitized by Google

minueretur, de noſtra autem authoritate, ſcias tibi authoritatem veterum ſeruari: nec vnquam priuilegiis antiquis, cana reuerentia firmatis, Eccleſiam Viennenſem poſſe vacuari. Deus te incolumen cuſtodiat. Data per manum Georgij Notarij & Scriniarij ſanctæ ſedis Apoſtolicæ viii. Kalend. Iulij.

Poſt Stephanum autem,[21] Paulus Papa hanc etiam pro Viennenſi Eccleſia ſcripſit Epiſtolam. *21 Paulus primus.*

DOmno Piiſſimo & Sereniſſimo ac triumphatori filio; Karolo Regi, Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Humanæ ſubſtantiæ vniuerſitas, hoc viſibili mundo diffuſa, veſtræ ſerenitatis cum pollet tranquillitate, clarius rutilat: atque viget Eccleſiarum etiam vigor ſanctarum. Quia ea ſemper perficere cupitis, quæ ſalutaris & beneficæ operationis exiſtunt. Pro quo immenſas indefinenter Omnipotenti Deo referimus grates, qui vos ad augmentum Catholicæ fidei conſeruare dignatur, atque tutamen: Sciat igitur Clementia veſtra, Viennenſem Archiepiſcopum, de nudatione Eccleſiæ ſuæ nobis ſcripta miſiſſe: dicens ſe antiquæ Eccleſiæ ipſius gloria expoliatum. Et cum fuerit inter claras Eccleſias clariſſima, præ cæteris humilior rebus iam inuenitur. Conſpiciat ergo ſapientia veſtra, quàm altè de priuilegiis prædeceſſorum noſtrorum, hæc eadem Eccleſia adornata floruerit: quam ſemper & venerabilem tenuerunt, & de munere Apoſtolico venerabiliter exulerunt. Quæ Apoſtolorum collegam, 22 *Creſcentem magiſtrum habere meruit, & de integritate fidei gloriari. Pro quare, neque dignum eſt, vt aut dignitate præſbita careat: aut rebus ſuis temiata debiſcat. Seruetur ergo honor à patribus magnis Eccleſiis conceſſus: vtantur priuilegiis ſuis diuturnitate roboratis, nec vllo modo ſoluatur, quod per tot curricula annorum manet indiſſolubile. Non tranſgrediantur normam*

22 Creſcens primus Viennenſis Pontifex.

in

Digitized by Google

in limitibus Ecclesiarum fixam, quos posuerunt Patres nostri. Si honorem Deo danies hæc passi non fueritis, crescet vobis temporale regnum: cum mercede sempiterna. Dextera diuinæ clementiæ suo vos semper vmbraculo protegat, & omnium ceruices, vestris conterat sub pedibus atque conculcet.

23 Bertericus. xlvi. Archic. Vien.

Ab obitu porro Proculi, [22] Bertericus vir bonus ac simplex, Episcopus Viennensis fuit, qui obiit 6. Id. Iunij, & ad quem Beatus Hadrianus primus Papa, literas hoc modo dedit.

24 Adrianus primus.

HAdrianus 24 Episcopus seruus seruorũ Dei, Sancto fratri Bertrico, Viennensi Archiepiscopo, Dilectus filius ac glorioſus, Illustris Karolus Francorũ Rex & Patritius Romanorum, Romam ingressus, Pascha Domini apud sanctum Petrum nobiscum egit. Vbi inter alia, monuimus eum de Metropolitanorum honore: & de ciuitatibus quæ laicis hominibus traditæ erant. Et quia iam Archiepiscopalis dignitas, per octoginta annos à Francis esset conculcata. Cum hæc & his similia gloriosus Rex audiisset, promisit ante corpus beati Petri, quod omnia ad ordinationem nostram emendaret. Vnde placuit vobis, vt Omnibus Archiepiscopis authoritatem literarum nostrarum mandaremus: vt sicut ab antiquis priuilegiis singulæ Metropolitanæ vrbes fundatæ sunt: ita permaneant: & habeat vnaquæque Metropolis, ciuitates sibi subditas, quas Beatissimus 24 Leo post Calcedonensem synodum, singulis Metropolitis distinxit. Nec præterea præiudicium vlla Metropolis patiatur, si alieni suffraganeorum aut nos aut prædecessores nostri, rogantibus piis Ducibus Francorum pallium largiti sumus. Nec debet ecclesia vllum damnum sustinere, si per sexaginta, aut per septuaginta, aut octoginta aut eo amplius annos, incuria quorumcumque Præsulum: & vastationibus Barbarorum dignitatem antiquam, ac Romanorum Antistitum

25 Leo Papa quãdo Metropolitibus Ecclesiis Episcopatus distermimauit.

ſtitutum firmitate roboratam, perdidit & amiſit quando innumeris penè annis, illa diſponente ſpiritu Dei, vſu fuerit. Authoritate igitur beati Petri Principis Apoſtolorum, ſingulis Metropolitanis antiquo more poteſtatem ſuam reddidimus, & filium noſtrum glorioſum & inclitum Regem, ante corpus beati Petri inde rogauimus: vt antiquam poteſtate omnes Metropolitani qui in Regno eius ſunt haberent. Ideo hanc Epiſtolam authoritatis noſtræ omnibus miſimus, quam & tu habeas, per tuum clericum qui orationis gratia ad ſanctum Petrum venerat. Voluimus etiam vt cognoſceres, Eccleſiæ tuæ ſuum Priuilegium quod à temporibus beati Leonis habuit, integrè eſſe reformatum. Data Kalend. Ianuarij Imperante Piiſſimo Auguſto Conſtantino Anno x. & à Deo coronato Rege Piiſſimo Karolo, anno primo Patrui ſui eius.

Mortuo Berterico, Archiepiſcopus Viennenſis creatur [25] Volferius: ad quem Leonis Papæ tale extat reſcriptum. *25 Volferius xlvij. Archiep Vien. Leo 3. Papæ.*

LEo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Volferio Viennenſi Archiepiſcopo, & cunctis Epiſcopis per Viennenſem prouinciam conſtitutis. Peteme inclito ac triumphatore filio Karolo Auguſto & Inuictiſſimo Imperatore, more prædeceſſorum noſtrorum. Galliarum Epiſcopis ſua iura firmauimus, pro quo etiam Presbyterum tuum ad nos direxiſti, vt tibi antiqua priuilegia roboraremus. Scias autem nos ab eorum inſtitutionibus nolle deuiare, & quæ illi Eccleſiæ tuæ contulerunt, nos velle inconcuſſa ſeruare. Et licet [26] *Tarentaſia Epiſcopus, aliquibus Oppidis videatur Prælatus. Tamen Prouincia Alpium Graiarum, ditioni Viennenſis Eccleſiæ ſubmiſſa, ſicuti à prædeceſſoribus noſtris confirmatum eſt, manebit. Nec debet Epiſcopus ſupradicta Prouincia humiliari, vnquam in ſubditione maioris contemnere, cum conſtet cum gratia muneris aliquibus prælatum excellere. Quamuis au-* *26 Tarentaſia ſubdita Viennenſi Eccleſiæ.*

tem ab impiis passi sumus, te ignorare non dubitamus. Vnde propter beatum Petrum, tu tuique nobis faueatis, ne malignorum iniquitas valeat rogamus; & Apostolica Reuerentia monemus. Data xv. mensis Iulij Imperante Piissimo Augusto Karolo Magno Imperatore, à Deo coronato.

Xij. Kalend. Iulij.

27 Vrsus xlviij. Archic. Viennens.

Defuncto Volferio, ordinatus est [27] Viennensis Antistes Vrsus, qui vir simplex senuit. Et obiit x. Kalend. Martij.

CAPVT V.

1 Vltraia xlix. Archiep. Vien.

VRso adhuc viuenti, senióque grauato, [1] Vultraia BANIAMINI generis homo subrogatur, cuius tempore pio studio Karoli Magni, partem suarum rerum, Viennensis Ecclesia recuperauit: sepultus est cum prædecessore Vrso, apud Ecclesiam S. Seueri Viennæ xviij Kal. April.

2 S. Barnardus. l. Viennē.

Eo fatis cedente licet quidam Baionarium interponant, vere tamen, Episcopij in sedem sublimatus est Sanctus [2] Barnardus: vir solers, ingenuus & eruditus cuius frequenter meminit Lugdun. Archiepiscopus libros ei ædicans. Agobardus: Hic ardenti studio Viennensem Ecclesiam bonis & clero amplificauit. Et cum boni pastoris more, curam sui gregis agens, prouinciam suam lustraret; quemdam locum in margine Episcopatus sui super fluuium Isaram repperit, qui cuiusdam matris familias diuitis, prædium perhibetur fuisse. Videns vero quod amœnus esset, & propter quasdam adiacentes causas ad construendum aptus monasterium, ab eadem anu locum petiit emendum. Quæ Pontificis precibus annuens, gratis dare voluit. Verum sancto non consentiente, æstimatum prætium tradidit; atque in hunc modum iuri suo locum ascribi præcepit. De quo vepribus & quibusdam arbustis quibus occupatus erat, abcisis: templum admirandi operis in ipso loco condere iussit. Cui ob sublimitatem ædificij, Romanis nomen indidit. Templum autem decenter compositum, cum octo suis suffraga

fraganeis, in honore duodecim Apoſtolorum, ſiue trium ſanctorum Martyrum Seuerini, Exuperij, & Feliciani, ſexto Nonas Octobris dedicauit. Et vt numquam laudibus diuinis deſtitueretur, Monachos cum Patre illic deputauit: & ex ſuo iure prædictam ædem locupletem fecit.

Ad hunc Barnardum, ſic Paſchalis Papa reſcripſit.

Paſchalis 3 Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei: Reuerentiſſimo & ſanctiſſimo Fratri Barnardo, ſanctæ Viennenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo. Quia ſanctitatem tuam in Eccleſia Viennenſi gubernationem ſuſcepiſſe cognouimus, in Domino Deo noſtro plurimum inde gaudemus. Vnde Apoſtolica vice monemus, vt in cuſtodia gregis Dei, ſtudium tuæ dilectionis prudenter inuigilet: Pallij vſum quem ad ſacerdotalis officij honorem, & ad oſtendēdam vnanimitatem quam cum beato Petro Apoſtolo Vniuerſus grex Dominicarum ouium, quæ ei commiſſæ ſunt, vim habere non dubiū eſt: ab Apoſtolica ſicut decuit ſede poposciſti. Ipſum igitur tibi Viennensique tuæ Eccleſiæ, 4 vt pote ab eiſdem Apoſtolis fundatæ, maiorum more libenter indulſimus, ad oſtendendam in te tuámque Eccleſiam, eiuſdem ſedis Apoſtolicæ charitatem: vtque ſecundum morem Eccleſiæ eo vtaris benigne deſignamus. Fraternitatem tuam neceſſariò commonentes, vt creditæ tibi Eccleſiæ opus tua Deo ſauente exequi ſtudeas, vt adepta cuius ornaris ſtudio dignitate & probitate morum: & vigilacitate ſollicitudinis, & cuſtodia integritate fidei, amplius ſtudeas adornari. Omnia etiam priuilegia quę tuę pridem conceſſa ſunt à prędeceſſoribus noſtris Eccleſię, volumus inconuerſa tibi & ſucceſſoribus tuis permanere. Scriptum per manum Theophilacti Notarij & Scriniarij, in mēſe Decembris, Indictione x. bene Valete. Data per manum Georgij Bibliothecarij ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, Nonis Decembris. Imperante Domino

3 Paſchalis Primus.

4 Data Eccleſiæ Viennenſi.

Piissimo Augusto; Ludouico à Deo coronato. Magno, Pacifico Imperatore, eius Imperi. Anno iij. & Patriatus eius iij.

Post Paschalem, etiam Papa Eugenius ad ipsum B. Barnardum, sequentes literas dedit.

2 Eugenius 2. *EVgenius 5 Episcopus, seruis seruorum Dei: Reuerendissimo Fratri Barnardo Archiepiscopo Viennensi. Congaudeo valde, quoniam licet in aliquibus detenius, tamen pro magno Apostoli Petri amore, nostróque: literæ vestræ sanctitatis nobis redditæ sunt. Per quas mirè cognouimus, qualem ergo nos exercere charitatem desideratis. Vnde immemor nostri forè non debet, quia tuę dilectionis affectus in visceribus nostris residit. Et ideo quocumque loco fueris profectus, ad rem Ecclesiæ tuæ peragendam: optamus vt Clauigeri te Petri dextera circũtegat atq; gubernet. De causa frater charissime, quã nobis per vestras syllabas intimare curastis: hoc exinde scire vos volumus, quia quantum potuimus, recursu Ecclesiæ illam in seruitiis nostris inuestigauimus: & quicquid post authoritatem Romanam, in Iustiniana etiam Lege comperimus: tuę sanctitati per nostros apices innotuimus. In cap. D. XI. eiusdem Legis, ita inuenimus. Vt de scripto XL. annorum, Venerabilibus locis competenter vtatur. Neque XX. vel etiam XXX. annorum præscriptio, religionis Domibus opponatur. Sed sola XL. annorum curricula, non solum in legatis & rebus exterioribus, sed etiam in hereditatibus sacris valeat, ex quo per authoritatis nostrę seriem, quam vestrę direximus charitati, vt si causa ita est quemadmodum vestra nobis denunciauit epistola, vestrę Ecclesię eam concessum non dubitetis: similiter vestrum plane priuilegium, vobis redintegratum, quod prædecessores nostri, vestrę sedi concesserunt cognoscatis. Neque enim aliud nos velle debemus, quã quod illi venerabilibus*

gabilibus regulis firmauerunt. Deus Omnipotens, ve-
strum semper, & Ecclesiæ vestræ ab hostibus honorem cu-
stodiat. Scriptum per manum Agathonis Notarij & Stri-
*niarij, in mense Iulio Indict. *xv. Bene valete. Data* * XV.
viij. Idus Iulij, per manum Georgij Bibliothecarij sanctæ
sedis Apostolicæ Imperante Domno Piissimo Augusto
*Ludouico Imperij eius anno 4.** * Vndecimo.

Porro ipse sanctus Barnardus, Viennensem Eccle-
siam annis xxxvj, Rexit. Sepultus ab obitu, qui fuit
xj. Kal. Febr. in Monasterio suo Romanensi: ad quod
Sanctorum Martyrum Seuerini, Exuperij, & Feliciani, corpora trāslulerat. Ad hunc scripsit S. Agobardus
Lugdunensis librum de Priuilegio & iure Sacerdotij.

Huic suffectus est [6] Agilmarus, cuius tempore. [7] Hlotarius Imperator, hoc pro Viennensi Ecclesia
reseriptum dedit.

6 Agilmarus Archiep. Vien.

7 Hlotarius Imperator.

In Nomine Domini nostri Iesu Christi, Hlotarius
diuina ordinante Prouidentia Imperator Augustus.
Si vtilitatibus Ecclesiæ Dei consulimus, nostrorum vi-
cinæque prædecessorum seu progenitorum imitamur exemplis
& ad emolumentum animæ nostræ proficere credimus,
cum de statu religionis solerter curam tractamus. Quia pro-
pter nouerit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ no-
strorumque, præsentium scilicet ac futurorum industria,
quia Agilmarus Venerabilis Viennæ Archiepiscopus,
obtulit coram sacris obtutibus nostris scripturam, vbi
continebatur, qualiter Barnardus, quondam eiusdem Vr-
bis Antistes, [8] Beatissimos Martyres Seuerinum, Exu-
perium, & Felicianum iuxta introitum eiusdem ciuitatis,
in vico Brennacu, vrbi digno loco iacentes, reuerenter su-
stulit, & in monasterio Viennæ suo proprio loco quo Roma-
nus dicitur sito, solemniter tumulauit. Quod Monaste-
rium memoratus Pontifex, sollicita religione, pro vtili-
tate & honore eiusdem sedis, construxit: & in honore

8 Martyres olim, siue num Regum non transferebantur.

omnium Sanctorum Apostolorum, una cum Episcopis comprouincialibus suis dedicauit. Ac de rebus propriis ad cotidiana stipendia Monachorum ibidem Deo militantium, honorificè dotauit. Priuilegiúmque suum, per legitimam traditionem, successoribus suis ipsius videlicet Ecclesiæ Pontificibus, iure perpetuo sub integritate reliquit. Quam traditionem præfatus Agelmarus Venerabilis, vt per nostræ authoritatis confirmaremus præceptum humillimis precibus nostræ serenitatis postulauit clementiam. Cuius vtilissimæ obsecrationi libenter assensum præbentes, hos nostræ sublimitatis apices fieri censuimus, per quos memoratum 9 cœnobium cum Vniuersis rebus ibidem à iam dicto Barnardo collatis, vel omnibus sibi pertinentibus, ad sedem Viennensem in honorem sancti Mauritij sacratam, subiectum esse statuimus. Et iure perpetuo, sub integritate confirmare studuimus, vt deinceps omni tempore Pontifex ipsius ciuitatis, exinde ordinare, quicquid rationabiliter & vtiliter decreuerit, perpetualiter ratum habeat priuilegium: absque cuiuslibet subtractionis iniuria, seu qualibet iniuste repetitionis calumnia. Et vt hæc nostræ serenitatis authoritas, inconuulsam obtineat firmitatem, manu nostra firmauimus, & annuli nostri impressione signari iussimus.

9 Romanensis Ecclesia Viennensi subdita.

Sigillum Hlotarij Sereniſſimi Augusti.

LOR *Daniel Notharius,*
Ad vicem Hilduinj recognouit.

Iſte vero Agilmarus Pontifex, rexit annis viij. & anno nono, ii. Non. Iulij, è vitus abcessit: sepultus in Ecclesia sancti Petri, ab beati Naamatij pedes. Indictione vij.

10 S. Ado Archiep. Vienn. lxxv.

Ab Agilmaro, sedem Viennensem obtinuit 10 Sanctus Ado. Anno scilicet ab Incarnatione Domini DCCC.

DCCC.lxxv.Indict.viij.rexitque annis xvj. Ad hunc, visuntur binæ Nicolai Papæ Epistolæ sequentes.

11 Nicolaus Primus Papa.

NIcholaus 11 *Episcopus, seruus seruorum Dei, Reuerentissimo & sanctissimo Adoni Viennensi, confratri nostro Archiepiscopo. Sanctioni & Institutioni canonicæ obtemperantes, vestræ dilectionis apices destinare curastis: quibus cordi Apostolico lætitiam dedimus, licet eisdem perlectis mœrore affecti fuerimus: eo quod quatuor Synodos obseruantes, quintam & sextam prætermiseritis. Nam in petitione pallij vobis annuimus. Verumtamen istiusmodi occasione nacta non fuerat postulatio vestra implenda, nisi recensita intentione directa scriptura, cognouissemus vos per omnia tenere velle, quod sancta dogmatisat Ecclesia. Ideóque voluimus, parterque sanctitatem vestram rogamus, vt sub omni celeritate dirigatis, qualiter nos de ipsis v. & vj. Synodis sentiatis. Gratia sancti Spiritus, adhortante atque adiuuante,* 12 *in mense Martio pro diuersis Ecclesiæ vtilitatibus Synodum Romæ celebrauimus.* 13 *Vbi etiam quædam capitula statuimus, ipsáque vestræ Sanctitati custodienda, seu confratribus vestris Archiepiscopis, per vos transmittenda direximus: & suffraganeis vestris vt hoc instructis obseruare, hortamur.*

12 Synodus Romæ.

13 Primatia Viennensis.

NIcholaus Episcopus seruus seruorum Dei. Reuerentissimo, & Sanctissimo Confratri nostro Adoni Archiepiscopo. Decretum perpetuum Viennensis Ecclesiæ, quod reuerenter petiit sanctitas tua à sede Apostolica, & humiliter expostulauit, vt priuilegium antiquum à Patribus nostris & predecessoribus, Viennensi sacræ sedi renouaremus: Authoritas huius sanctæ sedis, quia digna res petebatur non abnuit. Sicut ergo ab antecessoribus nostris beato scilicet Leone, vel à reliquis pene ad nostra tempora, tuis antecessoribus prestitum est largitione Apostolis

ſtolica, ut ad priuilegium Viennenſis Eccleſiæ ſeptem pro-
14 Viennenſis Pontifex, Vicarius Apoſtolicus. uincię pertinerent: in quibus 14 Preſul ipſius, uices noſtras agens conuentus Synodales indiceret, & iura Eccleſiaſtica iuſtè & regulariter definiret: & iuri Viennenſis
15 Suffraganei Viennenſis, Eccleſia. Eccleſiæ, ſeptem Oppida vel Ciuitates 15 Gratianopolis ſcilicet Valentia, Dia, Alba Vtuarium, Geneua, & Tarentaſia, perpetuo ſubiectę manerent, ita & Mauriana nunc noſter Preſulatus, futuris temporibus firmum & inconuulſum duraret preſenti decreto conſtituit: & ut ad poteſtatem & ditionem Viennenſis Metropolis pertineant inuiolabiliter definiuit. Neque tamen propterea Tarentaſienſis Eccleſiæ Pontifex, ius ſibi collatum perdat. Quia nec hoc Viennenſis Archiepiſcopus Primas ipſius a noſtra auctoritate poſtulauit, ut in aliquibus oppidis ſibi commiſſis non ordinet. Et ad ſe cum opportunum viderit non aduocet, ſed ſub iure Viennenſi Archiepiſcopi ita ſe poſitum ſemper ſciat, ut per diſpoſitionem illius omnia hęc agat: & ad Synodum ipſius vocatus pariter cum ipſis ſibi conceſſis occurrat, & quantum ad generalem obſeruantiam attinet, nihil præter authoritatem Viennenſis Preſulis definire præſumat. Siquę humiliter ſubditus, ſicut ab anteceſſoribus noſtris ſalubriter inſtitutum eſt, Viennenſi Eccleſiæ vt liberius dignitatem ſuam a nobis ſibi conceſſam poſtmodum habere & tenere præualeat: ne ſi aliter fecerit aut præſumpſerit, non ſolum conceſſa amittat, ſed etiam propter inobedientiam, diutius damnanda, in futurum humilietur.

Adó vero beatus Scriptis orbi notiſſimus & ſanctitate vitæ clarus, mortem gultauit xvij. Kal. Sepultus Vienne in Apoſtolorum Baſilica.

16 Otramus liij. Archiep. Vien. Adoni ſancto, ſucceſſor eſt attributus. 16 Otramus: qui gubernauit annis octo, & nono in pace quieuit. xvj kal. Octob. ſepultus ad S. Petrum.

17 Bernoinus fuit Pont. Vien. Poſtquam 17 Bernoinus præfuit annis tredecim, obitque decimo quarto præſulatus anno decimo 7. kal.

kal Feb. ad ſanctum Georgium conditus. Cui ſucceſſit [18] Vvolfericus. Cuius tempore Viennenſis Eccleſia, tale priuilegium obtinuit.

18 Vvolfericus Iv. Archiep. Vien.

IN nomine æterni Dei, & ſaluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Sancti Spiritus, 19 Ego Carolus Diuina procurante Clementia Rex Francorum atque Italicorum, nec non Alemannorum: Et vxor mea Hermentrudis diem cogitantes extremi Iudicij, gloriam ſcilicet iuſtorum, ac pœnas reproborum: ſperamus partem ac ſocietatem à Deo conſequi, ſi eius mandata inuiolabiliter obſeruauerimus. Notum ſit itaque omnibus Chriſtianitatis titulo inſignitis, præſentibus ſcilicet & futuris: quod in expulſione atque eiectione noſtra, in qua Dei iudicio de regno à Ludouico fratre ſumus expulſi, nos votum Deo vouiſſe, vt ſi nobis Dauiticam diuinus optatam miſericordiam feciſſet, interceſſione & meritis beati Mauritij præcipui Martyris: cuius corona & lancea nos vbique victores non dubitamus, donaremus prædicto ſancto, de genealogiis regalibus apud Arelatam ciuitatem nobilem, de quibus Metropolitanus Viennenſis cum ſubiectis ſibi Deo famulantibus clericis, haberet ſtipendia vitæ in ſeruitio Eccleſiarum Dei vſu cotidiano: dum iſdem Metropolitanus cum ſubiecto ſibi Arelatenſi Præſule, cæteriſque Præſulibus Prouincialium Galliarum, ſanctam ſynodum teneret bis in anno, ſecundum Decreta & ſtatuta Geláſij Romani Pontificis, in prædicta ſede Arelatenſi. Donamus itaque Deo ſanctæque ſuæ Genitrici ſemper virgini Mariæ, & Prænominato inclito Martyri Mauritio, Viennenſis Eccleſiæ patrono: Alodiũ de noſtris genealogiis propriis, omni ambiguitate ſemota, in preſentia noſtri Metropolitani Viennenſis. Volferici, & Odulfi Comitis noſtri Galliarum, cæterorũque noſtrorum fidelium Prouincialium. Cœnobium 20 ſancti Geneſij Martyris Chriſti, quod non longe diſtat à muro ciuitatis prædicta

19 Karolus Caluus, vnde Hallucinati ſunt omnes qui de Karolo magno intellexêre.

20 Cœnobium Geneſij apud Arelat.

dictæ Arelatensis: cum villis & Ecclesiis subiectis, terris ac paludibus sibi pertinentibus. Eo scilicet tenore, vt prædictus Viennensis Archiepiscopus, habeat teneat possideat, & quicquid sibi placuerit tam ipse quam successores eius, exinde cum Dei auxilio faciat. Volumus quoque vt Episcopus Arelatensis, ibi nullam ordinationem faciat: sine cõsensu & iussione sui Metropolitani Viennensis. Concedimus etiam sibi aliud Virginum monasterium, sanctæ scilicet Mariæ Magdalenæ, cũ honoribus & pertinentiis, quod est infra eiusdem menia muros. Donatiuum sponsalitij, nostræ reginæ: 21 Hermentrudis eidem sancto condonamus, illa donante & consentiente: Ecclesiam videlicet sancti Gabrielis, non longè à ciuitate prædicta Arelatense: cum terris planis omnibúsque molendinis Durantiæ, atque Piscatoriis. Illud tantum regale, vsque ad turrim Fraudulentis nomine nuncupatam, donatione perpetua eidem loco sancto condonamus. Concedimus etiam tres nostros Iudæos, cum proprio beneficio. Illud etiam donatiuum censale, aliud in speciebus vel in pigmentis Græcorum, præter iustitiam quam nostræ Camera reseruauimus. Quicumque igitur huius nostræ donationis seriem temerariè infringere, vel in aliquo irrumpere tentauerit siue præsumpserit: nullatenus hoc valeat vendicare. Sed componat quingentas pro sola præsumptione libras auri obrizi; insuper Anathema sit eius donec ad satisfactionem supradicto martyri & eius Archiepiscopo veniat. Facta est hec donatio in ciuitate Arelate, Pridie Nonas Iulij. Imperante piissimo rege Carolo, & Hermentrude sua coniuge, qui simul hanc donationem fecerunt. Ac regalis annuli impressione muniuerũt Anno Imperij eiusdem Regis xv. presente Odulfo Comite, aliisque quampluribus proceribus prouincialium. Signum Karoli gloriosissimi regis. Dei domus Notarius, ad vicem Hercardi recognouit. 22

21 Yrmintrudis.

22 Obseruant authores quod ante Carolum hunc Imp. & Gall. Regẽ, non solebant Reges, annos Christi, suis attexere chartis.

Post

Poſt Vvolfericum Succeſſit [23] Ragaufredus qui Eccleſiæ Viennenſis timonem tenuit annos octo, defunctus nono. 23. Kal. Maii. Atque humatus ad Eccleſiam S. Petri. *23 Ragaufredus lvi. Archiepiſc. Vien.*

Huic ſubrogatur [24] Alexander, regens annis xxiiii. humo coopertus in ſancti Petri æde, 17. Kal. Ian. ad quem has Sergius Papa dedit literas: *24 Alexander lvij. Archiep. Vien.*

SErgius [25] *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Reverentiſſimo & ſanctiſſimo confratri noſtro Alexandro, ſanctæ Viennenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo: & per te Eccleſiæ tuæ in perpetuum. Cum magna nobis ſollicitudine, inſiſtit cura pro univerſis Dei Eccleſiis, ac piis locis vigilare: ne aliquam neceſſitatis iacturam ſuſtineant, ſed magis propria vilitatis ſtipendia conſequantur. Ideo convenit nos paſtorali tota mentis integritate, eorumdem Venerabilium locorum, maximè ſtabilitatis integritatem procurare, & ſeduło eorum utilitatibus ſubſidia conferre: ut Domino & Deo noſtro Omnipotenti, id quod pro eius ſancti nominis honore, etiam & laude atque gloriæ Divinæ Majeſtatis, venerabilibus certum eſt nos contuliſſe locis: ſit acceptabile, & nobis ab eius locupletiſſima miſericordia dignum, huiuſmodi pij operis in ſidereis conſeratur arcibus, remuneratione perpetua. Igitur quia petiit ſanctitas tua, ut ſanctæ Viennenſi Eccleſiæ, cui Deo auctore præeſſe videris, privilegium firmaremus. Inclinati precibus tuis, per huius noſtri privilegij paginam, tibi neque iam dictæ Viennenſi Eccleſiæ roboramus: atque perpetua ſtabilitate firmamus, quæcunque ad dignitatem Sacerdotij tui pertinent, ſeu quæ in facultatibus & poſſeſſionibus, tua habere vel habuiſſe Eccleſia videtur: tam in parrochiis, quam in ſuffraganeis Epiſcopis. Et cum omnibus clericis, integram tibi concedimus poteſtatem, eo ſcilicet firmato privilegij iure, quod ſpeciale beatiſſimus Papa Sylveſter, ſuper ſeptem provincias* *25 Sergius eſſe aquiſſimo ille ut qui ſedit contra Formoſum videtur.*

tuæ

ina fecit Ecclesiæ. Cum omnibus itaque quæ à prædecessoribus nostris ejus collata sunt prædecessoribus, idem privilegium inconcussum atque inviolabile, ejus Ecclesiæ permanere imperpetuum censemus. Consuetudines autem quæ eandem personam ejus debent Ecclesiam tam à Suffraganeis, quam de omnibus Ecclesiis infra Diœcesim unam constitutis, jubemus & Apostolica censura præcipimus, absque mora & excusatione exhiberi. Res omnes quascumque habere aut habuisse Viennensis videtur Ecclesia, seu

Servi Ecclesiæ.

familias & servos utriusque sexus, in quibuscumque terrarum locis sive sint à Regibus sive à piis hominibus illi concessæ: eternaliter possidere, eas tibi tuisque successoribus confirmamus. Et quæ admodum ..... Confirmamus Rex Ecclesiam 27 *Mauriennensem per consensum Apostolicæ sedis, cum omnibus pagis suis subjectam ejus Virgini Sanctæ Viennensi fecit Eccl. sanctæ Viennensi Archiepiscopo & Primati.*

27 Maurienna & Segusiana Ecclesia subdita Viennensi Archiepiscopo & Primati.

Ereti sia Segusiana, & Ecclesiis de eadem valle ad eam pertinentibus, & in omnibus pagis integrum eam illi subjectam esse firmamus. Interdictum, ut nullus omnino cuiquecumque sit dignitatis vel ordinis hominum vel successorum ejus, aut ullam Ecclesiam, suæ dignitate in aliquo minuere præsumat: sed ita omnes fideles hujus nostræ Apostolicam admonitionem observare præcipimus, ut servata reverentia honoris, benedictionem habeant nostrorum Apostolorum & nostram: & ex hoc sanctorum canonum vel cum institutis illibata permaneant, nobis inde potissimum præmium à conditore omnium Deo conferatur. Si quis autem quod non optamus, nefarie ausu præsumpserit, his quæ à nobis ad Laudem Dei pro salute hæc sanctæ Viennensis Ecclesiæ statuta sunt, refragari? aut in quoquam transgredi, scias se anathematis vinculo innodatum, & cum Diabolo & ejus atrocissimis pompis atque Juda traditore Domini nostri Jesu Christi, eterni incendii supplicio concremandum deputatum. At vero qui pio

munus

intuitu obseruator, & in omnibus exuicerit custodiens huius nostri Apostolici consilium: ad cultum Dei respiciens, benedictionis gratiam a misericordissimo Domino Deo nostro, multipliciter consequamur: & vitæ eternæ participes effici mereamur. Scriptum per manum Sergij Scriniarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Maio, Indict. xi. Bene valete. Data xiiii. Kalend. Iulij, per manum Stephani Primicerij Defensorũ sanctæ sedis Apostolicæ, anno Deo propitio, Pontificatus Domini Sergij iij. Pontificis & vniuersalis Papæ, in sacratissima sede beati Petri Apostoli, quinto.

Alexandro defuncto, [28] Sobo Episcopus Viennensis eligitur, qui ordinatus xij. Kal. Ianuarii. Episcopatum gessit annis xxj. mensibus duobus, diebus octo. sepultus apud S. Petrum, in oratorio almæ genitricis Dei. 4. Kalend. Martii. Hic contulit Cœnobio S. Petri Vien. Vineam iuris sui iuris, quæ est inhorsis villæ pro Ecclesiam S. Ioannis, sitam inter vias publicas, quam de Ludouico Imperatore per preceptum conquisierat: nominantur que in donationis Instrumento Saboarchus Episcopus, Ratburnit duo Vvido & Sarlio. Eius vero æuo. Ita pro Viennensi Ecclesia. [29] Reges Italiæ ac Comites Viennæ rescripsere.

[28] *Sobo Iuuij. Arch. Vien.*

[29] *De his Regibus vide Baron. Tom. 10. ad annum Christi 943.*

IN nomine Domini Dei eterni Hugo & Lotharius diuina prouidente clementia Reges. Si pia Ecclesiarum Dei loca iugi meditamus memoria, largiora eterne vitæ præmia consequi minime dubitamus. Quocirca omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium ac futurorum deuotio nouerit: qualiter pro Dei amore, animarumque nostrarũ, & Theobaldi Aui siue genitoris nostri, necnõ Berilionis patris Ingelbesti, remedio, offerimus Deo & Ecclesiæ Beati Maurity Martyris Christi, fundatæ Viennæ, vbi Subo Archiepiscopus præesse videtur, ac per hoc nostrum præceptum, prout iuste & legaliter

30 Castanet ũ fit Ecclesia Viennensis.

galiter possumus, donamus atque largimur, Costam imam iuris nostri, quæ 30 Castaneto inferiore nuncupatur, superior* positam in Comitatu Viennensi. Vna cum Mansis, casis, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, siluis piscariis, molendinis, diuersisque territoriis, montibus, vallibus, alpibus, planiciebus, Aquis, Aquarumue discursibus, vniuersisque appendiciis, seruis quoque & ancillis, aldionibus, & aldicibus, ad ipsam Costem & res aspicientibus, in integrum: ac de nostro iure & Dominio, in prefatæ Ecclesiæ ius & Dominiũ omnino transfundimus ac delegamus: vt in perpetuum habeat & possideat & fruatur iure quieto, omnium hominum controuersia semota. Si quis igitur hanc nostri precepti oblationem inuadere, aut infringere temptauerit: nouerit se compositurum auri optimi libras ducentas. Medietatem camere Regiæ, & medietatem prefatæ Ecclesiæ, & Episcopo qui inibi pro tempore fuerit. Insuper cum Iuda traditore eterna damnatione mulctetur, & in presenti Anathematis iaculo feriatur. Quod vt verius credatur, diligentiúsque ab omnibus obseruetur: manibus propriis roborantes, Annulo nostro insigniri iussimus. Signa serenissimorum Hugonis & Lotharij Regum.

* Ibi videtur esse mendum.

HVGO TIVS REX

Gisepnoidus Episcopus & Cancellarius, ad vicem Bosonis Episcopi & Archicancellarij recognoui. Data viii. Kalend. Februarij, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXLV. Regni vero Domni Hugonis xviii. Lotharij xiiii. Indictione iij. actum propriè feliciter. Amen.

Iste 31 Hugo fuit Comes Arelatensis, ac Viennensis: Vide Vignerum in bibliotheca hyst. ad annũ 925. sed super omnes

sed

ſed ornatiſſimum eloquio Pontificem Alfonſum Delbene de Regno Burgundiæ Tranſiuanæ & Arelatis lib. 1.

Poſt Sebonem, Viennæ [32] Archiepiſcopus extitit Theutbaldus, ſepultus xij. Kal. Iunij in Eccleſia ſancti Mauritij, atque ſanctorum Machabeorum. *32 Theutbaldus lix Arch. Vien.*

Hunc proximè in Viennenſi Pontificatu aſſecutus eſt [33] Burchardus, qui rexit annis xxx. conditus extra Viennæ muros, in Eccleſia Apoſtolorum, in ſiniſtra maceriæ 14. Kalend. Septemb. Cuius intuitu, ita Rodulfus Rex colens Viennenſem Eccleſiam reſcripſit. *33 Burchardus lx. Arch. Vien.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Rodulfus diuina fauente Clemẽtia, ſerenus Rex. Sanctas Dei Eccleſias quas deuota præcedentium nos Regum, ſeu venerandorũ patrum religio conſtruxit: ſi aliquibus incrementis augmentamus, ſpiritualiter & corporaliter nobis proficere non dubitamus. Qua propter notum eſſe volumus omnibus Dei Eccleſiæ, & noſtris fidelibus natis & naſcituris: qualiter ob animę noſtræ remedium, & petitiones Irmingardis Reginę cõiugis noſtræ dilectę, & propter ſeruitia Burchardi Viennenſis Archiepiſcopi, Damus Deo & ſancto Mauritio ad ſeruiendum ad Epiſcopatum Viennenſem, in ſtipendia fratrum ibidem Deo famulantium, cortem noſtram 34 Comminiacum in Comitatu Viennenſi ſitam, cum Eccleſia ſuperſtante, cum ſeruis & ancillis, & omnibus pertinentiis ſeu vſuariis, vt perpetualiter ibi permaneat in communi eorum diſpoſitione, & fraterna vtilitate, abſque contradictione, & inquietudine alicuius exactoriæ perſonę, & vt hęc à nobis facta credantur, & à poſteris noſtris non infringantur: manu noſtra roborauimus, & ſigillari iuſſimus. *34 Comminiacum datur Eccleſiæ Vien.*

Padolfus Cancellarius recognoui. Data xiiii. Kalend. Iulij, Luna vii. Anno ab Incarnatione Domini M.xiij. Regnante Domino Rodulfo Rege xx. actum Murati. CIↃXIII.

De hoc Rodulfo Rege videtur meminiſſe Baronius meminit & Trit. 2. ad anno 1027. Claudius du Rubis lib. 2.

Digitized by Google

Antiquit. Lugdunenſ. c. 26. Sed multo ſpecialius Ludouicus Goluius in recordationum Burgundicarum liberi Comitatus lib. 4. c. 33. quem Ignauum vocat, eo quod indulgentius ſubditorum rebelliones tolleraret, atque regnaſſe annis 44. adſerit, meminit etiam Alfonſus d'Elbene vbi ſupra.

Extitit etiam tempore dicti Burchardi, memoranda electio, Romanis facta quæ ſic ſe habet.

CVm poſt primi hominis lapſum, primorum exigente nequitia hominum: quamplurimi extitiſſent, qui merito & laude cunctos præcellerent, eo vſque peruentum eſt, vt ob beſtiales quorundam mores, plerique ſanctiſſimi viri aliis prępponerentur. Vnde vt hoc certius habeatur, Moyſes & Aaron ad medium deducuntur, qui electi à Domino, populum Iſraeliticũ eduxerunt ab Egipto, & per xl. annos firmam eorum dementiam, ſuſtinuerunt in deſerto. Sed & poſt mortem Moyſi, Ioſue eligitur, qui illis ducatum præbeat: & terram lacte & melle manantem ſorte diſtribuat. Prępmiſſis igitur his teſtamenti, veteris pairibus, ad gratiam & Euangelium nos transferamus. Et ab ipſo Eccleſiæ fundamento, Petro ſcilicet Apoſtolorum præcipuo exordium ſumamus, cui Eccleſiæ cura eſt à Domino commiſſa, dicente veritate. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam. Et portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. Qua propter poſt Domini Aſcenſionem, ab eodẽ Petro alijs omnibus diſcipulis annuentibus, loco Iudæ proditoris, Matthias in Apoſtolatũ eſt electus. Igitur hac ſacroſancta roborati authoritate, morem priſtinum obſeruare cupientes. Nos omnes Clerici Romanenſes. Inprimis Lambertus Canonicus, atque Ingelbertus, Bonoparus, Rencoabbo, Roclannus, Siebeldus, Poncius, Ado, Petrus, Folchardus, Agino. Hoaldus, Roſtagnus, & cuncta Congregatio, cum conſenſu plebis, eligimus quendam virum nomine Leodegarium Vuillelmi filium,*

Matth. 16. 18.

ſcilicet

*ſcilicet diſciplinis *liberalibus eruditum, patientia & humilitate decoratum, in ſeruitio Dei ſtrenuum, Aniciensis Eccleſiæ regulis & religione educatum, in honore prælationis: præſente Domino Burchardo patre noſtro Viennenſi Archiepiſcopo, ipſo diſponente atque fauente iure paterno: debita ſibi ſubiectione ac ſacroſanctæ ſedi Viennenſi à nobis, & ab ipſo clerico vt decet, atque loco noſtro, exhibita. Domno quoque Atamanno Præpoſito in hoc conſentiente negotio, nec non & Domno Decano Serlione, cum cuncto Eccleſiæ conuentu. Petente quidem genitore eius Vuillelmo. In hoc etiam conſentientibus cunctis Principibus eius. Inter quos eſt miles quidã Inluſtris, nomine Borno: alter vero, nomine Rorgõ, atque fratres eius Roſtannus & Leotaldus. Præſente quoque Domno Deſiderio Vallauenſis Eccleſiæ cuſtode, atque canonico: atque Raimoardo Crudatenſis cœnobij Abbate egregio. Eo pacto vt communem iſtius loci Dominationem, cum clero & populo, cunctiſque appendiciis, prædictus Vuillelmus: filij ſui donet & reliquat Dominio.*

* literalibus.

Pontificante eodem Burchardo, Præfatus Rex Rodulfus 26. Comitatum Viennæ, Eccleſiæ Viennenſi largitus eſt, hoc diplomate.

26 *Comitatus Vienn. Eccleſiæ Viennenſi. largitio facta* CIↃ xxxij.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Rodulfus diuina fauente Clementia Rex, Quia huius ſeculi preſens aſſolet aduerſitas, vnumquemque hominem impedire, ne officiis ſibi iniunctis, ſtudiose procurare poſſit inhærere. Vt decet recognoſcimus & nos, atque per omnia probamus, multa negligeter, quæ à nobis fuerant & ſunt reſtauranda atque emandanda, minus officiose, ex noſtro regimine eſſe peracta. Quia propter vt regum mos fuit & eſt, ſi quidem iuſto in mundanis legibus diſcernendo, ſemetipſos exercebant: in Eccleſiaſticis tamen rebus meliorandis, frequenter deſudabant. Hoc exemplo admoni-

ti & nos, placuit & decreuimus: vt de rebus quas vsque nunc humanis nostris vsibus subegimus : diuinis cultibus deinceps seruiendum redigeremus. Qua de re sciant vniuersi qui amatores comprobantur esse cultus diuini, qualiter ego letante dilectissima coniuge mea Irmengarda Regina: dono ob recordationem animæ meæ & eius, & ob remedium peccatorum nostrorum: Sancto Mauritio Ecclesiæ Viennensis Patrono, & Episcopis eidem Ecclesiæ prætitulatis : atque deinceps in curricula seculorũ præordinandis. Viennensem Comitatum cum omnibus appendiciis suis, infra ipsam Ciuitatem Viennensem, & extra dictam Ciuitatem: cum castello quod supereminet ipsi ciuitati, quod dicum proprio nomine Pupet, Et quicquid nostro vsui legis, censura, per manus ministrorum nostrorũ nunc vsque soluebat. Hoc idem vt diximus, eidem Ecclesiæ & Episcopis ibidem ad Deo seruiendum dicatis, ea lege donamus, vt si quis Regum per tyrannidem, aut aliquis Ecclesiæ Dei inimicus ista voluerit ab Ecclesia Dei, & sancti Mauritij diuellere, & violenter abstrahere: aeternas & numquam extinguendas flammas, cum Iuda traditore se doleat inremediabiliter luere. Et vt hæc à nobis facta credantur, & à posteris nostris non refringantur, Manu nostra roborauimus, & sigillari iussimus.

Albleer Indignus Presbyter, iussu Regis scripsi. Acta sunt hæc xviij. Kalend. Octob. Anno ab Incarnatione Domini CIↃXXIII. Regnante Rodulpho Rege Pio, anno Regni sui xxx. datum in vico Vrba. Quem alio vocabulo dicunt Tabernis.

Ipsius Burchardi Epitaphium apud S. Petrum sic legebatur.

VRbs semper victrix & nostro tẽpore felix:
Pulsans æthereum laude Vienna polum.
Tu præclarorum nutrix fortissima Regum,

Fasta

Faſtu compta manes, regia ſceptra tenens.
Tuque roſas rubras ſanctorũ Sanguine tinctas,
Pro fidei merito reddere ſcis Domino.
Tu confeſſores albos pro munere flores,
More tui ſolito ferre mones Domino.
Tu vetulos, viduas, iuuenes, teneráſque puellas,
Ordine diſtincto ſiſtis opima Deo.
Tu quoque Burchardum virtutũ lumine clarum
Eductum tenebris aſſocias ſuperis.
Paſtorem tutus: qui paſtor & ipſe ſecutus
Dux ſibi commiſſo fidus erat populo.
Agnos deffenſans, & fortiter hoſtibus inſtans,
Proſternens nocuos, belligerans cuneos.
Victricem palmam Domini perduxit in aulam.
Cum quo perpetua pace viget placida.
Vſu pſallendi, dum tempus erat moriendi
Laude Dei plena lingua ſilere nequit.
Rex iuſto vitæ tribuiſti dona petitæ,
Hæc dicens, Sanctus Spiritus aſtra petit.
Quarto Septembris decimo Burcharde calendas
*Curribus igni comis ad ſuperos * gereri.*

* Gerier.

De eo illo Burchardo, ita in Carthulario Sanctæ Viennenſis Eccleſiæ fit mentio.

DEcimo tertio Kalendas Septembris Obiit D. Burchardus Archiepiſcopus, cuius labore & induſtria, Rex Rodulfus ſecundus & vxor eius Regina Ermengarda, dederunt ſancto Mauritio villam Commeniacum cum ſeruis

& Ancillis & omnibus appenditiis, & in ciuitate montes duos; vnus dicitur Suſpulus, & alter Pompeiacus, vnde debent fratres habere refectionem per totam Quadrageſimam. Acquiſiuit etiam Caſtellum in ciuitate Eumedium quod alio nomine dicitur Pupet, & domus in ciuitate, cum turribus quæ dicuntur ad Canales, & Comitatum Viennenſem cum omnibus quæ erant de fiſco tàm in ciuitate quàm per totum Epiſcopatum. Reſtaurauit etiam capellam S. Mauritij à fundamentis quæ dicitur In Paradiſo, & alia multa ordinauit, quæ culpa incuriæ deciderant. Hæc ibi.

CAPVT V.

1 Leodegarius lxi. Archiepiſc. Viennen.

BVrchardo ad Chriſtum migrante [1] Leodegarius Præſul Viennenſis creatur: Henrico primo Galliarum Regi conſanguinitate iunctus. Cuius tempore, id eſt anno 1037. Ermengarda vidua, vxor Rodulphi quondam Regis, reddidit vineas iuris Cœnobij S. Petri Viennenſis in eius præſentia, poſt mortem Henrici 2. Imp. Domino regnante & Regem expectante, dum Guigtgerius Abbas illud cœnobium reſtauraſſet, annuentibus Hildebrando Victoris 2. Papæ Vicario, Leodegario Viennenſi, Humberto Lugdunenſ. Bartholomeo Turonenſi, Aymone Bituricenſi Archiepiſcopis, Pontio Valentino, Artaldo Grationop. Petro Dienſi, Geraldo Vuarienſi, Martino Tricarenſi, Reinardo Alatenſi, Brunone Andegauenſi, Epiſcopis. Hugone Cluniacenſi, Siffredo S. Petri Cabilon. Dalmatio Sapinienſi, Huberto Inſulæ Barbarenſis, Geraldo Athanatenſi, Barnardo N. Raimundo Tulenſi, Odone Flauiacenſi, Richardo Lurenſi, & Annone Auguſtudunenſi Abbatibus. Tunc etiam Xenodochium

Vien

Viennenſe, Heradus S. Petri Viennnenſis cœnobita, adnitente ipſo Leodegario Pontifice & adiuuante ſuo Abbate Guigtgerio ædificauit in villa Capraſia: quam Conuentus S. Petri, cum monte qui Lugdunus appellatur ac quæ in eo videtur vinea obtulerat. Etexerúntque in dicta villa Caprafia (quæ olim priuſquam Monaſterium S. Marcelli quod erat ad auſtralem partem ſubtus Pompeiacum caſtrum, euerteretur, ipſius iuris erat) Eccleſiam ſub nomine S. Miſericordiæ. Porro Leodegarius iacet ante Baſilicæ B. Petri fores, in Mauſoleo reconditus Marmoreo prid. Idus Iunij, ſed & Ermengarda Regina obiit vj. Kal. Septemb. de qua ac Rodolfo Rege ita in veteri Carthacio Viennenſis Eccleſiæ legitur.

OCtauo Idus Septembris Obiit Rodulphus Rex, & ſexto Kalend. Septembris Ermengarda Regina vxor eius, cuius interceſſione hi Ambo coniuges dederunt Deo & S. Mauricio ac Eccleſiæ Vienn. Caſtellum Ciuitatis, & manſiones in vrbe que dicuntur ad Canales, cum turribus ad portam Maſſilienſium, & omnem Comitatum Vien. cum omnibus quæ erãt de fiſco Regis. Et in communia fratrum, Commenaicum cum ſeruis & ancillis & omnibus appendiuiis ſuis, & montem in vrbe Suſpolum & Pompeiacum, vnde habeant fratres refectionem per totam quadrageſimam: Reſtauranerunt etiam & Monaſterium à fundamentis S. Andreæ ſuperioris Dei ancillarum, quod dicitur ad Apoſtolos, ad quod contulerunt villas & prædia, ſicut præcepti illius continet pagina. Et ſupradicta Regina Ermengarda dedit ad altare pallium au-

rum margaritis repletum. Et vestimentum Sacerdotale, & cappas cum auro, & pallia & cortinas, & thuribulum & calicem argenteum.

Porro ad Leodegarium Pontificem Leo Papa sic literas.

2 Leo 6. *LEo 2 Episcopus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Venerabili confratri Leodegario Viennensi Archiepiscopo. Et per te Ecclesiæ tuæ in perpetuum. Priuilegia Ecclesiæ tuæ quæ Papa Siluester Primus, & eius successores, nostri videlicet prædecessores concesserunt, & nos statuimus. Prædia & bona & munitiones quæ Romanorum Imperatores & Francorum atque Burgundiæ Reges, Ecclesiæ tuæ dederunt. authoritate Dei & sancti Petri & nostra, firma esse præcipimus* 3. *Similiterque Galliarum per vij. prouincias Episcopis præcipimus, vt sicut prædecessoribus tuis authoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ipsi aut prædecessores eorum paruerunt: obediant quoque & tibi. Quoniam oportet iussu beati Petri per Clemẽtem, vt vnaquæque gens recognoscat, per suos Episcopos, quis inter eos sit primus. Data per manus Petri, sacri Lateranensis palatij Cancellarij v. Idus Maij.*

3 Primatia Vien.

Post Leodegarium, Viennę Pręsulatum rexit Vvarmundus 4, de cuius electione visitur Epistola Gregorij vij. Papæ ad Clerum & populum Viennensem, hunc habetis tenorem.

4 Vvarmundus lxij. Archiepisc. Vien.

GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei: Clero & Populo Viennensis Ecclesiæ, quibus pro meritis & deuotione debetur, salutem & Apostolicam benedictionem. Non solum vobis sed omni pene mundo manifestissimè notum est, quod per multa iam tempora, symoniaca hæresis Ecclesiam Dei suis callidis machinationibus perturbauit, & adeo in eam inualuit violenter: vt quasi feræ bellua, quod equidem est, per crudeles suos ministros; suis

iam

iam morsibus dilaniando propè contriuerit. Vnde nos qui nutu diuinæ dispositionis ac prouidentia Diuinę clementiæ, licet non nostris meritis, in vertice tamen vniuersalis Ecclesię speculatores existimus: ad deffendendam libertatem matris nostrę sanctę Ecclesię, nec debemus nec possumus animum cohibere, vel linguam. Scriptum est enim. Maledictus qui prohibet gladium suum, à sanguine. Hoc est qui prohibet linguam suam, à correptione carnalium. Nos quidem semina, loquendo veritatem, in terris cordium seruorum Dei iactare studebimus, ipse autem qui veritas est, messem ad fructum maturitatis, vt sibi placet enuriat. Vobis quidem modernis temporibus, adeò maturum ac laudabilem fructum concessit, vt non solum nos sed Vniuersa Ecclesia pabulo tamæ ..... saginata congaudeat. Quis non lætetur canonicè & per omnia, iuxta normam Ecclesiasticę institutionis in Ecclesia Dei virum religiosum atque prudentem, ordinari Episcopum. Habetis quidem ex dono diuinę propiciationis ordinatum Vvarmundum bonum & iustum Episcopum, studete ergo sic sibi in omnibus obedientiam exibere, & pro timore diuini nominis, & reuerẽtia Apostolicæ sedis: cuius authoritate hoc actũ est, cuncta quæ iuris sunt Ecclesię vestræ, sicut ipsa Ecclesia antiquitus tenuit tenere: & quę violenter sibi ablata sunt, eum recuperare iuuare: nominatim autem Abbatiam sancti Bærnardi, quatenus ipsum Deum possitis exinde habere propitium, & beatum Petrum vobis debitorem faciatis: vt in præsenti & futura vita, suum vobis auxilium impertiri dignetur. Ierem. 48. 10.

Ipse vero Gregorius, ad Romanenses Clericos sic scripsit.

GRegorius Episcopus seruus seruarum Dei Romanensibus Clericis. Quod salutem & Apostolicam benedictionem vobis ex more non mittimus, propter ex-

communicationem, quam pro culpis vestris incurrere non timuistis, sicut sacra præcipit authoritas, prætermisimus. Scribere tamen vobis & admonere super his quæ ad correptionem vestram pertinent, ipsa Apostolici moderaminis mansuetudo, & consueta pietas a nobis exigit. Conqueritur enim aduersum vos, confrater noster Venerabilis Vuarmundus Viennensis Archiepiscopus, quod ei antiquam & debitam potestatem loci vestri, contradicere præsumpseritis: quem ab initio propriæ iuris Viennensis Ecclesiæ extitisse, & hactenus sub dispositione suorum antecessorum fuisse non ignoretis. Indicans etiam, vos hanc contradicendi sibi occasionē rationabiliter & callidè prætendere, ut idem locus iuris sancti Petri, & sub eius Dominio, nescio quibus authoribus, vel cessionibus esse debeat. Vnde & nos causam istam multo cautius oportet attendere, & qualiter rectissimè discutiatur prouidere. Vt nec Apostolicæ Sedi, nec Viennensi Ecclesiæ alicuius præiudicij aut incommoditatis grauamen, videamur inferre. Nam sicut sanctæ Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ iura & dignitates suas, conseruari cupimus: ita & membris eius, videlicet cæteris Ecclesiis, ex huius prouidentia & authoritate, opportere, & dignissimum esse perpendimus. Qua propter nos Apostolica authoritate monemus, atque præcipimus: vt ad discutiendam causam
s Hugo Episcop⁹ Diensis. istam, confratri nostro ꝙ Hugoni Venerabili Diensi Episcopo, cui & vicem nostram in aliis commisimus, sine omni contradictionis mora vos repræsentetis. Et quicquid ipse super hac re iustum fore perspexerit, atque iudicauerit: obedienter exequi nullatenus prætermittatis. Exibentes etiam vos in omni obedientia & humilitate, eidem vicario nostro, & præfato Viennensi Archiepiscopo ad satisfaciendum super his, quibus vos reprehensibiles merito corrigendos appellauerint. Videte ergo quam attentis auribus & obedientibus animis, nos in his omnibus audiatis:

*diatis: ſcientes quoniam ſi deniò ad nos veſtræ inobedientiæ & temerariæ reſultationis contumacia, perlata fuerit: inultam eam & condigna ſeueritate impunitam, nullatenus Apoſtolica diſſimulabit authoritas. Et introitu Eccleſiæ veſtræ, omnibus hominibus præſenti authoritate prohibito. Eam etiam quam præfati fratres noſtri vltionis in vos ſententiam & iudicium exercuerint, perurgenti in vos * diſtrictione, ratam & firmam eſſe cẽſemus.* * Diſcretione.

Ipſemet etiam Pontifex ſummus ſub datum Laterani xvj. Kal. Maij Pont. ſui anno 7. ſcripſit ad Archiepiſcopum Viennenſem, vt per Cenſuras, appellatione remota compelleret Prioriſſam & Conuentum Monialium S. Columbæ iuxta Rhodanum, Abbati S. Petri, Obedientiam, vt tenebantur, eo quod ei nullo medio ſubiiciebantur, exibere. Poſtquæ talem ad præfatum Vvarmundum Archiepiſcopum, Epiſtolam dedit.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Vvarmundo Venerabili fratri Viennenſi Archiepiſcopo, & per eum ipſius ſucceſſoribus, & Viennenſi Eccleſiæ in perpetuum. Cum ex Apoſtolicæ ſedis moderamine cui Deo authore præſidemus, omnium quæ vſquam ſunt Eccleſiarum curam gerere, & earum inſtitiam conſeruare debeamus: præcipuè tamen illis nos conuenit inuigilare, vt & de ipſarum iuribus quod modo fortè diminutum eſt in reliquum inuiolabiliter cuſtodiatur, omnem noſtram ſolicitudinem exibere: 6 quæ Principales ac ſpeciales filiæ ſanctæ ſedis Apoſtolicæ & appellantur, & exiſtunt: & aliarum PRIMATVM cõtinent Eccleſiarum. Cernum quippe eſt Viennenſem Eccleſiam, huius ſedis conceſſione ſuper ſeptem prouincias 7 PRIMATVM tenere. Ipſam Viennenſem, Biturícam, Burdegalam, Auxionenſem quæ appellatur Nouem Populana. Narbonam, Aquenſem, & Ebredunum: in quibus Viennenſi Archiepiſcopo, iux-

6 Vide dignitatẽ Viennenſis Eccleſiæ.

7 Primatus Viennenſis.

Digitized by Google

ta Nicholai decretum, Romani Pontificis vices agere: Conuentus scilicet Synodales indicere, & iura Ecclesiastica iustè ac regulariter, Apostolica authoritate concessum est definire. Hoc vtique in priuilegiis eidem Ecclesiæ, à sanctissimis prædecessoribus nostris collatis habetur. Hoc quoque in priuilegio beatæ Memoriæ Leonis Papæ continetur. Ex quo liquet priuilegio & aliis quampluribus & his authenticis, supradictas vij. Prouincias de Viennensis Ecclesiæ priuilegium, vt potè à 8 Beatissimis Apostolis Petro & Paulo fundatæ, iustè & rationabiliter pertinere. Et vt ad potestatem eiusdem Ecclesiæ, secundum antiquam authoritatem Catalogi, x & viij. pertineant: definitum est, vt vij. oppida vel ciuitates, Gratianopolis videlicet, Valentia, & Dia, Alba Vinarium, Tarentasia, Geneua, Maurienna, Viennensi Ecclesiæ interim subiecta permaneant: donec quæ residua sunt, certius discussa & plenius ventilatæ: sub potestate Viennensis Ecclesiæ rediganlur. Porro Tarentasiam ita semper sub Primatu Viennensis Ecclesiæ permanere decernimus: sicut à sanctis Patribus Leone & Nicolao noscitur confirmatum. Preterea de 9 Salmoriacensi Archidiaconia, vnum nobis intimasti. Consecrationes vel ordinationes & quicquid ad Pontificale pertinet officium, sicut tuus prædecessor Leodegarius & alij prædecessores firmius obtinuerunt: Ita tibi suisque successoribus, absque vlla inquietatione seu diminutione obtinere concedimus: 10 Sed & Abbatiam sancti Petri foris portam Viennæ sitam, & infra eandem vrbem sancti Andreæ Abbatias, vnam Monachorum, & alteram Sanctimonialium: Necnon Abbatiam sancti Theuderij, quàm Idem Venerabilis Confessor ædificauit: iuri Viennensis Ecclesiæ per omnia subiectas esse, non dubium est. In Romanensi quoque Ecclesia, quamuis se faciat nostra libertatis: visis tamen Imperatorũ præceptis, tam in secularibus quam in regularibus

a Ecclesia Viennensis ab Apostolis fundata.

9 Archidiaconia Salmoriacensis.

10 Abbatia S. Petri, Abbatia S. Andreæ virorum. Abbatia S. Andreæ fœminarum. Viennæ. Abbatia S. Theuderij.

laribus canonicis, per consilium Vicarij nostri Hugonis, Diensis Episcopi inibi ordinatis: tibi tuisque successoribus, in omnibus omnem potestatem habere, Apostolica authoritate decernimus. Quoniã igitur Dilectissime frater, qui diuina dispositione eiusdem Ecclesiæ regimini praes: tua Veneranda Religiositas ab Apostolica sede humiliter postulauit, vt antiqua priuilegia à sanctis predecessoribus nostris, sacræ sedi Viennæ tradita confirmaremus, quoniam res digna petebatur: tui dilectione, cum eiusdem Ecclesiæ debita charitate, libenter annuimus. Priuilegia igitur & predia, vel bona quæ à beato Siluestro, Leone, & Nicolao, & ab eorum successoribus, vel à Romanorum Imperatoribus, seu Francorum vel Burgundiæ Regibus Ecclesiæ tuæ sunt data vel reddita, confirmamus, & Apostolica authoritate præsenti priuilegio corroboramus. Ex parteque Dei. Omnipotentis, & beati Petri Apostolorum Principis præcipimus, vt futuris temporibus deinceps firma & inconuulsa permaneant: & incommutabiliter consistant. Si quis autem huius priuilegij nostri sanctionem violauerit, nisi resipuerit & digna satisfactione emendauerit: sit extorris à Regno Dei, & digna excommunicatione damnatus, ab Ecclesia Dei efficiatur extraneus: perpetuæque subiaceat maledictioni. Data per manum Petri Cancellarij ij. Nonas Martij, Anno Dom. Incarn. CIↃ. LXXVII. Indict. XV. Anno Pontificatus Domini Gregorij VII. PP. VIII.

Nouissimè vero, alia Bulla sub datum Laterani 13. Kalend Aprilis Pont. sui anno vndecimo, Præcepit Archidiacono Vapincensi, vt testes nominatos super disquisitione Obedientiæ dictarum Monacharum S. Columbæ, si se gratia odio vel timore subtraherent, per censuram, cessante appellatione, compelleret veritati testimonium perhibere.

Porro vacante sede Viennensi, per Vvarmundi obitum, atque electione dilata. Vrbanus II. Papa, sequen

quentibus literis : ſucceſſoris Vvarmundi electionem maturauit.

11 Vrbanus ij. PP.

VRbanus II *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Venerabilibus Epiſcopis & confratribus Valentino, Genauenſi, Maurianenſi, Gratianopolitano, Dienſi & Viuarienſi, & vniuerſo clero & populo Viennenſis Eccleſiæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nolumus latere fraternitatem veſtram, nos ſola gratia Dei, nullis noſtris precedentibus meritis, ab vnanimi & vniuerſali Catholicorum conſenſu, ad Romanam Eccleſiam, ac Romanum Pontificatus culmen electos. Vnde quoniam vt ſcriptura teſtatur, Frater Fratrem adiuuans, ciuitas munita & fortis. Rogamus vos & obſecramus vt Domino Ieſu Chriſto, vt tam pro nobis quam pro ſancta matre veſtra Romana Eccleſia, inceſſanter Dominum exoretis: quatenus quod eius nutu inchoare potuimus, vniuerſis inimicorum obſtaculis ſuperatis, ad dignos ſibique placentes effectus, perducere valeamus. Nos autem pro certo ſciatis Eccleſiam veſtram multum diligere, eamque inter cateras noſtræ prouidentie commiſſas Eccleſias, magno amoris voto cupere honorare. Quoniam igitur iam diu veſtra Metropolis, paſtore cognoſcitur deſtituta: Apoſtolica vobis præceptione mandamus, vt eidem Eccleſiæ quamcitius poteritis, aptum & idoneum paſtorem eligere procuretis. Tanta enim dilatio, magnum detrimentum, magnam animarum ſolet adferre perniciem. Canonica etiam authoritate cautum eſſe noſtis, quod vltra tres menſes, Epiſcopo ſuo Eccleſia vacare non debet. Quanto igitur minus per tot annorum curricula? Et quoniam ſolitum eſt, in ſpatio quo vacat Eccleſia, à nonnullis irreligioſis bona eius ac beneficia diripi: Apoſtolica hoc omnimodè authoritate, interdicendum mandamus. Hoc quoque ſpecialiter precipientes, vt Eccleſia Romanenſis, & Eccleſia beati Petri de Campania, que ſub iure ac ditione*

Viennen

Viennenſis Eccleſia antiquitus fuiſſe noſcuntur. Eidem Eccleſiæ quietè permaneant, & nulla magna paruaque perſona, vel ipſas Eccleſias, vel earum bona aliquatenus aufferre, vel moleſtare præſumat. Non tantum autem hæc, ſed omnia Vienna Eccleſiæ abſque alicuius perſonæ moleſtatione, ſeu diminutione, quieta & illibata permanere, ſub ſui Pontificis iure, Apoſtolica authoritate decernimus. Obtemperantes vos iuſſionibus noſtris, Omnipotens Dominus benedicat.

Adhortante ergo Vrbano, Viennenſes Pontificem elegerunt, [12] cuius nomen (ô incuria Patrum!) non inuenio, qui ad Vrbanum proficiſcēs, hanc ab eo Epiſtolam, ad cunctos ordines Viennenſes promeruit. *12 N. lxij. Pōt. Viennenſ.*

VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Clero & Ordini Monaſtico, necnon Nobilibus & plebi Viennæ conſiſtentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Beati Petri filium, noſtrum autem fratrem Venerabilem atque chariſſimum [13] *Archiepiſcopum veſtrum, venientem ad nos, congrua reuerentia & debita dulcedine charitatis excepimus. Quia vero ante hac nobis facie ignotus extiterat, morum honeſtatem, & indolis eius egregiæ volentes induſtriam experiri: nobiſcum eum aliquamdiu, propenſiori affectione duximus detinendum. Gratias autem Deo, quia in eo & ſcientiæ ſaporem, & honeſtatis odorem bonum inuenimus. Morum igitur eius maturitate, induſtria probitate, animique prudentia plurimum delectati: eum iam de charo chariorem, de familiari familiariorem effecimus, adeò vt deinc non tamquam Gallum: ſed tamquam Romanum, in Romana curia, conſeamus. Vnde & reuertentem ad vos, noſtris literis proſecuti: charitati veſtræ attentius commendamus, vt qui per ſe vobis charus hactenus & Venerabilis habitus eſt, per nos deinceps charior & Venerabilior* [13] *Guido Archiep. Viennenſis ni fallor fuit.*

bilior habeatur. Nos enim cùm pro generalis æquitatis debito, tùm pro ſpeciali eius dilectione, quicquid honoris, quicquid dignitatis, anteceſſores noſtri Viennæ Eccleſiæ contulerunt, Domino largiente firmum perpetuúmque ſeruabimus. De bonis autẽ Eccleſiæ veſtræ, que 14 Ataldus Prepoſitus diſſipauit: vt in eiuſdem Archiepiſcopi manus reſtituantur, omnino præcipimus. Si qui vero contumaciter bona eadem retinere præſumpſerint, Apoſtolicæ profecto Iuſtitiæ ſentiem vltionem. Neque enim Viennenſem Eccleſiam antiquis bonis minuere, ſed per Dei gratiam conſeruare, & augere, iuſtitiæ dictante diſponimus. Omnipotens Dominus, potentiæ ſuę dextera, interius vos exteriúſque cuſtodiat.

14 Ataldus Prapoſitus Viẽnenſis Eccleſiæ, malus adminiſtrator.

Poſt Vrbanum, ita Paſchalis II. Papa ad Guidonem Viennenſem Pontificem, reſcripſit.

15 Paſchalis II. Papa.

PAſchalis 15 Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei: dilecto Fratri Guidoni Viennenſi Archiepiſcopo, eiúſque ſucceſſoribus, canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Poteſtatem ligandi atque ſoluendi in cælis & in terra, beato Petro eiuſque ſucceſſoribus auctore Deo principaliter traditam, illis Eccleſia verbis cognoſcit: quibus Petrum Dominus alloquutus eſt. Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis. Ipſi quoque & propria firmitas, & aliena fidei confirmatio, eodem Deo authore, præſtatur, cum ad eum dicitur. Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua Petre: & tu aliquando conuerſus confirma Fratres tuos. Opportet ergo nos, qui licet indigni, Petri reſidere videmur in loco, praua corrigere: recta firmare, & in omni Eccleſia, ad interni arbitrium Iudicis ſic diſponenda diſponere, vt de vultu eius iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videãt æquitatem. Tuis igitur frater chariſſime Guido, iuſtis petitionibus annuentes: Sanctam Viennenſem Eccleſiam, cui authore Deo præſides, Apoſtolicę ſedis authoritate munimus. Manſuro itaque

Matth. 16. 19.

Luc. 22. 32.

Pſalm. 16. 3.

Digitized by Google

que in perpetuum decreto, licet Gratianopolis, Valentia, Dia Alba quæ & Vinarium dicitur, Geneua, Maurienna, ſanctæ Viennæ Eccleſiæ tamquam Metropolitanæ, iure perpetuo debeant ſubiacere. Porro Tarentaſiam ita ſemper 16 *ſub Primatu Viennenſis Eccleſiæ permanere decernimus, ſicut à ſanctis Prædeceſſoribus noſtris, Leone, Nicolao, atque Vrbano noſcitur conſtitutum. Abbatias quoque tàm intra quàm extra Vrbis Viennenſis mœnia ſuas, tuæ fraternitati regendas, diſponendáſque committimus. Præterea ſtatuimus, vt quæcumque prædia, quęcumque dona, vel à Romanis Imperatoribus, vel à Burgundiæ Regibus, tuę Eccleſiæ data vel reddita ſunt, quęcumque hodie poſſidet, ſiue in futurum iuſtè & canonicè poterit adipiſci: firma tibi, tuíſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Adhæc tàm ſupra nominatorum prædeceſſorum noſtrorum, quàm & cęterorum Catholicorum Sedis Apoſtolicę Pontificum Priuilegia, de iure ſeu poſſeſſione Viennenſis Eccleſiæ edita, nos quoque præſentis decreti authoritate, firma integráque perpetuò permanere decernimus. Pallìo ad Miſſarium tantum ſolemnia, illis ſolummodo diebus vti fraternitas tua meminerit, qui tuis prædeceſſoribus Romanę authoritate Eccleſiæ conceſſi ſunt: cuius te volumus per omnia genium* * *conſeruare. Huius enim Indumenti honor, humilitas atque iuſtitia eſt. Tota ergo mente fraternitas tua ſe exibere feſtinet in proſperis humilem, & in aduerſis, ſi quando aduenium, inueniatur cum iuſtitia erecta, amica bonis, peruerſis contraria, nullius vnquam faciem, pro veritate loquente pręmens. Miſericordię operibus, iuxta virtutem ſubſtantiæ inſiſtens, & tamen ſupra virtutem inſiſtere cupiens. Infirmis compatiens, benevalentibus congaudens, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis piè ſæuiens, in fouendis viruibus, auditorum animos demulcens. In ira iudicium ſine ira*

16 *Primatus Vien. Eccleſiæ.*

* *Gremium.*

ne iræ tenens, in tranquillitate ſeueritatis iuſtæ cenſuram non deſerens. Hæc eſt Frater chariſſime Pallij dignitas, quàm ſi ſolliciтè ſeruaueris, quòd foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis. Fraternitatem tuam ſuperna miſerationis dignatio, per tempora longa conſeruet incolumen. Scriptum per manum Petri Notarij, Regionarij ſacri Palatij.

Hic Guido Archiepiſcopus Viennenſis, poſtea fuit ad ſummum aſſumptus Pontificatum, & Calixtus vocatus, taléque dedit Eccleſiæ Viennenſi reſcriptum.

17 Calixtus Papa.

CAlixtus 17 Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Petro Decano, & Canonicis ſiue Clericis Viennenſis Eccleſiæ, tàm præſentibus quàm futuris in perpetuum. Et ſi Eccleſiarum omnium cura nobis ex Apoſtolicæ ſedis adminiſtratione immineat: Viennenſi tamen ſpecialius conuenit charitatis ſtudio prouidere. Ipſa enim primum diſponente Deo, ſolicitudini neſtræ commiſſa eſt: & ad eius regimen, nos Epiſcopalis gratiam conſecrationis accepimus. Et communis igitur, & ſingularis dilectionis debito incitati: Matrem veſtram filij in Chriſto chariſſimi, ſanctam Viennenſem Eccleſiam diligere, honorare, & beati Petri Patrocinio decreuimus conſouere. **Omnem itaque dignitatem, & omnem munitionem, ac liberalitatem, quam vel per authentica prædeceſſorum noſtrorum Sylueſtri, Nicolai, Læonis, Gregorij, & cæterorum Romanorum Pontificum priuilegia, vel per Imperatorum, Regum, Principum & cæterorum fidelium largitionem conceſſam obtinet: Nos quoque authore Deo concedimus, & præſentis priuilegij pagina confirmamus. Vt videlicet ſuper ſeptem prouincias primatũ obtineat. Super ipſam Viennenſem, ſuper Bituricam, Burdegalam, Auxitanam, quę Nouempopulitana dicitur: ſuper Narbonam, Aquenſem, & Ebredunenſem.*

* Libertatem.

Digitized by Google

ſem. 18 Et in eis Viennenſis Archiepiſcopus, Romani Pontificis vices agat. Synodales conuentus indicat, & negotia Eccleſiaſtica iuſtè, canonicéque diſſiniat. Porro illa ſex oppida vel Ciuitates, Gratianopolis videlicet, Valentia, Die, Alba Vicarium, Geneua, Maurienna, in eius tamquam in propriæ Metropolitani obedientia, & ſubiectione permaneant: Tarentaſienſis autem Archiepiſcopus, licet aliquibus habeatur ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate prælatus, Viennenſi Archiepiſcopo tamquam Primati ſuo ſubiectus obediat. Sanè in Salmoracenſi Archidiaconia, conſecrationes vel ordinationes, & quicquid ad Pontificale officium pertinet, Viennenſis Eccleſiæ, præter alienius inquietationem ſeu diminutionem habeat. Abbatia quoque ſancti Petri foris portã Viennæ ſita, & infra eamdem vrbem, Abbatia ſancti Andreæ, vnà Monachorum, altera Sanctimonialium: Abbatia ſanctæ Tuuderij, & Abbatia ſanctæ Mariæ de 19 Bonnaualle, quæ præſente Deo, noſtris ſumptibus & noſtris eſt fundata laboribus: in iam ſæpedictæ Viennenſis Eccleſiæ iure ac ſubiectione perſiſtant. In ipſa etiam Romanenſi Eccleſia, quæ omnis Romanæ ſe facilat libertatis, viſis tamen prædeceſſorum noſtrorum priuilegijs, & Imperatorum præceptis, tam in ſecularibus quàm & in regularibus Clericis & canonicis mihi ordinatis vel ordinandis: Pontifices Viennenſes, omnem habere decernimus poteſtatem. 20 Similiter in Eccleſia beati Donati, & beati Valerij: & in Eccleſia beati Petri de Campania: & beata Mariæ de Annoniaco. 21 Caſtra præterea quæ per nos recuperata ſunt vel acquiſita, ſcilicet Pompeiacum, Saſſerllum & Caſtrum de Mulaualle, Viennenſi Eccleſiæ in perpetuum confirmamus. Cœmeterium verò quod Dominus prædeceſſor noſter, ſanctæ memoriæ Paſchalis Papa, circa beati Mauricij Eccleſiam conſecrauit: liberum eſſe ſancimus, vt eorum qui illic ſepeliri deliberauerunt

18 Hac proinde ratione, poſſet dici Vien. Pontifex, Papa legatus vel Vicarius natus.

19 Calixtus fundator Bonnauallis.

20 Eccleſia B. Donati S. Valerij & B. Mariæ de Annoniaco, ei ſũt ſubiecta Archiepiſcopo Viennenſi.

21 Caſtra Põpeiacum, Saſſerllum, Malauallenſe.

Digitized by Google

rint deuotioni & extremę voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat: ſaluo nimirum proprię iure parrochię. 22 *Ad hęc pro ampliori Viennenſis Eccleſię dilectione, ante Viennenſem Archiepiſcopum per prouinciam ſuam Crucem deferri concedimus. Et Viennenſem Eccleſiam, alicui ſubiacere Legato niſi Cardinali, vel alij de Romana prouincia, qui à Romani Pontificis latere dirigitur, prohibemus. Porro in Eccleſijs quas in Viennenſi Epiſcopatu, poſt aſſumptum Apoſtolicę Sedis miniſterium, conſecrauimus. Viennenſis Archiepiſcopus eamdem quam habuerat ante, interdicendi ac ordinandi habeat poteſtatem. Sanè infra clauſtri ambitum, vbi Clericorum manſiones continentur; nullus omnino laicorum Deinceps habeat manſionem, aut aſſultum vel rapinam facere, ſeu corporalem cuilibet audeat iniuriam irrogare. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtrę confirmationis vel conceſſionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptauerit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit: poteſtatis honoriſque dignitate careat. Reámque ſe Diuino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat: & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtricta vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ iuſta ſeruantibus, ſit Pax Domini noſtri Ieſu Chriſti: quatenus & hìc fructum bone actionis ſentiant, & apud diſtrictum Iudicem premia æterna pacis inueniant.* Amen. Amen.

22 Priuilegia Eccleſiæ Viennenſis, Magna.

Nota.

Amen.

Ego

Ego Calixtus, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Datum Valentiæ, V. Kal. Martij.

Indictione xiij. Incarnat. Domin. anno CIↃ. CXX.° Pontificatus autem Domini Calixti I I. P. P. Anno I I. *Electus fuit anno anno 1119. aut 1118.*

Non licuit postea ordine sibi succedentes Archiepiscopos Viennenses commemorare, præ Veterum scriptorum caligine: Attexam vero quædam priuilegia Imperatoria seu Regia ac Ducalia, Viennensi Ecclesiæ fauentia, & ita fundum hunc perficiam atque absoluam. Et primum Conradi Secundi Regis, quod est, huiusmodi.

COnradus 23 Dei gratia Romanorum Rex secundus. Humberto Venerabili Viennensi Archiepiscopo, & Suffraganeis eius, Hugoni Gratianopolitano, Ioanni Valentino, Galcerando Vuarensi, Hugoni Diensi, Arduconni Gebenensi, Bernardo Mauriennensi Episcopis: cæterisque Principibus Burgundiæ & Prouinciæ, omnibusque Vienna, Clero & Populo, salutem, Gratiam suam, & omne bonum. Ad regiæ dignitatis excellentiam pertinet quidem lapsa restaurare, ruentia fulcire, stantia solidare, & Ecclesiarum paci ac Dei seruorum quieti, *Conradus secundus. 23 Idē Conrad⁹ orat. ad reuerend. Frequentes seu funebre.*

totis clementiæ nisibus prouidere. Quocirca Vniuersitati Vestræ, & omnium Christianorum notum esse volumus: quod in Archiuiis Imperij nostri continetur, quod tota ciuitas Viennensis cum arce sua videlicet Popetum, specialiter & propriè ad ius & dominationem nostram ita respicit: vt secundum possessorem habere non valeat, sed per eiusdem ciuitatis Archiepiscopum, & canonicos Cathedrales, ad honorem Regni & nostram fidelitatem, omni tempore, quamdiu ab eadem ciuitate absumus: custodiri debeat. Quem tenoris modum, Viennensi Ecclesiæ, & Venerabili Archiepiscopo 24 *Humberto qui nunc ei præsidet recognoscentes: vobis & cunctis fidelibus nostris, per præsentia scripta mandamus, & mandando præcipimus, quatenus eidem Archiepiscopo in recuperanda prædicta dignitate sua, consilium & opem, tam seculari quam Ecclesiastica iustitia, pro nostræ commendationis reuerentia impendatis. Nulla enim ratione, patiemur Ecclesiam suo iure fraudari: & in Clericorum ceruicibus tyrannicam potestatem collocari. Itaque omnium seculatium potestatem, & 25 Vuillelmum* 26 *Matisconensem Comitem à prædicta urbe alienamus. Et sub tua custodia Venerabilis Humberte Archiepiscope, successoremque tuorum: &* 27 *Ecclesiæ tuæ. Viennam cum omni integritate sua, perpetuo iure tradimus. Popetum, palatium, & quodcunque ambitu ciuitatis continetur: & si qua sunt extra ad eiusdem dignitatem pertinentia. Quam donationem, siue confirmationem, quia ad multorum notitiam peruenire duximus: literarum monumentis mandare prouida deliberatione curauimus, & vt hoc cognoscat præsens ætas, & omnium secutura posteritas, præsentem paginam aurea bulla nostra insigniri iussimus: & testibus idoneis confirmauimus, quorum nomina sunt hæc. Gerentrudis Romanorum Regina, Arnoldus Colonienſis Archiepiscop. Arnoldus vice Hatonis Moguntini Archiepisco*

24 *Humbertus primus. Archiepiscopus Vien.*

25 *De Villelmo Matisconēsi, vide Gollutium in Record. Burgundicis lib. 6. c. 2.*

26 *Comitatus Viennēsis, erat Archiepisc. & Capituli.*

27 *Ergò Canonici Viennenses poterant se inscribere Comites, vt Lugdunenses, faciunt Canonici, ob Comitatum urbis Lugdunensis.*

*chiepiſcopi, Cancellarius. Ordiebus Baſileenſis Epiſcopus, Anshelmus Epiſcopus, Nisboldus Stabulenſis Abbas: Arnoldus Præpoſitus maior Aquiſgranni, Hugo Comes Palatinus, Arbertus Notarius, & alij multi. Anno ab Incarnatione Domini CIↃCXLVI. Indict. ij. ** s. Anno vero Octauo Regni eius. Data in Palatio Aquiſgranni, Deſiderio Monacho Notario, in die Apparitionis Domini, fœliciter. Amen.*

Huius Conradi Imper. tumulus iuxta altare maius Eccleſiæ Monachorum S. Andreæ ad cornu epiſtolæ cum ſequenti Epitaphio repertus fuit.

Qui veſtes geritis precioſas, qui ſine fine
Non profecturas accumulatis opes:
Diſcite quia paucis opibus poſt funera ſitis
Contenti, ſaccus ſufficit, atque lapis.
CONRADVS iacet hic, qui tot caſtella tot vrbes
Poſſedit, tumulo clauditur iſte breui.
Æmule Dei famulus, habitu Princeps trabeatus
Citerius, Veſtis aſpera ſubtus erat.
Qua iacet Eccleſiam geminis reparauit & auro,
Andreæ ſancti promerituras opes.
Is Rex CONRADVS Monachos ſtabiliuit ibidem,
Corpore qui fertur dudum tumulatus ibidem.

Poſtea anno ſcilicet CIↃ. CLI. VII. Kal. Febr. 28. *28 Eugenius.* Indict. XV. Eugenius III. Papa ſcribens Eugenni ad Guillelmum Decanum & Canonicos Viennēſes, confirmat eis omnia Eccleſię Viennenſis priuilegia & bona, enumerans inter cætera Pupetum cum pertinentiis ſuis, Tertiam partem Viennenſis monetæ, municipium quod dicitur Conueniacum cum Eccleſia & pertinentiis ſuis Villam Geins cum Eccleſia & pert. Charentoniacum, Chomondum, Burgum qui dicitur Villa, Villam S. Clari, Eccleſiam de Reuentino, S. Victoris, S. Petri de Seſſiaco, Villā de Faramundo, Eccle-

ſiam S.Geneſij,Mótem Salomonis. Ita Signatum,Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, & in ſigillo ſcriptum.

Fac mecum Domine ſignum in bonum.

✠ Ego Vinarius Tuſcul. Ep.
✠ Ego Nicolaus Alban. Ep.
✠ Ego Hugo oſtien. Ep.
✠ Ego Greg.Presb.Card.TT.S.Calixti.
✠ Ego Manfredus Presb. Card.TT.S.Sauinæ.
✠ Ego Ambertus Presb. Card.TT. S.Anaſtaſiæ.
✠ Ego Iullius TT. S. Marcelli.
✠ Ego Guido Presb.Card.TT.S.Paſtoris.
✠ Ego Bernardus Ptesb. Card.TT.S.Clementis.
✠ Ego Rolandus Presb. Card.TT.S.Marci.
✠ Ego Octauianus Diac.Card.S.Georgij.
✠ Ego Rodulphus Diac,Card.S.Luciæ in ſept.ſol.
✠ Ego Gregorius Diac.Card.S.Angeli.
✠ Ego Guido Diac. Card. S.Mariæ in Porticu.

29 Fredericus Imp.Æuobærbus.

Poſt hæc [29] Fredericus Romanorum Rex, Eccleſiæ Viennenſi, Pontificante [1°] Hugone, tale priuilegium dedit.

30 Hugo Archiep.Vien.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Fredericus Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Principalem munificentiam, decet virtutum præmia merentibus tribuere: & fideliſſimos quoſque, dignis honorum gradibus prouectos, ceteris circa res imperiales deuotis, in exemplum & bonæ ſpei ſignum collocare. Quocirca nouerit omnium fidelium noſtrorum, tàm futurę quàm præſentis ætatis induſtria: quod nos pro fideli deuotione atque conſtantia, quàm nobis & Imperio noſtro, Viennenſis Eccleſia exibere ſtuduit [31] *tibi Hugo Venerabilis Vrbis Archiepiſcope, & tibi Vuillelme prætaxatę Eccleſię Decane, & per vos veſtris ſucceſſoribus Archiepiſcopis & Decanis, & fideli etiam Canonicorum cõuentui Viennam cum omni integritate ſua committimus, Pupetum videlicet,*

31 Archiepiſc. Vien. & Canonici Comites Vien.

Cana

Canales, palatium, & cætera ad eiuſdem ciuitatis dignitatem pertinentia Præfata enim Ciuitas Regiæ cathedræ excellentia, nullum præter nos debet habere poſſeſſorem: ſed quamdiu abſumus, ipſam per eiuſdem loci Archiepiſcopum & per Cathedrales Canonicos cuſtodiri oportet. Dein in fine, contrauenienti Bannum Regale apponit, & centum libras auri puriſſimi: quarum partem dimidiam Camerę Regię, Reliquam Archiepiſcopo & Eccleſia Viennenſi attribuit: ſub Data per Bullam auream, Garmacię, eadem die qua Arnoldus Cancellarius Regis, fuit electus in Moguntinum Archiepiſcopum: præſentibus Arnoldo Colonienſi, Archiepiſcopo, Conrado Auguſtenſi, Conrado Garmacienſi, Gunterio Spirenſi Epiſcopis, & Ducibus Frederico Regis Cõradi filio, Suauiæ & Alſatię: Henrico Saxonię, Henrico Bauarię, Bertaudo Briſcouię. Comitibus Olrico de Lauſceborg. Garnerio de Badana, Garnerio de Alſatia. Anno ab Incarnat. Domin. CIↃ. CLIII. Anno vero ij. Regni eius. Signum Domini Frederici inuictiſſimi Romanorum Regis.

Modico autem poſt tempore [32] Adrianus Papa iiij. eam de verbo ad verbum exprimens, confirmauit ſub datum Laterani, per manum Rolandi S. R.E. Presbyteri Cardinalis, Cancellarij: Idib. Martij Indict. vj. anno ab Incar. Dom. CIↃCLVII. Pontificatus ſui anno iiij. Sigillum ipſius ita eſt figuratum. [32] *Adrianus iiij. Papa.*

Tertia pars monetæ Vien.

CONfirmauit etiam alia Bulla, omnia quæ Calixtus de Eccleſia Viennenſi ſtatuerat: Eccleſiámque hanc ſub beati Petri, & Apoſtolica protectione ſuſcipit. Sed & propriis nominibus exprimit quædam bona Eccleſiæ Viennenſis, quæ in ſuperioribus non continentur priuilegiis. Nempe Puperum cum pertinentiis ſuis. Tertiam partem Viennenſis monetæ, municipium quòd dicitur Conuenaicum, cum pertinentiis ſuis, villam quæ dicitur Iauini cum Eccleſia & pertinentiis ſuis, Municipium quod dicitur Carentenaicum, cum Eccleſia & pertinenciis ſuis: villam quæ dicitur Camundus cum Eccleſia. Burgum quòd dicitur Villa cum Eccleſia & pertinẽtiis ſuis. Villam ſancti Clari, Eccleſiam de Riuenti no & quicquid eſt in eadem villa viennenſis eccleſiæ. Eccleſiam Sancti victoris, villam de Farramanno cum Eccleſia, & pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſancti Geneſij cum terra & hominibus. Locum iuxta ciuitatẽ Viennæ qui dicitur Mons Salomonis. Villam Sancti Michaelis. Saxeolum & caſtrum de Mallaualle, & Ornacciacum, Burgum de Monte ſuperiore cum appendiciis ſuis. Eccleſiam ſancti Petri de Salſiaco cum pertinentiis ſuis. Montem Arnoldum & Maccum, cum pertinentiis ſuis. Municipium quod dicitur Canales, intra mœnia ciuitatis, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Maruanto, vultque Archiepiſcopum Viennenſem, nulli legato Romani

Conuenaicum
Iauim.
Carentenaicũ.
Camundus
Villa.
S. Clarus.
Riuentinum.
S. Victor.
Farramanum
S. Geneſius.
Mons Salomonis.
S. Michael.
Malauallis.
Ornacciacum.
Mons ſuperior.
S. Petrus de Salſiaco.
Mons Arnoldus.
Maccum.
Canales.
Maruantum.

Digitized by Google

mani Pontificis subiacere, nisi sit de latere.

Deinde qui supradictus Fredericus, Imp. Bullam auream sequentem dedit, in favorem Ecclesiæ Viennensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fredericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator, & semper Augustus & Cuius initium est præcedentis instar excepto quod 33 Stephani Archiepiscopi Viennensis in ea fit mentio. Et quod ita post medium Imperator loquitur. *Præterea omnes res & possessiones, universa quoque prædia, quæcumque vel in quibuscunque locis, vel Regnis, seu Comitatibus, prædecessores nostri Divi Reges & Imperatores, à primitiva Ecclesia, eidem matri Ecclesiæ sancti Mauritij Viennensi Metropoli, ad nostra usque tempora spontaneè contulerunt: vel alij retro Principes, seu cuilibet Deo fideles, pro remedio animæ suæ, vel qualibet alia pia devotione obtulerant: per nostram Imperialem authoritatem eidem Ecclesiæ, eiusque rectoribus omni corroborationis munimine confirmamus. Tibi vero Stephano dilectissimo nostro Venerabili Archiepiscopo: Dignitatem ab antecessoribus nostris collatam, inviolatam conservantes recognoscimus.* 34 *Videlicet ut in regno Burgundiæ, sacri Palatij nostri Archicancellarius, & Summus Notariorum nostrorum semper existas: & post te successores tui. Omnia quoque Regalia, ab antecessoribus nostris Ecclesiæ Viennensi collata, commune etiam forum agentium & sustinentium causas, tam civiliter quam criminaliter, nostra concessione teneas & possideas.* 35 *Ad hæc decernimus, ut in adventu nostro, vel quotiescunque ad curiam nostram vocatus fueris, vel expeditionem nobiscum facere debueris, Cives Viennenses & Romanenses, omni excusatione remota, congrua tibi subsidia conferant. Et cæt. Data Pisanij* 7. *Kal.*

33 *Stephanus Archiepiscopus Viennensis.*

34 *Archiepiscopus Viennensis, est in Regno Burgundiæ Archicancellarius.*

35 *En magnum privilegium.*

vj. Kal. Nouemb. Indict. v. Anno Dom. Incær. CIↃ CLVII. Regnante D. Frederico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo Anno Regni eius vj. Imperij vero iij. Recognita Per Reinaldum Cancellarium, vice Stephani Viennenſis Archiepiſcopi & Archicancellarij. Teſtibus Vmberto Biſuntinenſi, & Petro Tarentaſienſi Archiepiſcopis: Guillelmo Nouarienſi, Alberto Tridentino, & Vldarico Tarniſino Epiſcopis: Ducibus Bertolfo de Cerunigen, Matthæo Lotharingiæ & Ottone Palatino Comite, de Vvitelmeſbach.

Dedit etiam & ſequentem Fredericus Imperator dum hominium Viennenſis Eccleſiæ ſuſcepit.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Fredericus Diuina fauente, Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Viennenſis Eccleſia ſicut inter cæteras Eccleſias & Metropolitanas ſedes Regni Burgundiæ gloria & honore quaſi clariori ſydere refulget: ita peculiaris gratiæ prærogatiua apud Imperialem celſitudinem meruit

36 Dignitas Eccleſiæ atque Archiepiſcopi Viennenſis, qui Princeps eſt Conſilij regni Burgundiæ.

præeminere, 36 vt Metropolitanus eius inter cæteros Archiflamines principalem locum & dignitatem obtineat: & quia princeps conſilij noſtri & Archicancellarius in regno Burgundiæ, & primus in Aula Regali, & in adminiſtratione Reipublicæ cæteris excellentiori dignitate præpolleat. Ea propter omnium Chriſtianorum & Imperij noſtri fidelium, tam preſens ætas quam ſucceſſura poſteritas noueris: qualiter pro fidei ſinceritate ac fidelis obſequij deuotione, quam Imperio Viennenſis Eccleſia hactenus exibere ſtuduit, eius electum 37 *Vuillelmum Venerabilem virum, diuinis & humanis legibus eruditum, ad curiam*

37 Vuillelmus Archiepiſcopus Viennen.

noſtram

noſtram venientem, conſueta benignitate ſuſcepimus: & recepto ab ipſo hominij & fidelitatis debito, de omnibus Regalibus & iuſtitiis, veteribus & nouis, quas Viennenſis Eccleſia hactenus habere ſolebat: ipſum ex Imperialis clementiæ indulto inueſtiuimus. Itaque venerabilis electe, vt de plenitudine gratiæ noſtræ ſemper gaudeas, & ab Imperiali excellentia, magnam fidem experientiæ tuæ adhiberi cognoſcas: tuæ fidei & per te tuis ſucceſſoribus Archiepiſcopis, & fideli etiam Canonicorum conuentui, Viennam cum omni integritate ſua committimus &c. quæ in dicto reſcripto ad inſtar ſuperioris omnino habentur.

Teſtibus Ilberto Biſuntino, & Drogone Lugdunenſi Archiepiſcopis: Petro Tulenſi, Arducio Gebenenſi, Epiſcopis. Hugone Cluniacenſi Abbate. Ecberchardo Theſaurario Biſnutinæ Eccleſiæ. Matthæo Duce Lotaringiæ, Comitibus Alberto de Dilingen, Volmaro de Saruuerda, Gerardo, Stephano, Vlrico de Hurmugen, Burkardo de Aſnel. Recognitum per Henricum Sacri Palatij Prothonotarium, vice Vvillelmi Viennenſis Archiepiſcopi, & totius Burgundiæ Archicancellarij. Datũ apud Biſuntium. Anno Incar. Dom. CIↃ. C LXXVI. Indict. xiiij. * Regni frederici xiiij. * Imperij vero xij. xvj. Kalend. Auguſti. * *IX.*

Idem etiam Reſcriptum [18] Henricus Sextus Imperator, & Sciciliæ Rex [19] Ainardo Archiepiſcopo Viennenſi dedit. Præſentibus Annone Tarentaſienſi, & Angelo Tarentino Archiepiſcopis. Ottone Nouarienſi, Alberto Vercellenſi, Guidone Hypotregienſi, & Bonifacio Saonenſi Epiſcopis: & Bonifacio Marchione Montiferrati, Vuillelmo Marchione de Pallodio. Arnaldo de Horembere, Marcardo Seneſcallo, Henrico Mareſcallo de Bappenhaun, Henrico Pincerna de Luceria: & Thoma Caſtellano de Noua. Recognitum à Concado Imperialis Aulæ Cancellario, Hildeneſhemenſi electo: vice Adolfi Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, & totius Italiæ Archicancellarij. Anno D. Incar. CIↃ. CXCVI. Indict. xiiij. apud Taurinum

18 Henricus 6. Imp.

19 Ainardus Archiepiſc. Viennen.

Digitized by Google

num V. Kalend. Auguſti, per manum Alberti Imperialis aulæ Prothonotarij. Regnante Henrico ſexto Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, & Rege Sciciliæ Potentiſſimo: anno regni eius xxvij. Imperij vero vi. & Regni Sciciliæ ij.



40 Fredericus ij Imp.
41 Humbertus ij. Arch. Vienen. quem Vbertum Catalogus vocat.

Poſt ipſum 40 Fredericus eius filius. Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Sciciliæ Rex: ad 41 Humbertum Archiepiſcopum Viennenſem, addit etiam Portus, & eos facit Iuris Archiepiſcopi Viennenſis. Omnémque laicalem perſonam, nulla obſtante temporis præſcriptione, à Dominio Viennenſis vrbis in perpetuum remouet & excludit. Caſtrum etiam Sancti Theuderij cum ſuis pertinentiis ei attribuit, & poſtea ita ſtatuit.

ITaque præcipiendo ſancimus, pariterque iubemus: vt nullus Iudex publicus, vel quilibet ex iudiciaria poteſtate, ſiue aliquis ex fidelibus noſtris, in Eccleſijs aut locis vel agris ſeu reliquis poſſeſſionibus, Eccleſiæ ſanctorum Martyrum Viennæ, quas moderno tempore iuſtè & rationabiliter in quibuſdam pagis, aut quibuſlibet territoriis poſſidere videtur, vel quibus eam diuina Maieſtas augere voluerit ad cauſas iudiciario more audiendas, vel freda aut manſionaticos, vel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos eſſe iudicet, ſeu tollere præſumat. Homines videlicet Eccleſiæ, tàm ſeruos quam ingenuos neque *Diſtringnat. *diſtinguat: neque vllas redibitiones, vel illicitas occaſiones iniuſtè requirat, aut occaſione gardiæ violentiam inferat, non theloneum ſiue pedagium in agris vel terris, non redibitionem de paſcuis, non ſiluaticum, non fumaticum, non pulueraticum exigere audeat. Sed quicquid de rebus prefatæ Eccleſiæ poterat fiſcus exigere, totum nes*

pro

pro æterna remuneratione : prædictæ Ecclesiæ , remissione perpetua concedimus , vt inquiet Christi famulos in iam dicta Ecclesia persistentes , Dei misericordiam pro nobis exorare delectet. Super hæc omnia , quicquid per negligentiam rectorum , à prauis hominibus ablatum vtique audiuimus vel direptum est : sub omni vtique vrgente vsque in exquisitum reuocamus. Ac præter Archicancellariatum in Regno Burgundiæ, cecidit vt Archiepiscopus Viennenses, 42 Regalia in Diœcesi sua , Communem etiam forum agentium & sublimentium causas tam ciuiliter quam criminaliter in regno dicto teneat : & possideat, saluo in omnibus & per omnia iure Imperiali.

42 *Magnum priuilegium Archiepiscopi Viennensis.*

Testes fuerunt Tridericus Treuerensis , Amedeus Bisuntinensis Archiepiscopi: Desiderius Dyensis , Conradus Constantiensis , Henricus Argentinensis, Vvaldricus Basileensis electus, Gaufridus Tricastinus Episcopi : Otho Dux Meraniæ. Comites: Rudulfus de Hausperc, Fridericus de Ferreto, Henricus de Niphenen , Anselmus de Instingen: Rodulphus Aduocatus de Raprehit suuilario , Valterius Pincerna de Cimpsen, Fredericus de Escombore.

Conrado Spirensi & Metensi Episcopo Cancellario, Vice domni Humberti Viennensis Archiepiscopi, totius Regni Burgundiæ Archicancellarij recognitore. Datum Basileæ. anno Domini CIↃCC XIIII. Indict. iij. Regni eius ij. ix. kalend. Decemb.

Huius Vmberti de quo in Carcha Fredericus mentionem adest Epitaphium, iuxta chorum D. Mauritij repertum

Hic corpus petra tegitur , sed spiritus alta
Præsulis V M B E R T I *petiit: qui mortuus erat*
Pro quo certauit viuens dum se macerauit,
Cathesiæ morem sectans cælique vigorem.
Ad nos transiuius, sic curam Pontificatus
Gessit Pastoris stimulum votique prioris
Formam seruauit nec in alterutro titubauit.

Mundum

Mundum ſuppeditans mundi contagia vitans,
Eccleſiam rebus ditans opibúsque, diebus
Per quos hîc degit patriam ſub pace redegit.
Mille is centeno quinióque ter anno,
Luce duodena nos deſerit ante Decembrem.

Inter viuos erat anno. 1214. tempore Frederici 2. Regis Romanorum & Sciciliæ Cæterum ex hoc Epitaphio videas lector, Inclitum Carthuſienſium ordinem, hunc ſtrenuum Viennæ Pontificem peperiſſe, quod vt ſcires & reſcires, volui.

43 *Ioannes Archiep. Vien. ab Imperatore vocatus eſt Princeps & dein Archiepiſcopatui Viennenſi præfuit nam obiit* CIↃCCLxvi.

Iſdem Fredericus, 43 Ioanni Archiepiſcopo Viennenſi ſcribens, quem Principem appellat: dicit quod Imperialis excellentia, tunc præcipuè ſui nomini titulos ampliat, tunc officij ſui debitum reddit, cum fœnore Deo viuo, cum eius intuitu per quem præeſt principibus orbis terræ, loca Deo dicata & perſonas Eccleſiaſticas pio fauore tuetur: & iuſtas eorum fauorabiliter petitiones exaudit. Nec non omnia Eccleſiæ Viennenſis confirmat priuilegia: teſtibus Aymaro Ebredunenſi Archiepiſcopo, K. Vapincenſi, P. Gratianopolitano, R. Papienſi, I. Vercellenſi, Hugutione Taurinenſi, P. Pactenſi Epiſcopis. B. Marchione Montisferrati, M. Marchione Saluciarum, M. Marchione Lauzano. Anno Domini M.ccxxxviij. x. April. *Indict.* xj. Imperij eius xviij. Regni Ieruſalem xiij. Sciciliæ xl. anno, apud Taurinum.

In ſigillo aureo ab vnà parte, eſt Romæ ſculpta Ciuitas, & in circuitu ſcriptum.

Roma caput mundi, regit orbis frena rotundi.

Et in medio vbi eſt effigies portæ, ſcriptum eſt.

Aurea Roma.

Ex altera parte eſt effigies Imperatoris tenentis in manu dextra ſceptrũ, in ſiniſtra mundum, & ſcriptum.

Fredericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.

Quam autem eximius iſte ad quem Imperator ſcribit Ar

bit Archiepiſcopus Ioannes fuerit ex ipſius Epitaphio intuebimur.

Iſdem etiam Fredericus in alio Priuilegio ſub datum Baſileæ IX. Kalend. Decemb. Indict. III. CIↃ-CCXIIII. Secundo Regni ſui. Quia ei innotuit quod quidam in Prouincia Viennenſi conſtituti, abſque Regum vel Imperatorum conceſſione, a tranſeuntibus pedagia extorquere præſumebant: quidam vero quibus indultum erat, amplius quam ſibi conceſſum ſit, in contemptum Regiæ Maieſtatis recipere non formidabant: & priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: conſtituit Archiepiſcopum Viennenſem & ſucceſſores ſuos, ſacri Palatij Archicancellarios; qui authoritate Regia, tantam præſumptionem cohiberent, & pro poſſe ſuo digna animaduerſione punirent, atque terra & aqua dictum pedagium in vtilitatē Vien. Eccleſiæ leuarent. Quod Odo Dux Burgundiæ in litteis ad Burnonē Archiepiſcopum & Capitulum Eccleſiæ Viennenſis comprobauit, vtque illud opportunioribus exigerent locis conceſſit; ſub datum Viennæ menſe Iunio Anno CIↃ. CCXVI. dicto Regnante Frederico.

Anno verò Domini CIↃ.CCCC. die decimaquarta Octobris, Apud Aulam Regiam S. Pauli Pariſiis, in præſentia Caroli ſexti Chriſtianiſſimi Francorum Regis. In Cauſa litis ortæ inter Archiepiſcopum ac Capitulum Eccleſiæ ſanctæ Viennenſis, ac Regalis fiſci in Delphinali Prouincia Procuratorem, Regium Prætorium pronunciauit ſtatuit ac definiuit, Archiepiſcopo ac Capitulo prædictis, Iuriſdictionem temporalem Viennæ forè reſtituendam, reddendáque Caſtra Pupeti & Domus Canalium, eo pacto quo fruebantur anno CIↃCCCLXXVIII. quando negotium coepit eis ſuper huiuſmodi, fiſcalis Delphinatus procurator faceſſere, fuítque regiis omnibus indictum officialibus, quæque ab illo percepta tempore, refundere, necnon litis integras diſſoluere expenſas.

Porro Aduocatus qui Coram Rege ac Conſilio cauſam Viennēſis Eccleſiæ, orauit, perorauit, & exorauit, ſequentia, inter cætera Arreſti quæ Regij Diplo-

ma con

ma continet, eloquenter pro ætatis ac temporis ratione disseruit.

Ecclesiam videlicet Viennensem ab Apostolorum tempore institutam, vnámque ex priorib⁹ Gallicanis Ecclesiis existere, quæ Christo nomen dederit: quam sua nobilitauit Apostolus Paulus præsentia eruditione, & directione, purpuraruntque S. Dyonisius & alij plærique Pontifices Martyres; qui B. Crescenti Pauli, discipulo, in ea succesſere.

Ipsam magno apud summos Pontifices atque adeo veteres cunctos Christicolas, semper in pretio fuisse: vt potè SS. innumerabilium martyrum ac Reliquiarum multiplicium, infloratam floribus. Inter quas, eminent sacræ Thebeæ legionis Ducis Mauritij, quædam exuuiæ, quibus vt decoratur: sic eius post varias tandem clades nomine & titulo, consecrata extitit.

Et cum magna temporis diuturnitate, bellis infidelium attrita derelicta fuisset, & Præsulibus orbata: Pipinus Rex eam restaurauit, & in antiquum decorem restituere satagit. Pastorémque ipsi idoneum præfici curauit. Cuius studium Carolus Magnus secutus, cultum in ea diuinum ampliauit atque largitionibus Regijs cleri numerum adauxit, & lanceáque & corona beati Martyris Mauritij in bello protectus, de suis triumphauit hostibus.

Ad cuius imitationem cum Reges ac Imperatores, Sanctæ Viennensis Ecclesiæ deoti studerent; tandem Rudolfus Comitatum Viennensem &c. ei concessit: & in tantum eam dilexit, quod Ermengarda ipsius vxor in ea sepeliri voluerit. Ob quam donationem à posteris Burgundiæ stabilitam Regibus, Archiepiscopus Viennensis, Viennæ ius semper exercuit supremæ iustitiæ meri ac mixti Imperii & iurium Regalium: & hominia Comitum Viennæ Palatinorum suscepit. Maximè verò Comitis Delphini, vti hominium Ioannis Delphini sub dat. iij. Febru. CIↃCCCVIII. ostendit, banna & proclamationes suo ac Ecclesiæ Viennensis nomine absque contradictione fecit atque arresta pronunciauit. Et Ratione dicti Comitatus Vien. semper Archicancellarij nomen & dignitatem in Aula

1 Error, nam vt supra docuimus, Carolus iste fuit Calusus, non Magnus.

Digitized by Google

in Aula Burgundiæ Regum obtinuit. Et Maiſtralium id eſt legis Miniſtrum Viennæ inſtituit, qui fiſcum ac Iuriſdictionem temporalem Viennenſis Comitatus regebat, hícque Maiſtralius erat ſemper vnus Canonicorum S. Viennenſis Eccleſiæ. Verum Cum Delphini Comites, vi & potentia adigerent viennenſes, ſuas ad Delphinale tribunal deuoluere appellationes. Ioannes 22. Pont. Róman. ſub dat Auenioni vj. Id. Decemb. Pont. ſui anno iiij. Maiſtraliam menſæ vniuit Archiepiſcopali, quo maiori authoritate, Delphinalium officialium vi & potentiæ, ab Archiepiſcopo reſiſti poſſet.

Sed & ipſi Comites Delphini ab antiquo ſupremum in ſe Archiepiſcoporum viennenſium Dominium agnouerunt & publicis litteris faſſi ſunt, nam Viennæ duo erant Palatini comitatus, quorum prior excellebat, à Domno de Paigniaco poſſeſſus, alter vero ab Hugone Delphino Alboni comite ſub feudo dicti Domini de Paigniaco, qui hominium ſui Comitatus Archiepiſcopo deferebat, adeo vt Delfinatus eſſet Viennenſis Retrofeudum Eccleſiæ. Et licet Eccleſiæ Viennenſis vaſſali exiſterent Delphini, ſæpè nihilominus dictam Eccleſiam laceſſebant atque opprimebant: adeo vt Delphinus Humbertus technis & artibus induxerit quoſdã ſibi addictos Viennenſis Eccleſiæ Canonicos,[a] ius quod Capitulum Viennenſe habebat in Viennenſi Comitatu & eius caſtris ac euolumentis, vendere. Verum Bertrando Archiepiſcopo fortiter obſiſtente & apud ſummum Pontificem reclamante; Nouiſſimè Clemens 6. & Innocentius ac Benedictus duodecimus SS. PP. lata ſententia, dictum Humbertum Delphinum omnia Archiepiſcopo & Eccleſiæ Viennenſi quæ aut vſurparat aut fraude acquiſierat, reſtituere compulerunt Cuius ſententiæ tædio, dictus Humbertus vendito Delphinatu Philippo Regi Francorum, cucullum induit. Carolus vero Philippi primogenitus, Delphinatum adiit, & in preſentia omnium Procerum, in Eccleſia Viennenſi palam conſueta Hominia Archiepiſcopo Viennenſi præſtitit, ſub dat ij. Aug. CIↃ CCCXLIX.

[a] *Bertrandus Archiep. Vien.*

Ita quippe Venditionis cathis cauerat Humbertus. Omnia Hominia Ecclesiis Viennensi, Lugdunensi, Gratianopolitanæ, & aliis à se suisque præcessoribus exhiberi consueta, ab emptore ac eius posteris, quàm studiosissimè conuentionibus adstruens: sicut Contractus indicat, quem Rationalis Camera Delphinalis conseruat à qua transumptus fuit, Anno 1506. vi. Feb. Instante [3] Cardinali Sanseuerino Viennensi Pontifice.

3 Sanseuerinus Cardinalis Vienn. Archiepis.

Accidit porro vt vacante Pontificali Viennensi sede, Carolus de Bouilla sub Carolo Imperatore Delphinatus Vicarius, manu armata inuaderet Ecclesiam Viennensem, atque eam Comitatu spoliaret, verum fatis functo Carolo Imperatore, statim Viennensis Ecclesia Regem Christianissimum interpellans, ab eo Petrorianum præsens arrestum consecuta fuit. Morente paulo post dicto Carolo de Bouilla, & publicè in optimatum auribus atque oculis, veniam a Viennensi per eum nequiter afflicta Ecclesia efflagitante.

Tamdemque Ioannes Pictauiensis. Archiepiscopus viennensis Anno CIↃCCCCIXV. Septemb. transegit Cum Ludouico Delphino Caroli vij.° Christianissimi Francorum Regis Primogenito, qua transactione Pariagium quod vocant cum Delphinis fecit, quod etiam hodie custoditur. Pariagium autem est, quo vno anno Delphinus iustitiam Viennæ per suos exercet Ministros, altero verò Archiepiscopus, ita vt Delphini atque Archiepiscopi Iudices per vices annuas magistratu fungantur.

Postea omnia & singula priuilegia Viennensis Ecclesiæ Sigismundus Imperator, sub datum Chamberiaci anno à Natiuitate Domini CIↃCCCCXVI. Nono Die mensis Februarij, laudauit, approbauit, ac confirmauit, & de nouo in quantum opus esset, Ecclesiæ Viennensi concessit.

44 Sigismundus Imp.

Antiquitatum Sacrarum Viennensis Sanctæ Ecclesiæ fasciculus.

CAPVT VI.

EA quæ sequuntur, ordine collocare haud quiuimus, eo quod Archiepiscoporum seriem minimè

reperire

reperire conceſſum fuerit. Cùm tamen illa ſint ſpectabilia, omittere noluimus.

Initio itaque de Chriſtianis proſa verſúque Epitaphiis agemus.

Epitaphium D. Ioannis Archiepiſcopi Viennenſi.

ANno ab incarnatione Domini CIↃCCLXVIXV. xv. Kal. Maij depoſitio Domini Ioannis Archiepiſcopi noſtri, qui tres Cappellas, vnam in honore B. Mariæ, alteram in honore S. Ioannis, & aliam in honore S. Mauritij & SS. Machabeorum à parte auſtrali infra ſepta Eccleſiæ maioris B. Mauricij conſtruxit. Qui caſtrum Baſtide baſtiuit, & multas poſſeſſiones circa illud acquiſiuit. Qui caſtrum Mantaliæ cum redditibus & poſſeſſionibus pluribus eidem adiacentibus, acquiſiuit. Qui domũ Dei Viennæ ad pedẽ pontis Rhodani ædificauit, & vnde ſex opera miſericordiæ fiant ibidem, perpetuo ad honorem Dei & ſuſtentationem pauperum poſſeſſiones, terras, & redditus aſſignauit. Qui Comitatum & palatium Viennen. ſuperius, ab Hugone de Pagnei Domino de Vienna, pretio ſeptem millium librarum Viennæ acquiſiuit. Qui Eccleſiam iſtam ſanctam Viennẽſem ſponſam ſuam ædificiis mirabilib⁹, honoribus, munerib⁹, & iuribus quamplurimis, dotauit, Et eccleſiam Romanenſem ſimiliter, in qua quieſcit corporaliter: ditauit & etiam ſublimauit. Qui domum ſuam Archiepiſcopalem Viennenſem, cum Capella quam ibi ſpecioſam conſtruxit, in honore B. Virginis, ædificiis nobilibus & conquerentis aliis, ampliauit. Qui domum Archiepiſcopalem Romanenſem acquiſiuit, & Capellum ibidem in honore B. Katherinæ Virginis ſumptuosè conſtruxit: Et vnde in dictis capellis celebretur perpetuò pro animabus prædeceſſorum ſucceſſorúmque ſuorum Archiepiſcoporum, ſeruitoribus redditus aſſignauit. Qui Baſilicas B. Mariæ de Vltra Geriam & B. Mariæ veteris Viennenſis, ſumptuoſis decorauit ædificiis. Qui domum de Fayſins conſtruxit, & iura multa redditúſque ibidem acquiſiuit. Qui Corpus Glorioſi Martyris Mauritij patroni ſui perſonaliter reuelauit, in loco vbi

idem Martyr corporaliter requieſcit, vnde mentionem eiuldem, dictæ Eccleſiæ apportauit. Et ipſum mentonem cum vaſe precioſo in quo eſt, & ornamenta pontificalia, veſtes, ſcilicet duplices, viridis & rubeas, cappas & tapeta, ſeruitio prædictæ Eccleſiæ perpetuo deputauit. Qui feſtum reuelationis dictorum Martyrum Mauricij & ſociorum eius in dicta præſenti Eccleſia ſolemniter fieri decreuit. Et refectionem generalem ob reuerentiam dicti feſti, ipſa die ſuper prioratu de Bogiis ſeruitoribus dictæ Eccleſiæ perpetuò aſſignauit, cum tribus anniuerſariis quæ in fine ſuo reliquit, qui domos fratrum Minorum viennæ & Roman.s, c CapellamS. Dominici, cuius cœmeterium ad ſepulturam pauperum decedentium in dicta domo Dei Viennen, decreuit. Et pontem Rodani, & pontem S. Martini Vien. Et pontem Lauſoniæ, & pontem Romanum, ſupra Iſæram pro maiori parte conſtrui procurauit. Qui prædictum templum ſeu domum maiorem in honorem SS. Martyr. Mauricij ſociorúmque eius, à bonæ memoriæ D. Innocentio Papa quarto feria quinta in Albis Paſchalibus anno Domini CIↃ. CC. LI. perſonaliter obtinuit celebriter dedicari, necnon perpetuis firmíſque indulgentiis Papalibus, honorari. Fuit autem doctrinæ veritatis prædicator eximius, religioſorum hoſpes præcipuus, humilitate quippe ſublimis, manſuetudine placidus, patientia fortis, benignitate affabilis, pietate condolens, miſericordia Innocẽs, & multiplici eleemoſinarũ irriguo, in ſubuentione affluens ægrorum. Fœlix temporalium gubernator, collapſorum ſpiritualium reparator: Et vt geſtorum eius fœlicium multitudinem, ſuccincta relatione texamus, ſic Ieſum Chriſtum firma credulitate cognouit, & cognitum ſincero corde dilexit, ac dilectum totis votis concupiuit, ſic & in fine ſuo amauit, quod mundo & eis quæ in mundo ſunt penitus vilipẽſis, ad cœleſtia cunctis ſtudiis animũ vibrauit. Quæ autem de ipſo vidimus, hæc teſtamur, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium. Oretis Deum pro eo.

Apud

Apud S. Blaudinam in ſuperiori parte Ciuitatis.

Dodoni Deus peccatoris miſerere ſepulti. Qui huic lo-
co fidelis extitit quique etiam de ſuo prædio ad alenda
libamina, & pro fratrum adiutorio, dedit vineas in Tau-
*ſiaco, vbi poſſunt collis * plus minuſvè modij, Obiit*
Octuagenarius IIII. Kal. Iuli.

* *Hic mendum eſſe videtur.*

In Capella S. Ioannis ad ſiniſtram partem, apud S. Andræam inferiorem.

III. Idus Iunij depoſitio Domni 1 *Aquini Abbatis*
Monaſterij S. Andreæ Viennenſis Anno ab Incarnat.
Domini. CIↃCLXIIII.

1 *Aquinus Abbas S. Andreæ.*

Apud S. Seuerium, extat eius tumulus Marmoreus, cum ſequenti Epitaphio,

Occubat hoc tumulo ſpecioſus mente, 2 *SEVERVS,*
Qui quondam hoc templum funditus inſtituit.
Nec ſolum hanc ædem, ſed cætera tecta ſacrauit,
Plurima conſtituit vinctus amore Dei.
Diuina ſic fretus ope, quod ſemper vbique
Quo poſuit dextra, auri metalla tulit.
Sed quid plura loquar laudetur gratia Chriſti,
Quæ ſic in cunctis viget vbique bonis.
Exulibus qui dona ſuis largitur operta,
Et peregrinis olim condita diſtribuit.
Obiit K. VIII. Idus Auguſti anno Chriſti. CCCC.
XXX.

2 S. Severus.

Ex hoc Epitaphio cobiiciunt aliqui ipſum Vienn æ Præſulatum geſiſſe, licet in Epiſcoporum eiuſdem vrbis Catalogo neutiquam inueniatur.

Sequitur Boſonis Epitaphium Regis.

Regis in hoc tumulo requieſcunt membra 3 *Boſonis,*
Hic pius & largus, fuit audax, ope benignus,
Sancti 4 *Mauritij caput aſt circumdedit auro,*
Ornauit gemmis claris, ſuperátque coronam
Impoſuit toram gemmis auróque nitentem.

3 *Rex Boſo.*

4 *Caput S. Mauritij.*

Digitized by Google

Huic dum vita fuit, bona dum valitudo maneret,
Munera multa dedit patrono Carmine dicto,
Vrbibus in multis deuoto pectore magna,
Comulit, & sanctis pro Christi nomine dona
Stephane prime tibi sacpirum diadema paranit,
Lugduni proprium ruinat, velut hic Nicominus
Sol, quamuis hunc plures voluissent perdere Reges
Occidit nullu: sed vino pane refectus
Hoc linquens obiit Christi cum sanguine regnum.
Quem Deus ipse potens, cœli qui climata jungit,
Cœtibus Angelicis iungat per sæcula cuncta.
Obiit III. Idus Ianuarij. Octauo
Regni sui anno.

5 Yuo & Hugo Abbates.

Aliud sequitur Epitaphium [5] Abbatis Yuonis S. Petri, cuius tempore Hugo erat Abbas Bonæuallis.

Mente capax pleníque Deo, vitaque serenus
YVO carne perit, æthera mente petit:
Flos florum cecidit, mortis gladiúsque recidit.
Plangit eum populus, Clericus, & laicus,
Vir fuisse patrem, docet hunc & regula fratrem
In commune bonus se sibi fecit onus.
Sufficit os cuius vel mens in laudibus huius
Non valet hunc titulus, quem capit hic tumulus
Cui sexti sexto sit vitæ mota Kalendas,
Ciuibus Angelicis hunc Deus associas,
Obiit 6. Kal. Iul. Anno Incar. CIↃLXI. Indic. iij.

6 Robertus Archiepiscopus Viennensis.

Progreditur sequenter [6] Roberti Archiepiscopi, Vien. Epitaphium.

Si quia iuris eras gladio defensor vtróque,
Gratiam si linguæ, si litera religióque
Si genus aut mores possunt attenuare fata:
Te pastore fitit Roberte Vienna beata.
Felix quod fruitur salutem domus ista sepulto,
Quo viuente frui gauderet tempore multo.
Sed quia te dignius vir non fuit inclite mundus,

Deseris

Deſeris nunc in quo remanet tibi nemo ſecundus.
Etiam decurſi dignum mercede laboris
Iunius æthereis, menſis te reddidit horis.
Quem tibi ſola dedit ſuccedere gratia Chriſti.
Te tuus Aynardus gemit hoc Epigrammate triſti.
Anno Domini CIↃ CXCV. IV. Kalend. Iulij Obiit.
Dominus Robertus Archiepiſcopus.

Reperitur in Eccleſia S. Mauritij circa chorum intra templum D. Petri in pariete.

Hoc in Sarcophago [7] *Gerardus clauditur Abbas,*
Spiritus aſtra petit, ſed cinis hic tegitur.
Altæ ſtirpis erat, ſed moribus altior, iſtam
De parua magnam fecerat ipſe domum.
Largus diuinis, parcus ſibi, diues egenis,
Dans ſua pauperibus, ſeque Deo tribuens.
Cui quantum potuit cupiens ſine fine placere,
Cælebs longæuo tempore vixit ei.
Fuit bis ſenas cum Mars notat ipſe Kalendas,
Inſpector tumuli, dic Requieſcat ei.

7 Gerardus Abbas S. Petri Viuinen.

D. M.

Ibidem apud ſtatuam B. Petri ſuper Clauſtri ianuam in pariete.

Non Petrus hæc Petra. Roma Petrus & ſuper æthra
Ad formam cuius ſpecies imaginis huius.

Ibidem.

Hæc iacet in tumba theſauri magni columna
Nomine [8] RICHARDVS *Pater, urbis & huius alumnus*
Nominis hæc fama monſtratur, gloria vana,
Nil lapides clari ſibi proſunt ſplendor & auri,
Splendor & Argenti nil proæſt ſumma talenti,
Ad cineres primam quia ſoluitur iſte figuram,
Conſilij à plenis, quia ſubueniebat egenis
In Domini manibus requieſcat ſpiritus huius.
D. Obiit pridie Idus Iulij. M,
Inibi.

8 Richardus Abbas S. Petri.

Stirpe nitens clara nec morum nobilitate degener,
Eximius meritis clarus nobilitate compatris,
Humilis flagrans virtutis odore? VVILLELMVS *iacet*
Hic Abbatis functus honore, quem tulit è medio
Deus, & super astra locauit, associauit sanctis,
Sanctúmque fuisse probauit.

Anno Domini CIↃCCXXIV. Obiit vij. Id. Iulij.

In Clauſtro Viennenſi.

Decim. Kal. Ian. Obiit Melioretus Subdiaconus Anno ab Incar. Dom. CIↃCIXV.

Ibidem. *Anno ab Incar. Domin. CIↃ. CVIIIC. XIII. Kal. Octob. Obiit Guillelmus Dodo Canonicus Subdiaconus.*

Vir pius & iustus, vir cultor ſummus honesti.
Hic iacet in tumba venerandus cura modesti,
In quo laudis honos, probitas & gloria cleri
Floruit, & ſenſus Salomonis, & orbita veri:
Perpetuæ laudis ſacro Diademate dignus
Viuat in æternum Guillelmus Dodo benignus.

Ad S. Romanum. *Hic panſat Euiraſius in Benedictus in pace qui vixit ann. lxx. menſ. ij. & dies. vijſit. C. de calo cum venerit auctor.*

10 *Innocent. 4.* Extat Diploma 10 Innocent. 4. ſub Dat. Mediolani Pont. ſui anno nono, quo dat centum dies annuo recurſu viſitantibus Eccleſiam S. Petri, die eleuationis S. Aaron, Naamati, Pantagati, Aquilini, Georgij, & Eutherij qui (ſic enim loquitur) præfuerunt Eccleſiæ Viennenſi, necnon Leoniani & Marculfi Abbatum.

Ex quo Diplomate, videas, Aaronem, Aquilinum, inter Viennenſes Pontifices numerari, quorum tamen nullam vel exiguam mentionem, quantumuis mea fuerit exacta perquiſitio, orbi ſuppeditare valui.

Iſte Innocentius PP. Miro affectu Cœnobium S. Petri dilexit, cuius regulæ rigorem præterquam in his

quæ

quæ ad tria vota ſpectant vel quæ in regula diſpenſari verantur, Abbati mitigandi poteſtatem fecit, ſub Bulla Data Lateran. Pont. ſui anno Vndecimo, xv. Kalend. Ianuarij.

Honorius vero Papa [11] iij. ſub Dat Lugduni Nonis Februarij Pont. ſui anno ij. abſtulit conſuetudinẽ quæ in Ciuitate Viẽ. Cõſpiratione Monialiũ S. Andreæ ac quorumdam Clericorũ Vien. inuoleuerat, quod nullus permitteretur apud alienam Eccleſiam eligere ſepulturam cum effectu à rectoribus Eccleſiarum dictæ Ciuitatis, niſi viuens pedes vel eques ad eamdem Eccleſiam acceſſiſſet: ſed ſaluis iuribus parrochialibus, liberas ſepulturas voluit eſſe, nonobſtante eiuſmodi conſuetudine. *11 Honorius 3.*

Voluit etiam ſub Bulla data Romæ Kalend. Octob. Pont. ſui anno 10. Liberas eſſe in ſancto Petro ſepulturas, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus aſſumuntur corpora mortuorum.

Extitit & [12] Guillelmus de Roſtilione Diuina ſe vocans permiſſione Epiſcopum Valentinum, & Dienſem, ac Comitem: & Gubernantem ſanctam Eccleſiam Vien. ſede vacante, vt moris eſt ab antiquo, ratione Eccleſiæ Valentinæ, cuius tempore [13] Ioſcerandus de Capella Abbas erat apud S. Petrum, ad cuius petitionem, dictus Guillelmus Pictantiæ S. Petri vniuit Prioratum de Bogies, per ſuas literas datas in Baſtida Archiepiſcopali Viennæ 28. Februarij. CIↃ. CCCXVIII. quàm vnionem Guillelmus de Claromonte Decanus & Capitulum S. Viennenſis Eccleſiæ, approbauerunt & laudauerunt, poſtea [14] Bertrandus de Capella Archiepiſcopus & Comes Vien. tempore [15] Guigonis Berardi Abbatis S. Petri, vniuit dicto Cœnobio, Prioratum de Chatonais, conuocatis ad locum Reueſtitorij per ipſum ſono Campanæ S. Mauritij canonicis, ac ſaluis præſtari in dicto Prioratu Archiepiſcopo conſuetis iuribus, 1334. Prima April. Pont. Ioannis 22. anno 18. vbi inter cæteros teſtes, recenſetur Ioannes, Miles in Eccleſia Viennenſi. *12 Guillelmus de Roſtilione Epiſcopus Dienſis.* *13 Ioſcerãdus Abbas S. Petri.* *14. Bertrãdus de Capella Archiepiſcopus Vien.* *15 Guido Berardus Abbas S. Petri.*

Guillelmo [16] etiam Abbati Bonarum Vallium ac eius ſucceſſoribus, fuit per [17] Ay Abbatem & Cõmen- *16 Guillelmus Bonarũ Vallium Abbas.* *17 Ay Abbas S. Petri.*

tum S. Petri conceſſum, vt pro eo defuncto fieret ſicut pro vno de profeſſis ſancti Petri ibidem eſt fieri conſuetum,& quando breue Obitus vnius fratris Bonarum vallium apportaretur ad Monaſterium S. Petri, quilibet Frater cantaret pro eo vnam miſſam, vel de eo haberet memoriam in tribus miſſis,non Presbyter diceret 50. pſalmos, & Conuerſi 50. Pater noſter. Abbáſque Bonæuallis, in Monaſterio S. Petri, ſi eum ibi venire contingeret,ſi vellet Capitulum intraret, & ſermonem faceret: & ſi vellet abſoluere aliquem fratrem qui eſſet in aliqua ſententia de qua ſuus Abbas eum abſoluere poſſet, ac etiam inſtallare ſi expedire videret, ac etiam cantare ad Maius altare, & comedere in Conuentu ſi eidem placeret. Et vice verſa idem Abbati & Fratribus S. Petri in Monaſterio Bonarum Vallium concedebatur ſub Act. Viennæ CIↃ. CCLII. VII. Id. Iulij.

18 Theobaldus Vien. Archiep.

Anno CIↃ.CCCIC.[18] Theobaldus Viennæ ſedebat, his ſe inſcribens titulis. *Theobaldus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus & Comes Viennenſis, Abbáſque S. Theuderij & de Romanis, in Viennenſi & ſeptem aliis prouinciis Primas,ac in eiſdem prouinciis*,Ex indulto Apoſtolico Vices Romani Pontificis gerens hic ad

19 Guido de Roſſilione Abbas S.Petri.

Inſtantiam [19] Guidonis de Roſſilione Abbatis S. Petri, illi immediatè ſubiecti: vniuit cœnobio S. *Petri*, Prioratum de Serre,vt ab Abbatum S. Antonij & Bonarum vallium violentia, dictus Prioratus per Abbatem prefatum S.Petri defenderetur,aſſeruitque in ſuis literis, quod ſicut ſummi Pontificis eſt Epiſcopatus, ſic Ordinarij iure Ordinario, cæteras iuſtis exigentibus cauſis,vtiire Eccleſias: ad quod accedebat Authoritas Primatiæ & S. Sedis Apoſtolicæ, cuius vices in dictis gerebat Prouinciis. Is Theobaldus,relicto Viennenſi, deinde ad Byſuntinenſem pontificatum trãſlatus fuit.

20 Martinus V. Papa.

Dicti autem prioratus vnionem, [20] Martinus V. Idib. April. Pont. ſui Anno 1.apud Conſtantiam, ad

21 Ioãnes Archiep.Vien.

petitionem [21] Ioannis Viennenſis Archiepiſc. Decani, Capituli, Cleri, & Conſulum Ciuitatis Viennenſis, confirmauit.

22 Stephanus Vien.Archiep.

23 Rocerius Abbas S.Petri.

Stephano [22] Viennenſi Archiepiſcopo, [23] Roberto S. Pe

S. Petri & [24] Aymone S. Andreæ Abbatibus, Gualterio de Balberio fundare conceſſum eſt Prioratum [25] de Inſula ſub Vienna, ea lege vt qui in eo habitarent, inde non exirent ad ſubducendos parrochianos aliarum Eccleſiarum: viuerent ex iis quæ iuſtè acquirerent, neque in ciuitate, neque in aliena villa omninò aliquid acquirerent, non domum, non curtile, neque aliquam terram: & numquam in alio loco ſepulturam facerent, decimam non acciperent, neque aliquem hominẽ ſuſciperent, niſi venire per ſe poſſet ſine adiutorio vel pedibus vel equo. In inſula nullum ſepelirent, niſi in eorum ordine prius fuiſſet benedictus & profeſſus, ſi quid vellent acquirere, ibi acquirerent vbi nulli nocere poſſent. Et ibi animalia ſua exercerent vndè viuerent. Contradixit vero Robertus Abbas; & nihilominus Archiepiſc. Stephanus, prædictam fundationem ſua authoritate firmauit.

24 *Aymo S. Andreæ Abbas.*

25 *Fundatio Prioratus de Inſula.*

Sub Clemente in ſua obedientia Septimo.[26] Humbertus erat Abbas S. Petri & [27] Iacobus Bonæuallis.

Anno CIↃ. CCCCVC. [28] Anthonius erat Abbas commendat, perpetuus S. Petri, & Archiepiſcopus Viennenſis, [29] & Andreas de Martello Abbas S. Andreę. Hunũ verõ Antonium Alexãder Sextus, in Vnione Prioratus S. Romani de Suriaco, quam Cœnobio S. Petri fauens, anno CIↃ CCCCIII. Pont. vero ſui anno VIII. fecit, vocat Venerabilem Fratrem, olim Viennenſem nũc verò in vniuerſali Eccleſia Archiepiſcopum, quorſum autem neſcio. Huius temporę, nempe anno CIↃ. CCCCC. erat [30] Ioannes Bapeſtiſta Epiſcopus Mutinenſis.

Anno CIↃ. CIIIC. Vvillelmus Bortelli erat Abbas S. Petri & Amadeus Bonæuallis.

Benedictus XIII. in ſua obedientia vocatus dedit Monaſterio S. Petri Conſeruatores, Abbates Athanatenſem, Trenorchienſem ac S. Eugendi, Lugd. Cabellonens, & Lugdun. Diœceſis ſub. Dat Niciæ ij. Non. Mart. Pont. ſui anno ij.

26 *Humbertus Abbas S. Petri.*

27 *Iacobus Abbas Bonavallis.*

28 *Anthonius Archiep. Vien. & Abbas S. Petri.*

29 *Andreas de Martello Abbas S. Andreæ.*

30 *Ioannes Epiſcop. Mutinenſis.*

Anno 1539. Petrus [31] Palmerius erat Archiepiſcop. Viennenſis: ſe intitulans, Viennæ Allobrogum Archiepiſcopum, & Comitem, Galliarúmque Primarem,

31 *Petrus Palmarius Vien. Archiepiſc.*

& tunc

32 Annetus de Grolea Abbas S.Petri.

& tunc [32] Annetus de Grolea erat S.Petri Abbas.

Anno CIↃ. CCCCCLV. Sede Viennensi Vacante, Ludouicus Arzelerius Canonicus Viennensis ac Iurium Doctor, à capitulo fuit vicarius institutus.

33 Indulgētie apud S. Petrū In Octaua Paſcha.

Anno CIↃ. CCLIIII. [33] Alberius Alexandri IIII. Papæ Notarius ac Legatus dedit in Octauis Paſchæ visitantibus S. Petrum, centum dies pœnitentiarum iniunctarum, sub.dat. Valent. Non. April. Pont.Alexandr. IIII. anno I.

Innocentius IIII. conceſſit Abbati S. Petri & Conuentui, vt ad receptionem seu prouisionem alicuius in pensionibus vel Ecclesiasticis beneficiis compelli de cætero per literas Apostolicas non possint, quæ de hac indulgentia plenam non fecerint mentionem. Sub. Dat.Lugd.vj.Kalend.Decemb. Pont.sui anno iiij. Necnon [34] quadraginta dierum Indulgentias visitant. S. Petrum in festo Apostolorum Petri & Pauli, sub dat.Lateran.viij.Kal.Martij,Pont.sui an.xj.

Innocentius iij.

34 Indulgentia apud S. Petrum in festo Apostolorum Petri & Pauli.

Lucius iij. [35] suscepit in protectionem Sedis Apostolicæ, Monast.S.Petri.de consensu Cardinalium qui fuerunt.

35 Monasterium S. Petri ab Apostolica sede protectum.

✠ Ioannes Presb. Card. TT.S.Mariæ.
✠ Laborans Presb. Card.TT.S.Mariæ Tansłyberim.
✠ Hubertus S.Laurentij in Damaso.
✠ Theodinus Portuensis & S.Rufinæ Episcopus.
✠ Henricus Albanens. Episc.
✠ Theobardus Hostiens. & Veliti.Ep.
✠ Additio Diac. S.Theodori.
✠ Gratianus S.Cosmæ & Damiani Diac.
✠ Safredus S.Mariæ in via lata Diac.
✠ Albinus S.Mariæ Nouæ Diac. Card.
✠ Landus Presb. Card. TT. Basilicæ xij. Apostolorum. Sub. Dat. Veronæ per manum Hugonis S. R. E. Notarij X.Kal. Nouemb. Indict.iij.Incarnat.D.anno. CIↃ. CLXXXIIII.Pōt.sui anno iiij.Qui & vsum mitræ Abbati S.Petri confirmauit.

Hócque ipso tempore vt patet ex quodam actu visitationis vnius parœchiæ: Porticus operti erant ante parœchias ad baptisandos infantes.

36 Desiderius Abbas S.Petri.

Sed & [36] Desiderium Abbatem S. Petri cum suo conuen

conuentu, [37] Gelasius secundus in protectionem accepit, salua tamen Viennensi Archiepiscopo canonica reuerentia. sub. dat. Lugduni per manum Reogeni R. E. Diaconi. xix. Kalen. Feb. Incarn. D. anno. CIↃ. CXX. Pont. Quod eidem Desiderio confirmauit, Calixtus Anno. CIↃ. CXXIII.

37 Gelasius ij. Papa.

Iulius [38] ij. sub. dat. Fabricæ ciuitatis Castellanæ. CIↃ. CCCCCIX. Deputauit S. Petri Monasterio Conseruatores, Episcopum Gratianopolitanum, & Abbates Athanacēsem Lugduni. & S. Andreę Viennæ.

38 Iulius ij.

Alexander iiij. [39] Vsum mitræ & annuli concessit Abbati S. Petri, sub dats Ferenti anno iij. sui Pont.

39 Vsus mitra & annuli Abbati S. Petri concessus.

Aymarus [40] de Possiaco fuit Abbas S. Petri [41] Ludouicus fuit Abbas & Monachus sancti Petri CIↃ. CCCCCII. sub Iulio II.

40 Aymarus de Possiaco S. Petri Abbas.

41 Ludouicus Abbas S. Petri.

Innocent. iiij. In festo reuelationis S. Ysicij Pontifi. Vien. pœnitentibus & Confessis quadraginta dies de iniuncta pœnit. largitus est. Pont. sui anno vij.

Guido Archiepis. Vien. se in fundatione Monasterij Bonæuallis, Apostolicæ sedis Legatum vocat CIↃ. CXX.

Guillelmus [42] de Vallegellata Abbas S. Petri, præstabat iuramentum in Ecclesia S. Mauritij Viennensis, in sua confirmatione CIↃCCCXLIII.

42 Guillelmus de vallegellata, Abbas S. Petri.

Satutum est & approbatum in generali Capitulo S. Petri CIↃ. CCCXXXVII. vt ante susceptionem Monastici in eo habitus, qui admitebatur traderet vnum Cyphum, & vnum Coclear argenti boni ponderis vnius Marki, & xij. vlnas Mapparum.

Petrus [43] erat Abbas S. Petri CIↃ. CCCLXI. Guigo Abbas S. Petri CIↃ. CCCIC.

43 Petrus Guigo & Ado S. Petri Vien. Abbates.

Ado Abbas S. Petri, cui confirmatum est ab Alexandro iij. Cœnob. S. Columbæ, datum Lateran. per manum N. Cardinalis & Cancellarij. Pont. sui anno. XX. CIↃ. CCCXXIIII.

Hæc sunt quæ summa & exacta perquisitione, de vrbis Sanctæ ac Senatoriæ Viennensis sacris ac Prophanis Antiquitatibus, reperire potui, quæque, ne tandem tempus ea exederet, prælo subieci typographico, ob plura in eis cognitu dignissima, ob honorem

rem quem duobus viuis Viennenſis Eccleſiæ Pontificibus defero, ob amorem & reuerentiam S. Mauritij & ipſius ſacri Canonicorum collegij, ac vltimo ad excitandum Delphini Francogallici in Viennenſem Eccleſiam ſtudium, dum leget apud Regiam Chriſtianiſſimo ſuo Patri dicatam atque conſecratam Floriacenſem veterem Bibliothecam, Chriſtianoſquoſque principes, ob Apoſtolorũ memoriam ſemper coluiſſe, excoluiſſe atque tutaſſe vetuſtiſſimam hanc Apoſtolorum filiam & Summorum Pontificum, in ſeptem Prouinciis Vicariam Eccleſiam. Cæterum cum Nundinarum Francofortianarum immineret tempus, celerius quam cogitaueram, multa in his antiquitatibus atque adeo tota Floriacenſi Bibliotheca congeſti ac coaceruaui, quæ altera editio annuente Deo ordinatius locabit, perpolliet, atque adornabit. Tu vero benigne Lector, ſcito ac certò crede, meum in toto hoc opere ſcopum fuiſſe, Dei & Sanctorum gloriam promouere, Galliam noſtram illuſtrare, atque Principi meo & pluribus mei ſtudioſis Optimatibus vel Amicis, grati animi ſpecimen exhibere. Non vero alicui obloqui vel præiudicare. Candidè à me prolata & explicata, ſi candidè acceperis. Nihil puto in toto hoc eſſe opere, quod te iniuria ſcandalove merito debeat, vel queat afficere.

Laui igitur Xyſti atque adeo vniuerſæ Bibliothecæ Regiæ Floriacenſis ad Dei æterni gloriam hîc Coronis eſto.

FINIS.

Digitized by Google

CATALOGVS INSIGNIVM

PRÆCIPVARVM HOC LÆVO Floriacenſis Regiæ Bibliothecæ Xyſto repræſentatarum Perſonarum, cum Materiarum Notabilium copioſo Indice.

Pontifices Sancti.

AAron Vien.
Ado Vien.
Agobardus Lug.
Agratus Vien.
Annianus Aurel.
Aquilinus Vien.
Apolinaris Valent.
Athanas. Alexand.
Audoënus Rhotom.
Auguſtinus Angliæ.
Auitus Vienn.
Auſtrobertus Vien.
Barnardus Vien.
Blidianus Vien.
Bobo Vien.
Bobolinus Vien.
Clarentus Vien.
Claudius Vien.
Creſcens Vien.
Cutbertus Lindiſphar.
Cyprianus Carthag.
Deodatus Vien.
Deſiderius Vien. Mart.
Dolinus Vien.
Domninus Vien.
Domnolus Vien.
Dionyſius Vien.
Edaldus Vien.
Edictus Vien.
Edoaldus Vien.
Etherius Vien.
Euantus Vien.
Florentius Vien. Mart.
Irenæus Lugd.
Iulianus Vien.
Iuſtus Lugd.
Iuſtus Vien.
Leander Hiſpal.
Lupicinus Vien. Mart.
Lupus Lugd.
Mamertus Vien.
Martinus Turon.
Martinus Vien.
Naamatus Vien.
Nectarius Vien.
Nicetius Vien.
Pantagatus Vien.
Paracodas Vien.
Paſchaſius Vien.
Philippus Vien.
Phocas Synopenſis Mart.
Priſcus Lugdun.

Pontifices non Sancti.

Adolfus Colonienſis.
Agilmarus Vien.

Ainardus

Ainardus Vien.
Albertus Vercel.
Albertus Trident.
Amedeus Byſunt.
Angelus Tarent.
Anno Tarent.
Antelmus I I.
Antonius Vien.
Arduco Geben.
Arnoldus Colon.
Arnoldus Mogunt.
Arſenius Senon.
Artaldus Grationop.
Aurelianus Arelat.
Aymarius Ebrodun.
Aymo Byturic.
Barnardus Maurien.
Bartholomeus Turon.
Bernoinus Vien.
Bertericus Vien.
Bertrandus de Capella Vien.
Bonifacius Saon.
Boſo I I.
Bruno Andegau.
Burchardus Vien.
Burno Vien.
Conradus Spirens. & Metẽs.
Conradus Auguſtens.
Conradus Conſtantien.
Conradus Garmacienſis.
Conradus Hildehen.
Deſiderius Dyen.
Drogo Lugdun.
Galceranus Viuarien.
Gaufridus Tricaſtin.
Girardus Viuarien.
Guido Hyporregien.
Guido Vien.
Guillelmus Nouar.
Guillelmus de Roſſiliõe Val.
Gunterius Spiren.
Gyſepnoidus N.
Hato Magunt.
Henricus Argentin.
Henricus Alban.
Hugo Dien.
Hugo Grationop.
Hugo Vien.
Hugutio Taurin.
Humbertus Lugd.
Humbertus Vien.
Hyeronymus de Villars Viẽ.
Ilbertus Byſunt.
Ioannes Mutinens.
Ioannes Vien.
Ioan. Vien.
Ioannes Pictauiens. Vien.
Leodegarius Vien.
Martinus Tricar.
Nicolaus Alban.
Ordiebus Baſileen.
Otto Nouarien.
Otranus Vien.
Petrus Palmerius Vien.
Petrus de Villars Iunior Viẽ.
Petrus Dien.
Petrus Laurentius Arelat.
Petrus Tarentaſienſis.
Petrus Tulenſis.
Pontius Valent.
Proculus Vien.
Ragaufredus Vien.
Rainardus Aletenſis
Remigius Byturic.
Rotbertus Vien.
Sobarchus N.
Sobo Vien.
Stephanus Vien.
Theobtadus Vien & Byſunt.
Theobaldus Oſtiẽſis & Vel.
Theodinus Port. & S. Rufinæ.
Theurbaldus Vien.
Tridericus Treueren.
Viuarius Tuſcul.
Vldaricus Tatuiſin.

Vetra

Digitized by Google

Vltraia Vien.
Vmbertus Byſunt.
Volferius Vien.
Vrſus Vien.
Valdricus Baſileen.
Vvarmundus Vien.
Vvilicarius Vien.
Vvolfericus Vien.

Abbates.

Ado S. Petri Vien.
Amadeus Bonæual.
Andreas de martello Andreæ Vien.
Annetus de Grolea S. Petri Vien.
Anno Auguſtud.
Antonius S. Petri Vien.
Aquinus S. Andreæ Vien.
Ay S. Petri Vien.
Aymarius de Poſſiaco S.Pet. Vien.
Aymo S. Andreæ Vien.
Bernardus.
Dalmatius Sapinienſis
Deſiderius S. Petri Vien.
Geraldus Athanat.
Gerardus S. Petri Vien.
Guido de Roſſilione S. Petri Vien.
Guigo Berardus Sanct. Petri Vien.
Guillelmus Bortelli S. Petri Vien.
Guillelmus Bonæual.
Gillelmus de Vallegellata S.Petri Vien.
Gunto S.Petri Vien.
Gurgerius S. Petri Vien.
Hubertus Inſulæ Barbarenſis.
Hugo Bonæual.
S. Hugo Cluniacenſis.
Humbertus S. Petri Vien.
Iacobus Bonæual.
Ioſcerandus de Capella S. Petri Vien.
S.Leonianus S.Petri Vien.
Ludouicus S. Petri Vien.
S. Marculfus S. Petri Vien.
Niſboldus Stabulenſis.
Odo Flauiacenſis.
Petrus S. Petri Vien.
Rainitidus Tulenſis.
Richardus Iutenſis.
Richardus S. Petri Vien.
Robertus S. Petri Vien.
Siffredus S. Petri Cabilon.
Yuo S. Petri Vien.

Imperatores,

Alexander.
Anaſtaſius.
Anaſtaſius.
Anaſtaſius.
Antoninus Caracala.
Antoninus Pius.
Antoninus minor.
Arcadius.
Aurelianus.
Aurelius.
Carolus Caluus.
Carolus Magnus.
Carolus Imp.
Carus.
Claudius.
Commodus.
Conſtans.
Conſtantinus ij.
Conſtantinus iij.
Conſtantinus iiij.

Decius.
Diocletianus.
Eraclius.
Gallienus.
Gallus.
Gordianus.
Gratianus.
Henricus ij.
Henricus vj.
Hlotharius.
Honorius.
Iouianus.
Iulianus.
Iuſtinianus j.
Iuſtinianus ij.
Iuſtinianus iij.
Iuſtinus.
Leo.
Leo
Leo.
Leoncius
Ludouicus.
Mauritius.
Maximinus.
Michaël.
Nerua.
Philippus.
Philippicus hæret.
Phocas.
Probus.
Sigiſmundus.
Tacitus.
Theodoſius.
Theodoſius.
Theodoſius.
Tyberius.
Tyberius.
Tyberius.
Valentinianus.
Valerianus.
Veſpaſianus.
Voluſianus.
Zeno.

Reges Francorum.

Childebertus j.
Childebertus ij.
Chilpericus.
Chlotarius.
Clodoueus j.
Clodoueus ij.
Clodoueus iij.
Clodoueus iiij.
Dagobertus j.
Dagobertus ij.
Daniel.
Carolus Caluus.
Carolus Magnus.
Carolus vj.
Carolus vij.
Pipinus.
Sigebertus.
Theodebertus.
Theodericus.
Theodoricus.

Reges exterorum.

Boſo Rex Burgundiæ.
Conradus ij. Romanorum.
Fredericus Romanorum.
Fredericus ij. Romanorum.
Gundebadus Burgundiæ
hæret.
Hildericus Vvandal.
Hugo Burgundiæ.
Liutprandus Longobard.
Lotharius Burgund.

Ricar

Ricaredus Gothorum
Rodolfus Burgundiæ.
Sigiſmundus Burgund.
Theodoricus Gothorum.

Reginæ.

Ermengarda Burgundiæ
Ermentrudis Franciæ
Geretrudis Romanorum
Irmengardis Burgundiæ.

Duces Comites ac Marchiones.

Albertus de Dilingen.
Anſelmus de Iſtinghen.
Anſemundus Vien.
Arnaldus de Horembere.
Bertaudus Briſgouiæ.
Bertolfus de Ceruinghen.
Bonifacius Montisferat.
Burchardus de Aſnel.
Fredericus de Ferreto.
Fredericus Suauiæ & Alſatiæ.
Gerardus Comes.
Guarnerius de Alſatia.
Guarnerius de Bardana.
Guillelmus Matiſconenſis.
Henricus de Niphenem.
Henricus Saxoniæ.
Henricus Bauariæ.
Ioannes Delphinus.
Ludouicus Delfinus.
Matthæus Lotharingiæ.
Oderiſius Vien.
Odo Burgundiæ.
Olricus de Lanſeeborg.
Otho Dux Meraniæ.
Otto Comes Palat. de Vvitelmesbach.
Radulfus Comes de Hauſp.
Stephanus Comes.
Vlricus de Herumgen.
Volmarus de Saruuerda.
Vvillelmus de Pallodio.

INDEX RERVM AC MATERIARVM.

A

Abbatia quæ Viennenſi Pontifici ſubiiciuntur. 72. 77. 79.
Abbas S. Petri Vien. in ſua confirmatione iuramentum in Eccleſia S. Petri Vien. facere conſueuerat. 107. *mitram gerit.* 106. & 107.
Ætius regit Gallias. 30.
S. Agobardus Lugd. Epiſcop. multa ſcripſit. 32. *ſua ſcripta quædam S. Bernardo Vien. Pont. dicauit.*
Alfonſus Delbene Epiſc. Albienſis laudatus. 61.
Allobroges Alpini; veteres Viennenſes vrbe exegerunt. 20.
Alpes Graiæ Viennenſi Primati ſubiectæ. 47.
S. Anaſtaſius quando & à quibus Martyr effectus. 30.

INDEX.

Anſemundus Dux. 28.
SS. Apolinaris & Auitus filij S. Yſici Vien. Pont. 31.
Aquenſis prouincia Viennenſi Primati parere debet. 71.78.
Archicancellarius Burgundiæ eſt Pontifex Vien. 87.
Archidiaconatus Salmoricenſis Viennenſi Pontifici ſubditus. 72.79.
Archiepiſcopo Vienn. euntiad Regis curiam, Vien. eſt Romanenſes debent expenſas ſoluere. 874. *eſt princeps Cõſilij Regni Burg.* 88.
Arelatenſe Concilium. 29.
Aſcatades Rex quando regnauit. 7.
Aſſociatio qualis eſt inter Monaſteria S. Petri Vien. & Bonaualli.
Athalus Eccleſiæ Vien nuntius. 24.
Auguſtinus Monachus & Archiep. Vienna Angliam iter habens templum D. Petri ſacrauit. 18. *Anglos conuertit.* 38.
S. Auitus Arrianam hæreſim impugnat. 31. *Sigiſmũdum ad Catholicam fidem conuertit. Gundebadum Burgundionum Regem diſputatione ac ſcriptis commouit. Eius ſuaſu Agaunenſe cœnobium erigitur, vir fuit impensè doctus.* 32.
Aurelianenſis ij. Synod. 34. *Synod. iij.* 38.
Auxitana Prouincia Viennenſi Primati ſubmiſſa. 71.78.

B

Balazur de Villars Præſes Lugd. laudatus. 3.
S. Barnabæ corpus cum Euangelio S. Matthæi quando repertum. 31.
Baronio Card. impoſitum fuit. 28.
Bertrandus Archiep. Vien. Humberto Delphino reſiſtit. 91.
Bituricæ Prouincia Primatis Vien. ſubdita. 71.78.
Boëtius, Simmachus à quo & quanto necati. 33.
Bonifacius, gentibus Præſul à quo datus. 43.
Boſo Rex Burgundiæ caput S. Mamitij auro texit. & propria corona ornauit. Vien. ſepultus eſt. 99.
Burdegalenſis Prouincia Primati Vien. ſubiicitur. 71.78.

C

Calarona fluuius. 38. *Calyxtus PP. fundator Bonaualli.* 79
Caſtanetum quando Eccleſiæ Vien. datum. 60.
Capillos S. Pauli quare Papa Viennam miſſit. 40.
Carolus Martellus, vt ſe in vita geſſit. 42.
Caſtra vij. Vienna. 7.
S. Caſtulus Vien. Ant. condidit primam ædem S. Ferreoli. 31.
Cherintus hæreſiarcha. 23.
Clauſtrum Viennenſe immune ab omni Laicorũ commixtione. 80.
Comitatum Vienna quis Eccleſiæ Vien. dedit. 63.
Commiaeum quomodo Eccleſiæ Viennenſi attributum. Concil. Conſtan

INDEX:

Constantinop. 39.
Conradus ij. sepultus Vienna apud S. Andream Monachorum. 83.
Constantinus Imp in balneo iugulatus. 39.
Constantinus Papa quales reliquias Viennam misit. 42.
S. Crescens vel Martyr fuit vel in Galatiam rediit. 21. à quo institutus fuit, primus Episc. Vien. 45.
S. Cyprianus quando Martyr. 26.
Cyrus, Sergius Pyrrus & Paulus Hæresiarchæ damnantur. 39.

D

DAniel Rex depositus. 42.
Delphini Comites homines ligij Archiep. Vien. 95.
S. Desiderius Vien. Antistes vbi Martyrio coronatus. 58.
Differentia inter arma Delphinorum Viennesiorum & Aluernorum qualis & vnde fluxit. 20.

E

EBredunensis Prouincia Primati Vien. subiecta. 71.78.
Ebroynus tyrannus. 41.
Ecclesia à gentibus vastata. 43. Ecclesia vltra tres menses Episcopo carere non debet. 74.
Ecclesia per multos annos non præscribitur. Ecclipsis solis quid portendebat. 39.46.
S. Eoaldus Vien. Antist. construxit Viennæ Ecclesiã S. Mauritij. 41.
Ermengarda Regina liberalitates magnæ. 65.
Ermengildis Rex Gothorum ob Catholicam fidem necatus. 38
Eubolus nuntius Romanæ Ecclesiæ. 25
S Euprepia domum suam pauperibus assignauit. 22.
Euthices Hæresiarcha à B. Gregorio confutatus. 37.

F

FAyarum puteus. 21.
Formatas, Primas Viennensis dabat. 37.
Franci tempore Martelli bonorum Ecclesiæ raptores. 44.

G

GEnutius Cappus cornutus. 38.
Gothi quando & quo instante Catholici effecti. 38.
Grimoaldus Pipini filius in carcere mortuus. 41.
Grimoardus alter Leodij necatus. 42.
Guido Archiep. Vien. Papa factus. 78.
Guillelmus Cardinalis plura sanctorum corpora Viennæ è terra leuauit. 22.
Gondebadus Rex Burgundiæ obiit Arrianus. 32.
Guntramus Rex subiecit Ecclesiam Maurianensem Præsuli Viennensi. 58.

INDEX.

H

Hildericus Rex Vvandalorum Ecclesias Episcopis, & Episcopos Ecclesiis restituit. 13.

Humbertus Delphinus cur se monasterio inclusit. 75. *Delphinatum Regi Francie vendidit.* 95. *hominia Ecclesiis reservauit.* 96.

Hugo Cardinalis plures sanctos Viennenses è terra sustulit. 22.

Hugo Diensis Episc. Papæ Vicarius. 72.

Hieron. de Villars Primas Vien. laudatus. 3.

I

Innocentius iiij. rigorem cœnobitice vitæ apud S. Petrum Vien. in quibus mitigauit. 102.

Ioannes Archiep. Vien. Romanis sepultus ingentia Ecclesiæ Viennæ contulit bona. 98.

Ioannes Lepus Canonicus Vien. laudatus. i. restituit Ecclesiam S. Ferreoli. 44.

Iustinianus Imp. cur exilio relegatus. 40.

S. Iustus Lugd. Pontifex *obiit in Ægypto, à quibus fuit educatus.* 29.

S. Iustus Archiep. Vien. Martyr. 24.

K

Karolus Magnus quid ante corpus B. Petri Romæ promisit. 46.

Karolus Caluus à fratre Ludouico regno pulsus. 55. *quid Viennensi contulit Ecclesiæ.* 56.

L

Lauinius Dominicanus eruditus. 6.

Laurentia stirpis proprium, Ecclesiam euehere. 3.

Lazarus Episcopus criminator à Papa Episcopatu deiectus. 29.

S. Leo Papa post Calcedonensem synodum Metropolitis Episcopatus assignauit. 46.

S. Leodegarius & eius frater Gerinus Martyres. 41.

S. Leonianus erexit Monast. Sanctimo. S. Andreæ Viennæ. 33.

Liutprandus ossa S. Augustini emit. 42.

Longobardi in Ecclesiam Romanam crudeles. 43.

M

SS. Machabæi olim Vien. Ecclesiæ Principes dicata. 47.

Macharius Antiochenus cur damnatus. 39.

Sacra Mappa cœnæ Christi Viennæ. 21. 22.

S. Mamertus à S. Anniano vita reditus. Letanias cur instituit, eius corpus Aurelias translatum, dein à Caluinistis combustum, eius festum ter in anno Aurelianensis Ecclesia celebrat. 30. condidit secundam idem S. Ferreoli. 31.

Mamertini qui sunt. 90. *S. Mariæ vetus Viennæ.* 91.

S. Martinus Archiep. Vien. præsens fuit Christi passioni. 22.

S. Martinus Turon. quando obiit. 30.

Martis

INDEX.

Martis templum. 11.
Missarum officia variè apud diuersas Ecclesias fiunt. 40.
Mistralia Vien. quid erat 95. unita mensæ Archiep. Vien. a Ioanne xxij. ob quam causam ibid.
Monasterium S. Petri Vien. sub protectione sedis Apostolicæ saluis iuribus Archiep. Vien. acceptum 107.
Monasterium Sanctimonialium S. Andreæ Vien. à quibus restauratum 67. S. Marcelli Viennæ euersum 67.
Monetæ Viennensis tertia pars erat Ecclesiæ Viennensis. 83.
Monothélitæ quando orti. 27.

N

NArbonensis prouinciæ Primatiæ Viennensi suppositæ. 71.78.
Nouatus Hæresiarcha. 20.

P

PAlatini Comitatus Viennæ duo. 95.
Papa excommunicatis salutem non scribit. 69.
Pallium Archiepis. quid denotet. 77.
Paschatis ob celebrationem dissidium. 25.26.
Pastor titulum condidit 24. Paulus Apostolus Ecclesiam Vien. plantauit: in Hispanias est profectus. 22.
Paulus Hæresiarcha. 26.
S. Petrus Apostolus fuit Crucifixus. 23.
Petrus & Paulus Romæ fuerunt. 25.
Petrus de Villars Iunior, præclarus Viennæ Antistes multa scripsit. 2.
Petrus Laurentius Archiep. Arelatensis & Abbas S. Petri Vienn. laudatus. 3.
S. Phocæ Martyris Corpus Viennæ. 23.
Pilatus Viennam ad supplicium ablegatus. 7.
Priuratus de Insula sub Vien. quãdo & quibus pactis fundatus. 105.
Prouinciæ ad Primatiam viennensem pertinentes. 28.79.
Primatia Viennensis iam ab anno Christi CVIC. Apostolicis literis contestata 25.27.40.42.43.53.54. 68.71.79.

R

REgalia in Diœcesi Viennensi erant Archiepiscopi. 91.
Remilia S. Andreæ Vien. Monacha fundauit cœnobium S. Andreæ Vien. Monachorum. 33.
Rodulfus Rex & Irmengardis benefici Ecclesiæ Vien. 61.
Romanensis Ecclesiæ fundatio 48. Viennæ est subiecta 52. 79. Ecclesiæ Vien. facta rebellis, à Papa correpta fuit. 69.
Rubius carpitur. 28.30.32.38.

S

SAnctimoniales S. Columbæ Abbati S. Petri Vien. subiici compelluntur. 72.

Digitized by Google

INDEX.

S. Sanctus Diac. Vien. Martyr. 22.

Seguſiana ſedes Eccleſiæ Viennenſi ſubdita. 58.

Sergius Papa crucem reperit. 40.

Serui Eccleſiæ. 58.

SS. Seuerinus, Exuperius & Felicianus Martyres 25. eorum corpora Romanis tranſlata.

S. Sigiſmundus Arrianus, à quo conuerſus, cœnobium S. Mauritij conſtruit. 32.

Sobo Archiep. Vien. contulit vineam cœnobio S. Petri. 59.

Symonia fera belua. 68.

Synodus Vaſenſis 29. Taurinenſis 29. Romana. 39.43 53.

T

TArentaſia Archiep. Vien. Primati ſubditus. 47.72.77.79. in quibus ei obedire debet. 54.

S. Thebea legio quando paſſa. 27.

Theophanius Antiochenus iuſſu Papæ ordinatus. 39.

Tranſlatio Sanctorum olim ſine Regio iuſſu non ſolebat paſſim fieri. 51.

V

VValentia Epiſcopus de conſuetudine regit Eccleſiam Viennenſem vacante ſede. 107.

Venerius Africanus condidit Viennam. 8.

S. Verus Arch. Vien. Martyr. 22.24.

Vienna vrbs ſenatoria 22. quando fundata & cur ita vocata 5. in miſſis debet ſeruare Romanũ morẽ & quare 40. eius Eccleſia cur dicatur Apoſtolica 44.72. longo tempore abſque pontifice iacuit 44. res ſuas quomodo recuperauit 46. plures habuit Martyres 23. Allobrogica cur dicta. 20.

Viennenſes Lugdunum fundarunt. 20.

Villarium germen excellens. 3.

Vien. Pont. Romam eleemoſinam mittit 43. Synodum bis in anno apud Arelatem debet tenere. 55.

Viennenſis Eccleſia ſpecialis ſedis Apoſtolicæ filia 71. nata eius vicaria in vij. prouinciis. 72.79.

Subiacet tantum legato à latere 80. Crucem per totam ſuam defert prouinciam. 60.

S. Vvilebrodus à quo ad prædicandum miſſus. 40.

S. Vvilicarius condit tertiam ædem S. Ferreoli 44. ſedem cur deſerit & ad Agaunenſe cœnobium ſe recipit. 44.

Xenodochium Vien. quando & à quo conſtructum. 67.

S. Zacharias ij. Vien. Antiſtes Dominicæ interfuit cœnæ, ſacram Chriſti mappam Viennæ attulit. Protomartyr Galliarum fuit 21. eius corpus à terra eleuatur. 22.

FINIS.

Digitized by Google

Ex occaſione ſubiiciendi Priuilegij ſerò accepti, dum locus adeſt, Nomenclaturam Illuſtriſſimorum S. R. E. Cardinalium, ac Scriptorum, quorum, in Floriacenſi hac Regia Bibliotheca atque ipſius Xyſtis habetur, mentio, ſuperioribus foliis obmiſſam, attexui.

CARDINALES.

ADicio S. Theodorii
Albericus Oſtien.
Ambertus S. Anaſtaſiæ.
Annas d'Eſcars de Giury.
Bernardus S. Clementis.
Bernardus Portuenſis.
Boſo SS. Coſmæ & Damiani.
Cinthius S. Adriani.
Franciſcus N. Cæleſtinus.
Giſlebertus S. Marci.
Gregorius S. Angeli.
Gregorius S. Calixti.
Gualterius Epiſc. Alban.
Guido SS. Coſmæ & Damiani.
Guido SS. Laurentij & Damaſi.
Guido S. Mariæ in Portica.
Guido Tit. Paſtoris.
Guillelmus S. Petri ad Vincula.
Henricus S. Anaſtaſiæ.
Hubaldus S. Crucis in Hieruſalem.
Hubaldus Hoſtiens.
Hubaldus S. Praxedis.
Hugo Hoſtiens.
Humbaldus SS. Ioannis & Pauli.
Iacinthus S. Mariæ in Coſmedin.
Ioannes S. Mariæ in Coſmedin.
Ioannes S. Mariæ Nouæ.
Iordanus S. Suſannæ.
Iullius S. Marcelli.
Leo Hoſtien.
Manfredus S. Georgij ad velum aureum.
Manfredus S. Saninæ.
Nicolaus Alban.
Octauianus S. Nicolai in Carcere Tuliano.
Octauianus S. Georgij.
Odetus de Caſtellione, poſt Hæret.
Odo S. Georgij ad velum aureum.
Petrus Aldobrandinus.
Petrus N.
N. Rambouilletus.
Raynerius S. Priſcæ.
Robertus. N.
Rodulfus S. Luciæ in Sept.
Rolandus S. Marci.
N. de Sourdy.
Thomas de S. Cæcilia Cæleſt.
Vbaldus S. Crucis in Ieruſalem.
Vicarius Tuſcul.

Authores.

Adelerius Flor.
Adhelmus.
Ado Treueren.
Ado Vien.
Adrevaldus Flor.
Agobardus Lugd.
Alphonſus d'Elbene Epiſco. Alby.
Andreas.
S. Antoninus.
Arnaldus Vvionius.
Aſorius.
S. Auguſtinus.
S. Auitus Vien.
Auſonius.
Aymoinus Flor.
Car. Baronius.
Cappelletus.
Carolus Sigonius.
Claudius du Rubis.
Claudianus Poëta.
S. Cyprianus.
Diedericus.
Dio.
Eginardus.
Fauſtus.
Felix Abbas.
Fortunatus.
Franciſcus Belforeſtius.
Franciſcus Modius.
S. Gregorius Papa.
Giſlebertus.
Gualeſinus.
S. Hilarius.
Hugo Floriac.
Jacobus Breulius.
Imperatores diuerſi.
Ioannes à Boſco.
Ioannes Italus.
Ioannes Sauaro.
S. Ioannes.
Lauinius.
Leo Caſinen.
Lucanus Poëta.
Ludolphus de Colomna.
Ludouicus Gallutus.
Marcus Poëta.
Mare Hiſtoriarum.
Martinus Polonus.
Matthæus Palmerius.
Matthæus Weſtmonſt.
Maurolicus.
Molanus.
Monachi Elnonenſes.
S. Odilo Cluniac.
S. Odo Cluniac.
Papirius Maſſonus.
Paulus Diaconus.
Petrus Chryſologus.
S. Petrus Damianus.
Petrus Diaconus.
Petrus Æquilinus.
Petrus Pyrrhus.
Petrus Pithœus Iunior Archiep. Vien.
Pontifices Romani plures.
Raguiolus.
Raymundus Lingon Epiſc.
Regeſta Pontif.
Regino.
Renatus Choppinus.
Sebaſtus.
Sigebertus.
Smaragdus.
Sydonius Apollinar.
Terentius Poëta.
Turrecremata.
Valleolanus Dauenſis.
Victorinus rethor.
Vincentius Bellouac.
Virgilius Poëta.
Vſuardus.
S. Ioannes.

Digitized by Google

CHRISTIANISSIMI REGIS PRIVILEGIVM.

SAnctius Christianissimi ac Inuictissimi HENRICI IIII. *Franciæ ac Nauarræ Regis Auditorium sanxit, ne quis penitus hominum per Vniuersam Gallicam Monarchiam, toto sequenti decennio venditet distrahat aut imprimat Floriacensem Veterem Regiam Bibliothecam cum suis Xystis, opera P. Ioannis du Boys Cælestini emergentem, ipso abnuente renitenteve aut non permittente. Qui secus faxit Arbitrio iudicum taxetur & exemplaria cuncta Fisco inferantur sub dat. Lutetiæ Parisiorum xij. Augusti. 1605.*

Per Regem in suo Consilio.

Signat. DV FOS.

EGo vero Ioannes du Boys Cælestinus, fide integritate atque amicitia spectabilis viri Horatij Cardonij Lugdunensis eximij Bibliopolæ illectus: annuo, permitto, vt ipsi liberum atque integrum sit, Prædictam Floriacensem Bibliothecam & eius Xysta, per decem proximos annos, dum, vbi, ac quibus caracteribus volet, imprimere, venditare, distrahere, libere licitè. Lugduni xxvj. Augusti. 1605.

DVBOYS CÆLESTINVS.

Digitized by Google

CHRISTIANISSIMI
REGIS PRIVILEGIVM.

A01 1470618

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

B.92.

Digitized by Google

Digitized by Google